


Cx 43



2 400 40  MADE IN SPAIN

Valencia dos tomos. Veinte 182

Valencia dos tomos. Veinte 182

Valencia dos tomos. Veinte 182

Alumna de la escuela
de la ciudad de Valencia
es la mis madre de la
que alti cargo mag
en el mun do a la
que fue da
en la que llamamos
de la mis madre de la
si la mis madre de la
de la mis madre de la

A
8
167

En el tomo de la historia de Valencia
del tomo de la historia de Valencia

FRANCISCI PETRARCHAE FLO rentini, Philosophi, Oratoris, & Poëtæ clarif

simi, reflorescentis literaturæ Latinæq; linguæ, aliquot seculis horrenda
barbarie inquinatæ ac penè sepultæ, assertoris & instauratoris, Opera
que extant omnia. In quibus præter Theologica, Naturalis Moralisq; Phi
losophiæ præcepta, liberalium quoq; artium Encyclopediam,
Historiarum thesaurū & Poësis diuinā quandam uim,
pari cum sermonis maiestate, coniuncta inuenies.

Adiecimus eiusdem authoris, quæ Hetru-

SCO SERMONE SCRIPSIT CARMINA
sive Rhythmos in quibus Græcorum gloriam, Latinorum copiam, uiris hac ætate
doctissimis æquasse, imò suauitate & elegantia superasse multum, uisus est. Hæc qui
dem omnia nunc iterum summa diligentia à mendis repurgata atq; innumerabilibus
in locis, genuinæ integritati restituta, & in Tomos quatuor distincta.

Quæ uerò unoquoq; Tomo continentur uersa
pagina Lectori exhibebit.

INSIGNIORVM ATQVE DOCTISSIMORVM
in re literaria uirorum, de hoc autore testimonia in Præfatione habes.



Basileæ excudebat Henrichus Petri.

1554.

Tomo primo hæc insunt.

De Remedijs utriusq; Fortunæ lib. I I.	fol. 1
De Vita solitaria lib. I I.	258
De Otio Religiosorum lib. I I.	332
De Vera Sapientia dialogi I I.	364
De Contemptu mundi, siue Secretorū dial. I I I.	374
Psalmi Pœnitentiales VII.	416
De Repub. optime administranda Liber.	419
De Officio & Virtutibus Imperatoris Liber.	435
Rerum memorandarum lib. I I I I.	442
Vitarum Virorum illustrium Epitome.	551
Supplementum epitomatis	559
Beneuenti de Rambaldi, Augustalis Liber.	575
De Pacificanda Italia exhortatio.	590
Ad ueteres Romanæ Reip. defensores oratio.	593
De libertate capefcenda, Hortatoria.	595
De Obedientia & fide uxoria.	601
De Auaritia uitanda Oratio.	607
Itinerarium Syriacum.	618

Tomo Secundus.

Epistolarum de Rebus familiaribus lib. V I I I.	631
Epistolarū ad quosdam ex ueterib. illustriores lib.	780
Epistolarum sine titulo Liber.	786
Epistolarum de Rebus Senilibus Liber.	813
Epistolarum Variarum Liber.	1070
De suspensus & aliorum ignorantia Lib.	1124
Galli anonymi Inuectiua	1169
Apologia contra Gallum	1178
Inuectuarū contra Medicū quendam lib. I I I I.	1200
Notha quæ falso autori tribuuntur.	1235

Tomo tertius Carminum.

De Laurea sumenda Consultatoriz Epist. lib. V.	1251
Receptæ Laureæ Præilegium.	1254
Bucolicorum Aeglogæ	1257
Aphrica, siue de bello Punico lib. I X.	1274
Epistolarum Lib. I I I.	1330
Testamentum authoris	1373

Tomo quartus.

Autoris quæ Hetrusco idioma scripsit.

IOANNES HEROLD

Hœchstettensis, Ioanni Baderio affini suo, S. D.



OCIETATEM humanam, quam uitæ huius quasi communitatem quandam dicimus, æquitate atq; huic coniuncta beneficentia cōtineri, apud bonos, BADERI optime, uerā semper, oraculiq; instar existimatā sententiam, constat: hinc Respub. bene institutas innocētia claruisse quidem, at per illustri exemplo, omni genere benignitatis ac liberalitatis, tam in suos quàm in externos excelluisse: inde quoq; Ciues priuatos (in quos, omne ex ratione institutæ administrationis, decus deriuat) subsidia & integritatis & synceritatis suæ accepisse uidemus. Quæ quidē in re, maximē uiget & quasi elucet BASILIENSIS hæc nostra Respublica, cum hac in urbe, maiorū consultationes omnes ac priuatorum uoluntates, in eo uersentur, ut iustæ pacis fruitio, uiolentia nulla perturbetur: ut amicitia cum exteris facta tectaq; habeatur: ut in eos, quos iam dudum erga genus humanū p̄is officijs defunctos norint, & grati et benefici habeantur. In eo autem albo, non immeritō, prima quidem serie censentur, ij uiri, qui eloquentiam ipsam instrumentis ingenuarum artium ditauerunt, iisdemq; artibus omnem uirtutis splendorem adiungentes, elaborata uel dicendi, aut patriam suam sæpius periculo præsentissimo eximerunt, aut monumentis & literis mandarunt ea, quæ nescire, ut pudor ex ignorantia (quæ rerum humanarum pestis est nocentissima) prohiber: sic quæ sita, audita, lecta, disputata, tractata, in rerum & actionum humanarum discrimine parata habuisse, Rebus publicis laudi atq; utilitati semper fuit. Hos inter numerandus uenit FRANCISCVS PETRARCHA, cuius scripta quidē existimantium arbitrio, benignitate celesti, admiranda non esse haud potuere, imò ingenij & animi uel æternitatem consequi necesse fuit. Malo autē BADERI optime, testimonij eorum, qui in literarū maxima laude uixerunt, de huiuscemodi scriptis, quàm meo calculo uti. ex quibus multorum instar erit, hac ætate Medicinæ Astrorumq; cognitione nobilissimus ille Hieronymus Cardanus Mediolanensis, qui in exemplis geniturarū, huius authoris natiuitatem ita delineat.

HIERONYMI CARDANI IUDICIUM.

MVta in hoc uiro præclaro egregia fuere. Primum, carminum suauitas elegans, quæ per uniuersum orbem celebratur. Secundum est profunditas sensuum cum studio maximo. Tertium, perpetua manens ac indefessa gloria, ut etiam in Hispanicam linguam transferit. Quartum est cœlibatus & orbitas. Quintum, linguarum pluritas, percussit enim

Epistola

enim Latinam linguam ac Græcā. Suauiloquentia, insuper qua maior præstari non potest, autoritas doctrinæ & eloquentiæ coniuncta, religio cum uita longiore, ex clementi hac cœli constitutione illi contigit.

At multos quibus ad uirtutem indoles, Philosophiæ quoque amor à natura adfuit, memoriam in posterum integritatis aut neglexisse, aut non desiderasse legimus. quum satis magna illa scriptionis gloria, quam hic noster adeptus fuerat, non contentus, diuino aliquo animi motu, processu ætatis reliquis hominibus, uitæ instituto synceriori, præstare omnino uoluerit, eo uero tempore, quo tanta morum licentia, quanta deploratissimo hoc seculo uix esse potest: ea quoque in urbe, quæ domus est habita ac asylū humanæ fecis: ne quid dicam de fortunæ fauore uel obnitente, omnia solutioris uitæ ac luxuriæ instrumenta obrudente. Sed audiamus Ioannis Bocatii, ætate PETRARCHAE uiri similis, testimonium.

IOANNIS BOCATII.

Franciscus Petrarcha cœlestis homo profectus & nostro æuo Poëta clarissimus, nonne spreta Babylone occidentali atque Pont. Max. beneuolentiā, quam omnes ferè Christiani summopere cupiunt & procurant, & pileatorum orbis cardinum aliorumque Principum, in Vallem clausam abiit insignem Gallie solitudinem, locum ubi Sorgia fontium rex oritur, & ibidem omnem ferè floridam iuuentutem suam uillici unius contentus obsequio, meditando atque componendo consumpsit. Fecit equidem, stant uestigia stabuntque diu, parua domus & hortulus, & dum Deo placet, testes uiuunt plurimi. Et paulo post. Credam ne igitur tantæ dementiæ fuisse Platonem, ut Franciscum Petrarcham urbe pellendum iusserit: qui à iuuentute sua cœlibem uitam ducens, adeo ineptæ Veneris spurcitiæ horret, ut noscentibus illum, sanctissimum sit exemplar honesti. Cui mendacium læta lalis est hostis, qui uitiorum omnium execrator est, & uenerabile ueritatis sacramentum, uirtutum decus & lætitiæ & catholicæ sanctitatis norma, pius, mitis, atque deuotus & adeo uerecundus, ut inde dicatur Parthenias alter. Est & insuper Poëticæ gloriæ facultatis, Orator suauis et facundus, cui cum omnis pateat Philosophiæ sinus, est illi ingenium, præter humanum perspicax, memoria tenax, & rerum omnium, prout homini potest esse notitia plena, ex quo opera eius, tam prosaica quam metrica, quæ plura extant, tanto splendore refulgent, tanta suauitate redolent, tanto florido ornatu spectabilia sunt, & lepore sonantium uerborum melliflua, & sententiarum succo mirabili sapida, ut cœlestis ingenij artificio potius, quam humani fabrefacta credantur. quid multa dixerim: profectus hominem superat & in lōgum mortalium uires excedit. Neque ego has laudes prædico, quasi antiquum hominem, & longis ante seculis defunctum commendem, quin immo, dum Deo placet, uiuentis atque ualentis merita refero, quem morsores egregij, si non literulis meis creditis, oculata fide, uidere potestis. Nec dubito ut ex eo contingat, quod ut plurimum famosis uiris contingere consueuit, ut ait Claudianus: Minuit præsentia famam. imò audacter afferro, quia huius superet præsentia famam. tanta enim morū maiestate, tanta suauis eloquentiæ facundia, tanta etiam urbanitate & composita senectute conspicuus est, ut de eo quod apud Senecam moralem Philosophum de Socrate dici possit. Auditores scilicet eius, plus ex moribus, quam ex uerbis traxisse doctrinæ.

Amplissimum hoc quidem, & liquidò ueritati datum, etsi amicitia atque amoris mutuo attributum uideri possit, apud eos nempè, qui stulta æmulatione, alienas laudes in suspensionem rapiunt libenter. syncera uerò illa atque subtili testificatione Magni illius D. Erasmi Roterodami, quid potest esse laudabilius: cuius quidem de hoc nostro, uerba hæc sunt.

D. ERASMI

Dedicatoria.

DES. ERASMI ROTERODAMI.

Itaque reflorescentis eloquentiæ Princeps, apud Italos uidetur fuisse Franciscus Petrarcha, sua ætate celebris ac magnus, nunc uix est in manibus, ingenium ardens, magna rerum cognitio nec mediocris eloquentiæ uis.

Ex hijs siquidem intelligi maxime potest, ornamenta illa innumerabilia quæ dicendi magistro (à quo Philosophia abesse nequit) & necessaria & propria sunt, PETRARCHAE cumulatè adfuisse. Quod uerò raro in manibus sit, id petulantia huius seculi tribuendum puto, quo aures teretes & religiosas, uerborum uolubilitate demulcere, quam sententiarum pondere prehensare magis consuetum. Certè uirum hunc emunctissimi iudicij, multa & in se & in alijs desiderasse, aliam quoque in eius mente reconditam habuisse eloquentiæ speciē, quam exprimere nec illi nec alij ulli hætenus cōcessum, in Libro, quo de Sua ipsius & aliorum Ignorantia grauer sanè & probe disputat, facile deprehenditur. id quod nec Ludouicus Viues, uir in omni literatura singularis, nec Franciscus Floridus præcocis & elegantissimi ingenij iuuenis, censuris suis dissimularunt, quorum uerba adscribam.

LUDOUICI VIVIS.

Franciscus Petrarcha ab hinc annos paulo plures ducentis Bibliothecas tam diu clausas reserauit primus, & puluerem situmque è monumentis maximorum autorum excussit: quo nomine plurimum ei Latinus sermo debet: Non est omnino impurus, sed squalorem sui seculi non ualuit prorsum detergere etc.

FRANCISCI FLORIDIS ABINI.

Quid tu, censes ne Dantem, Franciscum Petrarcham & Ioannem Bocatium Latinæ linguæ fuisse imperitos: minime quidem. immò & plurimum laudis inter eos meruit Petrarcha, qui primus apud Italos (nisi fallor) Latinam linguam diu sepultam, ex ruderibus & uetustate, in lucem afferere adortus est. quod tamen cum parū foeliciter succederet uel quia bona optimorum librorum pars desideraretur, uel quod opus maius esset quam quod ab uno exactè perfici posset, ad Hetruscam linguam se inuitus contulit, quod ipse edito de hac re carmine confitetur: tantum abest ut quisquam inficiari ualeat. Nec aliud sanè clamant eius opera latinè scripta, quæ summum ingenium, nec mediocrem eruditionem ostendunt.

Horum iudicium multo magis confirmat elogium illud maximi illius Historici Pauli Iouij, qui & parcus alieni operis laudator, seueræ quoque auris arbitrio semper superbus, Hetruscæ tamen eloquentiæ palmam PETRARCHAL tribuit, ac Gothica barbarie adobrutarum literarum Latinarum, alterum facit quasi parentem & assertorem. inquit enim:

PAULI IOVII NOVOCOMENSIS.

Franciscus Petrarcha eodem ciue magistroque suo Dante, Etruscæ linguæ facultatem constitutam planè, & certis adornatam numeris, flagranter excepit, tanta ingenij solertia duriora mollendo & singulari suauitate, uarijs modis flectendo numeros ut enatam dudum, & uix dum flores ostendentem eloquentiam, ingenti cultura, ad absolutæ maturitatis fructum, summumque ideò exactæ elegantiae fastigium perduxerit, eamque laudem sit consecutus, ut in eo poësis genere amatorioque præsertim, castitate, candore, dulcedine no-

† 3 dine no.

Epistola

dine nobilium Poëtarum & primus & ultimus, sanis à scribendo deterritis, existimetur. Sed tanti uiri iudicium illudens fortuna grauius sefellit, quum hæc æternæ felicitatis spiritum habitura, tanquam temporaria despiceret, ut ex latina Aphrica, unde ei in Capitolio insignis laurea præmium fuit, certiores & nobiliores gloriam adsequeretur. Sed debemus plurimum ingenuo sudore semper æstuanti, dum literas à multo æuo miserè sepultas, è Gothicis sepulchris excitaret, modo enim tanquam Italicæ linguæ conditorem & Principem, ab incomparabili diuini ingenij uirtute ueneremur.

Sed quid multis? in doctrina & differendi ratione PETRARCHA hic noster, religione pius, grandis uerbis, sententijs admodum instructus, totus grauis apparet: in Historijs, si omninò perfectum neget, satis tamen elegantem, nusquam infantem reperies. In Epistolis est acer, uehemens, nonnunquam dulcis & perfacetus, legendus quidem omnibus, præsertim de Rebus Senilibus, habet enim quo ingenium non solum acuatur, uerum etiam & alii possit. Quis igitur neget, uel hunc PETRARCHAM, uel etiam alios uiros huic similes, à Rebus publicis benè institutis, merito colere: quum etiam in maximis Reip. occupationibus studia doctrinæ nunquã intermiserint: semper aliquid elucubrauerint negotijs obruti: uel à regèdis rebus publicis, totos se ad rerum cognitionem transtulerint, ut hominum mentes excellentissimorum suorum ingeniorum inuentis, ad honestatè uirtutesque fingerent, omneque suum tempus ea una in re consumpserint. Quis credet Ciceronem ipsum cõseruatæ Romæ, quam linguæ Latinæ ac Philosophiæ assertæ gloriæ fructum legisse uberiorem? quid enim rogo, ea ex urbe, quam ex ferro & facibus truculentissimi Parricidæ Catilinæ, eripuerat uigilantissimus Cos, præter stupendas illas ruinas, extat: cum tamen Oratoris illius clarissimi in dicendo maiestas, ac Philosophi summi, præclara tot literarum monumenta, in ipso Urbis interitu, non modò Latini sermonis puritatem, uerum penè ipsam etiam ciuitatè Remque pub. tueantur, testimonium ac exemplar optimorum suorum cõsiliorum exhibeant. Eapropter ex ciuibus huius urbis nonnulli, tales uiros splendidissimo eoque immortalis officio prosequi solent, describendis atque in plurima exemplaria scriptis illorum effingendis, summa quidè artis industria, sumptuumque impensa ferè immani. Hos inter fide & diligentia HENRICHVS PETRI uir clarus, cum ne plurimi eorum authorum, qui quæ imitanda aut uitanda posteris tradiderunt, interciderent, artis adminiculo prouidere soleat, FRANCISCI PETRARCHÆ Florentini scripta omnia typis suis iam recudit, in quibus orationis genus uniuersum, ad ipalem quandam dictionem atque Asiaticam magis, quam tenue aut exile aliquid sonat. Cæterum hæc scripta maiori ex parte ultimam limam authoris non senserunt, uerum ab excessu ipsius, quum aut dispersa paucorum manibus tererentur, aut in scrinijs abdita seruarentur, pio sanè at festinato & penè præcipiti amicorum officio cõgesta ad nos peruenisse, uideri possunt: quando quidè in numeris in locis genuina illa dictio deprauata, aut sententiarum corrupta integritas. qua de re, ut sibi per similes in lucem tandem prodiret, sudandum mihi profectò fuit multum, uigiliarum autem mearum testem ubicunque ueteris ædificionis

Dedicatoria.

onis exemplum occurreret, producere possum. Dissimulare autem nequeo, quantum hic debeam BONIFACIO AMERBACHIO, uiro, quo hæc urbs BASILIENSIS, uirorum optimorum semper feracissima, clariorem, aut patriæ amantiorem uix protulit, cui quidem in Iuris prudentia hoc æuo neminem anteponas. is quod ex sacro lauacro filium meum leuauit, susceptionis iure cõiunctus mihi atque charissimus, præceptoris officio atque plus quam paternis beneficijs mihi uenerandus, exemplar, non tamen omnium scriptorum PETRARCHÆ, benignitate consueta, exhibuit quod à doctissimo uiro, multis in locis restitutum, haud parum lucis huic emendationi attulit. Eadem facilitate erga me usus est CONRADVS LYCOSTHENES, uir de literis optimè meritus, qui sæpius despondenti animum mihi hortatu & iudicio suo poliori, calcar addidit, ut tandem suscepti laboris ad finem percurrerem. Nec minimus mihi labor fuit, ea quæ Etrusco sermone author scripsit emendare, cum Itolorum præstantissimorum ingenia, id genus scripti multum exerceat, plurimis uerò in locis, ac sæpius euulgatum, ad Dialectos uarios, aut commentatorum opinionibus, aut typographorum festinatione detortum sit. Sed GESVALDI castigatione ac FRANCISCI ALVNI Thesauris adiutus, summa uoluptate, hæc lectione, studij mei, mihi refricare memoriam, sensi, quod ante uiginti annos SENARVM in urbe (Hætruriæ altero oculo Mineruæ & Martis asylo, in ædibus uerò gentis Lanucciorum illustris, atque apud AMBROSIVM NVTIVM uirum ea in Reper omnes honorum gradus uersatum) in ediscendis ijs carminibus, magno per me torfit. Accessit præceptoris mei & amici coniunctissimi COELII SECUNDI CVRIONIS, uiri Itali et doctissimi illustre iuuamen, qui Germano mihi, in dubijs nonnunquam & abstrusioribus sententijs hæsitanti, non defuit, eamque operam præstitit, ut facile sperem, lectionem hanc puriorem, omnibus & gratam & acceptam fore. Hæc de authore, deque scriptis ipsius, satis. Iam uerò tibi BADERI optime, ut hanc meam inscriptionem probem restat, licet haud ignarus sim, rationes meas omnes, ea qua es humanitate, & ex amore tuo, à te æstimari, cum tibi sim charissimus: extat enim hoc, quando id mihi tuis literis ostēderis, unumque illud omnes, qui istinc de te ad nos ueniunt, pleno ore commemorant, nunquam nisi honorificentissimam mei memoriam te facere, in me colendo etiam alacriore indies fieri. Gratum igitur hunc in me tutum animum, mihi esse mirum non est, in gratissimus uerò omnium sim oportet, si iam diu quærenti mihi, quo potissimum genere uel scripti uel officij, pari studio & eadem uoluntate erga te affectum me esse ostēderem, nunc uel ultrò oblatam occasionem negligam. Noui erga literas bonas quo amore flagres, quo studio artis liberales, quibus à pueritia floruisti, amplectaris, quantum Philosophiæ & diuinæ & humanæ tribuas, quibus quum per omnem uitam plurimum insudaueris, etiam Iuris prudentiæ religiosioris splendorem adiunxisti, exornatam eam quidem, & præter morem, eloquentia ac dicendi genere haud uulgari illustratam, ita ut tibi genium esse

Epistola dedicat.

PETRARCHAE quàm simillimum, eius uerò ocium deesse, atq; ob id huius authoris scripta, ritè dedicata esse, iurare auisim. Accedit altitudo illa animi, qua hoc turbulentissimo rerum statu (à sodalibus iam olim, lætis ac integris suffragijs in Maiorem flaminem apud Argentoratenses, phani Diui Petri, quem uocant Iuniorum, susceptus) & dignitatem tuam & collegij res tueare, exēplo quidē hominis cōtinentissimi, atq; quam noster hic tam probè depinxit, in utramq; fortunam parati: undè de tuā uirtute illud haud contemnendū iudicium, eorū uirorū præsertim, qui etiam à remotissimis nobis in orbis partibus, aut Romæ in Senatorum purpuratorū numero integrioribus habentur, aut apud nostrates summo loco nati, te colunt, obseruant & amant. At multo magis, crede mihi, meum in te studium excitauit, in literatos illa tua splendida munificentia atq; liberalitas, qua præter sanguine tibi iunctos atq; foelicis indolis, nobilia adolescentulorum ingenia prosequi, sumptibusq; honestis ad studia bona prouehere soles, immò omni genere hilaritatis, futuræ frugis significationes in pueris allicere & excitare. Huius tuæ largitatis testis certissimus Immanuel unicus mihi, & propter infirmitatem ualeitudinem incertæ spei puer, quem nuper dono liberali, mirum in modum ad studia bona, quibus tibi solum placere posse, sentit, incendisti, ea quoq; de re tibi plurimū me debere, uel aliorum existimatione, fateri cogor. Quoniam uerò meritis in me tuis, nec uoluntati erga te meæ, hoc quidē tempore satisfacere potui, rogo te BADERI optime, ut hos quos lectio huius authoris fructus suppeditabit, ita colligas, ut hac inscriptione, me tanq; saluberrimorum bellariorum indicem, fuisse tibi non obliuiscaris: tibiq; persuadeas, quam affinitatis necessitudo nostra, atq; propensus tuus in me animus postulat, eam erga te meam reuerentiam, aliquando me omnium doctorum & bonorum claro iudicio comprobaturum.

Vale. Basileæ. Cal. Martijs. Anno à nato
Christo. M. D. LIIII.

DE ORIGINE, VI-

TA, CONVERSATIONE ET

studiorum suorum succes-
su, ipsiusmet autoris

Epistola.

FRAN. PETRARCHA POSTERITATI S.



VERIT tibi forsan de me aliquid auditum, quanquam et hoc dubium sit, an exiguum & obscurum longè nomen, seu locorum seu temporum peruenturum sit. et illud forsitan optabis, nosse quid hominis fuerim, aut quis operum exitus meorum, eorum maximè, quorum ad te fama peruenit, uel quorum tenue nomen audieris: et de primo quidem uariæ erūt hominum uoces, ita enim fermè quisq; loquitur, ut impellit non ueritas sed uoluptas, nec laudis nec infamiae modus est. Vestro de grege unus, fui autem mortalis homuncio, nec magnæ admodum nec uilis originis, familia (ut de se ait Augustus Cæsar) antiqua. natura quidem, non iniquo, neq; inuerecundo animo, nisi ea consuetudo contagiosa nocuisset, adolescentia me fefellit, iuuenta corripuit, senectus autem correxit, experimentoq; perdocuit, uerū illud, quod diu ante perlegeram. quoniam adolescentia & uoluptas uana sunt. immò ætatū temporumq; omnium conditor, q miserōs mortales de nihilo tumidos, aberrare sinit interdum, ut peccatorum suorū, uel sero memores se cognoscant. Corpus iuueni, non magnarū uirium, sed multæ dexteritatis obtigerat, forma non gloriōsior excellenti, sed quæ placere uiridioribus annis posset, colore uiuido, inter candidum & subnigrum, utuacibus oculis, & uisu per lōgum tempus acerrimo, qui præter spem, supra sexagesimum ætatis annum me destituit, ut indignanti mihi, ad ocularium confugiendum esset auxiliium. tota ætate sanissimum corpus, senectus inuasit, & solita morborū acie circumuenit. Honestis parentibus, Florentinis origine, fortuna mediocri, & (ut uerum fatear) ad inopiam uergente, sed patria pulsus, Aretij in exilio natus sum, anno huius ætatis ultimæ, quæ à CHRISTO incipit M. CCC. IIII. die Lunæ, ad aurorā, Cal. Augusti, diuitiarum contemptor eximius, non quod diuitias non optarem, sed labores curasq; oderam, opum comites inseparabiles, non ut ista cura esset, lautarū facultas epularū ego aut tenui uictu, & cibis uulgaribus uitam egi lætius, quàm cū exquisitissimis dapibus omnes Apitiū successores. Conuiuia quæ dicuntur (cum sint commestationes, modestiæ et bonis moribus inimicæ) semper mihi displicuerūt, laboriosum & inutile rarus sum, ad hūc finem uocare alios, nec minus ab alijs uocari. Conuiuere autē cū amicis adeò iucundum, ut eorum superuentu nil gratius habuerim, nec unquam uolens, sine socio cibum sumpserim. nihil mihi magis, quàm pompa displicet, non solum quia mala & humilitati contraria, sed quia difficilis & quieti aduersa est. Amore acerrimo, sed unico & honesto, in adolescētia laboraui, & diutius laborassem, nisi iam tepescētē ignem, mors acerba, sed utilis extinxisset. Libidinū me profus expertem dicere posse, optarem quidem, sed si dicam mentiar, hoc securè dixerim, me quanquam feruore ætatis & complexionis. ad id raptum, uilitatem illam tamen semper animo execratum. mox uerò ad quadragesimū annū appropinquans, dum adhuc et calor is satis esset, et uirium, non solū factū illud obscenū, sed eius memoriam omnem sic abieci, quasi nunquam sceminam aspexissem. q; inter primas foelicitates meas memoror, Deo gratias agens, qui me adhuc integrum et uigentem, tam uili & mihi

† † semper

Fran. Petrarch.

semper odioso seruitio liberauit. Sed ad alia procedo. Senti superbiā, in alijs nō in me, & cū paruus fuerim semper, minor iudicio meo fui. Ira mihi per sepe, nocuit alijs nunquam. amicitiarū appetentissimus honestarum, & fidelissimus cultor fui, intrepidē gloriōr, quia scio me uerū loqui, indignantissimi animi, sed offensarum obliuiofissimi beneficiorum per memoris, Principum ac regum familiaritatibus, et nobilium amicitijs usq; ad inuidiam fortunatus fui, Sed hoc est supplicium senescentium, ut suorum sapissimē mortes fleant. Maximi regū, & max̄ ætatis amarunt et coluerunt me, cur autē nescio, ipsi uiderint, & ita cū quibusdam fui, ut ipsi quodammodo mecum essent, & eminentiæ eorum nullū tediū, cōmoda multa perceperim. Multos tamen eorum quos ualdē amabam effugi, tantus fuit mihi insitus amor libertatis, ut cuius uel nomen ipsum libertati, uel illi esse cōtrarium uideretur, omni studio declinarem. Ingenio fui æquo potius, quā acuto, ad omne bonum & salubre studiū apto, sed ad moralem p̄cipuē philosophiam, & ad poëticam prono. Quā ipsam processu temporis neglexi, sacris literis delectatus, in quibus senti dulcedinē abdita, quam aliquando contempseram, poëticis literis non nisi ad ornatum reseruat. Incubui unice inter multa, ad notitiam uetustatis, quoniam mihi semper ætas ista displicuit, ut nisi me amor charorū in diuersum traheret, qualibet ætate natus esse semper optauerim, & hanc obliuisci niscus, animo me alijs semper inserere. Historicis itaq; delectatus sum, nō minus tamen offensus, eorū discordia, secutus in dubio, quo me uel ueri similitudo rerū, uel scribentium traxit auctoritas. eloquio ut quidā dixerunt claro ac potenti, ut mihi uisum est fragili & obscuro, neq; uerō in communi sermone cum amicis aut familiaribus eloquentiæ unquā cura me attigit, mirorq; eam curam Augustū Cæsarem accepisse. Vbi autē res ipsa, uel locus uel auditor aliter poscere uisus est, paulo annisus sum, idq; quā efficaciter nescio, eorum sit iudicium coram quibus dixi. Ego modō benē uixissem, qualiter dixissem paruifacere, uentosa gloria est, de solo uerborū splendore famam querere. Tempus mecū sic uel fortuna uel uoluntas mea, nunc usq; partita est. Primum illū uitæ annum, neq; integrum Aretij egi, ubi in lucem natura me protulerat, sex sequentes, Ancise paterno in rure, supra Florentiam quatuordecim passuum millibus, reuocata ab exilio Genitrice, octauū Pisis, nonum ac deinceps in Gallia transalpina ad læuam Rhodani ripam, Auinio urbi nomen, ubi Romanus Pontifex turpi in exilio *CHRISTI* tenet ecclesiam, & tenuit diū, licet ante te paucos annos Urbanus *v.* eam reduxisset uideretur in suam sedem, sed res, ut patet, in nihilum redijt, ipso, q; grauius fero, tunc etiam superstitē, & quasi boni operis pœnitente, qui si modicū, plus uixisset, haud dubiē sensisset, qd mihi de eius habitu uideretur. iam calamus erat in manibus, sed ipse confestim gloriosum principū ipsum, cū uita destituit incoelū. quā scilicet ante Petri arā mori, & in domo propria potuisset. Siue enim successores eius, in sua sede mansissent, & ipse boni operis auctor erat, siue abissent, & tantō ipsius clarior uirtus, quantō illorū culpa conspectior. sed hæc longior atq; incidens est querela. Ibi igitur uentolisissimi amnis ad ripam pueritiam sub parentibus, ac deinde sub uanitatibus meis adolescentiam toram egi, non tamen sine magnis digressionibus. namq; hoc tempore Carpentoras ciuitas parua, & illi ad orientem proxima, quadriennio integro me habuit, inq; his duabus aliquantulū Grāmaticæ, Dialecticæ, ac Rhetoricæ, quantū ætas potuit didici, quantū scilicet in scholis disci solet, q; quātulum sit charissime lector intelligis. Inde ad Mōtem Pessulanum, legū ad studiū p̄fectus, quadriennium ibi alterū, inde Bononiam & ibi triennium expendi, & totū Iuris ciuiliū corpus audiui, futurus magni prouectus adolescens, ut multi opinabantur, si cepto insisterem, ego uerō studiū illud omne destitui, mox ut me parentum cura destituit. nō quia Legum mihi non placeret auctoritas, q̄ absq; dubio magna est, & Romanæ antiquitatis plena, qua delector, sed quia earum usus nequitia hominū deprauatur, itaq; piguit perdiscere, quo inhonestē uti nollem, & honestē uix possem, & si uellem puritas inscitæ tribuenda esset. Itaq; secundū & uigesimaliū annum agens domū redij, domū uoco Auinionense illud exilium, ubi ab infantia meæ sine fueram. habet enim consuetudo proximam uim naturæ. Ibi ergo iam nosci ego, & familiaritas mea à magnis uiris expeti ceperat. cur autē, nescire nunc me fateor & mirari, tunc equidem non mirabar, ut q̄ mihi more ætatis omni honore dignissimus uiderer, ante alios expetitus, fui à Columnen-

sum

De origine & uita sua.

sum clara & generosa familia, quæ tunc Romanam curiam frequentabat, dicam melius illustrabat, à quibus accitus, & mihi nescio, an & nunc, & tūc certē indebito in honore habitus, ab illustri & incōparabili uirō Iacobo de Columna Lomberiensi tunc episcopo, cui nescio an parem uiderim, seu uisurus sim, in Vasconiam ductus, sub collibus Pyrenæis ætatem prope cœlestem, multa et domini & comitum iucunditate transegi, ut semper tempus illud memorando suspirem. Inde rediens, sub fratre eius Ioanne de Columna Cardinale, multos per annos non quasi sub domino, sed sub patre, immō ne id quidē, sed cum fratre amantissimo, immō mecum & propria mea in domo fui. quo tēpore iuuenilis me impulit appetitus, ut & Gallias & Germaniam peragrarem, et licet aliæ causæ fingerentur, ut perfectionem meam, meis maioribus approbare, uera tamen causa erat, multa uidendi ardor ac studium. In qua peregrinatione Parisius primum uidi, & delectatus sum inquirere, qd uerum, quid uē fabulosum de illa urbe narraretur, inde reuersus Romam adij, cuius uidenda desiderio ab infantia ardebam, & huius familiæ magnanimū genitorem Stephanū de Columna, uirum cuilibet antiquorum parem, ita colui, atq; ita sibi acceptus fui, ut inter me & quemlibet filiorum nil diceret interesse. qui uiri excellētis amor, & affectus usq; ad uitæ eius extremum, uno erga me semper tenore permansit, & in me nūc etiam uiuit, neq; unquam desinet, nisi ego ante desiero. Inde etiam reuersus, cū omnium, sed in patris illius tædiofissimæ urbis fastidium atq; odium naturaliter animo meo insitum ferre non possem, diuerticulum aliquod quasi portum querēs, repperi uallem perexiguam, sed solitariam atq; amœnam, quæ Clausa dicitur, quindecim passuum millibus ab Auinione distantem, ubi fontium rex omnium captus loci dulcedine, libellos meos, & me ipsum illic transtuli, longa erit historia, si pergam exequi, quid ibi multos ac multos egerim p̄ annos. hæc est summa quod quicquid ferē opusculorum mihi excidit, ibi uel actum, uel ceptum uel conceptum est. quæ tam multa fuerunt. ut usq; ad hanc ætatē me exerceant ac fatigēt. fuit enim mihi ut corpus, sic ingenium magis pollens dexteritate, quā uiribus. Itaq; multa mihi facilia cogitatu, quæ executione difficilia prætermisi, hic mihi ipsa locorū facies suggestit, ut Bucolicum Carmen syluestre opus aggredere, & Vitæ solitariæ libros duos ad Philippum semper magnum uirum, sed paruū tunc Episcopum Cauallicensem, nūc magnum Sabinsensem episcopū Cardinalem, q̄ mihi iam solus omnium ueterum superstes, non me episcopaliter, ut Ambrosius Augustinū, sed fraternē dilexit ac diligit. Illis in montibus uaganti, sexta quadā feria, maioris hebdomadæ, cogitatio incidit & ualida, ut de Scipione Africano illo primo, cuius nomen, mirum unde, à prima mihi ætate charū fuit, poëticum aliquid Heroico carmine scriberem. quod tūc magno ceptum impetu, uarijs mox distractus curis intermisi, sed subiecti de nomine Africæ nomen libro dedi, operi nescio, qua uel sua, uel mea fortuna, dilecto multis, antequam cognito. Illis in locis morā trahenti, dictu mirabile, uno die, & ab urbe Roma Senatus, & de Parisijs Cancellarij studij ad me literæ peruenerunt, certatim me ille Romā, ille Parisius ad percipiendam lauream poëticam euocantes, quibus ego iuueniliter gloriabundus, et me dignum iudicans, quo me dignum tanti uiri iudicarent, nec meritum meum, sed aliorum librans testimonia, parumper tamen hæsitauī, cui potius aurem darem. super qua consiliū Ioannis de Columna Cardinalis supranominati per literas experij, erat enim adeo uicinus, ut cū sibi serō scripisssem, die altero antehoram tertiam responsum eius acciperem, cuius consiliū secutus, Romanæ urbis auctoritatem, omnibus præferendam statui, & de approbatione consilij eius, mea duplex ad illum extat epistola. Iui ergo, & quamuis ego more iuuenum, rerum mearū benignissimus iudex essem, erubui tamen, de meipso testimonium sequi, uel eorum à quibus euocabar, quod proculdubio non fecissent, nisi me dignum oblato honore iudicassent. unde Neapolim primum petere institui, & ueni ad illum summū, & regem, & philosophum Robertum, non regno quā literis clariorem, quem unicum regem & scientiæ amicum, & uirtutis nostræ ætas habuit, ut ipse deme, quod sibi uisum esset censeret, à quo qualiter uisus, & cui quā acceptus fuerim, & ipse nunc miror, & tu si noueris lector, puto mirabile. audita autem aduentus mei causa, mirum in modum exhilaratus est, & iuuenilem cogitans fiduciam, & forsitan cogitans honorem, quem peterem sua gloria nō uacare, quod

Frans. Petrarachæ Epistola.

ego eum solum iudicem idoneum è cunctis mortalibus elegissem. quid multa? Post inuicias uerborum collationes, uarijs de rebus, ostensamq; sibi Africam illam meam, qua usq; ad eum delectatus est, ut eam sibi inscribi, magno pro munere posceret. q; negare nec potui, certe nec uolui, super eo tandem, pro quo ueneram certum mihi deputauit diem, & à meridie ad uesperam me tenuit, & quoniam crescente materia, breuè tempus apparuit, duobus proximis diebus idem fecit, sic triduo excussa ignorantia mea, die tertio me dignum lauream iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat, & ut assentiret precibus, etiam multis urgebat, uicinitas amor Romæ, uenerandam tanti Regis instantiam, itaque inflexibile propositum meum cernens, literas mihi & nuncios ad Senatum Romanum dedit, quibus de me iudicium sumum, magno fauore professus est, quod quidem tunc iudicium regium, & multorum, & meo in primis iudicio consonum fuit, hodie & ipsius & mecum & omnium idem sententiam, iudicium non probo. plus in eum ualuit amor, & ætatis fauor, quam ueri studium. Veni tamen, & quamlibet indignus, tanto tamen fretus filiusq; iudicio, summo cum gaudio Romanorum, qui illi solennitati interesse potuerunt, lauream Poeticam, adhuc scholasticis rudis adeptus sum. de quibus etiam, & carmine & soluta oratione epistolæ meæ sunt. hæc mihi lauream, scientiæ nihil, plurimum uero quasi inuidiæ. Sed hæc quoque historia longior est, quam poscat hic locus. inde ergo digressus Parmam ueni, & cum illis de Corrugijs uiris in me liberalissimis atq; optimis, sed inter se malè concordibus, qui tunc urbem illam tali regimine gubernabant, quale nec ante in memoria hominum habuerat ciuitas illa, nec ætate hac ut auguror habitura est, aliquantulum tempus peregi, & suscepti memor honoris, sollicitusq; ne indigno collatus uideretur, cum die quodam in montana conscendens, fortè trans Enriam amnem, Rheginis in sinibus syluam quæ Plana dicitur adijssim, subito loci specie percussus, ad intermissam Africam stilum uerti, & feruore animi, qui sopitus uidebatur excitato, scripsi aliquantulum die illo, post continuos diebus, quotidie aliquid, donec Parmam rediens, & repostam ac tranquillam nactus domum, quæ postea empta, nunc etiam mea est, tanto ardore opus illud, non magno in tempore ad exitum deduxi, ut ipse quoq; nunc stupeam, inde reuersus ad fontem Sorgiæ, & ad solitudinem transalpinam redij, cum iam quartum & tricesimum ætatis annum post terga relinquerem, diuque & Parmæ & Veronæ uersatus, & ubique Deo gratias, charus habitus, multo amplius quam ualerem. Longum post tempus. uiri optimi, & cuius nescio, an è numero dominorum quiscquam similis, sua ætate uir fuerit, immò uero scio, quod nullus Iacobi de Carrharia iunioris famæ præconio beneuolentiam adeptus, nuncijs quoque & literis, usque trans alpes, quando ibi eram, & per Italiam ubicunque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus sum, & in suam sollicitatis amicitiam, ut quamuis de foelicibus nil sperarem, decreueram tandem ipsum adire, & uidere, quid sibi hæc magni, & ignoti uiri tanta uellet instatia. itaq; serò quidem Patauium ueni, ubi ab illo clarissimæ memoriæ uiro, non humanæ tantum, sed sicut in coelum foelices animæ recipiuntur, acceptus sum, tanto cum gaudio, tam quæ inestimabili charitate ac pietate, ut quia æquare eam uerbis posse non spero, silentio opprimenda sit. Inter multa sciens me clericalem uitam à pueritia tenuisse, ut me non sibi solū, sed etiam patriæ arctius astringeret, me Canonicum Paduæ fieri fecit, & ad summam si uita sibi longior fuisset, mihi erroris & itinerum omnium finis erat, sed heu nihil inter mortales diuturnū, & si quid dulce se obtulerit, amaro mox sine concluditur, biennio non integro eum mihi & patriæ, & mundo cum dimisisset, Deus abstulit, quo nec ego, nec patria, nec mundus (non me fallit amor) digni eramus. Et licet filius sibi successerit prudentissimus, & clarissimus uir, & qui p; paterna uestigia, me charum semper atque honoratum habuit, ego tamen illo amisso, cum quo cum magis mihi præsertim de ætate conuenerat, redij rursus in Gallias stare nescius. non tam desiderio uisa milites reuifendi, quam studio, more ægrorum, loci mutatione rædij consulendi.

VITA

VITA FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. PER HIERONY.

M V M S Q V A R Z A F I C H V M A L E S

xandrinum, ad PETRVM CONTARENVM

Venetum Patricium scripta.



Vanquam non sim nescius Francisci Petrarchæ uitam, haud facile scribi posse. tamen onus hoc aggrediendum, mei muneris esse duco, fateor multos illam scripturasse, sed multa sibi inconuenientia, seu negligentia, seu quia nota illis non erant, scripta non esse conspexerim. Et tam caliginosè nonnulla referuntur, ut illū quem illustrare uoluerunt, non seruato scribendi ordine, obscurum potius reddiderunt, itaq; indolui ipse mecum, uicem tanti uiri, ut qui literas Latinas per mille annos sopitas, ad nos reuocauerit, sic oblittera ferre non potui. et sicut illius cogitatio multarum rerum, nouarum & ueterum nunquam ieiuna fuit, sic nos etiam (pro uiribus) omnes eius partes attingemus, præsertim quæ memoratu digna uidebuntur. Fuit igitur FRANCISCUS PETRARCHA genere Hetruscus, Florentinus origine, & antiqua, & fortunæ mediocri, patre Petrarcho, matre Latha, & ad inopiam uergente. fuit pater in ea ciuitate scriba reformationū, q; officium, cum dignitate multos exerceuit annos. sed cum factiosus (quibus semper ea ciuitas plena est) à quibus Dantes Aligerius, paulò ante pulsus fuerat, in suspicionem uenisset, unā cum uxore exili multatur. Aretium se contulit. hunc ibi in exilio filium concepit & peperit. Natus est anno à natali Christiano M. CCC. III. XIII. Cal. Sextilis, ad aurorā die Lunæ, & in festo sanctæ Margaretæ, tanto matris labore, & discrimine (et ut uerbis suis utar) ut non obstetricum modo, sed medicorum iudicio, diu exanimis haberetur. tunc Cesareos fasces Albertus dux Austriæ, inter germanos potens habebat. Primum ibi annum, & non integrum suæ uitæ egit, mater deinde multorum nobilitium precibus exilio reuocatur, infantulum in uillam paternam secum detulit, loci nomen est Ancisa in agro Florentino XIII. millia passuum procul à ciuitate. Alter autē filius Gharardus nomine, quia maior erat natus, cum patre remansit. sperabant exules (quorum magna pars Aretium confugerat) in patriam reuerti, ferebatur Albertum Austriæ ducem, quem supra nominauimus, Italiam petiturum, & Ghibellinam factionem, quam propitiam sibi habuerat, in sedes paternas repositurum. Petrarcha cum matre ruri comoranti, usq; in annum septimum enutrit. Petrarcho pater, uidēs in patriam reditū incassum iri, rure reuocata uxore, & filio, Pisas se transtulit, sed prius tota Tuscia circumuagatus. Ferebatur puellus, pualidi cuiusdam iuuenis dextra, pannis obuolutus, ne tenellū corpusculū aliquo tactu offenderet. & (ut ipse dicit) non aliter q; Metabus Camillā, nodoso de stipite pendentē, ne periclitaretur baiulabatur. sed in transitu Arni fluminis equus lapsu pedis genuflectitur, et iuuenis ille, in quibus dextris tenebatur labitur, & dum sibi creditū onus saluare nititur, propè uolentia gurgitis submergit. Erat igitur cum Pisas uenit annorum septem. octauū illuc egit, cum tanta spe mirabilis probitatis, & laudis, ut ab omnibus desideraretur. Tantā ingenij famā pro indole consecutus est, ut inter æquales omnes excederet, & mores puerorū, ab eo tanquam magno Cenfor cōponebantur, tanto cum iudicio & maturitate, ut ab omnibus laudaretur. Erat facie pulchra, & eleganti, oculi uiuaces, ut coruscantes scintillæ, intuitus sapientiæ plenus, qui uigor representabatur, & grauitas. Torū uero corpus, pro ætatis initio decorum, & solidum, sic singula correspondebant membra, quid de eius mirabili eloquentia dicā, quæ tanta esse demonstrabatur, ut quibuscūq; rebus uoluerit, ea uti posset. ordo, & summa rerū eius pueritiæ ista fuit, quæ deinde gessit explicemus. Petrarcho pater cognoscens in Italia uitam degi non posse, in Galliam transalpinam proficiscendū est ratus, ut aliquid lucelli ad familiam nutriendam cōsequeretur, nā mortuo Bonifacio VIII. Pont. Clemens. V. successor fuit, & eius sedem Auinionem posuerat, omnes undiq; populi illuc confluebant. sic & ipse relicta Pisa, Auinionem perrexit, & quia onus inerat familie maritimum iter elegit, et nauigando haud procul. Malsilia naufragiū passus, & parum abfuit, quin cum tota familia submergeretur. In curia nouæ Babylonis (ut ipse ait) tabellionatus officium exerceuit, seu ut aliqui uolūt mercaturā. questus enim gratia Auinionem morabatur. Sed ob magnā hominū confluentiam, qui sedem Apostolicā prosequerentur, nec ciuitas illa

Vita Fran. Petrarchæ

tantæ gentis in glorie capax erat, proinde publico edicto factum fuit, quos haberet quisque filios, pariter pueros, & foeminas, & gens, quæ incõmoda uideretur proxima in oppida, & uillas adduceret. Puer quoque Franciscus, Carpentorias mittitur, quod Auinionem ad orientem proximum est, sed dum in hoc oppido, per quatuor comoratus esset annos, in quo quidem tempore literas primum libare coepit. in his duabus urbibus, Grammaticam, Dialecticam, atque Rhetoricam, quæ in scholis precipue potest edidit, cuius de ingenij acrimonia, præceptores ad mirabantur, ut aliquod diuinum in illo intuerentur, per sepe patri dixerunt: Te beatum reputamus Petrarcho, quandoquidem filium, ad omnes disciplinas capescendum promptum habentem ingenium, genuisti. crescebat tunc temporis Dantis fama, & iam nonnulla sui libri demonstrabantur capita, qui illum magnam & scientissimum uirum, per ora doctorum hominum uolitare faciebant, Franciscus illum æmulabatur, & incredibili ardore studiorum eius incendebatur. Inde ut iuriconsultus euaderet, ad morem Pessulanum, famosum est ob literarum studia oppidum Gallie transalpinæ, patris iussu, ut legibus studeret misit, & ius civile per quatuor continuos annos audiuit, præceptores habuit Ioannem Caldarinum Bononiensem, et Bartholomæum de Ossa, patria Bergomensem iuriconsultos consumatissimos, à quibus diligebatur. Sed parum ipse legibus studebat, non sponte etiam ad illas perdiscendas ductus fuerat, & magnus fuisset legum interpret, nisi proposito defuisset. Summa eius delectatio, haud quæquam in illis, sed in Cicerone, & Virgilio, & historiis cognoscendis erat. Ius civile asperum, insipidum tædiosumque esse dicebat. Inde ex more Pessulano Bononiam mittitur. illic quidem primum cum Ioanne Andrea, & Cyno Pistoriense, qui publice leges profitebantur, in amicitiam uenit, & quoad uixerunt firmissimam habuit. Cynus humanitatis studia non abhorrens, sed cum uacaret ocio, persequatur, illius captus suauitate, sæpe Franciscum secum habebat, nec desinebat etiam illum hortari, ut inceptum studium persequeretur. cui ille studium in quo me hortaris, seruire officium reputo, & mancipium, omnibus se præstat qui illo utitur. & si paterna non foret reuerentia, si post me curreret (quia libertate uti cupio) non acceptarem. quis est qui non dicat hæc iura uenalia esse? & ad bene recteque uiuendum longe alijs studijs esse inferiora? quod ad faciendum uirum bonum ista conueniunt, sed quod non uidet ad uirtutem consequendam nihil pertinere, sed cupidum magis, medicam, iracundumque hominem reddunt. quod mihi est de aqua arcæda disputare? quid de stillicidiorum quid si ancillæ partus, in fructibus censeatur? quod si quæ legata persolui teneatur? Quinetiam si testamentum, septem testibus caruerit, executioni mandetur, cum ista à legumlatoribus luculenter, explicata sint. Vos uestris commendationibus omnia peruertitis, sunt commendata super commenta, quæ indies noui Legulei scribunt, ut iam euenit ex hoc, id quod ait Comicus: *Intelligendo nihil intelligant.* Sed ut dignitati tuæ, & paterno amore morem geram persequar, & tempus non conterisse ostendam. sed quod natura uirgine euadet, non poterat quidem facere, quoniam eloquentiæ studia non persequeret. Excitabatur multorum amicorum hortatione, quæ & scriptas ab eo epistolas, & carmina laudaret, & in amplissima reponeretur spe, si in dicendo perseveraret, & sui temporis omnes superare, & antiquos se indubie adæquaret. crescebat indies eius laus, & fama, & ut aliquid dignum laude promeretur, à multis incitabatur. sicuti illa, qui iam Ciceronis fundameta, & disciplinam intelligebat. Patri autem, quæ de filio ferebantur, quam laudaretur, sed excandescens ira, Bononiam pergit, & filio diris uerbis increpato: quid Cicero nemus? quid Virgilius? quid scriptores historiarum, & Poetas denique omnes sibi facere posse dicebat: cum ad consequendas opes non ualeret, sed ut fabellæ, et somnia esse. Iuri autem civili studeret, quod amplissimum inde honorum, & fructum haberet hortabatur, & comonebat. postea ignem accendi iussit, ut quotquot filius haberet libros Ciceronis, & Poetarum omnes combureret, & cum iam aliquos accessus ira igni mandasset, cum rhetoricam Ciceronis & Virgilij opus manu teneret, ut in flammam mitteret. non amplius ferre potuit egregius iuuenis, innocuos tali iniuria pati, genibus flexis lachrymisque precibus admixtis, ut tantum nephas ne faceret, & à tanta indigna re abstineret, et si quod esset peccatum, à se non ab illis claris uiris poenas exigeret, exorat, obtestatur, adiurat, & patrem amplectitur osculatur, pollicendo non amplius illos legere. Sed studium sibi impositum sequi, ex ipsius patris ira placauit. atque deinde quoad uixit pater, iuri civilis diligentius operam dedit. Solebat ipse admodum senex, hanc historiam iocundissimè narrare. Cum secundum & uiginti annos haberet, matrem amisit, de qua tanto dolore consternato, ut per aliquot menses stetit, quod consolari non poterat. non defunctæ matris transacto anno, patrem diu clausisse extremum audiuit, indoluit satis, sed cum sciret semel moriendum esse omnibus, & resoluendum unde manauimus, cum imbecille hominis statum longa meditatione cogitasset, eo more se

Per Hieron. Squarzacichum.

æquiore animo sustulit. Cum sui iuris factus esset, studia legum quæ oderat posuit, & quos amabat Poetas, & Oratores manibus sumpsit. Bononia igitur profectus, Auinionem rediit, adiutus uatico à Thoma Siculo Messanenfi, à quo tanta proferebatur benivolentia & amore, ut illum non secus quam fratrem haberet. ibi iam late cognoscebatur, per epistolas multas, ad amicos scriptas, familiaritas eius à magnis uiris expeti coeperat. audientium quidem animos incitabat, fama eius, tanta erat ingenij magnitudo, tanta rerum humanarum, ob id quod legerat diligentia, ut nihil quod esset memoratu dignum, ignorare uideretur: & non minus de his iocundè, quam subtiliter disputabat: ex quo euenit, ut quod maior quisque esset in curia, eo magis affectaret uirum hunc amatumque habere, Iacobo, & Ioanni de Columna charus in primis fuit, ipsi fratres in curia uersabantur, & apud Pontificem Maximum cum nobilitate generis, tum nobilitate prælatuæ, ac rerum Ecclesiasticarum notitia, magni erant. Ioannes Cardinalis, Iacobus Lomberiensis episcopus erat, à quo in Vasconiam, quæ antiquitus Aquitania dicebatur, ductus est, sub collibus Pyreneis æstatem propè coelestem (ut ipse ait multa, & domini, & comitum iocunditate transegit. Regresso in domo Cardinalis per multos annos stetit, non quasi sub domino, sed sub patre, imò ne id quidem (ut Paulus Vergerius ait) sed cum fratre amantissimo imò secum, & in domo eius propria fuit. Post hæc animus sibi persuasit, ut plura uideret, unde à saltu Pyreneo alpebusque, quæ à Rheno & Rhodano continentur. In qua quidem peregrinatione, multa uidit, multa collegit, plurima notauit. Et quod summo opere delectauit Parisium uidit, quid uel fabulosum, quid uel historicum, de illa urbe diceretur intelligere uoluit. Principes uero quos in ista peregrinatione uiderat, benignè ab omnibus suscipitur, ubique fama prænuncia, de eius nomine conspicuum illum faciebat, & apud omnes ample, & liberaliter habitus est. Deinde Romam uetustatis eius urbis contemplanda causa profectus, nam usque ab infantia urbem illam uidere flagrauerat, magnitudinemque eius, & omnem uetustatemque superest diligenter contemplauit, à magnanimo illius familiae genitore Stephano de Columna susceptus, & in tanto honore, & amore habitus, ut nihil supra. Inde uero Auinionem regressus, & tædium curiæ affectus, cum solitudinem locumque quietis exquireret, & operam tandem rebus scribendis daret, et liberius ocio fruere, incidit in uallè, quam incolæ Clausam appellant. Locus paruus, sed per commodus, ad quam desiderabat uitam Solitariam perducendam, quindecim passuum millibus ab Auinione distantem, in ea fons pulcherrimus fontium oritur, in ea cœli serenitas quædam, & iocundus aspectus, Sorgia fontis nomen est. Hanc igitur ad uallè, se librosque suos & sarcinulas omnes, ad uictum necessarias detulit, cum plures annos in ea comoratus est. multaque aggressus de literis, tum legendo, scribendo, tum componendo, hic Bucolicum carmen, hic de Solitaria uita scripsit, ibi etiam de Scipione Africano illo superiore, poemata aggressus, cui de subiecti nomine Africa nomen dedit: de quo post dicitur. Illic denique (ut Vergerius scribit) quicquid ferè omni ætate composuit, aut præfecit, aut incepit, aut scribere cogitauit eo fuit in loco. Captus etiam dum sic stare amore Laureæ, quæ ipse ampliato nomine Lauram uocat, & ardentè illam amauit, & multa carmina, & rithmos in eius laudem composuit, & undique quantum ingenij ualere uires, in omni genere uirtutis illustrem reddidit. harum igitur rerum merito, non ab hominibus solè, sed à principibus noscebat. Fama eius iam ubique erat sparsa. ut uno nanque die, mirabile dictum, à duobus distantissimis ac illustribus è locis Roma, & Parisio, literæ uenerunt, quæ ad percipiendam Lauream poëticam euocabant, ut quasi de industria hæc duæ clarissimæ in terris urbes, hoc isto de honore certarent. De Parisio Gallici nominis princeps & scriba, qui in ea regia urbe præerat studio, ex urbe uero Senatores utriusque in hanc sententiam exhortationes, & preces erant, ut quæ iure optimo deberetur ei ac Poëti dari soleret, eam apud se Lauream sumeret. Princeps, & scriba ut Parisio Senatores, ut Romæ sumeret, multis persuasionibus hortabantur. dubius secum ipse, ad quos se flecteret per diu fuit. Tandem Columnensium consilium securus, urbem Romam præponendam esse constituit. non enim deerant qui Parisium ob magnitudinem studij, ac regiam sedem præponendum esse censebant, sed Romam præposuit, quia imperio nomine pollebat, & in ea etiam Poëta donati laurea permulti essent. Igitur dignum prius hominem quærens, cui ingenium suum excutiendum committeret, duxitque auctoritas Roberti regis, iuicque Neapolim ad illum summum regem, & Philosophum, non minus literis quam regno clarum, nam tæta erant in amplissimo Rege, ut tæta rei index optimus esse posset, neque munus oblatum inuitus ipse suscepit, sed magni fecit, se cunctis præponi, & electum esse tantum uiri iudicio, sicut præ omnibus ipse peritus, & idoneus uideretur, et insolentem admiras ingenij fiduciam, tandem pro quo uenerat, certo deputato die, et à

Vita Fran. Petrarchæ

meridie in uesperas eū tenuit. crescēte materia, unius diei tēpus breue apparuit, duob. dieb. se quētib. idē fecit, sed post innumeras uerborū collationes, disputationesq; cū de poetica sublimitate, tū de historijs, tū de eloquētia facultate, tū de Rhetoricæ p̄tib. graui & peritē in omnib. se habuisset, die quarto, dignū eū Laurea iudicauit, et librū Africæ ostēdit, cōceptū magis q̄ p̄fectū opus. & multis hinc inde carminib. decātat, ut admiraret Rex, seq; t̄dere permultū, ac uehemēter dolere fateret, q̄ dū iuuenis esset, studijs illis operā nō dedisset, & librum nō parua cū gratia petijt, ut nomini suo inscriberet, & psuadere etiā nō desistit, ut Neapoli illam sumeret, sed à suo p̄posito flectere nō potuit. Romā ex ordine laureādū, p̄isco de more Regijs cū literis, ac legatis ad Senatū misit, quibus iudiciū suū magno fauore professus est. Urbis tunc Senatores, Vrsus comes Angulariæ, & Iordanus de filijs Vrsi erāt, qui tāto Regis freti iudicio, ac testimonio ap̄p̄batus, tū ipso in Capitolio, summa dudū Romani imperij arce cū celebritate, & lætitia ciuitatis, grādīq; conuētū nobiliū, & peritorū, q̄ undiq; ad istā rē uisēdā honorādāq; uenissēt, ac frequētissimo P.R. approbātē. Petrarca noster id p̄imum ē more, longa, & pulcherrima oratione petēs, declaratur à Senatoribus his esse historicum, et poetā, deinde corona poetica, ut p̄iscis mos erat coronat. et ad ampliādū munus, ciuitate acclamāte populo, donatus, et cōueniēti, (ut gratias redderet) habita oratione. Cū magna nobilitate caterua, ad ecclesiā beati Petri Apostoli p̄fectus, in q̄ quidē tēplo, cū deuotione, & reuerētia coronā thoro applicuit, & p̄ multos pepēdit annos. Fuit hoc ut ex suis epistolis coniectari licet, natiuitatis suæ anno, septimo et trigesimo, idibus Aprilis. q̄ ecclesia celebrat factū Resurrectionis pascha, de qua, & carmina, et soluta oratione extāt epistolæ. hic honor p̄ multa sæcula iā desuetus, & si multū fuit decoris, ira & plurimū ei q̄siuit inuidiæ, cuius multorū maleuolorū dictis, alijs aliud obijciētibus, sed impatiēs sui nominis detractiois, in omnes styli acie acriter ultus est. Laureat⁹ uerō q̄ dixerit, q̄ fecerit, apud q̄s fuerit, quas urbes adierit, quorū ad suū fōrē Sorgiæ ex Italia iuerit, quorū ad Italiā ex ipso fōre redierit, q̄ diū singulo in loco mālerit, et si memorari suā cū laude omnia possēt, tamē uereor si recēsero, ne legētib. plus t̄dij, q̄ gratiæ sim factur⁹, cū plura enim loca studio pagrauerit, tū uidēdi, tū gratiæ sibi usq; inueniēdæ sedis, obiuit. Quippē itinera eius, mores, ac libros quos cōposuit, paucis, ac summatim expediā. Primū igit, ut laureā sūpsit, ex urbe p̄fectus est, ut Galliā trāsalpinā peteret, ad Ioānē Colūmē. Cardinalē, sed Parmæ retētus ab illis de Corigia, qui tūc ciuitatē illā gubernabāt, & aliq̄atū illū exegit, ut in una suarū epistolarū ad dictū Cardinalē scribēs ait, hodierno die, quod tibi gaudiū, quo q̄ significo, ductu, et auspicijs amicorū tuorū de Corigia Parmā ingressus sum, hic ergo p̄cibus eorū uictus, q̄bus ueniā accessurā ipsi sperāt, & ego nō dubito, astatē agere animū induxi, Iurāt enim p̄sentia mea admodū egere, q̄d indulgētia, nō necessitatis esse certū est. Et ecclesiæ Cathedralis archidiaconus (ut aliqd sibi cōferre uiderēt) designatur, clericalē q̄dē à puero duxit uitā. Et hic primū memor sollicitusq; ne indignē suscepti honoris ingratus uideret, & cū nō urbanis strepitib. sed syluestris silentijs delectaret, sicuti ille, q̄ nec legū, aut Reipub. curis, sed solitudinē, et ocio natus esset. elegit solitariū locū, trās Entiā amnē, in Regij Lepidi finibus, q̄ Plana sylua dicitur cū multis amœnitate loci captus redijt, & ad intermissū studiū Aphricæ se cōtulit, sicq; feruore animi, q̄ sopitus uidebatur excitato, modo in solitudine, modo Parmæ pluribus cōtinuatis diebus, finē opis imposuit, sed reuidere postea q̄ sibi minime honoris fuit, neglexit. Inde rursus ad fontē Sorgiæ, et solitudinē trāsalpinā regressus, Amore Lauretæ ductus, in cuius laudē multos cōposuit rythmos, tanta cū grauitate sententiarū et uerborū eruditione, ut antecessores, & sui tēporis omnes superauit, & usq; in p̄sentē diē facile Princeps appellari potest. Interdū supra rythmorū stylus grandiloquus efficitur, tamē in affectibus amatorijs explicādīs, est p̄cipuus, & ut Paulus Vergerius scribit, habuisse à Colutio Salutato, qui dicebat ab ipso Petrarca audiuisse, melius se omnia q̄ scripserat facturū, p̄ter eius in lingua uernacula scripta, ubi ingenuē latebatur, seipsum in illis uicissē. Benedictus, qui Clemēti in Pōrificatu successit, ne tantus amor uacuis haberetur, ut illam in uxorem acciperet persuasit, & ut facilius adduceret, concedebat beneficia teneri posse, & alia etiam in super rogare, sed Petrarca, q̄ animū procul à nuptijs habebat, uim tantū amoris, pro coniugio amittere non debere respōdit, nam quæ de ea indies dicere cogitabat, cum usus illa fuisset, omnia essent omīssa: Laureta q̄ mōstrari digito gaudebat, matrimonij libenter cōtraxisset, quia in delictijs teneri minime uerebatur, sed opinione frustrata, alio nupsit. Sed interim, extincta est illa Columnēsiū gloria, sed

Per Hieron. Squarzafichum.

sed nimitū caduca familia, quorū interitu, tāto mōrre consternatur, ut mōri secum uoluerit, qui diutius esse inuita, dum incuria in pretio esset, & undiq; à Principibus, & à Pōrifice pollicerentur honores, erat soror Petrarchæ, quæ iam duodeuiginti habebat annos, quæ Auiniōni ubi orta, cū Ghirardo morabatur, elegantī forma, insignis moribus, & uirtutibus prædita, cuius pulchritudine, & forma perditē deperibat Pōrifex, ut illa potiretur multa fieri fecit experimenta. Cogitauit præmijs, & honoribus Petrarcham in suam trahi opinionem, Cardinalem se facturum promittit, dummodo illa suo concederetur arbitrio. Franciscus qui in omni re Deū p̄ oculis habebat, cui nihil est occultū, ut ille qui nihil comere, nihil fingere, nihil dissimulare didicerat, ut debuit, ira commotus, & id q̄ lingua, fronte atq; animo habebat respōdit, tam foetidū galerū capiti nō esse ponēdū, sed fugiendū, abominandū omnibus tanquā nephandū, & dedecorōsū. et si reuerētia nominis, q̄ uices Dei in terris gerebat, nō teneret, calamo tantæ reſe uendicaturū, & fecit prout Philepho placet, in una lua morali cantilena, q̄ incipit: Io non uo' piu cantare como solea: nihilominus Pōrifex furori impatiēs, Alterū fratrem Ghirardū temptare cepit, q̄ paucis muneribus captus, sororē, quo facinora audito, et Ecclesiā Dei uidens p̄ abrupta uitiorū sic trahi, Auiniōni aufugit, Italiā uersus ire cepit, frater p̄cniētia ductus, nupta sorore, sanctæ religionis habitum quaſiuit, & Chartusienſi ordini, in conuētū de Materno, q̄ est propē Malsiliā, rebus mundanis reiectis, se deuouit. Ipse cū Parmæ ubi Archidiaconus præerat, tū Veronæ, cū dominis Scaligeris, tū Mediolani cū principibus Vicecomitum uersatus, & in pretio, & reuerētia magna, ab omnibus teneretur & persape euenit, ut cū Ioanne illo magno, qui Mediolani dextera pastoris pedum, gladiū sinistra gerebat, in prætereundo nō parua fuit cōtentio, quis ipsorum p̄cederet. Venetijs cū Andrea Dandolo, cū Michaēli Celſo, & Marino Falerio Venetiā ducibus, & cum alijs multis patricijs, & doctis uiris, haud paruam duxit consuetudinē, ut ex epistolis suis, & aliorū multorū uideri potest. Habituauit in domo, ut ipse scribit, de duabus turribus, ubi nūc Lucas de Molino, quondā Andreæ habitat, & undiq; oblati erant honores, quos recipere recusabat, quia nihil magis illi q̄ pompa displicuit. Cū ubiq; charus habitus esset, Iacobum Carrariensem iuniorem, Paduæ dominū iam dudum per literas, & per nuncios usq; trans Alpes, & per alia Italiæ loca, ut in suam traheret amicitiam reſquisitus fuerat, adire uoluit, & uidere, quid sibi hæc magni, & ignoti Viri tanta uellet instantia. Itaq; Patauiū p̄fectus, à quo, ut ipse ait, clarissimæ memoriæ uiro, nō humanæ tantū, sed sicut in cœlo (ut de Ambrosio, inquit, Augustinus) recipiuntur animæ, acceptus fuit, qui sciens, ut facilius retineret, clericalem uitam, usq; à pueritia tenuisse, Canonicum Paduæ fieri fecit, et quā diū ipse dominus uixit, quod breuissimum tempus fuit, secum habuit. sed eo terris sublato, ut dolori remedium daret, ad quem amabat fontem Sorgiæ reuersus, ubiq; liberaliter excipiebatur. Pontifex uerō motu proprio honores, & magnos quidem offerebat, sed Poëta ocij potius, & libertatis quā honorum & dignitatū amator, gratias Pōrifici egit, & Italiā regressus. Quāobrē obiecta ei à maledicis incōſtatū uitiū, q̄ cognoscēs, inuidētū maledicta, ut uideri se sibi, et ceteris q̄ rectē iudicasset, cōſtatūsimū, q̄ eius semp, p̄positi fuisset, nūquā quieturū, quousq; locū getis inuenisset, hoc enim erat, ut oblatos honores recipere recusaret. Arētinū tantū fecerūt ipsum apud eos esse natū, ut cū semel illuc casu ueniret, illi obuiā fuerūt, cū pallio & crucibus, & sanctorū reliquijs, & pro immortalī memoria, ac ciuitatis ornamēto statuerunt, domū in qua natus esset, uicē appellāt Ortū, & Petrarchæ domū p̄petuō appellari, & quo erat statu, semp de publico cōseruari, nec Florētia Ciuē nō spreuit suū, sibi enim nō petenti, neq; sperati, & redeundī ad patriam fecit potestātē, & quæ fiscus habebat, omnia patris bona restituit, uidere sedē paternā tantū uoluit, & cum Boccatio Florentiæ amicitiam contraxit, tanta enim fuit, ut si una illorum anima duo habuissent corpora, tāta fuit uis eius amoris, ut alterutrā faciem in gemma annuli gestaret, ipso dicēte, in uno suorū uersuum epistola: *Dulcis Amice uale, tuate mihi semper imago. Ipse uisum ut sedis, mecumq; quiescit. Tuq; redde uices.* Hinc inde per diuersa tēpora uagatus, cū iam uergeretur in senij, Pataui sedē fixit, quo à magnificētissimo, & prudētissimo, uiro Francisco, seniore eius Iacobi filio, p̄ paterna uestigia, et honoratus, & dilectus. Arquade rure mōrano inter Euganeos montes, ut in solitudine esset manere uoluit, quo quidē in loco, multa scripsit, plurima uidit, & maiora meditat⁹ est. Accētus quandoq; Venetiā ueniebat, tanq; rerū nouarū cupidus, & ut amicos reuideret, sed q̄rumdam pueriles de literis temerariasq; insultationes, ut illorū ciuū mos est, amplius manere neglexit,

Vita Fran. Petrarchæ

glexit, Patricios qui habenas regiminis habebant, semper in magno pretio habuit, ut abudè suæ demōstrantur epistolæ, De Magia autē nō scribere, ni ipse referret. Fuit illa tempestate Poëticū nomē ita inuisū, ut q̄ illa studia sequeretur, magū, sortilegū, et hæreticū esse dicebāt. Erat tunc hæreticæ prauitatis inquisitor, quidā Marcus Picenus de Solipodio oriūdus, frater ordinis p̄dicatorū rudis, & bonarū omniū literarū omnino expers, q̄ temerario ausu, in nonnullos inijcere manus temptauit, & ni prouisum fuisset, maxima hic oriri uidebāt scādala, sed cognita illustrorū hominū sciētia, & fratrū auaritia, q̄ à zelo ueræ religionis nō proueniebat, Solipodius tanquā stolidus, & bonarū disciplinarū ignarus, explosus est, nō tamē sine labore se purgauit Petrarcha. senex ruri commorabatur, & studijs præsertim sacris, cū potuit uacauit. Cū iam septuagēarius minus una die, esset apoplexiæ morbo, quo interdū uexabatur, in sinu doctissimi uiri Francisci Aferici, spiritū suo creatori reddidit. Mors quidē eius, magna omnium literatorū factura fuit, in illa rurali ecclesia tumulatur, in loco humili, & obscuro, in quo ipse dū uiueret Capellam in honorē beatæ Virginis cōstrui uolebat. Postea Francisco lus de Borfanis, ne tam uili loco sua remaneret ossa, sepulchro marmoreo extructo, in arca ecclesiæ, & corpus refossum, denuo funere celebrato, in illo clauditur marmore cum tali Epigrammate, ab ipso dū uiueret composito:

*Frigida Francisci, lapis hic tegit ossa Petrarchæ
Suscipe Virgo parens, animam, Sate Virgine parce.
Fessusq̄ iam terris, cæli requiescat in arce.*

Obijt XIII. Cal. Sextilis, anno à natali Christiano M. CCC. LXXIII. Vir quidē magnus, omnifeculis fuisset, sed suo mirabilis, qui inter tot uitiorū sordes, & inter tantā ignorantiæ caliginem, in clarū lumē, & uirtutis sciētia euaserit. Itaq̄ nūc de moribus eius agēdū esse cēleo. Sed prius faceria (& hercle uera) mihi narrata, ab illo dignissimo & doctissimo uiro Iacobo Zeno, olim Episcopo Patauino. Dicebat quēdam fuisse rusticū uirū Arquade, cū grauius infirmaret, Archipresbytero ad se accersito, dixit: Velle de centū aureis ecclesiæ facere legatū, ut in sepulchro Petrarchæ poneretur. Archipresbyter re audita, Patauiu ad Episcopū tēdit, cui ne gocium exposuit. Zenus qui uerè Episcopus fuit, quin rusticū nō laudaret, facere nō potuit, q̄ tantam clarorū uirorū existimationē faceret, q̄ in magno sepulchro tumulari, & in miscēdis ofsibus nobilitari credebāt. tamē inhibuit præsul, & sub graui cētura, ne tāto facinori consentiretur, q̄ p̄ pecuniam sepulchrū uiolare nō decebat, ad q̄ uisendū, multi docti proficiscerent, & cū hoc tantū facinus p̄petratū foret, nomē in p̄petuū fuisset omissum. nunc ad mores ut diximus ueniamus. Fuit uenerabilis in aspectu, & maiestas q̄dā inerat, ut ipsum uidentes induceret, etiā q̄ eū nō cognoscerēt, solo tamē uisū reuerendū, & sapientissimū iudicarent, q̄ uno potest cōprobari exemplo. scribit Iosephus Briuius Mediolanensis, in quodam suo panegyrico. cum Petrarcha semel esset Mediolani, in aula dominorum Vicecomitū, inter multos purpuratos, & nobiles uiros, Galeacius q̄ tunc dominus erat imposuit filio, qui primus postea Dux Mediolani fuit, tunc puer adhuc, ut sapientiorē de astantibus ostenderet. Puelus oculis hinc inde uolutis, Franciscū adiuit, & manu apprehēdit, & patri cū omniū admiratione monstrauit. quid ab hominibus cū à pueris eius cognoscebat aspectus? Conuersatio eius honesta, & iucunda omnibus extitit, ut nullus mœstus ab eo discederet, oculi non deformes, sed uiuaces. uisus adeo firmus, & acer, ut non sexagenarius literas, etiam minutissimas legeret, nullo uitreorum oculis præsidio. Corpus habuit dexterrimum, usq̄ ad senectutē, q̄ pinguescere cœpit. In fine apoplectico morbo, ut diximus plurimum torquebatur. ob eamq̄ rem, qui famuli erant, liberum ab eo accessum habebant, consilia Medicorū adeo spreuit, ut nunquam eorū pharmacis uti uoluūt, naturam sibi magistram, Medicorum consilia uana esse dicebat. aditus uerò ad eum cum bene ualere nulli difficilis. nulla in eo supbia, nulla pompa, Irascebat interdum, sed sibi potius q̄ alteri nocebat, beneficijs obliuiscēbatur nunquam. Amicitias quantum potuit officio conseruauit, nihil illi optabilius, nil gratius, nihil iucundius, q̄ pro amicis rē agere, & bene dicere, & omnia pillorum beneficijs, cum opus esset postponere, ut nulli obesset summopere quæsiuit, & si q̄s sibi intulisset iniuriam, æquo ferebat animo, nunq̄ uindictam habere uoluūt, sed patiētia & oblectatione cuncta sedare. Diuitiarum contēptor fuit eximius, nō ut illas (ut ipse de se ait) non desideraret, q̄ ceteri. sed curas, & labores quibus diuitiæ retrahuntur oderet, sic q̄ supra uitæ necessitatem pro statu suo, cum posset amplas habere, contempsit, Famulatio modico usus, famulorum multitu-

Per Hieron. Squarzafichum.

dines, inquietū hominem faciebāt. Mensæ apparatus nullus erat, tenui uictu, & cibis uulgaribus uitā egit, plurimū fructibus arborū uelcebatur, ut libidinē extingueret, quia (ut de se ipse scribit) cū ad quadragesimum ætatis peruenisset annū, cum adhuc satis calor esset, & uirum memoriam libidinis ita abiicit, quasi nūquā foeminā cognouisset, aut uir esse desuisset. Vinū dilatissimū bibebat, & sæpe frigida aqua sitim sedebat, stās sæpe coenabat. comessationes opulētas, & lauta conuiuia prorsus abhorrebat. Pompa ei multū displicebat, nō tantū ut humilitati sit contraria, sed quia difficilis, & quieti aduersa est. Auidissimus tamen honoris, & gloria fuit, quæ res à magnis ingenijs haud facile separari potest. Nunquam sine socio cū fieri potuit cibū sumpsit. Gratulabatur, si ad mensam sedētis amicorū, quispiā ex insperato uenisset. Iuuenis multū in libidinē pronus fuit, filiā habuit, quā Franciscolam nomine appellauit, ex qua nepotē, & generū uidit. Sepultura eius cū literis marmore sculptis adhuc Taruisij conspicitur, ante ostiū ecclesiæ Diui Francisci, Franciscoli eius gratissimi uiri impēsa, ex qua muliere illā genuerit, haud compertū est. ni fuisset id q̄ Orator clarissimus, et historicus facundissimus Candidus Decēber mihi narrauit, cū de eo Ferrariæ semel loqueremur. (Magna consuetudo cū uiro illo mihi fuit) dicebat audiuisse à patre suo, q̄ Petrarchæ cōubernio usus fuerat. Tempore quo Mediolani morabatur, elegerat pro solitudine sibi locū, haud procul à ciuitate q̄ Linternū (ad instar Scipionis uillā) nominari uoluūt. nūc ab incolis corrupto uocabulo Infernū nū cupatur. mulier quædā illorū de Beccarijs pulchra q̄dē, ad rus suū (q̄ parum ab isto distabat loco) æstiuis temporibus ueniebat, amore eius capta, hāc illi genuisse gnata ferebatur. sed de hoc ueritas apud suū remaneat auctorē: Quater in ebdomada ieiunabat, sextam feriā pane & mera aqua transigebat, tonitrua et fulgura expauescebat, somni fuit parcissimus, uestitus ferè semper dormiebat. in media nocte (ut clericū decet) surgebat, & quātum poterat diuinū soluebat officiū. deinde ad suos reuertebatur libros, aut legebat aut scribebat, quæ ordinatim ad studiū pertinebant. Id quā maxime omni ætate uitauit, ne temporis quicquam admitteret, de ocio ut Cato scripsit rationem reddere se debere. ad doctrinā quācūq̄ uoluisset applicuisset ingeniū, sed moralis Philosophiæ cognoscēdæ multū studuit, & artis Poëticæ facultatis historicos, Oratores legit omnes, sed in Cicerone, Virgilio et T. Liuiō delectatus, in processu temporis poëtarū libris, nō nisi ad ornatū utebatur. Multū ad notitiam uetustatis incubuit, in historijs scribendis insudauit plurimū, sed multum illorum discordijs offensus. Sed annosior factus sacris literis incubuit, in q̄bus sensit nō paruā dulcedinē additam, quā aliquando contēperat. Stilus eius copiosus est & magnus in cōsolado dulcis & in admonēdo liber. interdū iocatur salibus, sed ubiq̄ restrictus, ut ille q̄ magis Senecæ dēsitatē, quā Ciceronis amplitudinē imitatur, unde per sæpe ex hoc recētorē Senecam ipsum appellauerim. Dicāt quicq̄ uolūt inuidi, eloquio fuit clarus & potētī, ut stilus librorū indicat, atq̄ uerè dixerim, ille fuit q̄ per tot sæcula exultantē, & iam benè incognitā dicendi facultatem, in nostra tēpora reuocauit, summus doctrina, summus & eloquio. scripta eius quocūq̄ in genere habētur ista sunt. De uiris illustribus, De remedio utriusq̄ fortunæ, De uita solitaria, De ocio religioso, De secreto conflictu curarū suarū. Liber epistolarū sine nomine. Itrinerariū, & Liber Rerū memorandarū. Comœdia una Ioanni Colūna inscripta, duo magni epistolarum libri, uidelicet Iuueniles & Seniles epistolæ, & hæc soluta oratione. Duoq̄ ad maternam siue uulgarē linguā Sonetorū libri, & Triumphorū & rithmorū. triumphos non tamā dauit, nam ipso mortuo inueniuntur in carthacijs suis, in uno alligati fasciculo. nondū exierant in publicū, quia ultimā non habuerant limā, ut luce clarius uideri potest, ut in triūpho de Fama. in quo multæ replicātur historiæ, quod uitium est maximū. Nā duo illa capella ad unum redigēda erant, & alia multa addenda & refecēda. Bucolicū carmē in duodecim æglogas diuisum. Liber epistolarum ad Barbatum, & Psalmi pœnitentiales magnæ deuotionis pleni. hos omnes Paulus Vergerius uersibus ijs ita comprehendit:

*Illustres celebrare uiros, medicamina utranq̄
Porrigere in sortem, tranquilla munere uita,
Dicere Franciscus potuit, traclauit anhelos,
Ore potens triplici materno stamine amores.
Carmna pastorum, sensus condentia uiros,
Cum caneret, magnum gracili spirauit auene
Africam eum scriberet, faustorem nomine dignam,
Multaq̄ præterea uario depronpsit ab ore.
Pluma sacris studijs, dans tempora uita.*

Postre.

Vita Fran. Petrarchæ

Postremo de Africâ libro, pro huius Poëtæ excusatione, dicam quid sentio, & perstringam id quod Vergerius in fine uitæ Petrarchæ scripsit. Librū imperfectū esse eius demonstrat æditio, quia ordo ipsius rei, prout res se habuerit non procedit. Nam si secundi Belli summa spectetur, multa deesse conspiciemus. Vt Scipionis ex Hispania transitū ad Syphacē. sed quia plerisque inter temeraria numeretur, forte de industria Poëta intermisit. Sed præter, hoc neque tractationem exercitus, in Africâ, neque castrorū Syphacis nocturnā exustionē, aut ut postea Syphax, atque Hasdrubal aperta acie uicti sunt, neque ut infidus Rex tandē in suo regno à Masinissa & Lelio superatus, & captus sit: sed hæc omnia (ut Vergerius scribit) ratio inducere potuit, cū supremā pugnam, quæ inter duos summos Duces, scilicet Scipionē & Hannibalem fuit, descripturus esset, quæ bello finem posuit, ne similitudine rerū lectorem offenderet, sceleris uolens quæ hæc omnia prætermisit. in ultimō quoque libro in quo plurimum sibimet loci fecit, somnium omisit, quod poni, ut annotata subscriptio demonstrat debuisset. Sed hi defectus fortassis dicendi non sunt, quum cæterarum rerum splendore teguntur, & reliqui corporis pulchritudinem illustriorem reddunt. sunt præterea quod monstrat non fuisse correctum opus, uersus dimidiati, et imperfecti (ut est creberrimè apud Maronem nostrū) aliquando et imperfectæ sententiæ, sunt & malè mensurata syllabæ, tamen ipse in margine nota uerat, ut ex multis exemplaribus uideri potest, ubi signata conspiciunt. sed ut omnia breuiter cōcludatur. Constat iuuenē istud cepisse Poëma, & in breui tēpore, quodā iuuenili ardore ductum ad finem perduxisse ætatem, quanto futurum fuerit excellentius nemo ambigit. Nihilominus refertū est multorū documentis, & plenū Poëticæ fictionis. Magna in eo est uetustatis, & naturæ cognitio, magna eloquentiæ uis, magna percipiendi facultas, quæ si ultimam impo-
 sisset manū, seu limare nō neglexisset, præclarū sanè euasisset opus. nec dubito istam fuisse causam, quæ malè de eo ipse in fine senserit. Nam cū semel Veronæ esset, & cū ad uidendum ipsum multū processissent uiri, & ut illi complacerēt, ad id quod loquebatur propositū, carmina suæ Africæ cantare ceperunt, protinus cū audiuit lachrymas emisit, rogans ne ulterius procederēt. Cum percunctaretur, quare hoc faceret, respondit. Vtinā datū esset, ut istud opus abolere possem, profectō nulla res magis grata, neque iocūda foret, quam illud proprijs manibus comburendū. Vergerius enim nō minus clarè hoc demonstrare uidetur, allegat eius epistolam, quam scribit ad posteritatem, in qua de se, deque rebus suis scribit. sic enim de isto inquit libro. Raro enim pater aliquis tam incestus filium unicum in rogum misit, ut ego librum illum quem mihi multo labore genueram, & si scias quis quis hæc legis, quanto id fecerim dolore, & omnes meos labores eo in opere perditos acriter tecum uoluas, uix ipse lachrymas continens. hæc enim scripsit anno uno antequam moreretur. Sed quicquid fuerit lectorem æquum meliorem partem tenere decet. Hæc enim mi Contar ene dignissime, quæ de uita eximij nostri Petrarchæ habere potui, scias uelim, nihil me temere scripsisse, securus enim sum Paulum Vergerium, Cichum Pollëtanum, Leonardum Aretinum, & Philelphum & eius auctoris scripta, quantum potui: ex meo Marte nihil positum esse scias, si quid iniquus forte lector reprehenderit, faciat meliora hortamur, ut nomen tanti uiri clarius elucescat. Ego hæc uitā tibi mitto, quæ cum prisca illis clarissimis uiris comparari potest, ut meā erga te fidē & obseruantia aliqua ex parte notā facerē, simulque intelligeres, amare me dignitatē tuā, quā indies crescere minimè dubito. Has lucubrationes, quas, inter tot meas tribulationes, & angustias scripserim, sicuti ille qui à maris latronibus in mari Pamphylia (Perugia buscaglino duce) qui olim Cantabri dicebātur, cum è Cypro uersus Italiam nauigarem, de omnibus quæ posside-
 ram spoliatus existo, & nunc ab effera gente Gallorū bis factus sum preda, tibi quales sunt mitto. Rogans, cum ab occupationibus fiscalibus, quibus indies iussu serenissimi Ducis domini detineris, ac etiā post quotidianos ciuiliū, defensionum Forensiumque labores, quos ob tuam peritiā, bonitatem, iustitiam, & doctrinam exerces, ut oppressos erigas, & adiuues, quæ est (ut inquit Cicero) melior in hominum genere, quam eorum qui sese natos, ad homines iuuandos, tutandos, cōseruandos; arbitrantur, præsertim ijs, qui iniuriā patiuntur. quanta sit tua æquitas, & iustitia, ab omnibus abundè cognoscitur. cū igitur paulum ab ijs uacaueris, rogo, oro, atque contendo, ut hæc mea legere non dederis, & si abs te comprobari sensero, me aliquid boni fecisse reputabo. Vale, Literatorum decus.

In Francisci Petrarchæ opera omnia,

RERVM AC VERBORVM

memorabilium, Index.

A			
A	Ctiones suas ne- mo examinat	amicorū absentiam æquo ani- mo ferendam, 104.	auaritia fugienda 440.
	folio 1125.	ut lugendus 699.	auaritia quæ tribuantur 386.
	adoleſcentiū amor	amor obscœnus improbāus, fol. 709. populi 94. sper- nendus 397. uis eius quan- ta 682.	stimuli 222.
	ut ferendus 720.		auditus defectus 216.
	(aduersa toleranda esse) 666. & 687.		auerrois dogmat. 1212. erro- res 810.
	(adulationē uitandam esse) 426.	amores uoluptuarij, fol. 76. 77.	auenionis situs inamœnus, 1193. curia impietas 961.
	adulterium 145.	andrea Siculi regis mors 740.	de Augurijs 337.
	ædium magnificentia 42. 43.	animam in corpore multa pa- ti 163.	austria an ab imperio exem- pta 1055.
	angustia 180.	animus solitario quomodo re- gendus 284.	auri potentia quanta 608. pe- stis 611. præstantia 612.
	ædificationis splendor Princi- pem ornat 425. 426.	animi exercitationes senibus augendi 989.	uis 1042. 1043.
	æris serenitas 84.	animi passionibus quomodo medendum 6.	autores in pretio qui 1220.
	ægestatis & diuitiarum colla- tio 685.	animi serenitas ut parāda 266. solatia quæ sint 1123. tor- por 224.	autores ut notandi 1111.
	ægritudines humanæ ut feren- da 214.	animæ sera lingua 1205.	autoritas Duci necessaria atque utilis 449. 441.
	æquitatis præstantia 640.	de animæ immortalitate 698.	B
	ætas qua illustriores quidam uixerunt 998.	animalium cura 69. 70. 71. 72.	B abylonia occidua status folio 795.
	ætatis florida spes uana 7.	annonæ caritas 177.	bacchus pro Christo à qui- bus colatur 938. 929.
	ætatum uariatio 993.	de anno pestilenti 873. anni ætatis infames qui 917. an- ni LXIII. infamia 932.	baijs quid uisu dignum 713.
	agrorum fertilitas & cura 66. & 67.	anserum molesta in quies 931.	bellum sequi quis debeat, fo- lio 681.
	alchimia uanitas 112.	appetitus sanitas hominis, fo- lio 1237.	belli Ducē quid deceat 426.
	alimenta plura an benè nutri- ant 1236.	aquæ puræ potus salubris 996. 997. & inde 109.	belli incommoda 186. 187. 188.
	amabilitas decet Principē, fo- lio 421.	de Aquensi urbe fabula 640.	in bello quales Galli 1029.
	amantium iudicia caeca 757.	arabes uitandos esse 1069.	bella ex peccatis esse 1029.
	ambitio quanta sit in aliquibus, fol. 876. species eius 386.	araneæ & podagra Dial. 684.	beneficiorum gratia 93.
	amicitia cū quibus ineunda, folio 685.	arcium ædificatio uana 43. 44. 296. 197.	beneuolentia ciuium Princi- pis custodia 423.
	amicitiæ ficta signa & uanitas, fol. 751. maiorū quomodo colenda 1103. & 1107.	arelatensis quæ nunc prouin- cia 959.	benuense uinum laudatum, folio 934.
	amicitiam perfectam esse nul- lam 1164. inter absentes du- rare 664.	de aruspicina 536.	bona uera quæ 1026.
	in amicitia nihil expetendum, folio 1040.	artium errores uitandi 1016.	bonitas quomodo paretur, folio 1082.
	amicitias malè fundatas nō du- rabiles esse 979.	inuentoribus qui honores constituti 274.	brachmanorū solitudo 310.
	amicitiarū diuersitas, 60. 61. 62. 63. 64. 154. 155. 172. 173.	de Aristotele iudicium 1149.	C
		astrologorum de fato iudicia qualia 1000. nugæ 846.	C adere diuersum esse à ia- cere 376.

Index.

infamia quomodo ferenda, fo- lio 1165.		loquaces contemnendos ef- se 471.
infamiae onus 152. 153. 154.		loquaculi descriptio fo- lio 1424.
infortitatem ultrò ab omni- bus expeti 688.		loquacitas facundiae inimica, folio 1225.
ingenium quomodo exercen- dum 12.	L	luchini Vermifis laudes lau- des 927.
Ingenij tarditas quam grauis, folio 218.	Abor quomodo cõdlen- dus 1119.	luctui modus praescribendus, folio 435.
Ingenio nobiles qui 460.	laboris utilitas 1087.	ludorum species ac studium, folio 33. 34. 35. 36. 145.
Ingenio seruiendum, fo- lio 646. 647.	laborum & itinerum negotia, folio 174. 175. 176.	ludis inanibus abstinendum, folio 983.
Ingratitudo omnibus exosa, folio 430.	absq; labore nil mortalibus datum 1115.	luxuria malum, 224.
Ingratitudo Romanorum, fo- lio 1176.	labyrinthus Galliae, fo- lio 796.	luxus curialium damnatur, fo- lio 934. 935.
Ingratitudinis uiolentia 155.	laurea poeticae inanis fastus, folio 403.	luxus regum reprehenditur, folio 305.
Inimici morte an latandum, folio 105.	laus cui utilis, fo- lio 887.	
Inimicorum commodum, fo- lio 158.	laus suspecta, 896.	
Inuentioni quomodo infer- uendum 646.	legatus quis, fo- lio 1117.	
Inuidia gloriae comes 1167.	legatorum apud Romanos Coss. officium 1118.	
Inuidiae languor 160. 223.	libertas defendenda, fo- lio 595.	
Ioannis Baptistae solitudo 109.	libertas pretiosissimum boni genus 1086.	
Ioannis Boccatij modestia, folio 430.	libertas quibus sit superbia, folio 1207.	
ira tumor 223.	libertas solitarij, fo- lio 273.	
ironia celebres qui 424.	libertas uerborum malum, fo- lio 1135.	
Italia quantum Galliae praestet folio 937.	libertatis defensio iusta, fo- lio 789.	
Italia & Romae praestantia, fo- lio 1178. usque 1195.	libertate quomodo utendum folio 18. 19.	
Italiae fastus 305.	libidinum expultrix senectus, folio 922.	
Italiae laus 640. 939. 940.	librorum aceruus ad quid, fo- lio 53. 54. 55.	
Italiae motus uarij 1099.	literae Imperatorem decorat, folio 438.	
Italiam Imperatoris esse 591.	literarum docti culas fuerint, folio 1193. 1194.	
Iudex bonus quis & ubi, fo- lio 1146.	literarum gloria illustriores qui folio 1009. 1010.	
Iudicij inopes amantes, fo- lio 1109.	literati nomen quale, fo- lio 1167.	
Iudiciorum iniquitas fo- lio 182.	lingua animi sera, fo- lio 1205.	
Iuueni cur solitudo petenda, folio 267.	liuij historiam qui diuiserint, folio 1103.	
Iussa diuina obseruanda, fo- lio 1125.	loca solitarijs eligenda qua, folio 276.	
Iustitia ciuitatum omnium fun- damentum 1130.		
Iustitia Duci necessaria, fo- lio 439.		

Index.

medicinar praestantia fo- lio 100.	medicinar quantum debeatur, lio 991. 992.	medicinar subiectum quod, fo- lio 1001.	mediocritas amplectenda fo- lio 678.	mediocritatis utilitas fo- lio 387.	memoria senum qualis fo- lio 919.	memoriae uis & labilitas, fo- lio 12. 13. 219.	memoria clari qui 457.	mendacium Gallis amicum folio 1197.	metu seueritas tollitur princi- pum fol. 422.	militum animi quomodo pa- rantur 440.	mirabile non quod humanum folio 1029.	miseria urbium quanta, 1032.	miseria humanae uitae 20.	120. 122. 129. 124. 211.	misericordiae & iustitiae diffe- rentia 421.	de misericordia diuina quo- modo sperandum fo- lio 413.	modestia decet Imperatorem, folio 439.	modestia sit in exigendis pu- blicis munijs 427.	monspeffulanus olim Balea- ricae ditionis. 960.	montis uentosi descriptio, fo- lio 893.	mores mali malorum damnosi. folio 433.	mores quorundam Ecclesiasti- corum reprehenduntur. fol. 945. 946. 947. 948.	morum dissimilitas pena qua folio 1027.	mors parentum 168. 169.	170. 171. amicorum 172.	mortis certitudo. 826.	mortis cogitatio quam neces- sariam esse 380.	mortis metus 332.	medicinar praestantia fo- lio 100.	medicinar quantum debeatur, lio 991. 992.	medicinar subiectum quod, fo- lio 1001.	mediocritas amplectenda fo- lio 678.	mediocritatis utilitas fo- lio 387.	memoria senum qualis fo- lio 919.	memoriae uis & labilitas, fo- lio 12. 13. 219.	memoria clari qui 457.	mendacium Gallis amicum folio 1197.	metu seueritas tollitur princi- pum fol. 422.	militum animi quomodo pa- rantur 440.	mirabile non quod humanum folio 1029.	miseria urbium quanta, 1032.	miseria humanae uitae 20.	120. 122. 129. 124. 211.	misericordiae & iustitiae diffe- rentia 421.	de misericordia diuina quo- modo sperandum fo- lio 413.	modestia decet Imperatorem, folio 439.	modestia sit in exigendis pu- blicis munijs 427.	monspeffulanus olim Balea- ricae ditionis. 960.	montis uentosi descriptio, fo- lio 893.	mores mali malorum damnosi. folio 433.	mores quorundam Ecclesiasti- corum reprehenduntur. fol. 945. 946. 947. 948.	morum dissimilitas pena qua folio 1027.	mors parentum 168. 169.	170. 171. amicorum 172.	mortis certitudo. 826.	mortis cogitatio quam neces- sariam esse 380.	mortis metus 332.	mortem maxima coepta Inter- rumpere 987.	de morte 238. usque fo- lio 254.	mortui ut descendendi 969.	mori bene maximum 971.	mortalium iniquitates 1.	mortalia contemnenda esse fo- lio 1040.	mundum aeternum esse fo- lio 1156. 1158.	mundus ut contemnendus fo- lio 378.	mundi blanditias esse contem- nendas 353.	munera ut recipienda fo- lio 741. 742.	munificentia principis uera que 430.	musices usus 30. 31.	occasio facit furem fo- lio 1115.	ocium quod sectandum fo- lio 27. 28.	ocium religiosorum quale fo- lio 332.	ocium uirorum illustrium fo- lio 442.	occupationum molestia, fo- lio 259. usque 263.	odoribus quomodo utendum folio 29. 30.	offensae amicorum crebrae, fo- lio 999.	de omnibus 544.	opes non expetendas esse fo- lio 326.	opinio quid 623.	oracula uacua 519.	oratoris officium quod fo- lio 1223.	oratoris excellentiores qui fo- lio 1161.	oratorum excellentiorum solitu- do 377.	oratoriae artis uis quanta, fo- lio 1088.	originum generositas 21. 22. 128. 129. 130. 131.	P	Pax pijs qualis optanda fo- lio 340.	pacis commoda 1071.	pacem ante bellum cõficiendam esse 1029.	de pace 106. 106.	pallor medicorum unde fo- lio 12. 13.	parasitorum utilitas fo- lio 650.	parentum bonitas 85. 86. 87. onus 185. 186. 187.	pastorum exemplo securam esse solitudinem 266.	patauinae urbis laus 425.	patria a nostris principibus negli- gita 308.	patriae amor quantus fo- lio 10. 79.	patriae obfessio 184. 185.	patriae splendor quomodo aman- dus 19. 20. 21. 128.	paucitas
---------------------------------------	--	--	---	--	--------------------------------------	---	------------------------	--	--	--	--	------------------------------	---------------------------	--------------------------	---	---	---	---	--	--	---	---	--	-------------------------	-------------------------	------------------------	--	-------------------	---------------------------------------	--	--	---	--	--------------------------------------	---	------------------------	--	--	--	--	------------------------------	---------------------------	--------------------------	---	---	---	---	--	--	---	---	--	-------------------------	-------------------------	------------------------	--	-------------------	---	-------------------------------------	----------------------------	------------------------	--------------------------	--	---	--	--	---	---	----------------------	--------------------------------------	---	--	--	---	---	--	-----------------	--	------------------	--------------------	---	--	--	--	---	----------	---	---------------------	---	-------------------	--	--------------------------------------	---	---	---------------------------	--	---	----------------------------	--	----------

Index.

paucitas rerum gloriosa, folio 1210.	podagra utilis aqua potus, folio 597.	prudencia celebres qui, folio 515.
paula solitudo 294.	podagra & aranea Dialogus, folio 684.	prudencia imperatori necessaria 438.
pauli Hannibalenſis Romani exemplum 1095.	podagra onus 201.	pugna ſpiritualis ſolitariorum, folio 268.
paupertas honeſta, quies ſumma 1025.	poenitentia praſtantia 928.	puteolis quid uiſu dignum, folio 713.
paupertas qualis appetenda, folio 1140.	poeta officium 1001.	
paupertas ut toleranda 133.	poetas ſolitudinem amare, folio 316.	
pecunia amiſſa quomodo ſe gerendum 140. 141.	poetarum aliquorum faſtus 1110.	Q Vies quomodo impetratur 258.
pecunia amor in Principe uituperanda 428. 429.	poetarum laus 1203. 1204. 1205. 1206.	R
pecunia & paupertatis collatio 685.	poetarum uita uitiorum immunes 1219.	Apina 179.
pecunia omnia obedire, folio 608.	poetas ſanctos eſſe 1203.	raritas rerum magnarum decus 1189.
peregrinationis ſtudium quale 1134.	poetica quid 1041.	rebellio quando optata & quibus 1205.
perfectio mortalium nulla, folio 1028.	poetica laurea faſtus 403.	rector Reipublicae qualis eſſe debet 421.
perfectionum genera unde, folio 796.	poeta an neceſſaria 1215. uſq; 1221.	reges quomodo educandi folio 1119. 1120. 1121. 1122.
perſeuerantia in bono quantum pius deceat 952. 953.	potentia accidentia 92.	regum aliquot uita ſolitaria, folio 317.
peſtis an fugienda 1019.	pomorum eſus 1004.	regum ocium deteſtatur, folio 305.
peſtis formido 210.	pompa Medicorum 881.	regni & Regum negotia 182. 893.
petri regis Cypri laudes, folio 1014.	pontificum in Imperatores imperium 1093.	religio perfecta quae, fol. 17. 18.
petrarchae peregrinationes, folio 959. uſq; 963.	pontificum in Italia tyrannis, folio 594. 595.	religioſorum ocium quale, folio 332.
philoſophi ſolitarij 315.	pontificatus maximi onus, folio 108.	repulſa grauitas 161.
philoſophia uera quae 2. 1151.	populi mores quomodo corrigendi 434.	rerum decus raritas 1189.
philoſophantium finis quis, folio 984.	populi odium quomodo ferendum 160.	res mundanas nihili eſſe, folio 355.
phormio ab Hannibale deriſus 1204.	porphyrij uirulentia 344. 345.	reſpublica quomodo adminiſtranda 419.
phoenix appellatus Petrarcha, folio 1023.	portenta uaria 547.	rethorices ſerua Medicina, folio 1224.
pietate uſus 50. 51.	prandij apud ueteres nullus uſus 1010.	rhetoricam a Medicina abhorere 1202.
pio quid cauendum 256.	praeterita non anxie curanda, folio 679.	reuerentia in mendacio nulla 1094.
piorum aliquot ſolitudo, folio 296. & inde	principis inſtitutio uera 1119. uſq; 1123.	roberti regis Siciliae laus, folio 456. 513.
pietas Principem decet, folio 424. 613.	principes in excelſo cur poſiti 1023.	roberti regis Siculi obitus, folio 513.
pilatus Lugdunum deportatus 1190. 1191.	principum ueterum & recentiorum collatio 758.	romam Italiae coniungenda, folio 788.
pila luſus 33.	de proditiombus 104.	roma oppreſſa 806.
plato quos Poetas reiecerit, folio 1218.	prolis cura & generatio 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 133. 139. 151. 165.	romana uitia 1171.
Platonis praſtantia 1160.	propoſiti mortalis inſtabilitas 857.	roma.
	promiſſorum fruſtratio 161.	

Index.

romanae urbis mutationes, folio 1169.	de ſepeliendi uarijs ritibus, folio 655.	ſpectaculorum uanitas, folio 37. 38. 39.
romanae urbis praſtantia, folio 671.	ſepulchri cura 252.	ſpes quid 110. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.
romanae urbis ſponſus Imperator 543.	ſeneca ſolitudinem quomodo impinguet 277.	ſpiritus ſapientiae in peccatore non habitat 372.
romani ſanguinis nobilitas, folio 595.	ſene ſtulto nil moleſtius, folio 1210.	ſtatuorum uſus 51. 52.
romanorum illuſtrium regeſta 56. & inde	ſenis amor in adoleſcente ſignum bonum 1017.	ſtatus tranquillus 90. 91.
roſae fragore enecatus aliquis fere 1005.	ſenes quae deceant 989.	ſtatuum ambiguitas 190.
ruinae urbis Romae ſtupenda, folio 672.	ſenum conſilia efficacia, folio 921.	ſtephani Columnae dictum, folio 972.
rumores contemnendi 115.	ſeneſtus libidinoſa deteſtanda 720.	ſtephani Columnae uigens ſeneſtus 1007.
ruſticae habitationis ac urbanae differentia 1031.	ſeneſtus uenerabilis quae, folio 1209.	ſtudium uirorum illuſtrium, folio 444.
	ſeneſtutis bona quae 918.	ſtudia aetate nullae intermittenda 1065. 1066. 1067. uſq; 1070.
	ſeneſtutis incommoda ut toleranda 197. 198. 199. 200.	ſtudia hominum indies labi, folio 670.
S	ſeruorum incommoda, folio 157.	ſtudiorum negligentia uituperanda 895.
ſacrae ſcripturae obſcuritas ad quid 1220.	ſeruorum malignitas deteſtatur 725.	ſtudiorum tituli 5758.
ſalutis portus ubi 787.	ſeruitus quanti facienda, folio 132.	ſubditi exactiombus non grauari 427.
ſalutem alio tribuit Medicus qui ſibiipſi mederi nequit, folio 1101.	ſilentium utile & damnoſum, folio 843.	de ſumptuum temperamento folio 708.
ſanitas reſtituta quomodo tenenda 10. 127.	ſibyllina uaticinia quo loco habeantur 343.	ſuppelleſtilis onus 44. 52. 53.
ſapienter dicta 490.	ſolertiores ac ob id multum laudati qui 482.	ſuperbia etiam in rege uitium, folio 1121.
ſapientia uera quae ſit 364. 365. & inde	ſoldani cuiuſdam dictum, folio 996.	ſuperbiae importunitas 225.
ſapientiae uerae uis & uſus 16.	ſolitudo experientia laudatur folio 677.	T
ſcabiei incommoda 202.	ſolitudo quae commoda habeat 258. uſq; 284.	taciturnitas Chriſtiana quae, folio 1112.
ſcabiei taedium 856.	ſolitudo patrum 288. 289. 290.	taciturnitatis laus 643.
ſcelera cur punienda 1131.	ſolitudo quae inutilis ſit, folio 1225. 1226.	tacere & cadere diuerſa eſſe 376.
ſcolastica diſciplina quae 762.	ſolitudinis commendatio, folio 329. 330.	taedia hominum uaria, folio 205. uſque 209.
ſcientia rei militaris quae & cui neceſſaria 437.	ſolitaria uita quibus grauis uideatur 267. 275.	tempeſtatis horrida deſcriptio folio 715.
ſcriptori quid ſpectandum 4.	ſolitariorum gaudia 279.	temporis amiſſio 144.
ſcribendum quomodo 842.	ſorgia fontis deſcriptio, folio 330.	temporis amiſſio in urbibus, folio 282.
ſcribendi periculum 837.	de ſomnijs 525.	temporum iniquitas 687.
ſcripta ueterum indaganda, folio 687. 707.	ſomnijs quae fides adhibenda 718.	temporum mutatio & uarietas, folio 959.
ſcriptionis fama, folio 55. 56. 57.		temptationem quadrifariam eſſe folio 1061.
ſecreta naturae ut indaganda, folio 1150.		temptationum uehementia, folio 1022.
ſecta fugienda 729.		terremotuum terror 209.
ſeculi fallacia quanta 786.		theo.
ſecundum uirtute agere quid, folio 1182.		
ſeipſum agnoſcere ſanitatis pars 406.		

Index.

theologi ueri & non ueri, fo- lio 1126.	bus sequenda 1111.	uirorum illustriū aliquot pa- tria 1015.
theologi primi & qui deinde 110.	ueritas unde petenda 1166.	uita beata ut inquirenda 724.
thesauri depositum 102.	ueterum exempla cur sapius citanda 738.	uita uera quæ quæ non 327.
thesauri & aris copia, folio 65. 66.	ueterum præstantia 307.	uitæ humanæ spatium 415.
ticinensis urbis descriptio, fo- lio 874.	ueterū scripta indaganda ef- se 687.	uitæ longioris spes uana 7.
tormenta iniusta 181.	de ueterum scriptis quid sen- tiendum 705.	uitæ longitudo quid adferat; folio 1147.
tribunitia potestas Romæ uti- lis 547.	ulcini importunitas quomo- do ferenda 158.	uitæ nostræ descriptio 779.
tristitiæ onus 210.	uictus ut metiendus 23. 177.	uitæ ordo rectus quis 268.
turbā fugiendam esse 277.	uictoriæ spes 104. 105.	uitæ Solitaria: felicitas 258.
tyrannis 95. 96. 97. 194. 195.	uictoriæ usus non amittendus, folio 676.	usq; 284.
de Tule insula 673.	uictorinus statuam meruit, fo- lio 1163.	uitæ tedium quantum 217.
V Admonium 143.	uigiliarum & inquietis onus, folio 203.	uiuere nil magnum 971.
ualetudini non fiden- dum 10. 126.	uillici mali incommoda, fo- lio 178.	uiuentes ut laudandi 1062.
uallis Clausæ situs & amœni- tas 1127.	uindictæ dulcedo 103. 159.	uicia deplorata non esse corri- genda 742.
uarietate uires excitada 1237.	uino deditos iactatores ina- nes esse 996.	uicia spatio temporis augeri, folio 1091.
uaticinium morientium, fo- lio 818.	uinum Beunenfe fidei præ- poni à nonnullis 1185.	uoluptas uera quæ. 1033.
uaticiniorum gentilium ua- nitas 112. 113. 114.	uires corporis fragiles esse, fo- lio 10. 11.	uoluptatis illecebras fugien- das 1227.
uelocitas quāti æstimada 11.	uirtus uera quæ 14. 15. 16. 221. 222.	uoluptatibus solitudo caret, folio 1227.
uenatio & aucupium ad quid 41. 42.	uirtutis distinctio & quid sit, folio 1159.	uoracitas uituperanda 1033.
ueneni timor 232.	uirtutis miratores aliquot su- peresse 1059.	urbes quare & quando relin- quenda 329.
uenetiarum urbs laudatissi- ma 1124.	uirtutis scientia incerta & ua- ria 1166.	urbium illustrium interitus, folio 997.
uenetorum cum Cretenfibus bellum 863. 864.	uirtutis uis 5.	urbium luxus 1032.
uenetorum Genuensium bel- lum 1041. 1072. usq; 1076.	uirtutem æmulationi exposi- tam 982.	urbium occupatio 279.
uenetorum & Genuensium ad sapientiam confictus 1100.	uirtutem habenti nihil deef- se 1065.	urbium pestis quæ & quanta, folio 1228. 1229.
uergilij fictiones 867.	uirtutem in ægestate & diui- tjjs locum habere 837.	urbana & rustica habitatio- nis differentia 1031.
uerba mutari rebus manenti- bus 1216.	uirtutem latere non posse, fo- lio 1083.	uulnerum incommoda ut fe- renda 148.
uerborum libertas malū ma- ximum 1165.	uirtutem quidam quomodo æstiment 608.	uxoris incommoda 146. 147. 148. 149. 150.
ueritas aduersarios semper ha- bet 1025.	de uirtute quomodo dispu- tandum 3.	uxoriæ fidei exemplum, fo- lio 601.
ueritas sequenda 729.		
ueritas scriptoribus omni-		

FINIS.

Prefatio auctoris
De spera fortuna

FRANCISCI

PETRARCHÆ V. C.

in Libros de Remedijs

utriusque Fortunæ.

PRÆFATIO.



Um Res fortunascq; hominū cogito, incertosq; & subitos rerum motus, nihil ferme fragilius mortaliū uita, nihil inquietius inuenio. Ita cunctis animantibus naturam miro remedij genere consuluisse uideo, ignorantia quadam sui, nobis solis memoriam, intellectum, prouidentiam, diuinas ac præclaras animi nostri dotes, in perniciem & laborem uersas. Tam superuacuis enim semper, nec inutilibus modo, sed damnosis atque pestiferis curis obnoxij, &

præfenti torquemur, & præterito futuroq; angimur, ut nil magis metuere uideamur, quam nequando forte parū miseri simus. Tanto studio siquidē miseriarū, causas & dolorū alimēta cōquirimus, quibus uitam (q̄ si ritè ageretur, scelicissima prorsus ac iucundissima rerū erat) miserandū ac triste negocium efficimus, cuius initium cæcitas & obliuio possidet, progressum labor, dolor exitum, error omnia. Quod ita esse, quisquis uitæ suæ cursum, ac iudicio remetietur, intelliget. Quem quietum quæso: quem tranquillū: quem non laboriosum magis atq; anxium diem agimus? Quod unquam tam securum, aut tam lætum mane uidimus, ut non ante crepusculum sollicitudo mœrorq; subrepat? Cuius mali, & si ipsis in rebus, multa insit occasio, nisi tamen nos fallat amor, nostri causa maior, siue ut ingenuè fateamur, culpa omnis in nobis est. Ut uerò sileam reliqua, quibus undiq; trudemur, quod illud est bellum quamq; perpetuum, quod cum fortuna gerimus, cuius nos facere poterat Virtus sola uictores, nos ab illa uolentes scientesq; desciuimus. Soli igitur imbecilles, exarmati, non æquo Marte cū implacabili hoste congregiamur, quos illa uicissim, ceu keue aliqd attollit ac deijcit & in gyrū rotat, ac de nobis ludit. Vinci tollerabilius foret, nunc ludibrio etiā habemur. Id uerò quid aliud, q̄ leuitas ac mollities nostra fecit? Idonei uisi sumus, qui pilæ in morem, huc illuc tam facile iactaremur, animalia æui breuissimi, sollicitudinis infinitæ, quibus inscijs, cui puppim littori, cui animum consilio applicemus, pro consilio interim sit pendere, ac præter præsens malum & à tergo quod doleat, & ante oculos semper habere, quod terreat: quod præter hominem, animantium nulli accidit, quibus præsentia euasisse plenissimam securitatem tribuit. Nobis ob ingenium & acumen animi, semper quasi cum

A Cerbero

Deppa fortuna
n. in alio pl. p
coln. p2

Prefatio.

2

Cerbero tricipiti hoste, luctandum est, ut ratione caruisse, propè melius. In nosmetipsos, ætherea naturæ præstantioris arma uertentibus, huic malo obstare subdifficile est, uetustate iam & consuetudine, radicato: enitendum tamen, in quam rem, præter generosi animi conatum, (cui nihil est arduum, nihil inexpugnabile) & sapientum hominum crebra colloquia (quamuis id genus rarescat) & multo maxime iugis lectio, ac peruigil scriptorumq; nobilium monumenta profuerunt, modò salubribus monitis, consensus animi non desit, quem unum in terris, sani consilij, uiuum fontem asseuerare non uerear. Quamobrem si uel plebeis scriptoribus, pro affectu nudo, gratiam aliquando habitam scimus, pro eo quod iter aperuisse sequentibus uisi erant, quanta (oro te) gratia, claris ac probatis scriptoribus est habenda, qui multis ante nos sæculis in terram uersi, diuinis ingenijs institutisq; sanctissimis, nobiscum uiuunt, cohabitant, colloquuntur? Interq; perpetuos animorum fluctus, ceu totidem lucida sidera, & firmam æto ueritatis affixa, ceu totidem suaues ac foelices auræ, totidem industriæ ac experti nauaræ, & portum nobis quietis ostendunt, & eò uoluntatum nostrarum lenta carbasa promouent, & fluitantis animæ gubernaculū regunt, quoad tantis procellis agitata consilia, tandem sistat ac temperet? Hæc est enim uera Philosophia, non quæ fallacibus alis attollitur, & steriliū disputationum uentosa iactantia, per inane circumuoluitur, sed quæ certis & modestis gradibus, compendio ad salutem pergit. In hoc testudium hortari, amicum fortè, sed profecto necessarium non est. Natura te uariæ lectionis, multiplicisq; notitiæ auidum fecerat, fortuna, quæ ut aiunt, magnæ rerum partis imperium tenet, turbido quodam ac profundo negociorum & curarum pelago iactandum dedit: cæterum non ut legendi ocium, sic noscendi desiderium eripuit, quò minus semper literatorum hominum delectatus amicitia & conuictu, & occupatissimis diebus, ociosas horas, quotiens licuit furatus, quotidie instructior, quotidie rerū memorabilium doctor fieri uelles: ubi illa, qua nulli cædis memoria, sæpe te pro libris uti solitū, ipse tibi sum testis. In quod si ab ineunte ætate pronus eras, eò nunc putandus es pronior, quò serotinus matutino uiatore feruentior, atque animo saltem promptior esse solet: quando quidem hæc uulgaris est quærela: Crescere iter diemq; decrescere. Quod utiq; nobis in hoc uitæ tramite accidit, ad uesperam propinquantibus, & uia multū superesse cernentibus. Non mihi igitur es hortandus, ut facias quod semper auidissime fecisti, admonuisse suffecerit, ut intendas animū, ne qua te hinc humanarum rerum cura dimoueat, quæ plerosq; mortalium, post egregios labores in ipsa consumatione maximorum operum, auertit. hoc adiecto, ut quia simul omnia uel legere, uel audire & meminisse non potes, utilissimis quidem, & quoniam breuitas est amica memoriæ, breuissimis quoq; te fulcias. Non quod ego suadeam, operosiora illa & maiora sapientiæ consulta negligere, quibus te in ordinario (ut ita dicam) fortunæ certamine tueare, sed ut his interim breuibus ac præcis sententijs, quasi quibusdam expeditis atque continuis armis,

Prefatio.

3

mis, contra omnes insultus omnemq; repentinum impetum, hinc illinc iugiter sis instructus. Duplex enim nobis est duellum cum fortuna, & utrobicq; quodammodo par discrimen, cuius non nisi partem unicam uulgus nouit, eam scilicet, quæ uocatur Aduersitas. Philosophi, & si utramq; nouerint, hæc tamen ipsam difficiliorem arbitrantur: itaq; notum illud Aristotelis in Ethicis suo iure diffinientis: Difficilius esse tristitia sustinere, quàm delectabilius abstinere. Quem secutus Seneca ad Lucillum scribens: Maius est, inquit, difficilia perstringere, quàm læta moderari. Quid dicam? Ausim ne tantos inter uiros hiscere? durum quidem & temeritatis parata suspitio, nouo homini, uetusta tangenti. Hinc auctoritate igitur, hinc ætate permoueor, sed alterius magni cuiusdam, & antiqui uiri succurrit auctoritas. Neq; enim impetrari potest, quin quale quidq; uideatur ei, talem quisq; de illo opinionem habeat: Marci Bruti uerba sunt, scribentis ad Atticum, quibus uix aliquid uerius dici reor. quid enim de re qualibet iudicare possum nisi quod sentio? nisi forte compellar, ut iudicio iudicem alieno, quod qui facit, iam non ipse iudicat, sed iudicata commemorat. Ego itaq; reuerenter tantorum hominum, omniumq; sic sentientium iudicia præteruectus, si de proprio loqui uelim. Scio quidem aliàs uariè de uirtutibus disputatum, neq; semper difficultioribus principatum dari, neque fortuito ultimum inter uirtutes locum obtinuisse modestiam, siue eam temperantiam dici mauis: quantum tamen, ad id de quo agitur, attinet, difficilius prosperæ fortunæ regimen existimo, quàm aduersæ: aliquantoq; fateor apud me formidolosior, & quod constat in studio est fortuna blanda, quàm minax. Quod ut sic opinor, non me scribentium fama: non uerborum laquei nodiq; sophismatum, sed rerum experimenta uitæq; huius adigunt exempla, & magnum difficultatis argumentum, raritas. Nam qui damna, qui pauperiem, qui exilium, qui carcerem, qui supplicium, qui mortem & peiores morte graues morbos, æquo animo tulerint, multos uidi: q; diuitias, qui honores, q; potētia, nullū. Ita sæpenumero me spectāte, cōtra omnē aduersæ fortunæ uolētia inuictos, ludo facili pro superior strauit, humaniq; robur animi, q; minæ nō fregerant, inflexere blanditiæ. Nescio enim, quomodo mox ut mitior cœperit esse fortuna, incipit mens emollita tumidior fieri, & suæ sortis obliuionē, adiūcta prosperitate concipere. Neq; de nihilo dictū est, iamq; apud nostros homines in prouerbum uenit: Magni laboris esse, ferre prosperitatem. neq; casu Flaccus ait:

Bene ferre magnam disce fortunam:

Difficile nempè censebat artē, q̄ nisi studio adhibito nesciret. Cæterū Seneca ipse, fortunæ partem illam, quæ sibi difficilius uisa erat, (& est haud dubiè prima fronte rigidior) breuī admodū sermone perstrinxerat. is libellus passim in manibus est uulgi, cui ego, nil addere, nil detrahare meditor, quòd & magno ingenio conflatum opus, nostram dedignatur limam, & mihi meis rebus intentio, nec comere aliena, nec carpere est animus. Sed quoniam & uirtus & ueritas publicæ sunt, neq; studium antiquitatis, obesse debet poste-

Prefatio.

4

ritatis industriæ, cui excitandæ atq; adiuuandæ noscitur institutum, de hoc ipso loqui tecum aliquid, quodq; ille tunc Gallioni suo præstitit, id Azoni meo, nunc quantum hoc defesso iam & occupato semper ingenio dabitur præstare propositum est mihi. Insuper & partem alteram, ab illo seu obliuione, seu iudicio prætermittam, attingere. Vtriq; autem sciens pauca permiscui, non fortunæ cuiuspiam, sed uirtutis aut uitij excellentiæ aut defectus, quod & si extra propositum, ipsa quidem effectu tamen haud dissimili, & lætos quoq; mœstosq; animos factura uiderentur. Quibus in rebus quome gesserim ingenio, tu censebis, occupationum memor ac temporis, qui paucissimis diebus cœptum perfectumq; opus, admirans uideris. Ego solus fidei iudex sum. Studui, hercle, non unum quodque mihi speciosius, sed ut tibi atque alijs (si tamē alius quisquam hæc attigerit) utilius uisum est conquirere, denique finis meus is, qui semper in hoc genere studiorum fuit, non tam scribentis laus, quam legentis utilitas, si qua ex me percipi aut sperari potest: ad id maxime respexi, ne armarium euoluere, ad omnem hostis suspitionem ac strepitum sit necesse, quin mali omnis & nocentis boni, atq; Vtriusq; fortunæ remedium breue, sed amica confectum manu, quasi duplicis morbi, ut non inefficax antidotum, in exigua pixide, omnibus locis atque temporibus ad manum (ut aiunt) & in promptu habeas. Nam ut dixi utraque fortunæ acies metuenda, ueruntamen utraque tolleranda est, & hæc quidem freno indiget, illa solatio, hic animi elatio reprimenda, illuc refouenda ac subleuanda fatigatio. Hanc ergo uarietatem cogitanti mihi, non modò cū de hoc uellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterq; nostrum communiter uteretur, ut ait Cicero, sed tu me solus, ut scriberem excitabas, non quidem uerbo, ut qui ceptorum nihil conscius sis tantorum, sed rebus ipsis, & in utranq; partem, abundante materia. Multos in aculeo fortunæ habitos, multos in delitijs scimus, multos magno impetu rotatos, ne scandentium defunt exempla, nec ruentium, nec sum nescius, quosdam ex altiore fastigio prolapsos. Quot Romani imperatores? quot externi Reges? uel hostium, uel suorum manibus, è summo folio detracti, uitam simul & imperium amisere? An ne omnia à uetustate mutuemur? & exules nuper, & captiuos, & in acie cæsos, domi & capite truncos (quodq; durissimū relatu est) & laqueo enectos scedeq; laniatos Reges, nouimus? Tibi cui cor regium natura dederat, nec dedit regnum fortuna, nec abstulit: at quem in cæteris illa tam uariè egerit, uix, quod sciam, nostra ætas inueniet. Iam in primis ualitudine prosperrima, & corporis uiribus dudum fretus, usque ad stuporem omnium qui te norant, intra non multos annos, ter desperatus à medicis, ter uitam ac salutem tuam, in solo medicæ cœlestis auxilio posuisti: sic ab illo tandem sanitati redditus, ut penitus tuum illud pristinum robur amiseris, non inferiore miraculo dexteritatis eximiae atque insolitæ grauitatis: ut qui olim penè Æripes fueris, nunc accliuus aut seruorum manibus equi tergo impostus, aut humeris nixus, lentis terram passibus metiaris. Patria tua, uno pro-

pètema

Prefatio.

5

pè tempore, te Dominum uidit atque exulem, ita tamen, ut nihil obscurior exilio uiderè. Nulli ferè nostrorum hominum par principum fauor, nulli par fuit iniuria, ut cum paulo ante certatim in amicitiam tuā niterentur, idem ipsi, de nulla alia re concordēs in tuum mox exitium, quasi communicato consilio conspirarent, et pars quidem tuū caput insidijs peteret, auro prius ac gemmis largifluisq; muneribus, tot per annos propitiæ ac fauentis fortunæ, & quæ his omnibus grauior iactura est, amicis atque clientibus, uniuersaq; familia, duris quidem, sed diuersis tormentorum ac mortium generibus, spoliatum, pars quæ clementior fuit, illud ingens patrimonium, terras, homines, domos, oppida, inuaderet, ut qui modo te uiderant, mox è summis opibus, ad inopiam redactum, ceu aliquod fortunæ prodigium mirarentur. Amicorum (ut dixi) pars periit, in superstitijs periit fides, fugitq; (quod a se solet) cum prosperitate fauor hominum, ut dubitare posses, an amicorum prius an fidei fleres interitum. Accessit in medio rerum æstu, ægritudo penè ultima, & tam morti proxima, ut quem uiuere amplius non posse persuasum esset, extinctum fama uulgaret, et hic morbus, hæc paupertas, hic laborum cumulus, pulsum patria, procūl domo, in alienis terris ac laribus circumtonante bello semioblessum oppresserant, ne quid omninò interim tibi cum his amicis, si quos aut uirtus fecerat, aut fortuna dimiserat, seu colloquij, seu literarum posset esse commercium. Nihil omnium præter carcerem defuit ac mortem, quamuis nec carcer defuerit, dum fidissima coniunx, & pars tuorum uiscerum nati omnes natæq; ab hostibus capti essent, nullo prorsus tibi relicto solatio tantæ prolis. Nec mors quidem fuit, dū & tu secum assidue luctareris, & unus ex filijs, iam tunc teneram & insonantem animam, in carcere posuisset. Quid multa? impletum in te uno uidimus, quod de duobus summis uiris Caio Mario, Magnoq; Pompeio legimus, quid boni scilicet, & quid mali possit, haud unquam læta tristibus miscentem, in te tuisq; pignoribus secretim explicuisse, fortunam. Cuius olim cum blanditias, non tam insolenter, ut plærique foelicium, tum uerò minas, nuper atque impetum, tam forti tamq; inuicto animo tulisti, ut uel, ob hoc unum, multis qui antea tuum nomen oderant, te amandum mirandumq; præbueris. Habet enim hoc proprium uirtus, ut in amorem sui bonos erigat, in stuporem malos, idq; cum omnis uirtus habeat, tum præcipuè fortitudo, cuius inter fortunæ turbines ac tenebras rerum terribilium, & tranquillitas gratior, & lux ipsa conspectior est. Mihi uerò non solum ad antiquum tuum amorem (quod impossibile factu rebar) multum nouæ beneuolentiæ adieceris, sed aliò festinantem calamum, ad hæc non suo tempore scribenda deflexeris, ut & in scriptis meis, animi tui uultum uelut in speculo contempleris. Et si quid ibi minus excultum apparuerit, quod bona fide displiceat, ad hunc modum formes, atq; ita te instituas, ut seu solitis, seu nouis artibus, quæ innumerabiles ei sunt, tecum posthac fortuna uariauerit, nulla te species rerum turbet, sed paratus ad omnia, promptus ad singula, dulcia

A 3 pariter

Prefatio.

pariter & amara despicias. Fidentissimè ab aduerso Maronianum illud ex-
clamans: Non ulla laborum

O uirgo noua mi facies inopina ue surgit.
Omnia percepi atq; animo mecum ante peregi.

Nec me fallit, ut in corporibus hominum, sic in animis multiplici passione affectis, medicamenta uerborum multis inefficacia uisum iri, sed nec illud quoque me præterit, ut inuisibiles animorum morbos, sic inuisibilia esse remedia. Falsis opinionibus circumuenti, ueris sententijs liberandi sunt, ut qui audiendo ceciderant, audiendo confurgant. Ad hæc qui quod habuit egentis libens obtulit amico, quantulumcunq; est, pleno amicitia functus est munere. Animum enim spectat amicitia non rem, quæ parua, licet magni amoris indicium esse potest. Ego quidem, ut magnificum, quodque tibi opto, sic quid aptius hoc tempore largiar, nō habeo. quod si ualidum senseris, ipsa quæ præterit rebus facit utilitas, commendabit, sin inualidum, excusabit amor noster. Sic autem ad legendum uenies, quasi quatuor ille famosiores & consanguineæ passionis animi: Spes seu cupiditas & gaudium, metus & dolor, quas duæ sorores, æquis partibus prosperitas & aduersitas peperere, hinc illi inhumano animo insultent: quæ uero arci præsidet Ratio, his omnibus una respondeat, clypeoq; & galea, suisq; partibus & propria ui, sed celesti magis auxilio, circumfremencia hostium tela discutiat. Ea mihi de tuo ingenio spes est, ut unde uictoria stet, facile indices. Non te diutius traham, sed ut propositum meum noscas, in dex operis epistola præmittenda erat, quam si ascribendam duxeris, utrunq; metiens uideto, ne longior præfatio.

libellum breuem, non alter quam prægrande caput exiguum corpus premat. Nihil est enim, sine mensura ac partium proportione, formosum.

Francisci

FRANCISCI PÆ

TRARCHÆ V. C. DE REME

diis utriusque Fortunæ,

(Liber) I.

AD SPLENDIDVM NATALIBVSQ; CLARVM VIRVM

AZONEM CORREGIVM, PRIN-

cipem Parmensem, amicum suum.

DE AETATE FLORIDA ET SPÈ VITAE

(longioris.) Dialog. I.

(Interlocutores.)

GAVDIVM ET SPES, RATIO.



Etas florida est, multum superest uitæ. R. En, prima mortalium uana spes, que multa hominum milia & fefellit, & fallit. G. & S. Florida est ætas. R. Inane gaudium & breue, flos iste, dum loquimur, arefcit. G. & S. Aetas integra est. R. Quis integrum uocet, cui multum deest, & quantulum sit quod restat, incertum est. G. & S. Atqui lex est certa uiuendi. R. Quis hanc legem tulit, aut quod istud legitimum tempus est uitæ? Iniquissima uero lex, quæ non omnibus una est, immo tā uaria, ut nihil incertius in hominum uita, quam ipsius uitæ modus sit. G. & S. Est tamen & modus aliquis, & uitæ meta, quam sapientes statuerunt uiri. R. Metam uitæ statuere, nō qui accipit, sed qui dat illam Deus, potest. Intellego autem septuagesimum, aut si natura potentior est, octogesimum cogitatis annum, atque ibi metā figitis, quo prouectos, maneat labor & dolor, nisi forte longius spem promouit is, qui ait: Numerus dierum hominum, ut multum, centum anni quo quàm rari ueniant, uideamus. Sed ut sit omnium quod paucorum est, quantulum tamē nunc etiā, si id est? G. & S. Multum sanè. Est enim iuuenū uita securior, & à senectute remotior, & à morte. R. Falleris. Et si nil tutum homini, illa tamen periculosa uita pars, quàm securitas nimia reddit incautam. Nil est alteri uicinius quàm mors uitæ, cum distantissima uideantur, contigua sunt, semper illa preterlabitur, semper hæc instat, quocunq; fugieritis præstò est, & ceruicibus imminet. G. & S. Iuuenta nunc saltem præsens est, & senectus absens. R. Nihil mobilius iuuenta, nihil insidiosius senectute, illa non stat, mulcendoq; fugiens abit, ista per tenebras atque silentium pederentim subiens, improuidos ferit, & dum longinqua fingitur, in foribus est. G. & S. Aetas in ascensu est. R. Insidiosissime rei fidis, ascensus iste descensus est, uita breuis, tempus instabile, furtim, nullo pedum strepitu, inter somnum & iocos effluit. Et o si hoc temporum celeritas uitæq; breuitas, ut in fine, sic in principio nota esset, nunc intrantibus infinitum quiddam, exeuntibus nihil, & quot secula uidebantur, uix totidem sunt momenta: sic tum demū fraus noscitur, dum uitari nequit, Vnde est, quod sepe frustra

Despera fortuna
in malo foli
3. col. 2.

frustra huic consultitur ætati, incredula simul & inexperta est, & cōtemptrix alieni cōsiliij, in ops sui. Itaq; iuueniles errores, licet innumerabiles et immēsos, his ipsis tamē occultos & incognitos quorū sunt, nil melius quā senectus detegit, et dissimulatiū conuientiumq; luminibus ingerit, nec prius quod esse debuistis aduertitis, quā quod esse uolūstis, effecti estis, fieriq; iā aliud nō potestis. Quod si quis in tempore, aut per semetipsum intel ligere possit, aut docenti credere, ille mihi unus ex millibus præclarus ac foelix surget adolecens, nec tam multis anfractibus ageret uitam, cuius unica, tuta & recta per uirtutē uia est. G. & S. Aetas indecerpta est. R. Quomodo indecerpta est, quæ ex quo esse ceperit, assidue carpitur, & quæ minutissimis portuunculis, dum datur eripitur. Siquidem motu perpetuo cœlum rotat momenta, horas, horæ diem rapiunt, is aliū diem trudit, isq; aliū & nunquam quies. sic mēses prætereūt, sic anni, sic ætas currit & properat, & ut Cicero ait, uolat. Quodq; ait Maro:

Celeres neq; commouet alas.

Ita ceu nauis iter agētib; nec sentientibus qui uehūtur, sap'e, nec cogitantibus finis adest. G. & S. Aetas incipiens, ab extremo procul abest. R. Intra breuis uitæ spatium nihil est procul. G. & S. At nulla pars à fine distantior quā principium. R. Nulla quidē, sed tunc recte diceretur, quando omnes æquis spatijs uiuerent, nunc pluribus uis, & sapius prima ætas in mortem incidit, quo fit ut plerūq; uicinior sit extremo, qui remotior uidebatur. G. & S. Certè florentissima est ætas. R. Et si ad hoc pauci animū aduertāt, tamē ex quo loqui cœpimus, mutatio aliqualis incēsit, & modo per singulos syllabarū tractus uitæ aliquid excidit, aliquid de caduco ætatis flore subtrahitur. Quid autē, quæso, plus habet hic mobilis et nitidus adolecens, quā ille impurus et squamosus senex, præter hunc, quē loquimur ætatis breuē & caducum, immō assidue cadentē, florē? Vbi quid tam dulce, tam iucundū non intelligo, cū sciat dicto citius se futurū, quod ille nunc est, uel si nescit insaniat. Nisi fortè è duobus capitali simul supplicio addictis, ille foelixior est habendus, qui nouissi me iussus est dare colla securibus, qui mihi quodāmodo ipsa dilatione miserior uideat: quā quā nō est par horū cōditio et illorū, huic enim interuenire aliquid potest, unde collegæ supplicij euadat & uiuat, iuuenē senio eripere, sola mors potest. Ad summā, paruo tēporis in spatio, nō stat magna foelicitas, et ingētib; animis, breue nihil optabile est. Expergiscimini consopiti, tempus est. calligantēsq; oculos aperite, assuescite iam tandē æterna cogitare & amare & optare, simul autem peritura contemnere. Cōdiscite ab his sponte discedere, quæ uobiscum diu esse non possunt, & animo illa relinquere, antequā relinquamini. G. & S. Aetas est stabilis uirensq;. R. Mentuntur, qui nescio quā ætatē stabile dicunt. nil uolubilius tempore, tempus uerō uehiculum est ætatū omnium. hoc stabile fingitis? o uanitas nihil est stabile, nunc maxime raperis.

De forma corporis eximia. Dial. II. GAV.

Forma corporis eximia est. R. Nihilō firmior est illa quā tempus, cū eueniens, cum eodem fugit. si te si potes tempus, poterit forsan & forma consistere. G. Forma corporis egregia est. R. Fragili niteris fundamento. Corpus ipsum umbra in mortem præterit, tu momentaneum corporis accidens, tibi mansurum spondes? ruere quæunt accidentia, stante subiecto, nequeunt illo ruente non ruere. Atq; cunctis ex qualitatibus, quæ mortali cū corpore fugunt, nulla uelocior quā forma, quæ mox ut amœnum flosculum ostenderit, ipsos inter oculos mirantium atq; laudantium euanescit. Breuis hunc pruina perusserit, leuis hūc aura decusserit, subito uel inimicæ manus ungue decerpitur, uel prætereuntis morbi calce deprimitur. Deniq; gloriare. & exulta ut liber, uenit certè magnis passibus, quæ te uelo tenui latentē detegat, quanti etiam sit forma uiui hominis, mox ostendit: nec mors sola, sed senectus, & paucorum spatium annorū, immō uel unius lucis repentina febricula. Postremò, ut nihil exter num incidat, per sese stando durando

durandoque consumitur, & in nihilum redit, neque tantum gaudij ueniens tulit: quantum fugiens fert doloris. Hæc ni fallor expertus erat aliquando formosus ille Romanus princeps Domitianus, qui amico scribens: Scias, inquit, nec gratius quicquam decore, nec breuis, quamuis etiam si durable perpetuumque naturæ donum esset, non intelligo, quid ratorperè expetendum habeat, iste non solidus, nec in ipso homine, superficialitenuis fulgens decor, multaq; foeda contegens, & horrenda, leuissimoque cutis obrentu sensibus blandiens & illudens. Veris igitur ac mansuris bonis delectari conuenit, non fallis atque labentibus. G. Forma corporis elegantissima est. R. Habes uelut oculis, laqueum pedibus, alis uiscum, haud facile seu uera discernere, seu uirtutem sequi poteris, seu in altum euolare animo: multos enim ad honesta pergentes, forma detinuit, detorsitq; contrariam in partem. G. Forma corporis mira est. R. Bene ais mira. Nam quid uanitate mirabilius? quot delectabilibus abstinent formosi iuuenes? quos suscipiunt labores? Quanta sibi inferunt supplicia ut formosiores, non sint quidem, sed appareant? unius formæ studio & ualitudinis & uoluptatis immemores. Quantum uerò interea temporis cōmodum effunditur, quot honesta interim, quod utilia, quot postremò necessaria negliguntur? Tuum igitur breue caducumque bonum, & inane gaudium, sine inuidia tibi habeto. Habes hostem tuum domi, quidq; est peius, delectabilem ac blandum, habes raptorem quietis ac temporis, perpetuumq; tortorem, habes & materiam laboris uberrimam, discriminau causas, tormenta libidinum, nec minorem quærēdi odij quā amoris aditum. Fies mulierculis forsan amabilis, odiosus uiris, aut forma corporea coniugalis zelus accenditur. Nulla enim res ardentius appetitur quā forma, nulla animum mouere potentior, atq; ideò nulla suspectior. G. Forma corporis magna est. R. Solet hæc stultos adolescentes, quo non expedit urgere, dum bono suo ut libitum, sic licitum frui putant, neque quid deceat attendunt, quæ sæpe iam multis acerbi ac turpis interitus causa fuit. G. Forma corporis rara est. R. At breuissimum tempus erit, quando oris habitus hic colorq; mutabitur: cadet flaua cæsaries, reliquæ albescent, teneras genas, & serenam frontem, squallentes arabunt rugæ, lætas oculorum facies, & lucida sidera, mœsta teget nubes, leue dentium ebur ac candidum, scaber situs obducat atque atteret, ut non colore tantum, sed tenore alio sint: recta ceruix atque agiles humeri curuescent, guttur lene crispabitur, aridas manus & recuruos pedes suspicaris tuis non fuisse. quid multa? Veniet dies quo te in speculo non agnoscas, & hæc omnia quæ obesse multum extimas, ne quid improuisis monstris attonitus, non prædictum dicas, hic iam tibi si uiuis, dicto citius euentura denuncio, qui si mihi nunc credis, tunc te paritius miraberis transformatum. G. Forma interim clara est. R. Quid hic dicam breuius quā illud Apuleij Madaurensis: Expecta paulisper, & non erit. G. Forma corporis hæcenus excellens est. R. Quam malle formam animæ excellentem, est enim & sua animæ pulchritudo, multo suauior certiorq; quā corpori, & ipsa quoque suis legibus decore ordinis, atque apta suarum partium dispositione subsistens. Illam optare, illi operam impendere dignum erat, quam nec dies longa detereret, nec morbus extingueret, nec mors ipsa, nunc caduca miramini. G. Certè nunc saltem insolita forma est. R. In hac ut in alijs multis optanda mediocritas, sin ac tali forma, nec tibi placueris, nec nisi qua decet alijs placere curaueris, usulq; fueris castè, sobriè, modeste, nō exigua tuae laudis accessio est futura. G. Præclara facies animum honestat. R. Immō quidem exprobrat, & sapius in periculum trahit. quid uero attinet gloriari eo, quid neque tuum sit, neque diutius seruare possis? quod habuisse nulli, proiecisse multis gloriosum fuit? Mitto alios, Spurinam, non naturalis forma nobilitat, sed accersita deformitas. G. Ut uirtus animi, corporis formæ iuncta sit, studeo. R. Si id effeceris tum demum uerè n. h. i. tunc undiq; fortunatus fueris, formaque clarior uidebitur, & uirtus gratior. Quamuis eum errare sibi uisum esse, qui ait:

Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus.

scribat Seneca, mihi tamen iure reprehensus uideretur, si dixisset, maior, aut perfectior, aut altior, nunc quia dicendo gratior, non rem ipsam, sed spectantium iudicia respicit, non mihi uisus est errare Virgilius qui hoc ait: Et ad summam, ut nihil in se solidum habet formae gratia, nihil optabile, sic si ultro obuenerit, uirtuti addita, neque utriusque de pretio error sit, hanc illius ornamentum dici patiar, non in amoenum uisui, breue tamen ac fragile: solam uero, pondus animae dixerim, atque infauftum, tristis insigne ludibrii.

De ualitudine prospera. Dial. III. GAV.

Quid quod ualitudo prospera est? R. Quicquid de forma non diximus, repetitum puta. G. Valitudo corporis firma est. R. En senectus ab aduerso, mille morborum armata generibus, contra ualitudinem interea uoluptas militat, familiare certamen. G. Valitudo corporis lata est. R. Inconsulta iucunditas, quaeque negligentes & incautos facere solet possessores suos, & saepe morbos arcescere, quos ualitudini propriae diffidentis intentio, declinasset. G. Valitudo corporis bona est. R. Bene utere, alioquin leue bonum, quin & graue malum, si ut solita est, culpa cuiuspiam causa sit. Multis periculosa & pestilens sanitas fuit, qui tutius egrotassent. G. Valitudo corporis optima est. R. Res pergrata multumque utilis, seu corpore quid agendum, seu animo est. Sed ut quarundam radicibus herbarum, inest uis ueneni, quae dum aliarum rerum immixtione purgata est, salubre poculum est pluribus fit, quod ex uno pestiferum fuisse: sic corporea sanitas, ne noxia sit habenti, non aliter quam adiuncta animi prospera ualitudine temptanda est. Nusquam peius sano in corpore aeger animus habitat.

De sanitate restituta. Dial. IIII. GAV.

Longa aegritudine liberatus gaudeo. R. Gratiorem fateor sanitatem redditam, quam retentam, ingratiissimi mortales uestra uix aliter quam perdendo cognoscitis, et perdita ergo uos cruciat, & recuperata letificant. G. Grauiissima febris me destituit. R. Grauiissimas febres Medici dicunt, quae ipsis in ossibus & medullis aestuant, quanto illo sunt grauiiores, quae in anima intus latet, his te maxime liberatum uelim. G. Aegritudo abiit. R. Aegritudo praesens saepe profuit, dum debilitatis uiribus corporis, animae sanitatem peperit. Consequenter igitur, & digressa nocuit & animae lumem imminuit, & corporis auxilium insolentiam. Quamuis mala, quamuis pessima aegritudo uideatur, optabile malum tamen, quod mali remedium sit maioris. G. Tandem aegritudo longior finem habet. R. Ostentissime, sic tu reris mortem effugisses ad quam curris assidue. Nunc propinquior morti es, quam dum illi contiguus uidebaris: irremediabile uobis est iter, neque ulla eius in parte subsistitur, neque diuersorium, neque lentior usquam gressus, & somnus, & uigilia, & labor, et requies, et morbus, & sanitas aequales sunt gradus ad mortem. G. Ancipiti aegritudine absolutus sum. R. Creditricem habes infallibilem, dilata dies solutionis est, sed non cassa ratio: habes aegrotari iterum & mori.

De uiribus corporis. Dial. V. GAV.

Virium satis imò multum contigit. R. Quae de forma ac ualitudine dicta sunt relege: similium similis disciplina est. G. Multum est uirium. R. Videne quid aggrediare uirium fiducia, quo imbecillis appareas. G. Abunde est uirium. R. Taurina gloria est. G. Plurimum est uirium. R. Plusculum Elephantum. G. Virium nimium est. R. Facile crediderim id quidem, super excessus autem in uitium uergit, seu ipsum est uitium. G. Nimis est uirium. R. Nimietas haec, si ad mediocritatem redeat bene erit, quid si ad defectum transeat, quid si hoc robur fragilitas insignis excipiat? Crede mihi, nullae tantae usquam corporum uires, quae uel labore in modico, uel morbo acri, uel cuncta uincente senio non frangantur, infatigabilis & inuicta uis animi est. G. Ingens robur corporis est. R. Nemo Milone robustior, clarior multum. G. Vastum & praualidum corpus est. R. Prastantissima rerum uirtus, mole corporea

le corporea non eget, in animis habitans. G. Nihil his uiribus difficile. R. Immo impossibilia permulta, atque illud in primis ut qui in corpore spem posuit in altum scandat. G. Iam supra hominem uires sunt. R. Hac in re, qui superior cunctis hominibus euaserit, tamen animantibus inferior erit. G. Nihil his uiribus metuendum. R. Immo nunc maxime. In magna enim uirium fiducia, magnis uiribus accingitur fortuna, & interdum ex aequo cogredi indignas, ut ostendat quam fragile animal est homo, dum sibi etiam robustissimus uidetur. Giganteos uiros, leni prelio confecit, Herculem ab omnibus inuictum, uis latentis mali uicit, Milonem ipsum cunctis celebratum et cognitum palestris, arbor una de tinuit, lacerandumque feris obtulit, sic robur illud eximum corporis sine exemplo, fissae quae cus robori impar, inuentum est, tu uiribus tuis fidis? G. Vires immensae suppetunt. R. Omne immensum laborat mole sua. G. Vires in augmento sunt. R. Natura ferme rerum omnium haec est, ut cum ad summam peruenerint descendant, idque non aequo gressus, ascensus enim lentior, descensus praecipuus. Haec quoque uires cum crescere desierint, non consistent, & primo quidem clanculum, post aptius tandem ruunt. Omnes res mortalium praeter animum solum aequae fugiunt, sed non aequae omnium fugae uestigia apparent, nisi forte minus eunt animalia, quae uel tenebris uel tacito repunt nisu, uel quoniam id quoque transitur, itineris indicium caudis praemunt. G. Corporis mei uiribus glorior. R. Quid faceres tuis? cogita uero quantarum ipse sis uirium, istae enim non tuae sunt, sed hospitium, immo carceris tui uires. Vanum est autem, cum ipse sis fragilis forti habitaculo, dicam melius, forti aduersario gloriarum. G. Viribus meis laetor. R. Quid hic dicam nisi Poeticum illud:

Non longum letabere, in quo laetiae locum, uenient quae leae.

Meministi ut is ipse, tam ualidus, quem bis modo memorauit, de suis uiribus in senectute conqueritur.

De uelocitate corporea. Dial. VI. GAV.

Sed pernicitas multa est. R. Refert quoniam cursus intendatur, multos sua uelocitas in exitum tulit. G. Pernicitas mira est. R. Currite mortales ut libet, caeli uelocitas uos praecurrit, & ad senium & ad mortem applicat, illud uobis cursum eripiet, motum illa. G. Pernicitas summa est. R. Eo tendit ubi desinat. G. Pernicitas inaudita est. R. Illo properat ubi tarditas multa erit. G. Pernicitas infinita est. R. Sit quanta libet, ubi se exerceat non habebit, si quidem puncti uicem, terra omnis obtinuit. G. Pernicitas inextimabilis est. R. Haec ingenij laus est, cui maria & coelum, & aeternitas et naturae spacia, recessusque & arcana rerum omnium patent. Corpus puncti momentique ambitu circumscriptum, quo sua pernicitas latura atque ubi depositura est, nonne enim ut latissime pateat hoc spacium seu temporum seu locorum, nihilominus quocumque sese flexerit, ad sepulchrum currit? Illae saltem angustiae, sine ullis aut Astrologicis coniecturis, aut Geometricis demonstrationibus notae sunt, ita eodem curritur, ubi profecto non curritur. G. Incredibilis modo mihi pernicitas est. R. Cum omnes homines excesseris, lepuleculum non aequabis. G. Pernicitas stupenda est. R. Haec plerisque pendentibus & praeruptis locis comitata, plano calle destituit, quosdam per propugnacula turrium, per antennas nauium, per confraga montium innocuae uolitates, post leuipedis offendiculo, in uia publica prolapsos extrinctosque nouit aetas nostra. Anceps est contraque naturam insueta, grauium corporum haec leuitas, uolucrumque hominem non diu facturam: nam et si inoffensa processerit, fessa tamen cito desinet, breue robur hominis, breuior pernicitas. G. Valde nunc agilis sum. R. Et asellus agilis iuuenta, & senio piger pardus. Spacio leuitas ingrauescit. Prima aetas stimulos habet, frenos ultima, quicquid es, non eris diu, & si esse cupis, cura ut sis bonus, senium uirtus sola non metuit.

De in-

De ingenio. Dial. VII. GAV.

Al ingenium uelox est. R. Ad uirtutes utinam, alioquin quo uelocius, eò propius ruina. G. Ingenium expeditum est. R. Si & bonis artibus applicabile, præciosa animi suppellex, si minus onerosa, periculosa, laboriosa. G. Ingenium peracutum est. R. Ingenij non acumen, sed æquabilitas atque constantia, ueram laudem atque perpetuam merentur, quorundam acumen, tenui cuspidem frangitur, primoq; molimine deficit: ualidissima etiam, si ad ultimum extenuentur, infirma sunt, sic robur omne, tenuitas atterit. G. Acutissimum ingenium est mihi. R. Nihil sapientiæ odiosius acumine nimio, nihil uero philosophanti molestius quam Sophista: idè inuisam Palladi finxere ueteres araneam, cuius subtile opus ac tenues telæ sunt, sed fragiles nulliq; usui. Vt mucronis ergo, sic ingenij acies sit, non penetret modo, sed subsistat. G. Promptum ac uersabile ingenium est. R. Hoc Marco Catoni Censorio tributum est, quod literis simul atque armis bellicisq; omnibus, & urbanis ac rusticis artibus æquè foret idoneus, quid ex parte Græci suo tribuunt Epaminundæ, Perfæ autem Cyro. Tuum hoc uersabile, quo nam uergat neu uersutum sit, ne uelut aliquid non agile, sed leue potius & inconstans habeat, caueto. Aliud est enim non posse consistere, aliud facile ire posse quo uelis. G. Ingenium est excellens. R. Multum refert, quo in genere excellas: huius enim quoque uerbi significatio uaga est, uerumq; est, ubi intenderis ingenium ualere. Malo igitur ingenium bonum quam excellens, quod illud in malum flecti nequit, hoc in diuersa uolubile est. Nam & Crispus, Lucium Catilinæ magni uel animi fuisse ait, sed ingenio malo prauoq;. G. Ingenium magnum est. R. Bonum cupio & modestum, magnitudo sola suspecta est, sæpe magnum ingenium, magnorum infortium malorum fuit. Raro autem magni errores, nisi ex magnis ingenijs prodire.

De memoria. Dial. VIII. GAV.

Memoria ingens data est. R. Ampla ergo domus tedijs, & atrium fumarum imaginum, ubi multa displiceant. G. Memoria est multarum rerum. R. Multis in rebus pauca delectant, plurima cruciant, & sæpe delectabilium molesta recordatio est. G. Rerum adest uariarum memoria. R. Si bonarum, benè, si malarum, quid hinc gaudes? Parum ne triste est uel tulisse mala uel uidisse? nisi uel: quotidie recursent uel sub oculis sint semper? G. Memoria diuersarum rerum suppetit. R. Et culparum & delictorum & scelerum & ignominiarum & repulsarum & dolorum & laborum atque discriminum, quamuis huic ultimæ uoluptas quædam (ut aiunt) sit adiuncta, memoriæ. In quo tamen intelligitur, non tam præteritorum malorum cogitationem, quam præsentis boni delectationem iucundam esse. Itaque neminem laboris ac periculi meminisse iuuat, nisi quietum aut securum. Paupertatem latè meminit sed diues, morbum sed incolumis, seruitutem sed liber, carcerem sed solutus, exilium sed reuersus, sola ignominie memoria, in medijs licet honoribus tristis est, ad eò nihil delicatius uel incurabilius est quam fama. G. Memoria multiformis est & multorum temporum. R. In recordatione multiplici, multiplex molestia, quædam nempè conscientiam uellicant, quædam pungunt, quædam uulnerant, alia confundunt, alia exterrunt, alia deiciunt: unde fit, ut memorantium ora, rubor pallorq; uicissim in silentio occupent, quòd pessimis hominum plerumq; accidunt, incessusq; sit uariis, uox incerta & quæ sunt eiusmodi animi memoria laborantis indicia. G. Memoria prompta est. R. Mallem uoluntas pia, castumq; desiderium, & honesta consilia, & actus innocui et uita probri nescia. G. Memoria apprimè tenax est. R. Vnde hæc igitur obliuio cœlestium præceptorum, quæ tam pauca sunt numero? unde obliuio Dei unius? unde obliuio suimet? G. Memoria admodum tenax est. R. Terrenarum & inutilium rerum credo, quoniam uerò, & quo uaga hæc uolatilifq; memoria, quæ cum cœlum

terramq;

terramq; peragrauerit, in seipsam nesciens reuerti, quod unum necessarium ac salubre erat, obliuiscitur. In qua & si forte aliquid delectationis interdum, sæpe tamen anxietatis est plurimum. Nec immerito Themistocles, cum ei quidam memorandi artem à Simonide tunc inuentam polliceretur, Malle se ait, obliuionis artem, quam memoriæ discere: & licet hoc ille suo quodam iure respondisse uideatur, ut qui naturæ dono illo supra fidem excelleret, cuiusq; memoriæ innumeræ quidem rerum atque uerborum imagines prægrauerent, ferè tamen omnibus conuenit, ita omnes & dediscenda discitis, & discenda dediscitis, in his tantum, quorum utilis esset obliuio, memoriæ exercetes, inq; id naturæ finibus nõ contenti, insaniam arte laxatis. G. Memoria omnipotens est. R. Titulus hic, uni suus est Deo, multipotens dicere uoluisti, si q; tamè insignis memoriæ uis est, q; omni curiositate melius fuerit damnosa reijciat, stringat utilia, neq; tamè sedulo q; delectet aggreget, quæ quæ pro sint. G. Memoria optima est. R. Optimo nihil est melius, q; si fidè dicto quæris, ut in optimis te memorem præbeas, oportet, memento peccati tui ut doleas, memento mortis ut desinas, memento diuinæ iustitiæ ut timeas, memento misericordiæ ne desperes.

De eloquentia. Dial. IX. GAV.

At præclarum est eloquium. R. Magnum fateor instrumentum gloriæ, sed anceps, cuspidem gemina, & hoc quoque qualiter uti scias, refert plurimum. G. Eloquium torrens est & rapidum. R. Haud ineptè quidam, stulti atque improbi eloquentiam, furiosi gladio æquiparant, utrunq; enim Reipub. expedit inermem esse. G. Eloquium clarum est. R. Clarum aliquid uariæ dicitur, clarus sol, clarum incendium. G. Præfulgidum eloquium est. R. Et lugubres comete, & infesti gladij, & hostiles galeæ, fulgent, ut fulgor eloquentiæ gloriosus sit, sanctitate & sapientia temperetur. G. Copia eloquij ingens est. R. Siquidem iuncta modestiæ, magnum aliquid, supraq; communem hominum mensuram non inficior, alioquin mutum esse prætabat. G. Eloquentiæ satis est. R. Satis loquentiæ, parum sapientiæ, fuisse in homine illo scelestissimo Catilina apud Crispum legis, neque is quidem gloriæ eloquentiæ quesiuit ullam, quamquam altiore iudicio, non eloquentia, sed loquacitas illa fuit. Verus enim orator, hoc est eloquentiæ magister, nisi uir bonus esse non potest. quod si bonus & sapiens, putabas ad oratorias laudes perfectumq; munus eloquentiæ, hanc uerborum impetum, qui sæpe procacibus atque inuerecundis uberior est, siue hanc ipsam dicendi peritiã satis esse, fallebaris: linguæ uolubilitas, et uerborum copia, atq; etiam arti quædam, sceleratis pijsq; communia esse possunt. Id quod quæris, bonorum est, non omnium quidem, sed paucissimorum, ita ut mali omnes huius laudis exortes sint, ad quam scilicet animi bona, quibus carent, uirtus ac sapientia requiruntur, quod ut sic esse non intelligas, dicam. Sed memineris duarum, de quibus loquor, rerum diffinitiones in mentem redeant, quarum altera Catonis, Ciceronis est altera, ille ait. Orator est, uir bonus dicendi peritus. Iste autem: Nihil est, inquit, aliud eloquentia nisi copiosè loquens sapientia. Ex his uides ad oratoris atq; eloquentiæ essentiam, & bonitatem & sapientiam exigi nec tamen sufficere, nisi & peritiã adsit & copia. ita ut primæ illæ duæ uirum bonum sapientemq; duntaxat, hæc autem solæ, nec bonum, nec sapientem, nec eloquentem quidem efficiant, sed loquacem. omnes uerò coniunctæ perficiant oratoremq; eiusque artificium, quòd profectò rarius atque altius est quam putent, qui in multiloquio situm sperant. Tu ergo si oratoris nomen & eloquentiæ ueram laudem quæris, uirtuti & sapientiæ primum stude. G. Eloquentia plena atque perfecta est. R. Pleno atque perfecto nihil deest, deerit autem multum, si præmissa defuerint. Ante igitur quam de uniuerso pronuncies, hoc unum tacitus tecum uolue. G. Eloquentia summa est. R. Supra summum nihil est. His ergo cessantibus, iam summa non erit, sed caducum quiddam & informe, cui fundamentum fastigiumq; detraxeris. G. Eloquentia dulcis & ornata est. R. Dulcedo & ornatus iste nescio quid blandum seu dolosum, non uirile nec sincerum præfert,

præfert, sed non pluri est apud rectos iudices suavis & compta uiri fallacis oratio, quam uel meretricis fucus, uel mellitum uirus, uel phrenetici robur, uel auari aurum: quicquid est, quamuis appareat ac mulceat, si præcipuum essentiale defuerit, nihil penitus aut nihilo proximum uideri debet. G. Eloquentiæ fiducia magna est. R. Magna sæpe fiducia, magnis periculis uiam fecit, ut animum attollat atq; adiuuet, frenum accipiat, sese norit quid agendum instat, examinet: absit insolentia pariter & contemptus, sin progressa liberius uirium obliuisci cœperit, non iam fiducia, sed temeritas & audacia est, quo nihil est à sapiente remotius. Hæc in rebus omnibus agendis, ut aspectu speciosior, sic effectus periculosior ignauia est: illa enim domi pigros & inglorios tenet: hæc impellit arduos, & quos estimabatur promotura præcipitat, hæc sæpe bellacissimos uiros ostendit imbelles, cautissimos probauit incautos, ut quæ ad te redeam, qui disertissimi uidebantur, infantissimos patefecit. G. Eloquentia ingens est. R. Ut sit fides Historico, inter uitia infinita, eloquentiam habitasse, uerique locum teneat auctoritas, neque dubium sit, quod eloquentiæ princeps in Rethoricis scribit: Eloquentiam sine sapientia esse posse, quæ ut liquet superioribus aduersantur, ista tamen, quolibet modo sumpta eloquentia, certe quo maior eò damnosior funestiorq; si sola est. G. Eloquentia singularis est. R. Hæc est, quæ singulares uiros & Græcorum & nostros in perniciem traxit, quod ita esse Demosthenes & Cicero & Antonius non negabunt. G. Eloquentia plausibilis est. R. Si innocenter & absque iactantia utare, uix ullare citius multitudinis amorem tibi concilies & gloriam quæras, si quo nisi meræ uirtutis artificio quæri potest: sin arroganter atque improbe, per facile tibi discrimen, & multorum odia conflaueris. Sapientis dictum est cuiusdam: Mors et uita in manu linguæ. Non unius uerò tantum hominis, sed multorum. Quorundam linguæ totas euerterunt Respub. euerterentque, pessimum nocentissimumque mali hominis membrum lingua est, nil hac mollius, nil hac durius. G. Eloquentia sonora est. R. Et sonorum fulmen. G. Eloquentia florida est. R. Et floridum attonitum, denique uersa ut libet & reuersa, & gloriæ uiam habes arduam, & inuidiæ pronam ualde.

De uirtute. Dial. x. GAV.

NVnquid non saltem de uirtute licet gloriari? R. Ut liceat, in illo tantum licet, qui uirtutis & omnis boni auctor, solus atque largitor est. G. Magna est animi uirtus. R. Vide autem, ne quo maior credi minor sit. G. Spectata uirtus in rebus dubijs est. R. Proprium est uirtutis, non quid actum, sed quid agendum sit, nec quid absit sibi, sed quid desit attendere: unde est, ut sæpe illam non de quæsito gloriantem, sed de quærendo sollicitam uideamus. Dicerem si liceret, auaram aut certæ auaritiæ similem esse uirtutem, iugiter sitit, quotidie inardescit, quò plus quæsierit, eò sibi pauperior uideatur & plus appetit: nullus illi desiderij modus est, nullus sat magnus cumulus meritorum. G. Virtus supra humanum morem est. R. Ve reor ne superbiæ sit ista professio non uirtutis. G. Virtus longè clarissima est. R. Fundamentum ueræ uirtutis humilitas, nec tanta claritas ulla est, quam elatio non obscuret: scit ille qui clarissimus creatus, seque ipsum efferens, non obscuris tantum, sed princeps fieri meruit tenebrarum, quod si illi accidit, quid alij de se speret. G. Virtus eximia est. R. Non solet uirtus esse iactatrix aut moratrix sui, sed imitatrix alieni. itaque semper anhelans, semperq; altius aspirans, dum se comparat, paruipendit. G. Virtus consummata est. R. Nunquam hoc uirtus de se iudicat, non confidit, nihil arrogat, scit hoc tempus esse militiæ, non triumphij, atque ideo nunquam torpet, & semper in actu est, semper quasi nunc incipiens accingitur. Quæ omnia perfecisse seque undique consumatam credit, crede mihi, non est uirtus, error est uirtuti obuius atq; aduersus. Quisquis ad summam puenisse se credit, in hoc primum fallitur, quod ubi credit esse, non est: deinde quod illuc ferentem uiam aberrando deseruit, dumque, quod non habet anticipat, quod habere potuisset, sponte sua negligit. Siquidem

dem nil tam profectui aduersum, quam perfectionis opinio: nemo studet agere quod peregrisse se putat, error hic sæpe magna parantibus obstitit, iamque alta pensantibus. G. Virtus pro humana capacitate plena est. R. Si omnem uitam ante oculos ponis, perque dies singulos actuum ac uerborum & cogitatum rationem à teipso exigis, incorruptus rerum arbiter tuarum, uidebis quantum uacui in anima sit, quantum uitia occupent. G. At saltem cõmunis & mediocris est uirtus. R. In rebus altissimis, uix mediocritas locum habet, nerum habeat, non tamen hæc gaudij materia, sed laboris ac studij est. nam quod ad summam disponitur, donec eò peruenitur, non quiescet. G. Aliqua est uirtus. R. Huius quoque iudicium linque alijs. et si qua est uirtus: non ibi finis gaudij, sed in illo ad quem uera per arduum uirtus ducit. Eam nempe Philosophiam profitemur, quæ non fruendum uirtutibus, sed utendum docet. Nondum plene igitur gaudendi tempus est, tot nunc etiam uitæ periculis circumfusis, sed optandi potius sperandique: gauisuram te sperare potes, sic tamen ut metuas doliturum. G. Si quid boni est, sentio, unde sit & in illo gaudeo: quicquid autem deest, scio unde poscendum sit, & de illo spero. R. Hæc est uirtus, & iam tuum iter ad uerum gaudium inuenisti.

De uirtutis opinione. Dial. xi. GAV.

Quisquis ego sum, opinio de me hominum bona est. R. Opinio rem non mutat. G. Bonum me, communis habet opinio. R. Quid si malus tu? nonne opinio falsa est? Scientem certe falso gaudere, dementia est. G. Opinione uulgari bonus dicor. R. Nihil est quod non sibi fingere possit opinio: bonum autem seu malum, quod in animis habitat, neque diuersis opinionibus, neque sermunculis uariatur, non si cuncti igitur te mortales bonum dixerint, bonus fies. G. Bonum mihi saltem est nomen. R. Melius esse nomen bonum, quam diuitias multas, Hebræorum sapiens ait, idemque alibi: Melius est nomen bonum, quam unguenta præciosa. & ualorem boni nominis, & odorem famæ his uerbis expressit, comparatione scilicet auri & unguenti. quomodo autem seu nomen, seu aliud quicquam esse potest bonum, si sit falsum? quæcunque igitur sit nomen impij, non fit ideo minor impietas. Non inani igitur nomine gloriatur, sed illud eiusdem Sapientis audiat: Nomen, inquit, impiorum putrescet. et illud alterius: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. illa si intus tibi obstreperit, quid tibi proderunt adulantium susurræ? quid blanditijs aut fictionibus partum nomen? è radice mala, nihil boni oritur. neque hinc igitur ortum nomen bonum dixeris, cum uerum dicere non possis. G. Bene de me sentiunt ciues mei. R. Non refert quid de te alij sentiant, sed quid tu. G. Bene de me loquuntur ciues. R. Noli credere, quod loquantur nesciunt, & cupide metiuntur pruritu quodam linguæ in utraq; parte nimio, & cõsuetudine in naturam uersa. G. Bene de me plurimi loquuntur. R. Ignorantibus credere, quid est aliud quæ uolentem fallit? G. Bene de me loquitur uicinia. R. Dulcilo quio forsan aut muneribus delinita, aut de te aliquid sperans, nunquam uel amanti credideris uel speranti. G. Vicini mei nomen meum celebrant. R. Alter alterum decipit, omnes te. G. Bonum mihi testimonium ciues dant. R. Est intus in anima testis incorruptior certiorque: conscientiam tuam interroga, illi crede. G. Bene de me homines opinantur. R. Opinio ambiguae nomen est rei, certissima res est uirtus. G. Ego ipse mihi uir bonus uideor. R. Ergo es malus, boni enim sibi displicent, seque accusant. G. Et mihi uideor & alijs bonis. R. Quid si tu malus, illi autem stulti? G. Bene de me sperant ciues. R. Cura ne spes ciuium falsa sit, turpe est de se sperantes, cum possis aliud frustrari. G. Credo sim, de quo non frustra sperent multi. R. Si id esses id non crederes, malum est alios, pessimum autem seipsum fallere. G. Omnes me uirum bonum putant. R. Quid si tu contrarium scis? G. Omnes me uirum bonum dicunt. R. Et tu credis omnibus? num te autem dici pudet, quod non es? sed est hoc nobis insitum inter cuncta mirabile, de nobis, nostrisque de rebus quamuis occultis, plus cuiquam quam nobis credere. Iuxtaque Flacci sententiam, & mendacem timere infamiam, & falsa gloria delectari. G.

Totum

Totum uulgi una uoce me laudat. R. Nulla pronior ad errorem atque ad præcipitum uia est, quam per uulgi uestigia, quicquid penè uulgi laudat, uituperio dignum est. G. Cunctis hominibus placeo. R. Placentes hominibus deus spernit, & placere hominibus displicere est Deo: contraria contrarijs gaudent. G. Viri boni nomen habeo. R. Vitæ constantia & honestate seruandū est, alioquin facile euanesceat, uetus est enim. G. Multæ sunt in populo laudes meæ. R. Scruisti in agro arido arbores caducas. G. Magnæ inter doctos etiam laudes meæ sunt. R. Si ueræ, durabunt, et ut ait Cicero, radices agent & propagabuntur, at si fictæ, celeriter tanquam flosculi decident. G. Omnes uno ore meam prædicant uirtutem. R. Non in hominum statu, neque in propria uirtute quamuis uera, sed in ipso uirtutum omnium auctore gloriandum, qui contrarium facit, non modò, non assequitur assertionem hominum quod non habet, sed id ipsum quod habet uel imminuit uel amittit. G. Uulgi omne me prædicat. R. Dixi & repeto, quicquid uulgi cogitat uanum est, quicquid loquitur falsum est, quicquid improbat bonum est, quicquid approbat malum est, quicquid prædicat infame est, quicquid agit stultum est. I nunc, insanorum sermunculis gloriare.

De sapientia. Dial. XII. GAV.

Sapientiam consecutus sum. R. Rem magnam, si uera esset, & inseparabilem à uirtute: si illa igitur approbasset, hæc probata esset, sed utraq; opinione aliquanto facillior est quàm re. G. Sapiens sum. R. Crede aut mihi, nunquàm si uerè esses hoc diceres, sapiens enim quantum est quod sibi desit, intelligit, non gloriatur itaq;, sed suspirat. G. Sapientem me profiteor. R. Beneirent res, si tot essent sapientes, quot sapientiarum professores, nunc illud perdifficile est, hoc uerò facillimum. G. Sum sapiens. R. Si uerè sapiens esse uis, noli id quidem opinari. Credere se sapientem, primus ad stultitiam gradus est, proximus profiteri. G. Studio ad sapientiam perueni. R. Utique sic ad illam peruenitur, sed an tu peruenieris recogita, non est enim res studij breuis, egens aliquot annorum ut reliquæ artes, tota uel longissima opus est uita. Si quis (ut aiunt) tota die currens peruenit ad uesperam satis est. Notum est illud Platonis, ut alia multa, præclarissimum quod Ciceroni placet, & mihi: Beatum cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam ueraciq; opiniones assequi possit. Has tu an calle medio obuias habueris, an nescio quo pennato æquo uectus ante tempus attigeris, incertum, tam cito sapiens euasisti. G. Sapientiarum perfectionem coelitus accepi. R. Est fateor coeleste donum sapientia, sed magnus certe uir erat & coeli amicus qui dicebat: Non quod iam acceperim aut perfectus sim. G. Sapientiam cupidamente comprehendit. R. Ut pecuniarum rerumq; multarum mala, sic sapientiarum cupiditas bona est, sed an tu tantæ rei capax sis uideat: certè ille idem: Ego me, inquit, non arbitror comprehendisse. Et ille quoque permagnus erat, qui cum Deo de seipso loquens, sic agebat: Imperfectum meum uiderunt oculi tui, hoc est proprium sapientis, imperfectionem suam nosse ac fateri. G. Sapiens dicor. R. Non te tuæ neque alienæ unquam uoces sapientem fecerunt, sed res ipsa. G. Sapiens uulgò dicor. R. Uulgi insanos sapientes dicere, & sapientes insanos, iure suo didicit, quod est, ut falsa pro ueris, ueracq; pro falsis habeat. Nihil est à uirtute uel à ueritate remotius quàm uulgaris opinio. G. Omnes prædicant me sapientem. R. Ad famam fortasse aliquid, ad sapientiam nihil omnino. Sentio autem superscriptionibus innitaris litterarum, quibus nihil est liberalius: non satis est facere sapientes qui non sunt, sed egregios & insignes faciunt ac uere recundos, serenissimos insuper & illustres, ut iam simplex sapientiarum titulus sit pudori, qui quam paucis conueniat, stupor est, obsoleuit tamen inter titulos clariores, quos qui scribendo sic accumulanti, sciunt se mentiri, sed urbani uel mendacio fieri uolunt. Vos qui legitis non ueros modo, sed citrà uerū sistere illos rati, publico errore fallimini. Nemo est qui de suis rebus interroget, omnes alijs de se credunt, uis autem noscere quàm sis sapiens, uerte oculos retro, recordare quoties in hoc uitæ cursu cespitaueris, quoties oberraueris, quoties offenso pede cecideris, quot pudenda, quot dolenda, quot poenitenda commiseris, tunc si audeas, te dicito

te dicito sapientem, credo autem non audebis. G. Scio me sapientem. R. Literatum forsàn uis dicere. Sunt enim planè literati aliqui, uerū licet pauci: sapientes autem penè nulli. Aliud est sapienter loqui, aliud sapienter uiuere, aliud dici, aliud esse sapientem. Fuere qui dicerent sapientem nullum, id quàm uerum falsumue sit non disputo. Certè nimis prærupta sententia est, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapientiarum. Hebræi sapientem Salomonem suum prædicant, qui quàm sapiens esset, turba coniugum pellicumq; testatur, multoq; maxime Dijs alienis cultus exhibitus, Romani sapientem Lelium & Catonem. Græcia ipsa dum floruit Septem habuisse dicitur sapientes: hi quoq; hoc titulo indigni sequentibus uisi erant. qui excusant, dicunt non eos illum sibi titulum assumpsisse, sed ab errantibus populis traditum possedisse. Vnus tantum fuit sua professione, suoq; sapiens iudicio, stultissimus omnium Epicurus, quem titulum cum Metrodoto participare uoluit, nec honorificum amici donum ille respuit, seq; etiam sapientem dici æquanimiter tulit, ut sua illa qualis gloria, error esset alterius. Vnus quoque sapiens Socrates oraculo dictus Apollinis, forsàn ideo ut uirum illum sapienti proximum, falso testimonio, falsus Deus ad amentiam atq; insolentiam irritaret. Hæc de anti quis sapientibus dixerim. Fœlicior ætas nostra, quæ non unum duosue uel septem, sed in singulis urbibus, ceu pecudum greges numerat sapientum: nec mirum sanè multos esse, qui tam facile fiant. Venit iuuenis stultus ad templū, præceptores illum sui prædicant, celebrant seu amore seu errore, tumet ille, uulgi stupet, plaudunt affines & amici, ipse iussus in cathedram scandit, cuncta iam ex alto despiciens, & nescio quid confusum murmurans. Nunc maiores certatim, ceu diuina locutum, laudibus ad coelum tollunt, tinniunt interim campanæ, strepunt tubæ, uolant anuli, figuntur oscula, uertici rotundus & niger pannus imprimitur. His peractis descendit sapiens, qui stultus ascenderat, mira prorsus transformatio, nec Nasoni cognita, sic fiunt hodie sapientes. Verus sapiens sit aliter. G. Sapiens sum. R. Solent qui de se magnificè sentiunt præfidenter maiora uiribus ea aggredi, inque nisu medio prolapsi suo, uel periculo uel pudore condiscere, quàm iusti rerum estimatores fuerint suarum. Præstat igitur (mihi crede) falsas opiniones abijcere, insolentiam deponere, insipientiam circumspicere, & optare, ne qua experiendæ sapientiarum necessitas incidat, quæ declaret de te nihilo gloriatum. Hæc rectior tutiorq; quærendæ sapientiarum uia est. G. Credo ego ad sapientiam peruenisse. R. At si mihi obsequeris, ad illam potius assurgendo nitendo quæ peruenies quàm credendo. Nihil altius ascendit quàm humilitas operosa.

De religione. Dial. XIII. GAV.

Religione glorior perfecta. R. Religio optima ac perfecta una est, supra Christo nomen, supraq; petram firmissimam fundata. Reliquæ omnes superstitiones uanæ, & deuita & errores sunt, quibus est iter ad tartarum atq; ad mortem, non hæc momentaneam sed æternam. Et quot putas quantique uiri huius ueræ religionis inopiā miserabilē passi sunt, cunctis in rebus alijs altiores; habet illi q; æternum gemant, habes tu unde gloriaris & gaudeas, non in te quidem, sed in eo, qui te summa in re, tanto maioribus præferre dignatus est, qua nil maius, nil melius tibi tribui poterat in hac uita, de qua loqui aliquid uberius non grauaret, ni res ipsa coelesti lumine penè iam omnibus nota esset. G. Pij sacris initiatus sum. R. Pia sacra religionis huius sunt tantummodo, reliquarum omnium sunt furores, ritusque sacrilegi. Neque tamen initiatum esse sufficit, maius est fortè quàm putas, deuoto licet animo dulce negotium. Non enim Deum nosse satis est, quod & dæmones faciunt qui oderunt, amor & cultus exigitur, his ex rebus constans, quæ utinam tam benè implerentur ab hominibus quàm sciuntur. G. De uera religione mihi placeo. R. Placere sibi superbire est. Hæc autem uera religio, quæ te Deo & Deum tibi religat, humilitatem pij mentibus inserit, insolentiam extirpat. Sic tibi igitur gaudere permittum, ut quanto iustior quantoq; religiosior, tanto sis humilior & operibus bonis affluenior. Illi gratias agens, qui tibi ex hac mortalitate rectum iter ostendit ad æternam uitam. G. Veram religionem (Deo gratias) sum adeptus. R.

Bene ais, deo gratias. Custodi autem illam bene ab erroribus, à negligentia, à peccatis, & sic habe, si hanc affecutus es, & in ea te exerceas ut dignum est, cessare controuersiam, de qua modo litigauimus: cum sit scriptum sacris in literis. Pietas est sapientia. Et per alium: Initium sapientiae est timor domini. Neque id ipsum tacitum in prophanis, Cuius rei Lactantius meminit. Instit. 2. Affirmat, inquit, Hermes, eos qui cognouerunt Deum, non tantum ab incursibus demonum tutos esse, uerum etiam, ne fato quidem teneri, una inquit, custodia pietas. Et enim pius homo neque demoni pessimo, neque fato subiacet, Deus enim liberat piuum ab omni malo. namque unicuique atque soli bonum est hominibus pietas. Quid sit autem pietas ostendit alio loco his uerbis: Pietas enim scientia est Dei. Eademque sententia Asclepium in sermone quodam regio, latius explicasse confirmat. Vides ut obstinatissimi duo pagani, nostram circueuant ueritatē, Tāta est ueri uis, ut linguas saepe hostium ad se trahat.

Delibertate. Dial. XIII. GAV.

Libertate natus sum. R. Non qui nascitur, sed qui moritur liber est. Multum fortunae licet in nascentem, in extinctum nihil. expugnat urbes munitissimas, armatos fundit exercitus, potentissima regna subuertit, inexpugnabilis arx sepulchrum: Illic regnum uermibus, non fortunae. Itaque imen illud ingressi, soli mortalium uitae huius ab insultibus tuti sunt, Tu te liberum iactas & ignoras, non dico ad sepulchrum, sed an liber hodie in cubiculum sis iturus. Libertas nostra tenuissimo nitens filo, sicut alia quibus fidimus omnia, tremula semper & caduca est. G. Liber sum. R. Idcirco te, ut reor, liberum dicis, quia dominum nullum habes: sed Anneum audi Senecam: Bona, inquit, aetas est, forsitan habebis, nescis qua aetate Hecuba seruire coepit, qua Cresus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes: his ille te admonet exemplis. Multa sunt alia uel tacita Senecae uel ignota. nunquid non Attilium Regulum meministi, indignum prorsus hoc ludibrio, passum tamen: nunquid tibi recentior annis Valerianus excidit: quorum ille modo dux, hic autem princeps populi Romani: moxque ille Carthaginensium, hic Persarum seruus. ille truci supplicio peremptus, hic longa & misera contabuit seruitute. Quid Macedoniarum Numidarumque reges, hinc Persen, hinc Syphacem memorem atque Iugurtham: regni omnes e culmine Romana lapsos in uincula. Mitto ueteres Regum casus, aetas tua quosdam regum trussit in carcerem, eosdemque una hora, & primum regem & ultimum seruum uidit, siquidem eo quisque inferior seruus est, quo foelicior liber fuit. Noli igitur libertate tumescere, quoniam non ex liberis modo, sed ex regibus tam subito serui fiunt. Nec miraberis, cum secundum Platonis sententiam, Non minus ex seruis etiam Reges fiant, mutantur assidue res humanae, nihil sub caelo stabile. Quis in tanta uertigine firmum aliquid ac mansurum speret: neque uero te liberum hinc dixeris, quod esse dominum tibi non uides, quod parentibus ortus ingenuis, nec in acie captus, nec uenundatus sis. Sunt nobis inuisibiles animorum domini, & in ipsa hominum origine latens pestis est. Nascendi genus obnoxium peccato, qua nulla grauior seruitus figi potest. Sunt occulti hostes & bella clandestina, sunt qui miseris animas nundinentur, quas heu uili pretio uenditis, uoluptates foedissimae dominarum, quae nos in inenodabili laqueo uinctos tenent. Ite nunc & libertate gloriamini. Sed uos ceci, nihil nisi corporeum uidetis. Vnde eum qui uni mortali subest domino, seruum dicitis, illum uero qui mille immortalibus tyrannis opprimitur, liberum iudicatis, eleganter ut reliqua. Profecto autem liberum non facit fortuna, sed uirtus. G. Liber sum. R. Plane si prudens es, si iustus, si fortis, si modestus, si innocens, si pius, horum si quid abfuerit pro ea te parte seruum scito. G. In libera patria natus sum. R. Vrbes quoque tu liberae, tua aetate pro exiguo flexu rerum, post paululum seruas nosti. Quod si uel notiora uel clariora sunt uetera, Lacedaemon & Athenae liberrimae urbes, ciuile primum, mox extremum passae sunt iugum. Hierosolyma sancta urbs & libertatis aeternae mater temporale & Romanis seruituit, & Assyrijs, nunc seruit Aegyptijs. Roma ipsa non solum libera, sed domina gentium suorum primum ciuium, post etiam uilissimorum hominum serua fuit, ut nemo unquam libertati, nemo uel imperio suo fidat.

De pa-

De patria gloriosa. Dial. XV. GAV.

Gloriosa in patria natus sum. R. Plus negocij habes ut in lucem uenias, fulgent minutiora etiam astra per noctem; & Bootes ad solis radios habet & lucifer. G. Clarissimae patriae ciuis sum. R. Bene si uirtutum hospites, uitiorum hostis, fortunae enim est illud, hoc tuum est. G. Patria mihi foelix ac nobilis est. R. Refert qua nobilitate. Hanc numerus incolarum, hanc insignis opum magnitudo, hanc spectata fertilitas, hanc situs ipse nobilitat. Salubris aer, clari fontes, mare proximum, tuti portus, opportuni amnes. nobilis patria uulgo dicitur uini ferax, olei, frumenti, frequens armentis ac gregibus, auri scatebris & argenti. bonam terram dicitis ubi fortes equi, ubi pingues boues, ubi teneri hœdi, ubi dulcia demum poma nascuntur: ubi autem boni uiri, id nec quaeritis quidem, nec quaesito dignum dicitis estimatores egregij. Atqui summa patriae laus, sola uirtus est ciuium. Recte ergo Virgilius, gloria ac foelicitatem cum describeret Romanam, nihil horum ad quae sola respicitis dignatus attingere, unam urbis & imperij magnitudinem atque altitudinem attigit animorum. Foelicem denique prole uirum dixit, ea est enim uera urbium foelicitas, uera nobilitas. G. Praeclara ciuibus bonis patria est. R. Quid si tu obscurus. Quid si claritas ipsa te prodeat, aequè lateribus eruet, & in apertum trahet, promptius in luce notaberis. G. Famossissima est patria. R. Non tam infamis esset Catilina, nisi tam famosa in patria natus esset. Caio etiam & Neroni alter infamiae aceruus. Imperium accessit, & mundi natos in uertice fortunae fauor extulit, quo latius noscerentur. G. Nobilissima in patria uiuo. R. Multorum aut contemptui patens, aut inuidiae: sine altero in magna urbe uix uiuitur. illud tutius, hoc clarius malum, utri usque autem haec ipsa quam praedicat natalis soli nobilitas causa est, tot inter oculos mille sunt latebrae. G. Notissima ex patria sum. R. Malim pro te patria, quam tu propter patriam notus sis, nisi uero per te fulseris, quid tibi lux patriae praeter tenebras allatura est? Multos habuit claritas magnae urbis obscuros, quos abinde claros paruorum obscuritas habuisset. G. Inclita mihi patria est. R. Est qui suas sibi laudes habeat tuasque participet, quicquid bene gesseris, prima quodammodo patriae laus erit. Fuit qui Themistoclis gloriam Athenis ascribere niteretur, qui plane pergrauiter, & ut tale uirum decuit, respondit: Cuius enim sibi Seriphi angustae & ignobilis insulae: quidam incola, inter iurgia obiecit, non enim sua, sed patriae gloria clarum esse. Neque hercule, ait: aut ego obscurus si Seriphus, aut tu si Atheniensis clarus esses. Non splendori patriae, sed uirtuti propriae fidebat. uirtutis plane quam Plato, maior licet ille Philosophus: Sed existunt interdum in magnis etiam ingenijs, magni & mirabiles errores. Is ergo inter caetera, magnae suae foelicitatis claritatem patriae ascribebat, ut enim totum noris, hac in parte excellentis uiri animum, aiebat Plato, se pro multis gratias agere. Recte id quidem, modo intelligat, cui quibusue pro donis gratiae sint agenda, ille uero naturae gratias agebat. Primum quod hominem eum, & non mutuum animal, quod marem & non foeminam, quod Graecum & non Barbarum, quod Atheniensem & non Thebanum, denique quod aetate Socratis, non alio tempore genuisset: ut scilicet esset, a quo doceri posset atque instrui. Vides inter gratulandi gloriantisque causas, ut Atheniensem quoque ponat originem. quid hic dicam, forsitan expectas. Ego uero & si de hoc uno sermo sit institutus, quando tamen tanti uiri merito incidit, quid de hoc toto illius sermone & alijs sit uisum, & mihi etiam uideatur, dicam simul. Scio quosdam claros ac disertos uiros incunctanter asserere, nihil unquam ab aliquo esse dictum delirius, quorum insententiam, quin (ut dici solet) eam pedibus parum abest. Nam quid quaeso attinet his gaudere, quaeso enim quid si barbarus? quid si mulier natus esset? An non multi Barbari, multis Graecis & uirtute & ingenio meliores extiterunt? an non foeminae aliquae, & rerum gloria, & inuentione artium quibusdam uiris optabiliores? quid denique si bos? quid si asinus nasceretur? Quid ad hunc ipsum de quo loquimur Platonem, qui iam non Plato esset: sed id potius quod natura parens edidisset. Nisi forte Pythagoricae credebatur infantiae, e corpore in corpus animas commigrare, quo nihil unquam certe stultius: nihil impu-

B 2 dentius

dentius, nō dicam à Philosopho, sed ab homine dictum fuit, nihil magis ueritati diffonum ac pietati, nihil demum à quo religiosæ aures magis abhorreant. Quid deinde an Atheniensem nasci clarum adeo, ut non æquè clarum esse posset alibi Thebis etiam natum esse? An non Homerus & Pythagoras ipse, & Democritus & Anaxagoras, & Aristoteles & mille alij alibi quàm Athenis nati clarique habitij, non minus quàm qui nati sunt Athenis? Ac ne à Thebis abeam, quas spernere Graij solent: an non si ingenium quærat Thebis natus est Pindarus? quem imitatione profusus inaccessibilem Flaccus ait. Si rerum claritas gestarum, Liber pater atque Hercules tam famosi, ut Alexander Macedo contemptor omnium ferme mortalium, illos duos ut altissimum atque ultimū signū gloriæ sibi proponeret imitandos. Sin uerunque, nonne recentij memoria & penè ante oculos erat Thebanus Epaminondas summus philosophus, summus dux, Græcorum què omnium recto sub iudice omnis æui princeps? Hic est qui Lacedæmones penè funditus euertit, & Athenienses Platonis sic exterruit, ut eo mortuo quasi summo terrore liberati, illico se in luxū ignauiamque resoluissent. Quo adhuc etiam apud Thebas florente, quot Athenis inertium & stultorum millia fuerint, quis facile animo metiatur? Non igitur quod Athenis, sed quod talis natus esset ac genitus, hoc est tali ingenio, tali què animo, tali denique & parentum indulgentia & rerum temporalium facultate, ut erudiri posset, & ad omne bonum opus institui, gratias agere decuit, tam anxie doctum uirum, illi deo qui hæc ei dederat, Non Socrati, nō Athenis, cuius in schola, & in qua urbe, quot & iniqui fuerint & indocti, opinari promptius sit quàm noscere. Et ut urbem sileam, habuit schola illa inter multos Alcibiadē & Critiam, illum patriæ hostem, hunc saeuissimum tyrannorum, quibus quid præceptor Socrates contulerit, Plato ipse respondeat, uel sic intelligens, quàm inane est, quod terreni doctrina præceptoris discipulorum auribus intrepit, nisi gratia magistri celestis aspiret, sine qua nihil omnino Socratem potuisse, quanquam Dei mendacis oraculo (ut prædictū est) sapientissimum iudicatum, inter duas tamen simul uxores procacissimas anus, ipse, uel alius quātum libet eum excuset ineptissime conuersatum. Sed hæc & reliqua incidenter, præter unum illud quo Platonem talem uirum hac eadem uanitate gloriosæ patriæ implicitum fuisse cognosceres, non ut magni comitis clypeo tuum tegas errorem, sed ut accuratius illum uites, cui succubuisse summa etiam cernis ingenia. G. Ampla in patria uitam ago. R. Multa sunt amplæ urbis incommoda, distat templum, distat forum, illud animo nocet, hoc corpori, distant opifices atque amici, qua quidem nulla durior distantia, quos laboriosum uisere, negligere inhumanum: audis ut de hoc queritur Flaccus:

Cubat hic in colle Quirini, hic extremo in Auentino, uisendus uterq.

Quocumque ire decreueris, ceu peregre profecturus domui tuæ dispone, quando & an redeas incertū, & ipse reditus cum labore est. Sæpe etiam cum errore, ferro ac magnete iter agitur, hac eas facilius, hac rectius, hac curiam, hac theatrum uites, hac balneum effugas, hac macellum. Hi & mille alij sunt urbium scopuli, inter quos nauigans domum tuam quasi alterū orbē petis, uix te ad illam peruertura speras. Et hoc quoque apud ipsum Flaccū legis:

Ut Philipus orator. Domum dum redi foro nimium distare carinas. Iam grandis natu queritur.

Hæc paruo in oppido molestiæ cessant omnes, quicquid quæritur iuxta est. G. E paruo oppido in immensam urbem comigravi. R. E tranquillo portu procellosum sponte pelagus ingredi temeritas est. Nec minor, ideò quia loci euentus. Fecit hoc tamen & gens Claudia è Sabinis Romam petēs, è Tusculo Marcus Cato, ex Arpino Marius ac Cicero, successitque foeliciter. Sed ubi nam tales uiri? Non tuò quidem in exemplum trahitur, quicquid raris & summis ingenijs attemptatum est. Postquam tamen soluisisti funem omni studio, inter difficultates enitere, inter alta confurge, consilio ceptum regens, quod hic boni dixerim, plures erunt ad uirtutes stimuli. Erunt forte quos ad gloriam sequi uelis, erit ubi te exerceas, ubi cum paribus possis de laude contendere, pudebitque testium tantorum. Multis sæpe quod uis animi non dabat, contulit uis pudoris, & ad ignauiam profligandam, sæpe plus spectator ualuit quàm uirtus. Et hi hercle quorum proximè memini, & accitus Curibus Numma Pompilius, Corduba profectus Seneca, Leptique ueniens Seuerus.

tus, multique alij ex alijs locis, ubique futuri magni uiri, ut aliquanto maiores Romæ essent, æmulatio uirtutis & illustrium copia exemplorum præstitit. Studè ergo quod unicū bonum est, in hac tua comigratione, ne pereat, neu nil aliud migrado quæsieris, quàm ut te coram pluribus nouæ patriæ fulgor nudet.

De origine generosa. Dial. XVI. GAV.

ORigo generosa est. R. Rursum mihi redis ad ineptias, quid ad te? G. Propago uetus & gloriosa est. R. Alieno gloriari ridiculosa iactantia, auorum merita nepotū degenerantium notæ sunt, nec aliud magis posterorū maculas aperit, quàm maiorum splendor ac gloria. Sæpe alteri comodū uirtus alterius tulit: Veram laudē nisi de proprio sumpseris, ab alio nō expectes. G. Magna est nobilitas antiquorum meorū. R. Mallè te alij quàm tu per alios noscereris: uerū age aliquid & tu, unde sis nobilis. Nam & illi nisi aliquid egissent laude dignum, nunquā nobiles fuissent. G. Multa sanguinis est claritas. R. Omnis propemodum sanguis est concolor, sicubi forte alter altero clarior inuentus sit, non id nobilitas, sed sanitas. G. Magna est claritas parentum. R. Quid si maior obscuritas tua est? Corpus semper, & patrimonium sæpe à parentibus accipitis, claritatem & qui habet, raro in filium transfert, & qui non habet, aliquotiens in filio illam uidet. Quātum patre clarior Cæsar: quātū obscurior Africani filius: qui si per manus tradi claritas posset, quā clarus futurus esset, intelligis: Sed amare illum potuit pater, illustrare nō potuit, infinitā suæ lucis eclipsim passus in filio. Sic quod pretiosissimum habet hæreditas, iudicio testantis eximitur, nec nisi de uilissimis rerum, est tanta illa solēnitas testamenti. Mille ego nunc tales clarissimorū hominū obscurissimos hæredes enumerē, si uacet & si expediat, summā tenes. Ingens claritas gentis est. R. Nihil tibi amplius ea claritas præstabit, quàm ut latere nequeas si uelis, ita in primis iucundissimū tibi uitæ latibulum & secretus rerum trames eripitur: quicquid ages erit uulgi fabulā: qualiter domi uiuas, & quid cenes nosse uicinarū studiū, & ueluti exploratores, ad te pater auus què remiserint, sic totum rei familiaris arcanū & quotidiani uictus ratio. quid cum filijs, quid cum seruis, quid denique cum uxore, & ad unum actus omnes, ac uerba de rebus licet minimis inquirantur, quoque altius stomacheris, ab his maxime quorum nihilo intererit. Hic igitur tuæ claritas est fructus, utque si uel modicum aberres, dedecus gentis, & monstrati desertor itineris longè inexcusabilis habere. Hoc est enim suū ac perpetuū gentilitiæ claritatis, reliqua illa comunia undecumque partū decus infestāt, quoniā difficile est clara recōdere. G. Clarissime natus sum. R. Stultè: claritas non ascēdo quæritur, sed uiuēdo, sæpe etiā quod miraberis moriendo. G. In multa luce natus sum. R. Turpitudinem caue, quæ obiectu lucis insignior fit atque cōspectior, id ni feceris, in tenebris natum fuisse melius foret. Adulteri & fures, & omnis turpiū cohors tenebras quærit, sola lucē nō refugit, scēda hæc & falsa nobilitas, cognoscique appetit, cui unū uitæ infamix consilium sit nesciri. G. Antiqua nobilitas est generis. R. Antiqua igitur uirtus fuit, sine qua uera nobilitas nō est. G. Peruetusta nobilitas est. R. Uetustas nimia claritatem rebus eripit, & parit obliuionem. quot fuerūt nobiles familiae, quæ hodie memoria nulla est: quot tu ipse florētissimas uidisti, quæ paucis annis ferme ad nihilū rediere: Vnde prælagiū facias de his modò florētibus, de quibus hinc primū erupentibus caputque tollētibus. Omnia tempus imminuit cōsumitque, senescunt non modò familiae, urbes, mūdus ipse, nisi fallimur, ad extremum uergit. Tu qui uetustate gloriaris, uide ne gloriā ipsam uetustas extinxerit, neu iā radix auerit, cuius floribus uis ornari. Omne quod in tempore oritur, cū tempore occidit: Vestra quoque nobilitas tempore incipit, tempore desinit. Et quā longa dies peperit, longiorque auxerit longissima subruit. Fieri potest, ut quo te nobilem fingis esse desieris, esses forte nobilior, si serius incepisses. G. Inueterata nobilitas est. R. Inanis ambitio, nec suo merito, sed aliorum obliuione subnixta: confusa nempè sunt omnia, & perplexa successionū series, hæc inter tibi accidit, non nobilior ut esses sed ignotior. Origo cunctorum una est, unus parens humani generis, unus fons uniuersorum, qui uicissim modo turbidus, modo nitidus ad

unumquemque uestrum peruenit, calege, ut quod paulo ante clarum erat, mox obscurū fiat, & quod obscurum, clarum. Ita non de fonte dubitatio est, sed quibus alueolis hæc clari sanguinis (ut dicitis) ad uos unda profluxerit. Hinc est ut qui heri arabat hodie militet, & qui per urbes medias ardentem cornipedem aureis habenis regere solitus superbus incesserat, per squalentem campum pigros boues humili pugione sollicitet. Verumque Platonice illud: Libet opinari neminem Regem, non ex seruis oriundum, neminem seruum non ex regibus. Ita uero uicissitudo hæc, & conditio statuum humanorum, uariabilis atque inconstans est. Ut iterabilis quoque sit semel & pluries, ne mireris, si uel arator ad militiam, uel miles redeat ad aratrum. Ingens rerum mortalium rota est, et quia tractus est longior, breuis hinc uita non percipit: quod nisi sic esset, & ligones regum, & agrestium diademata, cernerentur: nunc hominum memoriam occupatam intentamque alijs, tempus fallit & hæc est illa tota uestra nobilitas, qua tumidi elati que inceditis uanum genus. G. Auorum clara profapia est. R. Quousque uagaberis, de te agitur. Tu mihi, nescio quos in tuum locum substituere niteris, qui pro se forte aliquid, pro te nihil, nisi ipse tuis testibus causam instrueris responsuri sint. Proinde auisti uel proaui clari fuerint, tum scilicet, dum e uulgari acie uirtutum sese alis attollere ceperant. Ea nobilitas radix ultima. Sed perge altius, exquire acrius, proauorum attaus obscuros inuenies & ignotos. Ad summam, hæc nomen atque imaginum claritas, & perbreuis est, & quantulacunque est, tua certe non est. desine igitur tuum nomen alienis obumbrare uirtutibus, ne uno quoque suam reposcente, nudus ipse de proprio rideare. G. Nobilis sum. R. Quantum sit nobilior rusticus uir fortis, quam ignauus nobilis, scies cūlibraueris. Quanto sit melius nobilitatem fundare quam euertere, si exemplis eges, domi militiæ que affluunt passimque legentibus occurrunt, ut per te ipsum mentor cenforque reliquorum fias. Ex omnibus duo paria hominum expendisse suffecerit, altera igitur in lance Marium & Tullium, in altera horum aduersarios, Aulum & Clodium constitue: quo examē uergat & quantum Roma cedat Arpino, quis tam cæcus ut non uideat? G. Nobilis natus sum. R. Iam dixi. Verus nobilis non nascitur, sed fit. G. Insignis nobilitas saltem ista uulgaris a parentibus est relicta. R. Ipsa claritas non nascendo quaeritur, sed uiuendo. Vnum hic quoque bonum uideo. Familiaria uirtutum exempla non deerunt, & domestici duces, quorum pudeat deseruisse uestigia: id si labi sinis, quid nisi famosum & difficile malum est nobilitas? Nescio autem quomodo difficilior est suorum imitatio quam exterorum: forte ne uideatur hæreditarium bonum uirtus, non libens dico, sed res ipsa loquitur. Raro excellentis uiri filius excellens fuit.

De origine fortunata. Dial. xvii. Gav.

In magna genitus sum fortuna. R. Vitam ab inquietudine auspicias es, haud equidem impropre tempestatem fortunam uocant nauis. Magna ergo fortuna, magna est tempestatas, magna uero tempestatas & consilijs magnis eget & uiribus. Habes non leuitate materiam, sed curarum. G. In amplissima fortuna natus sum. R. Tunc forte foelicis, censes magno in mari, quam exiguo in flumine natum esse: quod si nemo sanus dixerit, quid perinde facilius habet nasci in palatio quam in casa? ubique ortos terra parens excipit. G. In magna fortuna natus sum. R. Aduerso sydere soluissti funem, quod si in tempestate dies acta est, cura ut nox te inueniat in portu. G. In alto natus sum. R. Turbinibus rerum pates, latitandi spe precepta: scitum est illud Lyrici Poetae:

*Sepius Ventis agitur ingens
Pinus, & celsa grauiore casu.
Decidunt turre: feruntque summos
Fulgura montes.*

Ut clarum fateat, in alto nasci nec tranquillum certe nec tutum est altitudo quantalibet humana, per se ipsam in quieta est perpetuoque fremens tonitru: unde miror quid ita displiceat, Mœcenatis illud: Ipsa enim altitudo attonet summa. Nam alij hoc uerbo uisi sint, cur solus ille reprehenditur? Nil præterea tam altum, quod non & sollicitudini & labori & inuidia & pa-

dia & pauori & mœrori & in finem, morti peritium sit. Et sanè omnem fastum eminentiamque mortalium, sola mors in planum redigit. G. Alto & magno in statu natus sum. R. Iam primum ex alto graues lapsus, & magna rara quies in pelago est, nec in imo precipitium metuas, nec naufragium in sicco. G. Principium fortunatum fuit. R. Finem respice, ut reliquis, sic fortunæ suo multum licet in regno. quo fortunatus principium: eo finis est incertior: Non ne uides ut res hominum turbinis more uoluuntur? ut quietum mare, tempestatas turbida, lucidum mane, nubilus uesper insequitur? ut inter initia planum iter in confragosum desinit, sic prosperitatis insolentiam improuisa calamitas: & lætissimæ cursum uitæ mœsta mors claudit, & sæpe primordio dissimilimus finis est. G. In alto coepi. R. Vide ubi desinas. Vita omnis a fine describitur, & finem planè senties, qui principium non sensisti. G. In summa fortuna editus sum. R. Et seruorum filios in solio uidimus, & filios regum in ergastulis.

De lauto uictu. Dial. xviii. Gav.

In lautissima educor familia. R. Multum tibi hoc uideatur, parum est, eritque mox nihil. An ideò magis tibi, quam duro agricolæ uermes parcent, an cibo molliore uescentur audis? Non iocor tecum nec te terreo. Scis, et si forte dissimules te illi conuiuio præparatam escam, & fore iam cœnæ tempus instare, certè autem longius abesse iam non posse. Nam & breuis est lux, famelicique conuiuæ & quæ mensam instruit mors impigra: quid tibi nunc lautitæ istæ profuturæ sint uideris. G. Lautissime ab infantia educatus sum. R. O pessima pueritiæ rudimenta, neglectis bonis artibus, exquisitis cibis & peregrinis poculis assuefactus a puero, præclarissimam in spem adoleuisti. Sapores atque odores nosse mirarique doctus eximie, opiparas mensas et uasa aurea uenerari, neque serò, ut uirorum fortium mos fuit, famem sitimque cõmunibus lenire, sed ambitiosa semper nausea, & damnosis stomachi sarcinis mane illis occurrere, cum tot in heremo sancti uiri esurierint, tot in castris gloriosis duces parce, sobriè atque asperè uixerunt. An si tibi gemmis atque epulis obfesso, hinc Curtius, Fabritius, Cornucanus lecta suis manibus olera, cœnantes fictilibus, atque arantes ad uesperam ieiuni, Quintius ac Seranus, aut post hos Cato Cenforius Cos. in Hispaniam nauigans, unde triumphator rediit, non alio quam quo remiges uino usus, omnes notissimi hostes uoluptatis occurrerent: illinc Paulus atque Antonius fontis ad ripam missum coelitus partientes panem, non uerecundia ac dolore faucibus hæreret iners cibus: & attoniti gustus titillatio illa lentesceret? cogitares ab his uiris uictum tam tenui tanque humili, labore gaudetibus, & seruatum patriam subactosque nobilissimos reges ac populos & quæ uictoriarum difficilissima, est carnè propriam ac mundum & inuisibiles hostes animæ debellatos, te inter apulas dapes ac superbam requiem uili perdomitum uoluptate? G. Laudatissimus uictus est. R. Sentio, omne studium in eo est, ut ad fundum miseræ curiositas foeda perueniat. Nihil est actum tibi ac potus elegancia, nisi accedat et copia, immò uerò redudantia atque fastidium. Nec succurrit, ut Augustus Cæsar (quod fortassis paululum te lautior esse poterat) tibi, sic enim de illo traditur, minimi fuit, & uulgaris ferè. Sileo quibus, uesci solitus, ne quasi rusticanus paterfamilias contemptui tibi sit, interque phasianos & ficedulas ac pauones tuos, illius principis secundinus panis, & caseus bubalus & minuti pisciculi rideantur. At quantum melius phasiani isti uestri, & mensarum decus eximium, & gulæ summa foelicitas, apud Colchon semper & Phasidem latuissent, quam huc ad corrumpendum orbem nostrum, & irritandas illecebras aduolassent. Quamto fuit honestior ætas illa de qua Naso ait:

*Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat,
Nec Latium norat, quam præbet Ionia diues.*

*Ostreaque in conchis iuta fuerit suis.
Nec quæ pygmeo sanguine gaudet auis.*

G. Vino fruor electissimo. R. Malè, sed proprie ais fruor, hic enim est finis uester, ad hoc nati estis: quamto autè tutius sitim uestram uinum debile, uel lymphis debilitatum, siue purus etiã riuus extingueret. Certè princeps ille, de quo nunc loquebar, uini quoque parcissimus. Nā

& id scribitur, fuit, ter non amplius super cenam bibens, dum in castris esset: uos ter decies ante cenam bibitis, & in cena centies, nec numero quãtitas cedit, & castra ipsi uinoliora sunt urbibus: nulla nisi ab ebrijs uel expeditio uel certamen. Non bibebat ille inter diu, uos diebus & noctibus non cessatis. Ille si sitis urgeret, pro potione perfusum aqua frigida panem, uel lactuculã thyrsum, uel succosi pomi morsum, uel frustum cucumeris capiebat: ac uos sitim omni lenocinio aucupantes, illam uinis ardentibus & bibendo aliam sitim parituris, extinguitis, dicam uerius, accenditis. Nec in animum uenit bibere uos sanguineam terrã ac uenenum cicurã, dum sic uinum bibitis, ut Alexandro Macedoni scripsit Androci des. Quibus si ille præceptis obtemperauisset, profecto amicos in temulentia nõ interemisset, ut ait Plinius, nec ipse insuper tandem in temulentia periisset. Hæc eadem cibi indifferẽtis ac potus parcitas, in cunctis ferẽ claris ducibus atque principibus fuit, & in Iulio Cæsare singularis: quã quantum uestrã sit præferenda libidini, somnus uester, illorum industriã & gestarum rerum gloriã collatus, inditiõ est. G. Lautissimo fruor uictu. R. Si honestis etiam rebus frui uetitum, quanto magis in honestis ac turpibus: nec te pudet in eo quod ad caduci corporis seruitium spectat, immortalis animã fructum ponis, Epicureum dogma, sed infame olimquẽ reiectum, denique cunctis ex uoluptatibus, quã corporeis sensibus obrepunt animã, illas esse foedissimas diffinitum est, quã tactu gustuquẽ sese ingerunt, quod ille maxime uobis cum bellis sint cõmunes, & in belluinos mores rationale animal incuruent, quo nihil abiecius humana sors patitur. G. Lautis & uarijs cibus delector. R. Et delectare & frueri, si nil melius nosti, si nil peius pudeat amore pecudis pabulo gaudere, aut re conditorium ferculorum fieri, & suum dolio munus eripere: denique sic habeto, non posse te hanc quam probas uitam diu pati, fastidio est uicina satietas, ieiunium cibos condit. Nil nisi dulce ac sapidum gustat fames, nil tam lautum, quod non nausea reddat insipidum ac sordidum, ipsi etiam qui delectationi huic intendunt, appetitu & raritate illam acui fatetur, ut reliquas copia frequentiaquẽ contundi & in nihilum sæpẽ & contrarium uerti. Ipse demum professor uoluptatis Epicurus, tenuem uictum, quasi unicum suã professionis auxilium, & laudauit & coluit, quidquẽ sobrietati ac modestiã tribuunt honesti uiri, hoc ille tribuit uoluptati. Vt quamlibet uiuendi uiam eligas, diuersis finibus unum callem conuenire noueris, uno uictu utendum tenui semper ac modico, nisi quem honestis ex causis, rara forte licentia sed illãsa sobrietate laxauerit. Victus hic, siccus & ualidos & aspectu placidos facit, & odore corporis nec sibi nec alijs molesto: confer his madidos, æstuantis, tremulos, olentes, & ut Ciceronis utar uerbis, confer & sudantes & ructantes, tunc uidebis, quid inter frugalitatem intersit & crapulam. Et si non uirtus, aspectus ipse monstrabit, recta quo nam uergat electio, ut uix sit quispiam tam gulã seruus, qui acriter re discussa, non sobrietatem longẽ illi præferendam fateatur. Si hæc spernis ut leuã, nunquid & morbos etiam hinc nascentes, mortemquẽ contemnes? Quã licet per seipsum magnis animis contemnenda sit, naturaliter atq; honestẽ seu certẽ nõ turpiter inuecta, sic turpibus causis accessita morte, nihil foedius nilq; formidabilius. An uerò non audis Ecclesiasticum consultorem: Noli auidius esse, inquit, in omni epulatione, & nõ te effundas super omnẽ escam, In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropin quabit: usq; ad cholera: Propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinentes est, adiciet uitam. G. Lautis & multiplicibus utor cibus. R. Asellum tuum si nimis præfferis oprimes, si mollius paueris, calcitrabit. Venter uerò depositarius malã fidei est, nõ inefficax consiliũ uideretur ad omnes, & præsertim gulã illecebras comprimendas exitũ contẽplari.

De conuiujs. Dial. XIX. GAV.

Conuiujs glorior. R. Lautus uictus uoluptatis, conuiuia sunt furoris. quid enim nisi pompaticus furor est, multos diuites a negotijs honestioribus fortassis abstractos, honorifico tãdio unum in locum cogere, & multos uentres aut uacuos melius mansuros, aut suo gratius implendos arbitrio, exquisitis & nociuis cibus infarcire, ubi ut uni morem gesseris palato, multis tãdio fueris atque fastidio;

dio: Raro enim inter conuiuas consensus cõuenit, uerumque deprehenditur quod ait ille:

*Tres mihi conuiuia prope dissentire uidentur.
Postenter uario multa diuersa palato.
Quid dem? quid non dem?*

Quid des Flacce? Sed quid facias: nisi ut penitus nihil des, et hanc curã illis linquas, quibus nulla cura altior est. Agant quid libet: qui agere nisi aliud sciunt. Nam si tres discordãt, quid centum facient aut mille? Vix sine tacitis saltem abeunt lamentis. Hoc male sapuit, illud male oluit, hoc præferendum fuit, illud gelidum, illud intempestiuum, hoc mæsto oblatum, hoc irato uultu: crudum illud, hoc lacerum, ille famulus segnis, hic præceps, hic surdaster, hic contumax, hic clamore offendit, hic silentio, ille illotis uasis a quam tepidam, hic uinum molle porrexit. His querelis non tam aulã quã uia sonãt & plateã, nec immerito: nam quid attinet iucundius domui suã pransuros precibus fatigare, aut quorsum & sumptus inutilis, & superuacuis labor atq; unũ in atrium turba conueniens, nisi te uicinitã ostentes: & quasi de conuiujs tuis pedester agas uoluptarium triumphum. Sic tubis cymbala concrepãt, utq; appareat pompã omnia tribui, charitati nihil. Finge postridie unum aliquem conuiuiarum tantulo egere, quanti sua constitit paropsis, nunquã id a conuiuio domino impetrabit, nempe non id illi præstitum, sed sibi. Quã quamuis ita esse non sit dubium, solent tamen ubi ad mensam ebrii deierãt affirmant quẽ aliquid, percussis epulis, his ferme uerbis uti. Per hanc, inquiunt, quam simul facimus charitatem, quibus ritẽ respondetur: immo uerò per hanc ebrietatem & hanc crapulam. Vera enim charitas demum esset, si ieiuni & sicci, quã in uestram pernitiẽ effunditis, in usum pauperum uertereis, tunc charitatem non improprie iuraretis. nunc ad uestra conuiuia fastidiosissimi diuites coguntur, famelici pauperes excluduntur, uobis scilicet æstimantibus gloriosum claris hospitibus abũdare. Nec deest præter uulgus, fontem omnis erroris, auctor insignis: est enim ut mihi uidebitur, ait Cicero, ualde decorum, parere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. planẽ uir egregie, qui referre uicem ualeant, sed egentibus clausas esse. Qua in re, haud indignẽ forsitan, notatum a Lactantio Ciceronem nouimus, qui profecto illud melius alibi, sed eodem libro: Hoc maxime, inquit, officium est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari: quod contra fit a plerisque, a quo enim plurimum sperant, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inserviunt. Bene nunc ais Cicero & uerẽ, nam & ita fieri debet, & a plurimis contrafit. Sed ut ad rem redeam, si querelis ac fastidio conuiuiarum uis carere, conuiujs abstine. Habent utcunque fortassis qui conuiuio interfuere quod arguant, quod grauentur, qui hoc ipsum arguit, quod conuiuio non intersit, non iam ille conuiuia est, sed impudentissimus parasitus, cuius lingua non pluris estimãda quã gula est: quã non modo non metuenda est, sed optanda nõnunquã dicẽte Satyrico:

Nam que comœdia mimus, quis melior plorante gula?

Tales aliqui apud Comicos describuntur, lætique risum excitant, quid nisi corã auditu quæant facere? Hæc denique summa est, coniualem censuram, non conuiuando euaferis, parasiticis morsus ac rabiẽ ridendo et cõtemnendo fugaueris, non est ad quietẽ uia. G. Conuiujs uaco. R. Pulchrũ tibi studiũ elegisti: quid huic gustui conueniat, quid illi, quibus aut compescenda fames ferculis, aut irritãda falsamẽtis. En præclarã utilemq; Philo sophiã partẽ: q̃s primus, quis secũdus, et quis tertius ingrãtũ stomachũ cibus præmat, quis uini fumus cerebro gratiores nebulas effundat. G. Conuiujs delector. R. Sic accipiat, ut uerbum sonat, & ut senserunt maiores nostri nominis huius auctores non modo nõ arguã sed laudabo. Dulce est enim & optabile & honestũ amicis cõuiuere, sed cõmessatio nõ conuiuũ appellatis, turpissimãq; rei pulcherrimũ nomẽ imponitis, quasi uerò nõ possit cũ amicis uiuã aliter, q̃ comedẽdo & bibẽdo, & nõ melius cogitãdo & loquẽdo eũ docto homine & erudito, ut ait Cicero ipse, uiuere sit cogitare, et nil pfecto sit dulcius noto ac fido

colloquio amicorum. Nolite ergo rē fœdam pulchro uelo tegere, translucet enim, & q̄ cō uitiū dicit̄, commestatio esse cognoscitur. Audite potius apostolum Paulū, clara uoce à malis uos, inter cætera à cōmestationibus & ebrietatibus dehortat̄, & uidete ne ad turpia nominum splendore rapiamini. G. Cōuiuia me delectant. R. Dic quod est, Comestiones, potationes, epulationes, uiscerationes. Hæc si delectat̄, accipere uilis tu, uilis rei debitor: at si dare, stultus tu, stultæ sollicitudinis seruus es. G. Cōuiujs gloriā q̄ro. R. Mos est uester quærere ibi, ubi quod quæritis nō est. G. Spero gloriā cōuiujs. R. Falsa est gloria, uerus error. Alexandrū Macedonē cōuiujs indulisse usq̄ ad funestam ebrietatē legimus, Luciu Verū usq̄ ad profluiū amentis impensē flebilēq̄ imperij iacturam. Quæro alios duos: quē mihi sanū principē, quē sobriū regē his intentū dabis? Nā Philosophos ac Poëtas egregios memorare necessariū nō est, multoq̄ minus sanctos uiros, & omnino omnes grande aliqd̄ pium uē animo agitantēs, q̄bus omnibus haud dubiē tota ea res infamis & inuisa est. G. Gloria mihi apud uulgus, & multorū gratia, ex conuiujs est. R. Viliſimæ mercis ingēs pretiū, co quū fieri, ut gula cōplaceas alienæ. Credo autē, sunt quos gula urget, frenat inopia, his nihil est gratius, q̄ aliena cura & impensa, freno illo absolui, quodq̄ p se nequeat, p alios adipisci. Qui hoc eis præstant, clari apud illos dū id faciāt & famosi sunt, finge desinere, simul desinēt clari esse. Tandē ut ego quoq̄ iam desinā, hæc summa est: Cōuiuarū cōditio delicata est & querula lōgeq̄ difficilis. De paratis breuē accipe regulā, dū illos affatim paueris rodēt, arridebūt, plaudēt manibus, laudabunt uirū optimū, liberalē deniq̄ Patriæ Patrē dicēt, nihil ad ultimū Graiæ adulationis omiserint, de qua Satyrus loquēs, adulādi gentē prudentissimam, & comedam nationē asseruit, & reliqua pueris quoque notissima. Sin aliquando cessaueris, siquidē spōtē, auarū, sordidū miserū diffamabunt. Sin inopia homunculū nō malū certē sed stolidum & ineptū, teq̄ tuamquē domum fugient ut Scopulum. Tunc intelliges illud Flacci:

Diffugiunt cadis cum fece succatis amici.

De his quidem loquitur amicis. ueri enim maximē in aduersis hæret, & illas domos auidius frequentat, quas fortuna deseruit. His ineptijs hisquē difficultatibus ut occurras in tempore, & cōuiuas tumidos, & scurras, aridos, horumquē omnium uoces & sententias disce contemnere, & sic habeto, nisi loci recto esse iudicio, ubi totum uoluptati tribuitur, nil uirtuti. Caducum denique malis artibus partum nomen, eamquē uulgo quæ gloria dicitur, apud doctos infamiam esse non gloriam.

De uestitu cultuq̄ corporis. Dial. xx. GAV.

AT egregiē uestior. R. Quæ pura sunt, nuda uideri amant: mos est fœda coloribus abdere. G. Exquisitissimē induor. R. Pudebit cultus exterioris, quotiens quid eo tegatur cogitabis, insana enim ambitio est, simū tegere purpura. G. Mundissimē uestior. R. Non audisti quid ille uir fortissimus apud Crispum dicat: Munditias mulieribus, laborē uiris cōuenire. G. Vestitus insignis ac mollis est. R. Superbiæ uexillum nidusq̄ luxuriæ. G. Vestis singularis ac insolita est. R. Non obijciā tibi sacros, pauperes, seminudos & rigidis atq̄ hirsutis togis hibernū frigus arcentes, scio quidē, quod peccatrix opulentiā, sanctā spernit inopiam, ille idem ditissimus hominū, Augustus cuius altercatione retro tertia memini, ueste nō temerē alia quā domestica usus est, ab uxore et sorore & filia neptibusq̄ confecta. nā & hoc quoq̄ de illo scriptū est. Sic ille cunctorū dominus, paucas quidē, sibiq̄ iunctissimas fœminas fatigabat: tu fortassis aliorū seruus, dissūctissimas fatigas gētes, tibi nent, tibi peccūt, tibi textūt Belgæ, tibi Persæ, tibi Seres, tibi Indi, tibi Tyrius murex natat, tibi fragrās bacca hispida pēdet arbusculis, tibi oues albicant Britānicæ, tibi Indica sandix rubet, uterq̄ tibi sudat oceanus, Augusto autē uxor et filia sororq̄ cū neptib. Eousq̄ decreuit uirtus creuit supbia, sic cōtrario delectaris exēpla

ta: exempla modestiæ uiluerunt. In uictu igitur ac uestitu multi optimo principum contempto, post pessimos abiēre, Caium dico, & reliquos, quorum neutri à tergo, nec ciuiliſ inquam, nec uirilī, nec Romanus certē, nec humanus, sed insanus & nūc fœmineus, nūc diuinus, ab omni autem parte profusus atq̄ monstrificus cultus fuit. G. Exquisitissimē induor. R. Operosior ornatus & superstitiōsæ curæ intentus, formosis formæ gratiam imminuit, & fulgore suo deformium mendax prodit, oculosq̄ prætereuntium ad spectandum excitat, itaq̄ nulla re peius sibi cōsultat deformis homo, quam dum formosus uult uideri. Vestis insignior cultusq̄ corporis, qui ad formam quæritur, risus mouet. G. Electissimis coloribus exornor. R. Natura rerum humana arte nō uincitur, sæpē etiā quasi indignas se tentari, quo maiore nisu præsumitur tegiturq̄, eò magis ac magis attollit̄ eminet quē, natiuam mortalis corpusculi fœditatem, nec colores alterant nec odores, quin aut magis conspectam efficiunt aut suspectam. G. Pretiosis ac uarijs ornamentis ambior. R. Pone in pheretro aureo pallidum cadauer, gemmis illud ostrōque circunda, quo plus ornatus est, plus erit horroris. Neu quod loquor ad iniuriam trahas, origo nominis inquirenda est: siquidem à cadendo dicitur cadauer, cur non ut mortui, sic uiuentis rectē dicitur? Nempe illud cecidit, hoc casurum est caditq̄ continuē. G. Nouus & insolitus cultus est mihi. R. Non est locus ut desineam, ut que execrer ludibria hæc habituū externorū, quos uobis ab extremis mundi sinibus, furibūda præfens ætas intulit: sed Dii hominesquē male oderint has belluas humana effigie, ferino animo, lingua latina, barbaricouē habitu, compto fœmineam ad mollitiem capillo, moribus ad aprinam duritiem horridis atq̄ incultis, hinc obscena corporum impudentissimē detegentes, illinc mētium leuitatem, uano uertice uolucrum plumis extantibus aptissimē designantes. An uerò tam uigiles magistri, an tam dociles discipuli plus odij mereantur in dubio est, quorum ingenijs effectum uides, ut inter mimos ducesque, inter scorta & matronas, propē iam nil intersit aspectu: nec dū sistit, sed indies serpens crescit & uariatur insania.

De ocio & quiete. Dial. XXI. GAV.

OCium quiescē à laboribus obigit. G. Duo humanæ uitæ bona gratissima nisi usus immodicus, mala illa grauissima fecerit, quod multis fecit, & totidē corporis atque animi pestes, tumorem corpori parientes animo quē rubiginem. G. Ocio fruor iucundissimo. R. Vtor dic, nulla hic re fruendū, sed utendū multis, habet doctrina salubrior. G. Delectabile ocium est mihi. R. Refert multum hoc ipsum ocium quale sit: duas nempe species ocij diffiniūt, Operosi alteram, at que ipsa in requie laborantis, ac circa honesta studia solliciti, quo nil est dulcius. alteram inertis & languidi & solam requiem complexi, quo nil fœdus, nil similitus est sepulchro. De primo igitur sæpē magna quædam opera & mundo utilia, & suis auctoribus gloriosa proueniunt. de secundo autem nihil unquam, nisi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud ritē philosophantibus, hoc secundum pigris uentri somnoquē deditis peropportunū, ubi nullo interpellante, edant licenter ac dormiant. G. Optata perfruor quiete. R. Quies illa qua perfruendū erit, nullū finē habitura, nō est hic. uide ergo, qua gaudeas quiete. G. Quietē optatā reperi. R. Quietē dicis, an accubitū uis dicere? an somnū, quem mortis cōsanguineū Poëta quidā, alij mortis imaginē dixere: utriq̄ per propriē. G. Dormio & quiesco. R. Atqui & eūtes sæpē animo quiescūt, & sedētes iacentesq̄ animo laborant. et somnus ipse animalū quies dicitur, suos habet abditos dolores uisionūq̄ ac phantasmātū turbidos tumultus, atq̄ horribiles. de quo Deū familiariter alloquens sanctus & afflictus uir ille quæritur. G. Ociosus in thalamo quiesco. R. Vter quæso putas dulcius quiesceret, an Vacua suo in rure dormiēs, an Scipio in Africa cū hostibus pugnans, Cato cū anguib. Regulus cū utrisque? Nec quies sine gaudio, nec sine uirtute uerum gaudiū esse potest. G. Reiectis laboribus grato, recreor sopore. R. Labor est materia: uirtutis & gloriæ, hæc qui reijcit illas reijcit: cōtrā, uitij & infamiæ materiæ sopor est nimius, qui multos ad perpetuū soporē urget atq̄ præcipitat. fouet ille libidinē, corpora p̄grauat, ener

uat animos, fuscet ingenia, scientiam minuit, memoriam extinguit, parit obliuionem. Noti sine causa insomnes industrij que laudantur, somno non laudatos cernimus sed inflatos, proinde ut somnum quidam mortem dicunt, sic uitam alij dixere uigiliam. Inter mortem uero & uitam, uide quid eligas, uigilandum certe quod sapientibus placet, ad hoc saltem, ut longior uita sit. G. Longo & minimè interrupto fruor somno. R. Bene si non curis mordacibus, auaritia, ambitione, mœtu, mœrore, aut amore impio: Male autem si non honesti studij cura, cuiuspiam sopor abrumptur. Profecto populis stertētibus uigilat reges, sopitoque dūces uigilant exercitu, quod & res docet, & Ilias probat Homericæ: nobilioribus animis curæ uigiles impendent, sed sobriæ ac salubres. Augustum Cæsarem principum maximum atque optimum, somni breuis accepimus, eiusque etiam crebrius interrupti: tu contrario gloriaris? G. Profundè dormio. R. Et gulosi & libidinosi & iracundi, brutis animantibus, uiuis tamen, somnolenti ac sopiti duntaxat mortuis comparatur: et quod ad illā partē temporis attinet, nihil differre foelices à miseris, Philosophicam scis esse sententiam. Iure igitur ut pars illa pro uiribus euitanda, quæ solā inter homines differentiā linquit, sic sectanda contraria est, nihil difficultatis allatura uolentibus. Si pro leui enim gloria, aut lucro exiguo, & bellatores & mercatores & nauæ, totis sub diuo noctibus peruigilant, illiquidē inter hostium insidias, hi quolibet hoste peiores inter fluctus ac scopulos, tu propter ueram gloriā lucrumque ingens, inter Dei laudes ac libellos tuos, partē noctium uigilare non poteris? G. Vigiljs defessus, somno totus incubui. R. Sic est, non mutatis stiliū, cuncta ferè uno modo agitis, & quæ Deus ipse uel natura, uel ars aliqua uobis ad obsequium dedit, in uestrum dedecus damnumque conuertitis, potū cibumque ad ebrietatem & crapulam, ocium & quietem ad somnolentiā & marcorem, ualitudinē ad uoluptates, formam corporis ad libidinē, robur ad iniurias, ingenium ad fraudes, scientiā ad superbiam, eloquentiam ad discrimen, domicilium ac uestitum ad pompā inanemque iactantiā. Opes ad auariciam & luxū, prolem et coniugium ad mœtum & sollicitudinē immortalem. Ite nūc, stupere, & querimini de fortuna, & malis uestris ingemiscite, de bonis mala facitis, de que cœlestibus donis compedes uobis ac laqueos & uinacula animæ conflatis. G. Somno placido delector. R. At non modo reges & dūces & principes & Philosophi & poëtæ, insuper & familiarum patres uigilant ac noctē consurgunt, quod ad sanitatē atque economiam & philosophiam utile ait Aristoteles, sed furēs etiā & insidiatores, quodque est mirabilis, insani etiam amatores, quos suarum mulierularū memoria & desiderium excitat: tu uero non uirtutis amore, somnium oderis uitij amicum, ut que eleganter ait Flaccus:

Ut iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Te ipsum serues nō expergiseris: Pudeat semper tantū in uobis posse turpes causas & nō posse pulcherrimas. G. Nullo usquā interpellate totis noctibus quiesco. R. Vide quidē Aristoteles, quod superius attingi, ita uitā hominis partiri, ut dimidiā partē somno tribuat, dimidiāque uigiliæ, dum pro parte dimidiā non differre studiosi uitā ait à stulti uita. Et si quidē, pro somno noctē, pro uigilia diem uult intelligi, recta fateor ac uera est diuisio: æquis enim partibus tempus inter sese diuidunt. at si sic accipitur, æquas spatio inter partes, differentiā certē alia ingēs est. Nulla enim acrior, nulla altior cogitatio quā nocturna, nulla pars temporis studentibus aptior. Si autē somnū ipsum dimidiā tēporis partē dicit, mirabile dictū est, ex ore tā studiosi & tam docti hominis: absit enim ab anima bene iustituta & studijs inerte, dimidiū tēporis dormire, cū quātū suffecerit quibusdā et tertium uoluptuosis quoque sufficiat. Noctu quidē surgere qualibet anni parte consiliū est, absit ut noctē non liber nā modo, sed æstiuā totā dormiant, qui grāde aliquid molitūtur. Cæterū semel illam fregisse sufficiet fortassis, quodque uigiliarum anticipatum erit, breui si res poscat meridiana uicissitudine restaurari potest. At brumalis horæ noctis sæpius rēpendæ, psallendū, studendū, legendū, scribendū, cogitandū, contemplandū, quærendū, ingenio noui aliquid semper & quod studio quæsitū fuerit memoria repetendum. Audiendus quoque est Hieronymus ad Eustochiū scribēs: Noctibus bis terque surgendū inquit, reuoluēda de scripturis quæ memoriter retinemus. Denique his studijs fatigati, oculi alternō sopore recreandi erunt, ne

totis

totis noctibus dormiendo, culcitæ incumbendo, sepulta cadauera uideamini motu crebro atque honesto uos uiuos & uirtuti deditos comprobate.

De suauis odore. Dial. XXII. GAV.

Suauius delector odoribus. R. Hi uel uictui uel uestitui subseruiunt, de quibus quid sententiam audiisti. G. Odoribus studeo. R. Odorum alij gulam, alij libidinem iritant. Horum appetitus incontinentiæ notam subit & præsertim uehementis, alij propter seipsos expetuntur, horum studium non turpitudinis nempè, sed uanitatis arguitur. Vnde est ut muliebrium unguentorum odor aut dapium, quam florum turpior aut pomorum sit, eadem ratio est earum delectationum, quæ auribus oculisque percipiuntur. Si unquam Ethicis applicuisti animum, nosti hæc, neque te nūc doceo, sed notæ ueritatis ad memoriam retraho, ut huius generis oblectamenta uideas uel foeda esse, uel leuia. G. Odoribus operam do. R. Bonæ utinam famæ, cuius odor bonus quoque dicitur, malusque maior multo latiusque sensibilis, quam aromatum si terantur, aut sulphurum si cremantur, de his odoribus non nares sed mens iudicat. G. Bonis odoribus delector. R. Si sensui pares & uoluptati inhias, ut dictum est, aut obscenum, aut inane, si ualitudinis curam geris, excusabile, modò condimentum rerum omnium, modus, adlit. Confortat enim tabescentem spiritum odor leuis, sed ad omnia ualet illud Comicum: Ne quid nimis. Est autem ut in multis, in hoc quoque naturarum uarietas infinita, non solum inter hominem atque hominem, sed inter gentem etiam ac gentem. siquidem uera fama est, quanque magni non respuunt auctores, gens quæ Gangis fontem accollit, omnis cibi expers, solo mali siluestris odore alitur, peregrè profecturi, nil nisi bonum illud malum, ac uitale circumferunt, tam fœtoris impatientes, ut sicut eos purus nutrit, sic infectus odor interimat: delicata complexio, quæ sic uiuat & pereat. Hinc gens omnis ad ortum solis obuersa cœlique mollitiæ delinita, ut ciborum negligētior, sic egētior atque appetentior est odorū, & inde nimirum hæc primū curiositas uos inuasit. Assyrii, Arabes & Sabæi, uestris armis edomiti, suis uos odoribus domuere, quibus alij diu rigida patrū, & inuicta sobrietas obstitit, usque adeo, ut DLX. anno Urbis conditæ graui edicto à Cens. caueretur, ne quis in urbē ipsam unguenta externa cōueheret. Nō multo autē post, modernorū uitij ut alio solet, ueterū scita rēpentib. in Senatū ipsum, edicti talis auctorē, uictrix lasciuia penetrauit. G. Libèter bene oleo. R. Peregrini odores, atque omne artificium bene olēdi, proprii naturalis nō boni odoris argumenta & latentium sunt signa defectuum: ob hoc ipsum atque ob illam, nedum uiro, sed ne honestæ quidē fœminæ dignam curā solita sensum uiri fortis offendere. Meministi adolescētis illius, qui dū ut erat ungueto illitus, pro collata præfectura. Ve spasio principi gratias acturus, ante eum staret, ille hausto mox odore substomachas acris supercilio, uoce aspera: Mallè, inquit, allitū oboleuisses: sic increpitū sine honore inhibitis seu rescissis tā cōcessæ gratiæ literis, bene olidū dimisit. Ita cū semper dedecori sint odores huiusmodi, interdū etiā damno sunt, maxime ubi morum grauis ac masculus Censor sit, quodque quibusdā fuere periculo. nā & illud nosti: Vt Plātius senatorij uir ordinis, triumuirali proscriptio, mœtu mortis, Salernitanis latebris abditus, unguenti proditus odore, sibi quidē pernitē, proscriptoribus autē suis excusationē seuitiæ quæsiuit. Nā quis nō iure celsum diceret eū, qui eo tēpore Reip. tantoque in suo priuato discrimine ungueta, etiam nunc oleret? G. Artificiosis odoribus assueui. R. Desuesce si consiliū meū uis, turpius est enim artificiosis quā simplicibus assueuisse. Omne quod turpe est, quod artificiosius, eo fit turpius: honestatis ornamentū ars, inhonestatis est cumulus, adde quod & fœdius hodie quā olim, quāuis enim Roma, ut dixi, et quā Græcorū Romā propè dixerim, Lacedæmō, huic pesti ex Asia uenienti, quasi armata hostiū legioni ferreis moribus atque edictis obstitierint, ad extremū tamē mollis unguentorū simul uictorū acies sefellit, excubias in Europā trāsijt, & fortissimi mas gentes uicit, Et quoniam singula profequi longum est, ex unius asperissimi atque laboriosissimi uiri mollitiæ duritiæ, de reliquis coniecturam facito. Siquidem in medio bellorum æstu, ille inuictus ac barbarus, cruento cum exercitu unctus est Hannibal, penetrabilia unguenta, sed penetrabiliora sunt uitia, Itaque eneruati ducis ac militum, quorum tam stu-

penda

penda primordia fuerant, qualem decuit exitus fuit. quo effectum est, ut cum multum Africani semper, uirtutibus, Hannibalis tamē unguētis aliquid deberetis: expediebat illis ut ficci essent, uobis ut ungerētur. Ex illo sane multis saeculis sic iste mos inualuit, ut labor stuporq; sit legere, quae de hac re in utrisque literis scripta sunt. Et quid pluribus morere? Vtq; ad illius pedes, quo nil altius unguentum uenit, quod ipse, qui omnem mollitiem animorum, atque omnes illecebras uoluptatum extincturus aduenerat, passus est, non unguento quidem, sed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Iam uerò pedetentim uisus hic abiit, ut cum in multis aetas uestra maiorum gloriae impar sit, in hoc excellere uideatur, quod unguentaria non est, & qui his capitur, non communi temporum, sed proprio quodam animi uitio laborat. G. Bonis odoribus illicitor & delector. R. Fieri non potest, quin quae delectabilia sunt natura & illiciāt, dū praesentia sunt delectēt: Sapiētis Hebraei dictū est: Unguento & uarijs odoribus delectatur cor: quamuis unguento quidem non tam mihi delectatio uideatur inesse, quam fastidium: sed ut insit odoribus, meo certē consilio, absentibus resistendum contemptu & obliuione, praesentibus utendum modicē, neq; ullum his studium impendendum, ne te uel tacitus, ultimarum uiliumq; rerum mancipium fateāre. Ne uē hunc articulum longius traham, in honestis odoribus, ut rebus omnibus uirilem effoeminantibus animum uetitis ac seclusis. In reliquis Augustini sententiam amplector, de illecebra odorum inquit: Non satago nimis cum absunt non requiro, cum adsunt non respuo, paratus eis semper carere. Idem fac ne quando bonis odoribus male oleas, aut odiosis munditijs odiosus sis.

De cantu & dulcedine à Musica. Dial. XXIII. GAV.

Cantu delector ac fidibus. R. Ah quanto melius lachrymis atque suspirijs: Praestat enim flendo ad gaudium quam gaudento ad gemitum peruenire. G. Cantibus sonisq; permulceor. R. Et ferē cantu falluntur & uolucres, illud mirabilius, musica quoque dulcedine pisces tangi. Nota tibi Arionis ac Delphinis est fabella, tam pro uero habita, ut ipsis animalibus sit inserta, multi quidē scriptorū illustriū meminere miraculi, elegantijs nemo quam Herodotus Graeae pater Historiae. Astipulantur imagines aeneae, illic ubi ē tanto periculo incolumis primum terris appulsus est, natantis piscis tergo insidens fidicen. Ad hanc Sirenes cantu fallere creditū, illud uerò non creditum sed compertum, ut quotidie blandis uerbis homo hominem fallit, & ad summam, nihil ad fallendum uoce apertius. G. Musica suauitate delinior. R. Et aranea, ut aiunt, antequam mordeat, & medicus linat antequam feriat, & auceps & mulier quem fallere uult delinit, & praeo quē perimit, & polypus quē demergit amplectitur, et quidā pessimi hominū nūquam terribiliores sunt, quam dum se gestu & uoce leuissimos ostendūt, quod in primis de Domitiano principe lectū est. Vix ulla est sine suspitione delinitio. G. Cantu gaudeo & exaltor. R. Caue, nam scriptum est: Extrema gaudij luctus occupat. Et rursus: Ante ruinam exaltabitur spiritus. G. Cano dulciter. R. Ne scis an ultimum, Ipse praedulciter morti proximus olor canit: plures enim gaudio quam tristitia perire. Solito dulcius canentem inter ipsa soni suspiria expirasse, recēs fama est. G. Cantu ac tibijs delector. R. Non immerito quidem, singuli enim dies te & horae & momenta ad sepulchrum uehunt, quo cum cantu ferri uester etiam nunc mos est, antiqui & tibijs efferebantur: Vnde illud Statij Pampinij:

Tibia cui teneros suetum producere manes.

Tibi utraque funeris pompa placet, illuc te licet ire non sentias, absque ulla requie properanti. G. Cantu moueor. R. At quid refert: est haud dubiē in animis hominum generosis maximē potentissima musica, sed effectus supra fidem uarij. Vtq; omittam, quibus res non eget, hos ad latitiam inanem, hos ad sanctum & deuotū gaudium piaque nonnūquam lachrymas mouet. Quae uarietas, in diuersas sententias magna traxit ingenia, nempe Athanasius uanitates fugitans, canēdi usum in Ecclesijs interdixit, Ambrosius pietatis exercitium appetens, ut caneretur instituit, Augustinus utrunque se passum, & difficile hinc sibi negocium dubietatis exortum, inter confessiones suas pie meminit. G. Delectat canere.

canere. R. Graia olim delectatio, nunc & uestra, apud illos quidem cantus ac fidium ignarus quisquis esset, indoctus habebatur, quod Themistocli Attico Graecorum clarissimo, eò quod lyram in epulis recusasset, accidisse: Epaminundam uerò Thebanum, hanc fortassis infamiam declinantem, praclare fidibus cecinisse, auctor est Cicero. Mirum & Socrates talis senex, fidibus operā dedit, ne miremur Alcibiadem, ab auunculo Periclae tibiae studio traditum, apud illos honestissimo, ut inter liberales artes, hanc quoque condisceret. Sed uerecūdum pueri laudemus ingenium, qui cū ab insigni tibiae, ad id ipsum accito oblatas tibias ori applicuisset, & collecto spiritu genas inflasset, animaduersa deformitate uultus erubuit, atque obiectas tibias aspernatus fregit, meruitq; licet tenera aetas exemplo esse, ut totius populi consensu, ex tunc Athenis tibiae usus obsolesceret. Ad uos si non illud ardens musicae studium peruenerit, omnium principum mentes occupaturum, occupauit tamen aliquorum animos pessimorum maximē, Gaius quippē cantandi studiosissimus saltandique fuit, Nero quantum cytharae studio deditus fuerit, & quantam curam uocis habuerit, incredibile dictu est. Id enim uerē stultum penitusque ridiculum, quod nocte illa quae sibi uitae ultima, mundo autem respirandi uel modicum prima fuit, inter quae relas quas uicina mors, & praesens moetus dolor quae dictabant, illud crebrius atq; miserabilius defleuit, non quod tantus princeps, sed quod tantus musicus periret. Mitto alios; ad hanc uestram quae nunc agitur aetatem licet paratior, uenit tamen aurium uoluptas, qua castē ac sobriē delectari humanitas quaedam, capi autem & molliter inuisari uanitas multa est. G. Suauibus uocum modis cū delectatione detineor. R. O si audires sanctorū suspiria, o si hinc aures tuas damnatorum gemitus & lamenta praecellerent, hinc beatorū iubilus & cantus angelici, atq; illa coelestis harmonia (quae Pythagoras ponit, Aristoteles euertit, Cicero noster instaurat, tibi autē pietas fidelique suggerit, esse ibi perpetuas ac praedulces uoces, & si nō coelorum ac coelestium incolarū, primā illam & aeternā causam sine fine laudantium) si haec inquam, omnia tuis auribus inferrentur, quam clarē discerneres, quis concentus dulcior, quis uē salubrior: nunc surdo sensui, soni iudiciū comittis, de quo haecenus parua quidē res nonnullis fortē uidebitur, magnos tamen uiros exercuit. Nec sine causa diuini Plato uir ingenij, musicā arbitratus est ad statū siue correctionē morū, Reipub. pertinet.

De choreis. Dial. XXIII. GAV.

Choreis gaudeo. R. Mirabar nisi fidium cātus & tibiae choreas suscitarent, & praescripto de morte uanitatem, uanitas sequeretur, uerum maior multoque deformior. Ex cantu enim dulcedo aliqua, & saepe utilis ac sancta percipitur, ex choreis nihil unquam, nisi libidinosum ac inane spectaculum, honestis inuisum oculis, uiro indignum. G. Choreis cupide intersum. R. Corpus animum tegit ac detegit manuum iactatio, pes mobilis, oculus uagus ac petulans, tale aliquid arguunt in animo esse, qui non cernitur: itaq; cauendū ualde est modestiae cultoribus, ne quid effoeminatū agāt aut loquantur, occulti enim affectus, & pectorū latebrae, saepe paruis indicijs patefcunt. Motus, sessio, accubitus, gestus, ritus, incessus, sermo signa sunt animi. G. Dulcedinē quandā ex choreis capio. R. O dulcedo ridicula. Finge enim te choreā cernere, neq; tibiae audire, atq; ita stultas mulierculas, & uiros mulierculis molliores in silentio circūferri, redire, ineptire, quid quae so unq; absurdius aut delirātius uidisti: nūc motus inconditos, lyrae sonus aut tibiae, hoc est amentia una aliam regit. G. Choreis delector. R. Non tam ibi delectatio praesens est, quam speratae delectationis auspiciū, Veneris praedudium illud quidem, sono stupidas ac misellas circumducere, atque urgere & stringere, ac specie urbanitatis atterere, liberae tibi manus, liberi oculi, liberae uolant uoces, pedum strepitus, & multorum cantus dissoni, & tubarum clangor, concursatio & puluis, & quae saepe ludis additur, hostis pudicitiae & amica scelerum, nox ipsa haec sunt quae timorem ac pudorem pellūt, hi sunt libidinum, haec laxamenta licentiae. Et haec est, ne me falli facilem putes, illa delectatio, quae simpliciter & uelut innocuē, chorearum appellatione

profitentur.

profitemini, & ludī tegmine crimen obnubitis. Et si enim solos & inter viros, seu solas inter foeminas hæc nonnunquam fiant, illic tamen separatim exercentur, quid uero congressi iterum acturi sint, simul discunt, ceu discipuli qui magistro absente, quid eo reuerso, loqui debeant meditantur. Tolle radicibus hanc spem ingeniosam atque improbam, tolle libidinem, sustuleris & choream. Crede mihi cum David rege, nemo ante Dominum saltabit, ne quem forte sua uxor irrideat, cum tamen nullus irrideatur ante dominum saltans siue etiam pandurizans. G. Delectabiles sunt choreæ. R. Sententiam meam tenes, si delectant, propter aliud delectant, per se enim tota quidem insulsa res est, & plus tedij alatura quam gaudij. Nam quid omnino est aliud in gyrum uolui, quam excire uertiginem, & sine termino uiam ire inter locales septem motus, quos Plato dinumerat, hos scilicet ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum ac circuitum? solus septimus infinitus est, atque hunc idem quæ perpetua sunt, hoc est coelum seruat & sidera, hunc in terris perpetuus hominem cogit furor, in cunctis fere actibus atque consilijs, nec ullus Orpheus, Ixioniam rotam sistit, sed uisibilibus in choreis ubi animorum uolubilitas, corpora secum uoluit. Et idcirco cum de omnibus dici possit, de his per propriè dicitur quod scriptum est: In circuitu impij ambulat. hic ludus multorum dedecorum causa fuit, sæpè ibi marrona diu seruatum decus perdidit, sæpè infœlix uirguncula, ipso nuptiali die didicit, quod melius ignorasset. G. Honesto tripudio libenter exerceor. R. Vellem aliud genus exercitij delegisses, sed quo pergas, & quid uelis uideo, interdicitum tolli, ueniam dari normam quæ præscribi. Quando igitur sic affectus es, seu is morbus, seu consuetudo est, qua mala nihil peius, bona nihil est melius, ea tibi in his omnibus lex erit, ut quibus carere penitus non potes, modestissime utaris ac rarissime, nequid ulla in re molle uel foemineum agas, sed ubi cunque non suis etiam in sinibus uirilis rigor emineat, sit quæ tripudium, uel quisquis erit is ludus, fatigati animi relaxatio & exercitium corporis, non uoluptas eneruatix mentium. Exemplo libentius abstinuissim, summorum uirorum imitatio, non omnibus tuta est: non enim omne pennatum animal aquilam sequi potest, imitatorum alij contrarium faciunt, alij uero aliud, nonnulli idem aliter, pauci ad plenum quod imitantur effingunt. Cato hic ultimus Reip. curis præsum animum, uino leuare solitus fertur, fecit idem apud Græcos Solon, Hos aliquis sequi uolens, unum semper officium ager, bibet, quod quæ illis modicum ac rarum, huic immensum & continuum, quod illis remedium, huic erit ebrietas. Facile idem in rebus alijs posset ostendi, sed hoc uno intelligis, quid est, quod nunc, tecum uerear. Ex quo tamen, damnata rei patrociniū ut suscipere coegisti, summi uiri exemplum quod uel non sequaris, uel non mutes accipe, his ipsis, quibus apud Senecam est uerbis, in eo libro, quo tranquillitatem animi stilo inquirat: Scipio, inquit, triumphale illud, & militare corpus mouet ad numeros, non molliter se infringens (ut nunc mos est, etiam in cessu ipso ultra muliebrem molliem fluentibus) sed ut antiqui illi uiri solebant inter lusum ac festa tempora, uirilem in modum tripudare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur, quibus in uerbis quid de sua iam tunc ætate sentiret perspicis, fœlix qui non uidit tuam. Quamuis autem ille & tripudij & uini remissionem probet, ueniendum quod non nunquam usque ad ebrietatem dicat, quod à tam rigido ingenio dictum miror. Si fidelis consilio uti uis, uino parce utere, tripudio abstinere: alia sunt honestiora remissionum genera, quibus fastidienti fessoque animo medeare. In omnibus tamen optimum fuerit, quod hic ultimum dixit attendere, & quæcunque ages ita agere, tanquam te hostes tui uideant atque obseruent. Multo quidem est satius sic uiuere, ut abstinentiam & grauitatem tuam inimici stupeant, quam ut lasciuiam amici excusent. Clarior fama est, cui nec uerum crimen obijcere quisquam potest nec falsum audet, quam cui obijcitur sed purgatur. Accusatore perfecta uirtus exterret, mediocris irritat. Quod ad sobrietatem attinet, malim te Cæsari similem, quem uini parcissimum ne inimici quidem negauerint, ut Tranquillus ait, quam Catoni, non Censorium illum senem loquor, de cuius sobrietate iam diximus, sed Vicesem cui obiectam ebrietatem, Seneca sic refellit, ut dicat facilius effecturum quisquis obiecit crimen honestum, quam turpem Catonem. Quod ad id uero, de quo agitur, nullo modo

modo tripudies malim, quam ut Scipio. quod si te illuc urget animus, quo nolim, his te salutem ducibus uti uelim, ut si penitus tibi insedit illud Lyricum:

Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus.

Sic uinum bibas ut Cato, sic terram pede pulses ut Scipio.

De pilæ ludo. Dial. xxv. GAV.

AT delectat pilæ ludus. R. En aliud clamandi ludibrium saltandi quæ. G. Libenter pila luso. R. Odiosa uobis ut uideatur est requies, undique labores aucupamini, decoros utinam. Nam si exercitio ludus hic quæritur, utrum precor honestiorem fatigationem furibunda iactatio, in qua nihil animo geri potest, an ambulatio tranquilla præstaret: ubi & membrorum motus utilis & ingenij agitatio honesta est. quem morem Philosophorum quidam sic fecerunt suum, ut hinc secta famosissima nomen sumpserit. An tu uero Dionysium Syracusium, quam Stragyritem Aristotelem sequi mauis, quando ut studiosa deambulatione philosophum, sic tyrannum ludo hoc turbido delectari solitum accipimus, quamuis & modestos interdum animos uoluptas hæc coeperit. Itaque & Quintus Mutius Sceuola ille augur elegantissime hoc ipsum fecit, & diuus Augustus, post finem ciuiliū bellorum ab exercitijs campestribus ad pilam transit, & Marcus Aurelius Antonius, ut de eo scribitur, pila luso apprimè. nec tamen uel quia ille diuini atque humani iuris peritissimus, uel hi doctissimi atque optimi principes fuerant, idem ludus præceps & clamor placet, si quidem motus omnis uehementior, præsertim si clamore permixtus sit, honestum dedecet ingenium.

De ludo Aleæ & Calculorum. Dial. xxvi. GAV.

Aleæ ludus & calculorum placet. R. Damnosum illud, hoc inane, utroque tamen idem ille Sceuola, quod quæ est alius, Augustus Cæsar altero uti solitus, fertur. Neque rursus idem, quod ille à ceremonijs deorum atque hominum legibus, quas excellentissime calluit, iste à curis summi imperij quod diutissime atque optime rexit, tale sibi interdum laboris diuerticulum elegisset, hoc in te probauerim: sunt enim & doctis ac magnis uiris appetitus quidam per egrini & sui, quorum si ut doctrinis, sic in moribus imitator fueris, facile labi queas, nec enim omnium qui laudant laude digna sunt omnia. G. Aleæ ludo delector. R. Quis non delectetur super pictam tabulam, consignatas numeris ossium quadraturas crispanti cubito iactare, quæquæ ille direxerit trepidantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere? Gloriosum exercitium & præclarum nomen & currus & laureas meritum. G. Calculis libens ludo. R. O puerile studium, o perditum tempus, o curæ superuacua, o ineptissimi clamores, stulta gaudia, iræque ridicula: deliros senes impendere aluo, & pauculis lignis, uagis ac furtim insidiantibus atque latrocinantibus, unde latruncularius ludus, apud ueteres dicebatur. quo luisse simiam, auctor est Plinius. Miraris: at qui proprie ludus est simiæ miscere calculos ac transferre, & post illidere, raptim iactare manus ac retrahere, insultare aduersario & collis dentibus minari, irasci, altercari, fremere uicissimque interim, ut Flacci, uerbo utat, caput scalperè, ungues rodere, & ad summam omnia facere, quæ prætereuntibus risum excutiât. Nunquid enim horum aliquid aut ullum penitus amentia genus omittis: nonne ita torquemini, quasi uel uestra uel publica salus in dubio sit: multi credo prælio uicissent, si quam ligneis aut eburneis impenderunt curam, uetis militibus impendissent. Vix rei ullius tam intensum, tamque ineptum studium inuenias, sed hoc est in regno stultitiae commune, ut quarum rerum minor est fructus, & cupiditas & delectatio maior sit. G. Alea delector. R. Ostendam tibi si consilio uti uoles, generosam atque honestam aleam, qua olim Athenis docti homines usi sunt, ut festis scilicet diebus, in consilio amicorum, quisque de literis aliquid in medium proferat, non sophisma lubricum ut illi, sed solidum pro ingenio proferentis ad uirtutem ad beatam uitam perti-nens. dehinc collatione facta, sine inuidia, sine ira, qui inferiores doctiorum iudicio uisierant, facili quidem mulcentur pecunia, hac in philosophicas uertatur cenas, sic res una,

C conuiuio

cōuicio sumptum, exercitiū studio, calcar ingenio ministrabit, quod hinc uictos excitet, hinc uictores. Hoc alex genere quo antiqui saturnalia, nos pia festa, & quo illi Atticas, uos Romanas noctes instruite. Habes ludum quo & ludere iuuet, & luisse non pudeat.

De ludo Taxillorum prospero. Dial. xxvii. GAV.

Iuat ad taxillos ludere. R. O' uorago ingens inexplebilis: o patrimoniorum fluxus tristis ac subitus, o animi tempestas, & fame nubes, & scelerum stimulus, & ad desperandum uia. superiores ut cunque ludi sunt, hic merus est dolor. G. At mihi prosperi ludi huius euentus fuit. R. Taxillorum nullus euentus prosper, mali omnes & miseri, nam & qui perdit affligitur, & qui uincit illicitur, inq; insidias protrahitur. G. Prosperè lusi. R. Præsens sæpe prosperitas, futuræ calamitatis auspiciū fuit: et suas hæc pestis habet illecebras, si qui illis ludunt omnes perderent, nemo unquam luderet, nunc lucrantur aliqui, sed lucrum illud arra est damni. G. Lusi & uici. R. Benè, nisi in campum redis, alioquin nullus campus planior, nullo in campo uolubilior est fortuna. G. Lusi & uici. R. Ludes iterum & perdes, quod uicisti autem hinc, atq; illinc mille diripient, quod perdidisti nemo restituet. Adde quod siquid est iustitiæ, quod uincis non sit tuum, at quod perdis etsi non fiat alterius, tuum tamen esse desinit. Multa sunt undique quæ ab hac infania bonam mentem dehortentur ac retrahant, nisi uos impetus quidam avaritiæ, pulsus urgeret. G. Vici in ludo taxillorum. R. Sciro autem te, ab exactore impio scenus centesimum accepisse, restitues quod uicisti, & de tuo adijcies, ut non sit qui reperat, per seipsum euauerit, tu quæ in somnis foelix esse desieris. G. Vici & ditior factus sum. R. Cum nulla sit stabilis pecunia, sed sua potius rotunditate uersatilis, tum præcipue quæ taxillis quaeritur. Taxillorum ludus nihil ulli donat, eorum maxime qui familiariter illum colunt, sed murat aliquid & extorquet, eò semper immittior, quo blandior usus erat, nulla enim amarior est factura, quam lucri dulcedinem degustare orso. G. Lusi & lucratus sum. R. Gaudere lucro taxillorum ta' est, ac si dulci gauderas ueneno, Vtrunque mox per uenas erumpet. G. Ludo prospero delectatus sum. R. Peior est delectatio peccati, quam peccatum ipsum: sunt qui mala consuetudine penè coacti peccant, neque post peccatum gaudent sed tristantur, si fieri possit, non peccasse maluerint. Quosdam uidimus inter ipsas libidinum flammæ, quandam uelut glaciem doloris ac poenitentia sentire, & si dici liceat, uelle simul ac nolle, peiorem licet in partem mali usus, quadam uis detortos, quos haud improbè quis speret usu excusso, ad meliorem semitam posse conuerti: at qui de peccato exultant, quid de his oro reliquum spei est? G. Delector taxillorum ludo. R. Spero fore, ne semper, neu diu etiam delecteris, uoluitur assidue fundatarum status urbium, tu stabiles taxillos putas, crede mihi uoluentur, & secum in lachrymas gaudium tuum uoluent, neque enim sic uoluentur ut uidisti, tunc inane tibi gaudium, nunc ueros gemitus parabunt. G. Delectat ludere. R. Delectatio funesta & turpis corruptique animi, ira enim & conuicio dignus es, nam quis quæso ingenuus, seu quis homo & non potius trux bellua, delectari queat ludi nomine, abundante nequitia atque impietate sceleratissima: ubi præter hominum uultus, nil humanum sit, uultusque ipsi iracundia ac mærore obsti, confusisque clamoribus efferati, nec iam sint humani. ubi non decor morum, non modestia sit uerborum, nec amor erga homines, non erga Deum reuerentia, sed iurgia, & rancores, & doli, & periuria, & rapina, uulnera ad extremum & homicidia quoque, nil in Deum sauius potest humana temeritas, diuini nominis blasphemæ, quibus ante omnes scelerum officinas, ille ludus incoelix scatet: ubi si quos forte tacitos pudor tenet, crebro tamen suspectantes, quid labijs cordis agant, sciunt ipsi. Quis hunc ludum uerus homo, non dicam tractare manibus, sed spectare oculis possit, & non angri prorsus fugari que scelerati spectaculi foeditate? G. Delector tamen hoc ludo. R. Vide 'ne Cretensum imprecatio in tuum caput inciderit, mala consuetudine delectari, quo nil dictu leuius, nil euentu grauius propiusque exitio est. G. Delector taxillorum ludo. R. Abijcienda est delectatio inhonesta, & si non uirtutis, at saltem famæ studio

studio & pudoris cura. Nam uix aliqd in actibus hominum inuenias, ubi tam clarè mores ac uicia detegantur: uidisti alacriter in prælium descensuros, in hoc ludo tremere atque orare flebiliter, & suum numerum inuocare. quosdam alibi magnanimos ac tranquillos, illic pro parua pecunia & precari, & irasci, & in finem furere, quam multa pro paucis nummis sæpe ibi fecerunt uiri fortes: quæ pro ingenti thesauro alibi non fecissent. Ibi enim uictorum omnium, sed in primis iræ atque avaritiæ Regnum est. Meministi, ut Naso, in eolibro, quò inhonestam quidem ac superuacua artem docet, utile tamen interdum aliquid interierit, amatrices monet, ut ob animi uicia celanda, ludo hoc aut simili abstineant, ne con spectatæ ira tumidæ: aut avaritiæ exhaustæ amatoribus displiceant suis. quanto id uiris dignius præcipit, ne non modo hominum sed Dei oculos omnia uidentis & bonos animos moresque ingenuos amantis offendant. G. Lusi, uici, gaudeo. R. Ludus turpis, damnosa uictoria, gaudium inane. G. Vici gaudeo. R. Omne de suo malo gaudium stultum est, proinde tartareus quispiam ludi huius inuentor fuit, cuius inscij ludibrio ac noxæ, scientes uerò miraculo subiaceant ac stupori. Nam quid mirabilius quam quod ueteri prouerbio uulgatum, uerumque iugi experientia deprehenditur: Omnes huiusce ludi magistrōs, nudos esse atque inopes & egenos.

De histrionum iocis. Dial. xxviii. GAV.

Delector histrionum iocis. R. Nobilior multa delectatio illa est, de modulatione mûsica, liberali scilicet quadam arte percipi, hæc solius uanitatis & impudentiæ plena est. G. Histrionibus delector. R. Malim pauperibus, malim amicis humilibus, malim tandè solitudine delecteris. G. Histriones mihi risum mouent. R. Quid tu illis quotiens de se dominum ridentem risu histrio? quotiens se mirantis amentiam admiratus finxit aliqd, quo falso illi, uerè se autè delectaret. G. Histriones doctos habeo. R. Habes de quibus rideas, qui que te rideant. Pestis diuinitu pertretusta, q ab Hetruscis orta, Romæ creuit, adeo eoque fiducia est euecta, ut Aescopus hinc quaesitum patrimonium incredibile atque immensum filio dimiserit, & Roscius uagam sparsamque rem, arte collegerit, de histrionica librum scribens, in quo artem suæ oratoriæ, sequè perinde Ciceroni æquare non erubuit, eam scilicet ob causam, quod affectus animi conceptusque abditos, quos Cicero uerbis ornatis uariè pronunciarer, ipse alio modo, sed effectum pari, gestibus aptis exprimeret & sanè fuit ille mirus artifex, nec scio quid tam durum esse, uel tam triste potuerit, quod non facile lenisset, non dico qui facillimi atque mitissimi Ciceronis amicitiam ingenio meruit, dignusque pro quo tantus orator uerba faceret, & de quo scriptum opus memorie posterorum traderet, est habitus: sed qui tetricum ac superbum Syllæ animum inflexit, & ab illo omnium contemptore, admissus in gratiam, anulo que aureo donatus est, qui tot graues ac seueros senes, Senatūque illum, per quem frena orbis agebantur, quotiens uoluit ad risum, ad lætitiā coegit: qui P. R. tantum & tam uarium sic illexit, ut diurnum salarium, de publico mille denarios, sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet. Magna merces, quamuis exigua fingatur moneta, non sine mira quadam & insolita agilitate animi, hoc fieri posse consenserim, ut si quis usquam Roscius affuerit, non tibi fortè sit ætium, quod Ciceroni licitum fuit, non solum ludis interdum sed familiaritate eius & ingenio uti. Est enim ingenijs, inter se quantum studio & professione distantibus, multa cognatio, ubi uerò hunc quaerimus: multum breuitempore nouissime artium retrocessere, ne dicam histrioniam, quæ eò redit, ut nunc illi deditos, corrupto gustu falsoque iudicio esse non sit dubium. Profecto enim consequens est, ut quibus mala benè sapiunt, bona illis ignota sint, & curis nobilibus inuertos esse, qui uilibus delectatur. G. Multi quotidie me frequentant histriones. R. Frequentare te desinent: cum tu diues aut largus, dicam rectius, cum tu stultus & prodigus esse desieris. G. Magna mihi acies histrionum est. R. Immo mulcarum, quæ te unctum comitentur sicumque destituant, nec destituisse suffecerit, nisi hunc plausum par sequatur infamia. Sunt linguæ quibus quies ac silentium

poena est, unquam uerò nisi de alijs loqui iuuat, aut falso laudant, aut liuidè detrahunt, et quorum nequeant mordere diuitias, famam mordent. Vna est histriorum atque parasitorum lex, utriusque blanditijs armati post fortunam eunt. Verùm illis uentrem impleisse satis est, his alia fames, cibi mentio iniurijs genus, est implenda cupiditas fundo carens.

De ludis palestricis. Dial. XXIX. GAV.

Palestricis delector ludis. R. Si spectator uanus, si luctator insanus. G. Palestris exercitijs uaco. R. In singulis uerbis, cuius domini mancipium sis apparet: nempe hæc ut superiora corpori seruiunt, quod ut paulò ante commemorari, & aliquanto honestius sine impetu & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quædam animi nobilior, quam si nosces, hos corporeos conatus & sperneres & odisses, sed uos animum, quasi hospitem degenerem atque inuisum, corpus ut dominum generosum ac dilectum colitis, illi seritis, illi metitis, illi aratis. iure id quidem, illud iniustius, quod eo omnia referitis, cura que animi posthabita, noctes illi insomnes agitis, illi suspiratis, uota illi facitis, ingenuasque artes illi discitis, illi demum obsequimini ac seruitis, sumptuosissimo dominorum omnium atque ingratisimo, cui nec unquam satis aliquid, nec si quid aliquando defuerit, ulla unquam memoria sit accepti: huic tamen tali domino, quicquid iusserit paretis, atque esuriente animo, huic uni non tantum necessaria, sed superuacua undique ac nocitura conuehitis. Neque ea solum quæ ad uictum pertinent ac uestitum, de quibus suo egimus loco, sed quæ ad ludos etiam uariamque libidinem, non uidentes quam uestris aduersa consilijs ipsa sit ueritas, quæ disertissimo Ciceronis ore loquitur, unde appareat, quod qui corpus negligit, non se ille, sed fragile caducumque domicilium: at qui animum, ille sese uerè negligit. neque enim ait: Tu is es, quem fortuna ista declarat, sed mens cuiusque is est, quisque non ea figura, quæ digito demonstrari potest. G. Palestræ delector exercitio. R. Quadrigarum feruor, & equorum strepitus, & ardentes rotæ per angustias inoffensa, & luctantium plausus atque collisio, oleum, sudor, puluis mirabilis, seu illa quidem oculorum seu aurium seu narium uoluptas heberati que sensus, indicium ingens, qui si sanus integerque esset, non clamor atque tumultuum officinæ quas palestras uocant, sed obseruatio diligens palestræ huius, quam nascentes ingrediuntur, quam uiuentes atterunt, unde digrediuntur obeuntes atque utilior quædam honestiorque suauitas delectaret. G. Studio deditus sum palestrico. R. Fuit hæc quidem apud ueteres non ultima gloria, sed tam magna ut seni illi Rhodio Diagoræ, qui et ipse palestrita insignis fuerat, cum duos uno die filios palestricis insignitos uictorijs conspexisset, quasi nihil clarius iam restaret quo aspirare posset in uita, amicus alter Lacedæmonius senex diceret, Morere Diagora. Nunc enim in cælum ascensus es. Tam magnum tamque altum censebat, tres simul unius familiaris palestritas esse. Leuicula profus & Græcula uerè laudis extimatio, sed communis adeo ut magna etiam turbaret ingenia. Vnde & Plato tantus philosophus Olympionices clarus fuit, inque hac parte multis notus euentibus, adolefcens tamen. Amplitudo quidem, unde Platonis nomen ortum putant, roburque corporis & ætatis feruor, iuuenilem animum impulerant, ad experimentum uirium ubi cum summis quoque par esset, accessu temporis, cognitio quid ageret, ad meliora se transtulit, Socraticæque similis fieri maluit, quam Miloni. Et sanè multa ætas excusat, facile teneris annis ignoscitur, uanitatis excusatio nulla est uiro. G. Palestræ studium delectat. R. In hoc sæpè uilissimus omnium superior fuit, & corporea mole, animi uirtus est oppressa, quæ tu mihi ducere uel heroum proferes, quæ Milo ille non superet, quæ ad stadiū, boue uiuū gestas humeris, cucurrit, eundemque nudæ ictu manus occisum, uno die solus haud grauius integrum comedit. Mira res dictu, sed apud Historicos uulgata, quæ huic igitur in palestræ suæ regno par occurreret. Atque nihil indignius quam generosos spiritus, tali bellæ succubites cernere, & idcirco nobilibus animis bene sibi fidetibus, summoperè providendum est, ne sua sponte descendant, ubi ab ignauissimis uinci queant. Quin tu si cōtentionibus gaudeas, id tibi sume certamen, in quo semper ferè superior quæ melior, non de corporum uirtutibus, aut omnino de re

ulla

ulla, ubi peior idem esse possit & uictor, non de opibus ergo, non de dignitate, non de potentia, sed de scientia ac uirtute contende, idque eo animo, non ut cuiusquam famæ oblitrebas, sed ut alienæ laudis æmulatio, tibi sit calcas ad gloriam. Nullæ tibi sint penitus partes inuidiæ, sed uirtutis. Habes & hic exemplum Catonis huius ultimi, de quo Crispus: Non diuitijs, inquit, cum diuite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia, certabat. Honestissimum hoc palestræ genus quo te exerceas, non tantum olympiæ, sed ubique, non minus in thalamo quam in foro, nec minus in ocio quam in actu, neque cum presentibus modo, sed cum absentibus quoque, cunquæ ætatum omnium ac terrarum uiris illustribus. semper enim memorabile ac magnificum illud Scipionis apud Lium iudicium: Maximo, inquit, cuique id accidere animo certum habeo, ut se non cum presentibus modo, sed cum omni claris uiris comparet. Tu quoque uel de grege presentium si occurrat, quod uix spero, uel ex omni memoria uetustatis, quemlibet tibi parem delige, cum quo non uinis aut cestibus, sed ingenio ac uirtute luctabere, sine metu periculi, sed immarcescibilis spe coronæ. Hoc de palestris consilium, hæc sententia mea est.

De uarijs spectaculis. Dial. XXX. GAV.

Delector uarijs spectaculis. R. Circo forsan & teatro, quæ duo loca, bonis semper aduersa moribus fuisse notissimum, quo quisquis malus ierit, redibit pessimus, nam bonis iter illud ignotum est, qui si casu aliquo ignari addeant, contagio non carebunt. G. Circo delector atque Harena. R. Atqui delectationes alæ, uanum seu libidinosum aliquid habere, hæc utrunque, superadditamque sæuitiam & inhumanitatem habet, bonis animis rem indignam. Neque excusat quod ipsi sibi Romani olim, flos hominum delectati sunt, recto namque iudicio urbs illa, alioquin abundantissima bonorum omnium atque illustrium exemplorum, nihil omnino reprehensibilis habuit, reliquisque deformius sibi que nociuum, magis quam hinc discordiarum ciuiliū, hinc ludorum studium immodicum: quasi non sufficeret bellorum cruor domi militiæque, nisi cruenta pax esset, cruentæque etiam uoluptates. Nisi Circo fortassis honestius quis theatrum dixerit, cui pariter inhiantes uideas, non modo populū sed Senatū atque ipsos mundi dominos imperatores Romanorum, sic spectaculis capiebant illi etiam, qui humano generi spectaculū facti erant. Rem mirabile dicam, sed cognita uulgatamque. Sic cunctorum animos theatralis furor ille peruaserat, ut non modo cōiuges Cæsaris aut filias, sed uirgines quoque Vestales, in publicū atque in turbas educeret, quarum pudicitia nihil exactius, nihil fama tenerius, nihil cōuersione secretius, usque adeo, ut in eis omnis motus, omnis cultus, omnis sermo lasciuior, nota dignus ac supplicio haberetur, & tamen ipsi sibi in teatro locum assignasse legitur, non quicumque, sed summus atque optimus principum Augustus Cæsar. Neque minor est ideo erroris, quo magni errant, sed maior potius atque conspectior. G. Libenter scenicos ludos spectro. R. Rem quæ nec honestè geritur, nec honestè cernitur, nec facile dictu est, an lusor infamior, an spectator, & an scena sit turpior, an orchestra, nisi quod in illam sæpè quidem paupertas, in hanc uerò semper uanitas trahit. In omni sanè delicto plurimum interest, utrum inopia, an libidine, seu superbia quis delinquat. G. Amphitheatri spectaculis oblector. R. Damiosa undique & publice priuatimque nocens delectatio. Quod facile colliges, si in animum redeat, ex historijs rei huius initium progressusque. quanto publici censu impendio, quantaque insanæ cura, quanto demum Populi studio ac labore confiterit. Equidem & tot uana dinumerare difficile est, & tam uulgata, superfluum, mille simul gladiatorum paria, non ludo tantum satis, multæ sed prælio Elephatorum, Tigridumque & leonum ac pardorum greges, onagrorum quoque equorum ferocium atque animalium diuersissimi generis, è toto orbe transmissos, omnium terrarum syluis, omniumque gentium uenatibus Romano famulantibus teatro. Adde illam ædificandi luxuriam exemplo carentem, non imitatione carituram, conuectas terra pelagoque marmoreas columnas in ludorum

C 3 usum;

usum, & artificum summis ingenij expolitas, & uerticibus superbas, auro rutilante frontentibus. Cuius princeps insanix nominandus est Scaurus, is qui Aedilis in theatri scenam, opus dierum paucorum, & quod paucis lignis ac funibus attonsi poterat, suffecturum oculis populi talibus gaudentis, trecentarum sexaginta talium columnarum monstra intulit, fecitque opus, ut scriptum tenes, maximum omnium quae unquam fuisse humana manufacta, non temporanea mora, uerum etiam aeternitatis destinatione, quo promeruit, ut uerissime diceretur, proscriptioe primum graui ciues, idem post aeditate leuissima, mores bonos in exilium pepulisse, ut qui multi perditum temporis inani plebeculae, multarumque inutilium impensarum Reipub. auctor & exemplum fuit. Sed o mirum dictu, mos furorem hunc uicere sequentium furores, quibus effectum est: ut miraculo operum ac numero fateri oporteat, praeter Romam nihil mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Nam & hoc itidem scriptum uidet, penetrata terrae intima, per fossa silices, egestae rupes abdita, auersi amnes & in fistulas coacti, inclusum aut exclusum molibus iratum aequor, suspensa iuga montium, temptatiue marium recessus, denique stratum late, signatumque nepotibus iter insanendi, & impleta in uobis spes auorum, nunquam scilicet defuturam esse luxuriam. Et ut cumulatus malum sit publici damnis, accedit calamitas priuatorum, qui spectandi cupidinae compediti, & quotidiani interim quaestus immemores, neque diem labi sentiunt, neque armatam tergoque instantem respiciunt egestate. sic uicissim & priuata in publicam, & publica priuata in priuata uertit. Neque uero patrimoniorum iactura grauior quam morum, ubi libido discitur humanitasque deficit. Proinde quid de spectaculis sperareis, iam inde ab exordio primus regum uestrorum Romulus omen fuit, qui in his rigidam tetricamque illam Sabinarum pudicitiam circumuenit, et si utcumque matrimonij honor texit iniuriam, at quam multis hoc postmodum non ad coniugium, sed ad stuprum uagamque licentiam fuit uia? Ad summam enim hoc teneas uelim. Pudicitiam spectaculis saepe stratum, semper impulsam uidimus. et ut si leam uiros, quibus is scelerum furor est, ut penes iam adulterio gloriantur, multarum ibi fama perijt pudorque, multae inde domum impudicae, plures ambiguae rediere, castior autem nulla. Iam uero quae corporum clades, nequid profus desit infortunij, quae ue non singulorum modo, sed populorum strages inditio sunt, & risus subito uersus in gemitum, elataque funera a theatris, & plaudentium choris mixtae lugentium cohortes. Audisti, ut Curio is, qui ciuili bello, pro Caesaris partibus in Africa occubuit, ut Scaurum quem opibus aequare non poterat, ingenio superaret, non marmoreum ut ille, sed ligneum theatrum, duplex tamen ac pensile meditatus, populum uictorem gentium, ludis uictum, & periculis plaudentem suis, mira arte suspendit, ut ridentes interiori stupentesque, ipsi exterius, spectatoribus risu fierent ac stupori. et miramur imperij spe obiecta, unius licet magni exulis animum flectere potuisses, qui oculorum leui breuique uoluptate proposita, tot millia ciuium uolubili spectaculo circumuoluit. At nemo ibi perijt, dicit aliquis, sed perire potuere, & perire alibi innumerari. Ne ue attingam nouas simul ac ueteres ruinas, quibus saepe multi mortem simul ac tumultum inueniere, sub Tyberio principe celebri spectaculo apud Fidenam urbem, amphitheatri lapsu oppressa uiginti hominum millia meministi. Hic spectaculorum fructus, hi sunt exitus. G. Spectaculis cum uoluptate detineor. R. Aut fictis amoribus, aut ueris odijs. primum equidem non est uiri, secundum uero nec hominis spectare, quis ferrum iugulo latus exceperit? quis feruido uulnere plus cruoris effuderit? quis minus conspecta morte palluerit? quid crudelitatis ad cholam ire iuuat? Non egestis praceptoribus, nimis dociles maiorum estis, plura per uos domi discitis quam necesse est. quid tam promptis ingenijs, artifices scelerum, ac magistrum errorum plebs accesserint? multos quos natura mites fecerat, sauitiam spectacula docuere. Mens hominis in uitium prona, non urgenda utique sed frenanda est, si sibi linquitur aegre stabit, si impellitur praiceps ruet. Multum mali auribus inuehitur, sed multo oculis, illis quasi fenestris bipatentibus in animam mors irrupit, nil potentius in memoriam

memoriam descendit, quam quod uisu subit, facile audita praeteruolant, conspectarum imagines rerum haerent etiam inuitis, nec se tamen nisi uolentibus ingerunt, nisi perraro atque ocuis abiturae. Quo pergis igitur, quis te rapit impetus, ut ad horam gaudeas unde semper doleas? ut uideas semel, quod uidisse milles poeniteat? Iugulari ferro hominem, aut ferarum dentibus unguibusque discerpi, aut tale aliquid quod & uigilem turbet, & sopitum terreat, nescio, quid hic dulce, seu quid non potius amarum ac triste sentitis, nec ullum in uobis maius insanix argumentum uideo, quam quod quotidie uos ad mortem miseris delinimentis illectos, & uelut stygio sopore dimersos, dulcedo amara, & delectatio in amara praecipitat. Vna est enim uobis lex rerum ferme omnium. quicquid cupitis, quicquid molimini, quicquid agitis, contra uos est.

De equis. Dial. xxxi. GAV.

Expleta uoragine. G. Equo libens circumuector. R. Non multo est peius mariturbido, quam frementi equo rapi, nullum animal insolentius domino suo est, nec inepte iam equorum domitoribus in prouerbum uenit, bis equum male facere: quam uis hinc humile, hinc superbum sit, qui illis uiribus eaque pernitate, pro uili cibo fieri alterius, domarique duris stringi fascijs nodosque fune uinciri, freno frenari, ferro calcari, pertusa clauis ungula ferro urgeri, ferratum ferre uectorem, turpem carcerem ac graue seruitium pati possit: inde autem quasi indomitus, non tantum pro libero sese gerat, sed ut domini sui hostis agit omnia. Si currendum est stimulos non audit, si substendum frena mordicus rapit, si fremendum torpet, si latendum fremit. Obsequiosum illud ut perhibent fidumque animal ut perhibent fidumque animal, de quo tam multae iactentur fabulae, animal nobile, regium, optabile, colendumque, dignum quod enormi pretio comparatur, anxia nutriatur cura. Immo uero animal, quod si conferantur cum obsequijs tedia, nemo sapiens emat, nemo diligens pascit: animal & ocij impatiens & laboris, illo tumidum, hoc delectum, nunc impetuolum animal, nunc ignauum, nunc audax, nunc trepidum, nunc uolabile, nunc caducum, hinc culicum metuens atque umbrarum, hinc dominum suum spernens diuersisque illum uis in discrimen trahens. Quis contumaciam, quis morsus aut calces explicet? quis hinnitus? & ascensoris patientiam ac sefforforis equidem, quot equorum mores, totidem equitum constat esse pericula. G. Equorum studio detineor. R. Mirarer nisi ingentes uiros usque ad ludibrium captos hoc studio meminisses. quis Alexandrum Macedonem non audiuit amato equo, tumultum erexisse urbemque de equi nomine appellatam? Sed nihil in illo mirabile uiuente, impetus & animi feruor fecit, mirabilior in Augusto, quamuis minor ineptia, neque enim urbem equo ille suo instituit, sed sepulchrum, idque ipsum illi grauitati atque ingenio impar fuit. Nam diui Iulij monstruosus sonipes, an ab ipso, an ab alio ante aedem Veneris marmorea sit consecratus effigie dubitari potest, minor multo uel aetate uel gloria, uerum opibus, ac Caesareo nomine penes aequalis Antoninus Verus, ut si leam quem uictum quemue amictum equo, quem immodice amabat, exhibuit, certe & uiuenti simulachrum aureum fieri fecit, & mortuo sepulturam, quo grauius stomachemur, in uaticano extrui, tot inter sacra ossa ibi condita & condenda. Vix credibilia loquimur, uera tamen, horum similitumque conscius uates, heroum animas apud inferos quoque equorum studio deditas facit, nec minor ideo, sed maior est uanitas, quae tam magnos ad se animos trahere potens est. Neue quis priscam tantum, non modernam amentiam suspicetur, redeat ad memoriam, nec longe seu loco seu tempore requirendus: Adhuc enim uiuit, nec dum senuit, & in terra Italica nobiscum degitis quem nominare non est necesse, fortunae utique uir ingentis, nec paruus ingenij consilijque uir, alioquin magni animi nec insulsi, ubi quid serio agendum incidit, qui tamen aegrotanti equo quem amabat, aureum puluinar, ac sericum cubile substrauit: Cunque ipse interim podagra uinctus atque

immobilis medicorum l-gibus regetur, nihilominus tamen aut feruorum uestus manibus, aut equo altero uix iniectus, & suos medicos secum ducens, equum ægrum suum bis terque quotidie uisitabat, illi suspirans atque anxius assidebat, illum leniter manu tractans blando murmure solabatur. quid multa? nullum medicinæ genus intemptatū, nisi languenti amico debitū præmissum fuit. Fabulā fortasse posteritas uocet, uera res & magno in populo nota est: sic uir fortis curam equi gessit, ut propriā, sic extinctū luxit, ut filiū. G. Delectat equitare. R. Est id quidē utile interdū, & celeritati adminiculū, & fationi remediū & nobilitatis insigne: nec inficior gloriosum uulgō extantem, insigni equo uehi, & cunctis excellere, nec uertice solo, sed humeris, & toto penē corpore supra esse. contra uerō laboriosissimus & sæpē domino suo pestifer immittis equus. Optes iter pedibus agere, tam nulla est suspirandi uel minimum facultas, equestre periculum pedestri luto seu puluere permutatum uelis. Proinde multos mediā de morte rapuerunt equi, multos in mortem impulerunt aut alliserunt, aut corporibus oppresserunt. quid quod non ultimum belli semen equi sunt, tolle equos, peregrinos terris incursum, partemque permaximam bellicæ cladis abstuleris. Ut quod de uentis in natura, quoque de Iulio Cæsare in historia est quæsitum, expediens ne fuerit, aut flare uentos, aut Cæsarem nasci? et de equis similiter quæri possit, tam multa sunt utrinque contraria. nec immeritō, Thessalia quæ prima equos repperit domuitque, prima aureum argenteumque nummum cudit, prima pelagus rate temptauit, Martis seminarium uisa est, quod non semel, tot post seculis multo clarioque sanguine patuit. G. Quam me putas iuuet Poëta noster, ubi nobilis equi spiritum moresque descripsit? R. Ne te terret Hebræorum uates ubi ait: Ab increpatione tua deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos. Excute singula, non tam illud leue, quam hoc asperum.

De uenatu & aucupio. Dial. xxxii. GAV.

AT canibus gaudeo. R. Nunc intelligo adolescentis imberbis gaudium, de quo Flaccus: *Gaudet equis, canibus & aprici gramine campi.* Vide autem, ne & quod sequitur sis:

*Cereus in uitium flexi, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus ætis:
Sublimis cupidus, & amata relinquere pernix.*

Hunc te enim esse metuo, qui gaudium tuum in fugacissimis rebus loces. G. Canibus ac uolucris delector. R. Hæc infantia deerat, non satis est currere, ac uagari, Volare etiam instituis. G. Rides me, non uolabo equidem, sed uolantibus delector. R. At illa delectationem tuam despicient abeuntes, nec te noscent, & ingratis se uocati surdas exhibebunt, quid implumis facies, alata uoluptas tua est: finge redeant, damnosa reddit occupatio, iterum clamabis, & oblitus melioris negotij, diem perdes. Iterum retro accliuus & oculos fixus in nubē post auiculam tuam flebis, quasi nil necessarij operis uita ferat, ex commodo ociosi & lenti, uos uolucrum seruos esse gloriamini. Natura uobis duas manus fecerat, uos hanc freno curuatis, hanc unguibus occupatis. Sic inutiles undique & uolandi studio manci effecti, ne nihil agere uideamini, multo cum strepitu ante diem surgitis, & quasi sint hostes in limine præcipitanter erumpitis, tota dehinc luce iactamini, stagnis syluis ac uepribus, implentes cuncta clamoribus dissonis & incondito ululatu, inque hoc spiritum nulli maiori reiabilem effundentes, spiritum quo maiores uestri bello terrebant hostes, pace iustitiam defendebant. Serō autem re ueluti benè gesta domi sedetis, alternantes quam benè uel auis hæc uolauerit, uel ista digesserit, quot sint caudæ, quot alarum plumæ superstites, quot emissæ. Non ne hæc omnis scientia uestra est, hic amor, hæc foelicitas, & hoc totum quod creatori Deo, quod altrici patriæ, quod parentibus, quod amicis redditis, accipitres, aut herodios uestros sonantes in nubibus, &



laniatæ

laniatæ prædæ paululum & sudorem & puluerem & nocturnam perditæ lucis historiam. In hac enim indefessi semper & ualidi, delicati autem & imbecilles ad seria, Liuij Historias, & Ciceronis orationes sacrasque, nec pudet, literas prolixitatis arguitis. Quis hæc inoffensis auribus audiat? quis uos ferat ad aliud natos, in his uiuere? si modo uiuatis hæc agentes. G. Canibus atque auibus delector. R. At qui ducum & illustrium multos, equis, quosdam canibus delectari solitos audiuius, eo usque ut Hadrianus imperator non equis solum, sicut hi quos supra memorauimus, sed canibus quoque busta construxerit, oppidumque insuper, eo loci ubi ursam prospera uenatione peremerat, manu sua, sæpē & maectare solitus & leonem, auibus nullum ferē, unde & irrisum ferunt à Virgilio Marcellinū Augusti nepotem, quod dare his operam adolescentulus uideretur. G. Venatu libenter exerceor. R. Fuit hæc quondam Latinorum, nunc Gallorū ars propria est, quod & res probat, & illorum scriptores aliqui gloriantur, itaque ut sileam reges, quorum tota uita uenatio est, Summus apud illos Regum, quantum ab armis ocij fuit, uenatu ut uides assiduo semper exercitus, ad extremum morti proximus, uenatu etiam lassitudinem senectutis atque incommoda refouet. mirum dictū, in rege præsertim literato, nec à studijs melioribus abhorrente, sed gentilitium hoc illi erat, ut perhibent, sitque gentilitium, finite. Neque hanc gloriam Gallis Itali eripiant, neque uelit de uanitate contendere, nam & si errore seposito, in rem ipsam figis oculos, seminobilium ultimi ordinis exercitium hoc uidebis, quos à rebus arduis, torpor quidam & ignauitæ comes, diffidentia, ab humilibus autem pudor ac superbia dehortantur ac retrahunt. Ad honestum igitur nihil idonei, syluas colunt, non uitam solitariam acturi, cui non minus quam politice se ineptos sciunt, sed feris accanibus & uolucris conuicturi, quod non facerent, nisi illis similitudine aliqua iuncti essent, qui si ex hoc uoluptatem quandam, seu solam temporis fugam quærunt, utcunque stulti, uoti compotes forsitan euaserint: sin nescio quam seu ingenij seu magnificentæ gloriam aucupantur, errant, quænam quæso, non principibus modo, sed ingenuis est gloria mechanicis, imò & seruilibus delectari atque negotijs? Vna horum excusatio. nam qui liberalibus studijs quæ maiores coluerunt sui, atque omnino literis indixerunt bellum, quoniam potius quam ad hostilia castra transfugerent? Sed pudebit forsitan, si ad antiquam respiciant, seque cum maioribus metiantur ac comparent. Sæpē quidem legere potuerunt, & Platonem philosophantem, & Homerum poetantem, & Tullium orantem, & Cæsarem triumphantem, uenantem puto non legerint.

De numeroso famulatu. Dial. xxxiii. GAV.

Magno circumuehor famulatu. G. Obsideor dicere uoluisti. G. Magnus circumstat ordo famulorum. R. Dic quod est hostium, à quibus quo nihil est durius, nequeas cauere, qui latebras domus introspectant, prodantque consilia, quæ nouerint ut effundant, quique præter futura continua, quod nulli unquam accidit obsequio, uestiendi tibi interim pascendi que sint, inque ipsis penetrabilibus habendi. Durum ac dubium belli genus, pace carens & inducijs, ubi sub tuis signis, hostilis muros habet exercitus. G. Serui mihi multi sunt. R. Multi serui, multæ lites, multæque discordiæ, multa denique bella domestica, quorum uel spectator foedus, uel laboriosus compositor sis oportet, inter que reos & accusatores medius, seruis tuis seruias, iudex factus ex domino. G. Multos seruos habeo. R. Curiosissimum animal seruus ad inquirendum, negligentissimū ad obsequendum, quid agas & quid cogites nosse uult, quid iubeas gnorare. G. Seruos multos habeo. R. Melius pauci seruiunt quam multi, siue ideo quod gratū obsequium turbam uitat, siue quod ubi multi sunt alter alterius aspiciens manus quiescit, laborem fugere, ut indutris pudor, sic inertibus gloria est, quod ita norunt omnes, nullus consulit, nemo est qui non multitudinem delectetur. G. Mihi multi serui domi sunt. R. Vbi serui multi, multi strepitus, pauca seruitia & secretum nullum, Quot seruorum linguæ, tot præconum tubæ: Quot seruorum aures atque oculi, tot domorum rimulæ,

C s quibus



quibus illa etiam quæ in fundo sunt facile dilabuntur, pertusum uas ac fuisse seruis animis, nihil continet quicquid infuderis, mox effluet. G. Multos seruos domi habeo. Multos sibilos, linguas uipereas, domesticæque pacis uirus abditum, multos quoque profundos & capaces uentres ac lubrica guttura, procellam aulae, thalamo dedecus, pestem penam uoraginemque perpetuam: paucos seruos bene regere difficile est, multos impossibile. G. Multi mihi serui domi sunt. R. Melius solitudo tibi esset. Nihil est peius, quam dum malarum qualitatem rerum quantitas adiuuat aut numerus, pauci serui mali, multi autem pessimi. G. Multi mihi seruiunt. R. Rectè quidem, si promissio & res ipsa quæ promittitur, unum essent, nunc inter utranque quid intersit, sentiunt experti, promittunt fateor promissique Deos testes, uocant, ne soli scilicet solos fallant, exige autem promissi fidem, nulla erit. Multum esset & abundè fidei satisfactum, modo ne uiolarentur, neue afficerentur iniurijs, quibus est obsequiū promissum, nunc promisse sat est, quid quod præter seruiendi uotum, omnium quoque notitiam profitentur, ubi ad experiētiam uentum est norunt. paucissima, uolunt nihil, nisi quòd uenter soporque suaferit ac libido. Nil humilium nilque abiectius horum ingressu, nil insolētius, nilque infidius progressu, nil inimicitium demū, nil odiosius eorum egressu. Durū est cogitare ne dicam pati, ut per dominorū domos inflati elatice ambulanti, seruitiumque polliciti dominium usurpant, exercentque tyrannidem, & quasi ad uastandum conducti, non tantum deuorant uniuersa, sed spargunt gulamque largitionibus adiuuant, de alieno prodigi, auarissimi ad rapinam. Quos si quando ad se pudor aut necessitas reflectit, ut se seruos esse meminerint, quam superbe, quam querulè, quātoque cum murmure seruiant, quis ignorat, ut merito possit non pretio emptum modo, sed gratuitū quoque seruitiū huiusmodi fastidiri. Ad extremum qui clandestinas domi agebant, ubi limen excelsierint, cum inuisis dominis, apertas inimicitias linguis agunt, armis si liceat ac tui, et si quis horum fortasse conuictis abstinet, non id prioris amor domini, sed sequētis timor efficit, cui ob hoc uilis suspectusque fieri metuit de se similia cōiectanti, quibus ex rebus nisi oculos timor obstrueret, sole clarius cerneretis, quāto sit fatius omni tali seruitio caruisse. G. Vtrumque mihi latus serui ambiunt. R. Serui nomine, re ut dixi hostes acerrimi atque impij, & absque his uiuere superbia uestra nō potest, Inque hoc ut in multis malo uestro miseri gaudētis, in hoc maxime diuitias optatis, in hoc terras & maria pererratis, in hoc aurū & cumulatis & spargitis, ut acies hostium uestrorū densior sit indies atque munitior. An fortasse non ita est, an aliud concors diuitum habet opinio, nulla ferè alia re mediocri fortunæ bene instituta domū, opulentissimæ Persarū aut Lydorū regiæ cedere, cū in multis excedat, quāto quod illa plures pascit & lautius. G. Seruorū me circūfusa cohors. R. Immo sub obtentu seruitij, urget & comprimit sonorisque compedibus uinctum trahit, ut & tibi iure optimo dici possit, quid fecisti miser, ut tot custodibus indigeres. G. Serui me undique circunuallant. R. Nulla fugæ, nulla spes igitur est salutis. Malo quidē suo pertinaciter delectari, desperatæ dementiæ est. Atqui ob hoc unum & optanda paupertas, & amanda erat, ut cum certis opum malis nexibus, tum uel maxime te seruorum dolis ac fastidio liberaret.

De magnificentia ædium. Dial. XXXIII. GAV.

Magnificentissimæ mihi sunt ædes. R. Quid hic dicam nisi Tullianum illud. Ornanda est dignitas domo, non ex domo tota querenda, nec domo dominus, sed domino domus honestada. G. Ornatissimæ ædes sunt. R. Quid hinc tumes. Architecti laus est non tua. G. Aedibus amplissimis habito. R. Vbi fures latitēt, tu uageris, serui luxurientur, uulgus hæreat, liguriant parasiti, multiplicis tædij capax locus. G. Maximis ædibus habito. R. Vna est urbium & domorum lex, non statim melius habitat qui lautius, neque enim quāto latè habites, sed quāto latè requiritur ad beatā uitam. Sæpe uel in palatijs Regum labor dolorque habitat, uel in tugarijs inopū quies et gaudium, quod si amplitudo domus aut forma præstaret, nobilissima artium esset architectura. G. Regijs ædibus habito. R. Quasi uerò curas morbosque locus arceat, siue ad præhendenda

turrium

turrium fastigia mors egeat scalis. Non ne in regia Tullus Hostilius habitabat, quando icetus est fulmine in regia quoque Tarquinius Priscus quādo percussus est ferro in regia denique Superbus quando pulsus est regno, nullus locus periculis inaccessus, nullum limen morti clausum. G. Habitatio mihi propria atque perpetua est. R. Immo uero parui temporis incolatus, instat dies commigrandi, ciuem fingens, aduena es, conductoque habitas, ueniet qui te nudum laribus his exturbet. G. Clara quidem & angusta domus est. R. Hinc digresso fusca erit & angusta. Sed & nunc si uerè domum tuam respicis, obscura & arcta illa profus & caduca est, quæque indies tantis adminiculis uix fulta subsistat, assidue fatiscens, casusque sui nuncia, & quæ certè nec à ruina ultima longè sit, nec interim generosum incolam delectet ut domus, sed angat ut carcer, ubi mors aderit, unde optet ab solui. in nunc ergo, uel alienis ædibus, uel tuo carcere gloriare.

De arcibus ualidis & munitis. Dial. XXXV. GAV.

Munitissimis arcibus habito. R. In ædibus aliquid boni est, in arcibus mali multum, illa protegunt ab æstibus, à uentis, ab imbribus, hæc animum possidētis sollicitudinum procellis obiciunt, & securitati politice curas afferunt & pauores. G. Arx mihi præualidis mœnibus cincta est. R. An excidit illud, Spartani dictū, qui amico patriæ muros ostentanti: Si hos, inquit, foeminas extraxistis, rectè quidem, at si uiris turpiter. G. Arcem habeo fortissimam. R. Quid, nisi impatientia & superbia & auaritia uestra fecit ut arcibus opus esset. Quāto esset honestius equo iure cū hominibus uiuere, & in plano cultisque in agellis habitare quietos, carpentē somnos, quāterupibus hispidis inclusisse, nocturnis excubijs ululantē, teque tua miseria suspectū & inuidiosum omnibus reddidisse. An & publicolæ factū excidit, qui quāuis inter primos urbem Romā seruitio regio liberasset, sentiens tamen se situ ædium suspectū plebi, ut seipsum licet indigna suspitione liberaret, domum suam de monte deposuit. G. Arx inexpugnabilis est mihi. R. An illud uerus prouerbiū non audisti. Nullum inexpugnabilem locum esse, in quem asellus ornatus auro posse ascendere. Trahit oppugnationem arx munita, non impedit. Restitit aliquantulum Senonum insultibus arx Tarpeia, Pænorum Tarentina, donec utriusque opportuno remedio succursus est, illi Camillus affuit, huic Fabius. Sed an gemina arx Locrensis ab ipso defendi quīuit Hannibale, profecto nec Ilion ipsum, nec Byrsa defendi potuit, nec Corinthus, quæ una per uetustam inexpugnabilis famam habuerat, sed hanc sibi Mummius uictor eripuit. Non ne ante hos septuaginta annos, Prænestina arx, quæ nescio, an ulla usquā fortior esset atque munitior, ab illo magno hoste, quia armis non poterat, blanditijs ac promissis fallacibus capta fuit ac diruta, & uix tandem uelut è lōgeua febre fragilior surrexit. Ad summam, nil inexpugnabile, tutum nihil ab humanis fraudibus est. G. Arce subnixus munitissima nil timeo. R. Arces pestiferam multis confidentiam præbuere. Multi qui tuti sine arcibus in pace uiuissent, arcium fiducia ausi sunt, unde ipsis in arcibus perire, ut illic potissimum audacia domaretur, unde orta erat. Nō sunt ad audendum irritandi animi, sed frenandi. omnis magna securitas, nisi quæ de deo oritur: stulta est. G. Habito in arce munitissima. R. Ut sit aliquid arx hæc tua, quid est aliud quæso quāto refugium quoddam, & degeneres latebræ ad perferendam obsidionem, quod ut ait Liuius, Miserrimum est in bello. Quando unquā audiisti, ubi unquā legisti Iulium Cæsarem, utrumque Africānum, magnum Pompeium, Marium, Alexandrum, Pyrrhum, Hannibalem, aliosque uiros magni nominis, sese arcibus continentes, & non potius arcibus insultantes. Arces scito non receptacula fortium, sed inertium esse latibula. Certè hæc ætate, Stephanus Columnensis, cui omnis illustribus uiris par, cum in eius auxilium ad famam sui nominis uenisset nobilis quidam uir externus & incognitus, essent quæ die quadam graui & ancipiti prælio & ingenti turba hostium circumuenti, ille periculum uidēs accessit propius. & ubi inquit, O Stephane arx tua est? Ille subridens, ut qui nec domum propriam quidem Romæ haberet, manu ad pectus apposita: Hæc quidem, inquit, arx mea est. Vocem suo auctore dignissimam, sic

sic est autem, sancti & deuoti uiri, omnem spem in Deo habent, iusti ac politici in uirtute, fortes & bellicosi in armis, tumidi & ignaui in muris atque artibus.

De suppellectili pretiosa. Dial. XXXVI. GAV.

IN ampla domo suppellex extrema est. R. Superuacuo in spacio, pōdus inutile, illa furi-
bus latebras dabit, hæc prædam, utraque periculum tibi, alimentum incendio atque li-
uori. G. In domo speciosa suppellex copiosa est. R. Illa cum te loco moueris dese-
renda est, hæc si uiti uolueris sapientissimè transferenda est, & plus difficultatis allatura
quàm uoluptatis, plus oneris quàm honoris. G. Multa mihi uarij generis suppellex do-
mi est. R. Iuge bellum, non cum furibus modo, sed cum muribus tineisque & ara-
neis, & rubigo fumusque & puluis & imber in uos dimicant. o diuites delicati, quibus ar-
mis hos hostes arcebitis? G. Pretiosissima est suppellex. R. Non rei pretium, sed
contemptus diuitem facit, alioquin & quærendo cupiditas crescit, & paupertas cupiendo,
ita fit ut nihil magis inopem faciat, quàm auari opes quarum si estimatio, exacta uerique
iudicij sequax contemptus accesserit, ea demum ueris diuitijs uera est uia, ego te diuitem,
dum uana miraberis non putabo, quamuis aurea stellantique gemmis ardentibus, tectum
omne suppellectili opertum refertumque tibi uideam. G. Inuidiosa suppellex & præ-
fulgida est. R. Pro captu oculorum seu forsitan animorum, uerè autem onerosa rerum
colluues ac turbida, sed auaritia nihil usquam ieiunius, nihilque miserius, cuius famem &
quæreda excitant, et quæ sita non sapiunt, dumque sperata fulgebant, possessa sordescunt.
Itaque sæpe diuitias, dum quæsisse putaueris, sollicitudinem & nauseam quæsiuisti. Hæc
nunc tibi charæ sarcinæ, si uel chariores alix se ostenderint, uel stuporem assiduitas demp-
serit, uiles erunt: esto autem charæ sint, & maneat stupor, nonne etiam error manet, isque
difficilis atque perpetuus? Siquidem quærendi studium unum fuit, seruandi labor est mul-
tiplex. nūquam deerit quod reuifas, quod numeres, quod complices, quod excutias, quod
abstergas, quod oculos simul & mulceat, & offendat. G. Suppellex immensa est. R.
O hominem qui impedimentorum suorum magnitudine delectatur.

De gemmis & margaritis. Dial. XXXVII. GAV.

Gemmarum fulgor & species delectant. R. Rerum fateor terrestrium, & morta-
lium uanitatibus pars non ultima, exiguo in lapillo patrimoniam magna claudentium, cu-
ius pretium instabile & incertum quotidieque uarium, quod & sola mercantium fama,
et diuitem insanorum credulitate dependeat, unde diu sprete inopis pretijs attolluntur,
& gemmarum famosissimæ subita præmuntur infamia. Nescio quibus notis erumpenti-
bus non tam ipsis de quibus agitur, in rebus, quàm in opinione hominum ista callentium.
Præclara quidem illa prudentia, quæ neglecto cultu Dei atque animi, & utriusque notitia
inter noscendis lapidum uenis inuigilat: sed sic est mos. Neque nunc primùm in pretio
sunt, quibus pretia uasre fingunt, uera enim pretia uel nulla sunt penitus uel ignota: quod
uerò periculosa uanitas, quàm tremulum, quanque anceps iudicium, ipsos inter artifices
facile est iudicium, memoria repetentis, id quod nuper accidit, ut per breuem gemmam.
Carbunculus is erat, decem milibus aureorum, ille uir fortunæ maioris, quàm ingenij,
cum emisset, diu se cunctatum fuisse iactabat, quod naturalem & communem fulgor exce-
dens suspicionem faceret, eius artificij peritissimo cuidam cuius consilio utebatur, non ue-
ram gemmam esse, sed utrum aliquod, seu quiduis aliud in eam speciem, non natura gen-
tium, sed nescio qua supernaturali & mira quadam arte conflatum. quæ quidem hæsitatio
quid nisi confessio quædam erat, utrum tale uisui pulchrius esse quàm gemmam, quam-
uis forsitan illa solidior sit. De hoc tamen ipsi iudicent, qui uel in hoc quæstu pecunias aliò
uertendas honestius, uel in hoc cognitu melioribus debitum tempus perdunt. Quod si
dicta cunctatio iusta fuerit, quid hinc sequitur, quis non uidet, quæ nam scilicet ambitio
et quanta sit cæcitas non rei formam ac substantiam, sed nudum nomen tanta mercede cap-
tantium? G. Nil mihi gemmis est charius. R. Credo herclè non uirtus, non fama,
non patria,

non patria, non uita ipsa, utque illa duo sileam, quibus uobis nihil est uilius, duo hæc ultima,
cunctis his diuitias ingentes, & quicquid pretiosissimū iudicatis, unius gemmæ pretio atque
amori succubuisse mōstrabo & exilio illam & inopia, & si illa tulisset morte seruata, Cui
enim quæso non est notum Nonij consilium? Romanus hic senator fuit, uir locupletissi-
mus, gemmamque habuit uiginti milibus estimatam, gemmæ nomen Opalus. Mittit hunc
India colorem penè omnium uarietate præfulgidum, huius fama excitatus accensusque cu-
pidine Antonius triumuir, homo omnium superbissimus atque auarissimus, & cui quicquid
natura libitum, fortuna licitum fecisset, cum iniusto gemmæ desiderio, ut sit, crudele pos-
sessoris odium concepit, hinc in illo publico proscriptionis incendio, quo tot patriæ lumi-
na perire, Nonij nomen arsurum cum reliquis, ob hoc unum crimen, quod formosæ tyræ
nonque placite dominus rei esset insertum est. Ille autem cui Ponticus saltem fiber exemplo
esset, ut perniciose iactura sarcinulæ libertatem redimeret, ac salutem illam ipsam, sibi ut au-
guror præsentis discrimine chariorem sic amplexus aufugit, ut ea salua, nulla sibi uel patri-
monij uel patriæ cura esset, cum illa paratus exulare & mendicare & ad extremum mori.
Quis non magni estimet, ad quam uir senatorius sic affectus sit, & profecto fatendū alteri,
aut magni pretij eam fuisse, aut parui animi possessorem. Sed quid horum uerius, ut diffini-
am non expectas, & si autem huius ac reliquorum simile iudicium seu contagium animo-
rum, latè serpens, uulgi mores infecerit, magna tamen ingenia nec nuimmis delectari, nec
omnino alia quàm uirtutis pulchritudine tangi decet, nisi ut per hæc breuia quæ delectant
oculos, experrecta mens, in amorem ac desiderium æternæ pulchritudinis rapiatur, quo de
fonte, quicquid est pulchrum prodit. G. Excellentibus gemmis allicior. R. Hanc
excellentiā non natura fecit, sed opinio, quæ apud quosdam Carbunculo palmam dedit,
apud alios Adamanti. Illa uulgo ac plerisque gemmarijs æui huius estimatio, ista ueteribus
quibusdā rerū scriptoribus probatur, secundum quos non modò gemmarum, sed rerum
omnium terrenarum pretiosissimus Adamas, regum olim atque non omnium, sed præcel-
lentiā gemma fuit: hodie quia nullius rei tantum & tam uelox quàm luxuria ac superbix in-
crementum est, multorum non regum etiam esse cœpit, & iam plebis in digitos sensim ue-
nit: huic proxima Indicam atque Aphricam Margaritam locant, et huic itidem Smaragdum,
nescio quidem qua ordinis iniuria. Nam si illorum rubor pallorque gratus est, cur non æ-
que horum candor uirorumque oculis blandiatur, iustiorque nunc etiam Saphiri quærela, quo
uix aliud terra parit caelo similis sereno. Verum ut dixi furor hic hominum non natura
nobilitat, diuitem nugæ inanes atque ocioforum fabulæ, qui facile ista contemnerent, si quo
unquam honestiore pacis aut belli negotio tenerentur. G. Fulgidæ animum mouent
gemmæ, & suauiter candidæ margaritæ. R. Mouent ais, immo sternunt, calcant, mol-
liunt & eneruant. Qua de re si pergam uirorum atque mulierum exempla congerere, non te
doceam sed obtundam. Vnum ex omnibus & id maximum attingam, ut intelligas, quàm
periculosus iste furor sit infirmioribus animis, qui eminentissimos fortissimosque peruasē-
rit. Magnus Pompeius, continentissimus Romanorum ducum, horum dico nouissimo-
rum, qui quantum magnitudine gestarum rerum cæteris antecellunt, tantum modestia ui-
rorum uitæque frugalitate maioribus cedunt suis, uictor ab Hispania, pacato rediens occi-
dente, compressisque prædonibus & in unum coactis locum, cui conuenarū nomen, ob hoc
inditum in seculum, id durat. illic Pyreneis in montibus, locorum forsitan asperitate, mode-
stia adiuuante, atque ætatis uictoriæque superbiam compescēte, masculum tropheum, puraque
& rigidam sui oris imaginē erexit, uerè tunc magnus atque magnificus, quamuis adole-
scēs annis, moribus senex maturiusque animi. Idemque postea captis Piratis, & Oriente perdo-
mito, quasi cum loco mutatus ac tempore æque alia parte orbis, ipse alius reuersus, non
militarem sed foemineum, se diuinum potius in morem, uultus suos iam uiriles ac
solito molliores, non ære fictos, aut marmore, sed insuetis atque exquisitissimis marga-
ritis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis eoi factus unum in caput expositi, non
sine insultatione quadam uictoris omnium populi atque excusatione principū sequentium.

Quid non

Quid non enim à tyrannis Roma iam serua pateretur, quæ libera, ciuis amantissimi talem hanc insolentiam aspexisset: neque reliqua triumphu illius humilia magis aut sobria, non arma et equi domitarum gentium, ut mos erat, non captiuu memoratur aut currus aut phaleræ, quod uilissimum in eo legimus aurum fuit, gemmæ omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingens ibi, & ingentium thesaurorum ordo bicolor, ita ut singulæ gemmis è singulis constarent, & uasa aurea & uestes & statuae, quin & luna quædam, solido ex auro immensi ponderis lectique aurei, & coronæ plurimæ magnis & candidis margaritis intextæ. Denique mons aureus illic fuit, formæ illæ mirabiles in quadrum ductæ, ceruis ac leonibus & figuris uarijs animantium frequens, nec non arboribus atque omni pomorum genere confitus, ramos aureos regentibus margaritis, montis in uertice: ipsidem ex rebus horologium, artificio ubique uicente materiam uolebatur, mirabile prorsus ostentum his qui mirari inania didicerant. G. At his rebus maximè delector. R. Credo id quidem, teque hunc triumphum & cupide spectaturum reor, & cupidius ducturum, & cupidissime possessurum, id tibi passionati status animi suadet. Crede autem & tu mihi, hæc quæ uisum usque adeo delectant, semper animi, & sæpe corpori nocuerunt. Illius certè quem loquimur triumphantis gloriæ, nil unquam magis obfuit, non Thessalicus dies, nõ Aegyptia calamitas: ubi enim fortunæ succubuit non totus, hic uitio totus: ibi aliena uis, aliena perfidia, hic sua fragilitas, sua fuit ambitio. Illic ergo potentiã & uitã, hic animi popularis modestiæque insignis famã, magnisque laboribus partum Magni nomen, imminuit. Mirum dictu, tanto uictoriosior contra Hispanos bellicosam gentem, quam contra imbelles et inermes Asiaticos apparuit, eoque mirabilius, quod in ipsa quoque Asia, aliquandiu integer atque inuictus, cum se in templo Hierosolymæ omnium opulentissimo uerè erectu atque abstinentissimū præbisset. Ad ultimum uicenti uitio nõ restitit, neque iam amplius uir singularis atque unicuique: ut semper fuerat, sed quasi unus ex multis captus deiectusque est. Is gemmarum fulgor, ea uis margaritarum, idque auri pondus fuit, Vicerat iam ante pari prelio Alexandrum Asiam, sed parum est uitio uictum suis, uincere. Illud magnum, uicisse uictorem sui. Post quæ nullus ferme ducum stetit inter Asiæ delicias, quæ in orbem Latium trãsuectæ, uestra uos in patria uicerunt. Nempè si fateri uerum uultis, ubique gentium uictores, Asiatica uictoria uicti estis. I. nunc & amicas oculorum animorum hostes, & uictrices uirorum fortium gemmas cole. G. Gemmis delector ardentibus. R. Athic uarijs, ille pallentibus, multiplex appetitus, una uanitas. Audisti ut Pyrrho illi, qui cum Romanis bellum gessit. Achates fuit lapis olim pretiosissimus, hominum iudicio, nunc eodem quo pretia rebus fiunt, uariante uilissimus, in quo quidẽ species rerum diuersarum representari solere oculis fama est, hominum, iumentorum, fluminum, nemorum, uolucrum, ferarumque nulla penitus manu artificis sed naturæ. In anulo sanè Pyrrhi regis, ut Solini uerbo utar, non impressis sed ingentis figuris, Musæ nouem, & Apollo erat choreæ nobilis citharista, sparsis ita nexisque inuicem gemmæ notis, ut tot imaginum, in tam paruo spacio una quæque suis discerneret insignibus præclaris ut erat anulus, addiditque gratiæ regis nomẽ, pluris enim fiunt res illustrium. Sed quid, oro, illi contulit Achates suus, an bello inuictum, an non dicam morti, nõ hostili gladio, sed saxo quod feminea etiam torlit manus, exemplum fecit: quid in quã huc uel Pyrrho profuit habuisse, uel hoc nocuit caruisse, Fabricio Curioque, quibus in le uictus atque Italia pulsus est ducibus? Affirmare ausim, neutri horum unquam fessurum animo fuisse, ut horrentem galeam rigidumque nec auro nec gemmis insignem gladium anulo regio permutaret, sic mollia quæque despiciunt uiri fortes. Quomodo uerò anulum regis ambirent, qui sola uirtutis fiducia, regem ipsum & regias opes regnumque contempserant? Contra autem uos animorum diffidentia cuncta miramini, & quasi beatos factura concupiscitis, uirtus sola contemnitur. Est & gemmæ alterius fama uertior, quã Samiorum tyrannus Polycrates habuit, ferunt fuisse Sardonice: is lapillus inter multa pretiosa ditissimi hominis pretiosissimus habitus, quam obrẽ q nihil unquam sensisset aduersi, palam obsequeris et claculũ insidiantis fortunæ inuidiã placaturus, nauigio in altũ prodijt, anulũque ipsum in quo gema erat, manu propria demersit, uel sic saltẽ semel dolurus in


rus in uita, uisus sibi callidè transegisse, cum fortuna si tot lætis hoc unum triste pensaret. Illa uerò nec falli, nec facile potest mulceri, mala bonis æqua lance componens, plusculum exigebat pro diuturno fauore, breue quidem, sed prædurum, ut qui per omnem uitam felicissimus sibi atque alijs uisus esset, in morte miserimus uideretur, essetque miserimus, hinc uitio, hinc supplicij omnibus unum caput urgentibus. itaque uelut oblatum respiciens, o fortunæ ludos, Pisce quodam internũcio, qui tunc ore anulum excipiens, captusque illico mensaque eius appositus fuerat, anulum illi suum, non sine quodam spectantium stupore restituit. Eam gemmam, multis post sæculis, Augustus Cæsar, & pretio tactus, & miraculo insertam aureæ coronæ ad ædem concordiæ dedicasse fertur. Hic rursus interrogat, quid hoc uel tyranno profuit habuisse patriã affligenti, uel Pythagoræ obfuit caruisse communem sibi cum illo patriam & domum propriam, & amicos morum eius odio relinquente: nempè tyrannus ille patibulo affixus omnium iudicio, cum summum supplicium pateretur, maiore etiam dignus erat, iste Philosophus in pace obiens, pro Deo cultus, domus eius pro templo habita est. tantum inter illius gemmam atque huius pallium interfuit. Neque uerò seu Polycrati tunc Sardonix ille, ne morfu uolucrum sensus in cruce marcesceret, seu modo Ioanni Galliarum Regi, nec acie uictus in manus hostium perueniret, si uis ualuit prætere Carbunculus, quem die illa, in digito eius inuentum ereptumque, sibi & post annos ab amico quodam, orbe alio redemptu, remissumque cernere fuit ac tãgere rem pretij infiniti: sed nullius efficacit nulliusque operæ, nisi cuius & reliquæ id genus. Gemmas enim lucidas non nego, ne sensui contra dicam, Nego uiles, nego ullam uim habere, nisi illam quæ uulgò etiam fertur, possunt seras auarorum quoque diuitum confringere, atque arculas exhaurire. G. Vtunque in pretio sunt gemmæ, hæcque animum delectant. R. Atqui dementiæ summæ est, multam curam rebus impendere, quæ & si aliquid uideantur in se nihil sunt. Hoc enim, errore oculorum ac præstigio delectari. quid in his laboras, quæ non dico felicitati non conferunt, sed nec miseræ detrahunt, præsentis neque contrario abeunt. Et si multa quidẽ hic à multis, & mirabilia scripta sint, non ueritati rerum, neque utilitati legentium, sed stupore operam dantibus præcipueque à Magis, qui his nugis, libros integros implere (tantum erat ocij) potuerunt. Mihi tamen hæc in parte cum Plinio secundo planè conuenit, & scripsisse eos, ego quoque non sine contemptu & risu generis humani, arbitror, ut & stultã credulitatem uanis opinionibus implicaret, & se ipsos nostris ineptijs oblectarent. G. Delector gemmis, quibus credibile est aliquam uim inesse. R. Quæ nam illa sit audisti, ut si alia, quantula tamen illa, est mercatorum ac scriptorum collata mendacijs, non Graia tantum arte confictis, sed uestra etiam assensio ne auctis atque firmatis, quæ multo est satius uel prudenter arguere, uel magnifice contemnere, quã callere omnia gemmarum precia uirtutesque & uitia. Hic enim à Plinio, cuius multa placent, ualde dissentio: Ille quidem falsas deprehendendi artes, seu notitiam quamdam pollicetur, quando inquit, etiam luxuriam aduersus fraudem muniri decet. Mea uerò sententia non munienda neque armanda luxuria est, sed inermis & sola circulatorum inter armatas acies deserenda, ut circumuenta sapius & illusa, quando aliter non potest, saltem damnis & fraudibus castigetur.

De gemmarum poculis. Dial. xxxviii. Gav.

Vuat gemmis bibere. R. Cauari gemmas ad pocula, luxuria uetus est, non uitrum modo rem fragilem ac profecto pulcherrimam mundissimamque despiciens, sed argentum ipsumque aurum humanæ olim cupiditatis ultimam metam. inuentumque aliquid quo auaritiã luxus excederet, nõ sat digna, magni mali causa. Vidit hoc Poëta dũ diceret:

*Hic petit excidij urbem miserisq; penates.
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.*

Malum ingens, nec iustitiæ tantum sed humanitati obuiũ, & ut scires unde ortum, addidit, ut gemma bibat. En ciuiliũ par furorum causa, ut cum calix argenteus diuino cultu factis esset, aureus humano uisui parum sit, nisi pretium faciente periculo, gemmæ etiam peregrino ar-



grino artificio excauentur, quibus bibat infelix hominum, & polluta mendacis atque spurcitijs labra, iucundius applicet, res et potui incommoda uoluptate, interpellante mœtu & apparatu operosa, & custodiæ difficilis, & salutis anceps & uenenis aptissima. Verum namque est illud alterius Poëtae.

Nulla æonita bibuntur scilicet,

Tunc illa time, cum pocula sumes gemmata.

G. Gemma bibere gloriosum reor. R. Superbia dum se attollat, nec descensum cogitat, nec ruinam: care libentius bibitis quam secure, ambitiose quam sapide, sic uitia uitis uincuntur, & gulam parcius aliquando sollicitat uini sapor, quam insolentiam cyphi color. Obstupescitis ad gemmarum radios, hunc stuporem nullo non pretio estimandum arbitramini, non tantum pecuniæ sed uirtutis. Nonne enim ille Virgilianus euerfor patriæ, hoc ipso de quo loquor, pretio gemmam quærit, iustitia scilicet & pietate, propèrans his amissis, illam adipisci, & ut gemma bibat ciuem atque hominem obliuisci? G. Libenter gemmatis utor poculis. R. Est fortasse alia desiderij tam intensi radix, neque solus fulgor allicit, sed aliqua latens uirtus. Nam quis omnes gemmarum uires atque uirtutes explicet? ita dico si omnium quæ de his dicuntur aut scribuntur, pars septima uera esset, sed nec septuagesima uera est, neque profecto centesima. Quod si ut Plinius ait, nulla fraus uitæ lucrosior, quis miretur, si & nulla numerosior? non quod gemmarum quam cæterarum rerum crebrior sit contractus, quippe quas raritas pretiosas facit, sed quod nusquam rarior est ueritas, neque enim alicubi uel experiendi minor copia, uel maior licentia mentiendi, uel mendacij fructus uberior, uel impudentia liberior, uel consuetudo frequentior. Quod si quid profusus ex omnibus uerum est, an illud forsitan uerum erit, quod & magnorum auctoritas, & super illam fundata uulgi habet opinio, ebrietati resistere Amethystos? parum est igitur causæ sit, cur ebriosorum poculis hæc gemma deseruiat? Ludo tecum, sæpe ita iocos parit, nempe ut hoc uni tribuant, quid aliæ meruere, nisi quod uoluptatis ingenium fuit, ut cum gustu bibentis delectetur uisus, atque hinc illinc sensibus delinitis, ambitiosior letiorque sit ebrietas. Hæc ni fallor & uerior rei huius & certior causa est, cum in reliquis, tum in hac ipsa quæ aduersus ebrietatem quasi belli dux eligitur, de qua triumphare sobrietas sola potest. Vti uino modico iuxta illius consulti optimi sententiam, eoque ipso non ad uoluptatem sed ad utilitatem, & stomachi ægritudines depellendas, uino inquam exiguo & fragili lymphisque perdomito: Meri autem potentis incendium atque imperum, seu fuga euadere, seu aquarum diluio extinguere ac frenare. scire et meminisse in uno magno ac feruido potuque crebro & nimio, multam pudoris ac doloris poenitentiaque materiam inesse, eam quoque te uerteris oculis ingeri, neque a quoquam sanæ mentis posse dissimulari. Hæc sunt arma contra monstrum illud utilia, quis hic Amethysto seu gemmis omnino ullus est locus? Mentiti sunt id Magi, fueruntque qui crederent, ut hoc sponfore sobrietatis intrepidi biberent. Perfide quidem Magi atque impudenter, ut plurima, stulte credulum uulgius, ut omnia. Summa igitur rerum est, nihil aliud uobis hanc reliqua que conciliat quam uoluptas, difficultatibus excita & incensa, sed multo maxime superbia & conditionis obliuio, timorque animi leuiter, quo cum nil peius sit hominum uitæ, miror quid ita nil gratius, non dico uirtus, bonum ingens uestro uili iudicio, sed nec uita ipsa nec salus, non securitas, non opes, non denique uoluptates, si dem uobis extimatoribus, summum bonum, cuncta hæc uni cessere superbiae. Hæc præter cætera uos gemmarum cupidus fecit, quæ semper inuiles, sæpe damnosæ sunt, necessariæ uero nunquam. Hac hortante igitur effectum est, ut occupati semper ac trepidi, sed ex culti, domorum mensas, templorum instar altarium habeatis auræ atque gemmatis, hostiæ ipsæ purpureæ ac uitiatæ, auaritiæ luxuriæ que ambitionis atque superbiæ cultus expositæ, quæ in uos omnes ac singulæ sæuiat, primas sibi partes, ut est dictum uendicante superbia. Auaritia quippe quod nomen sonat, ut cuncta fortassis auro contenta quiesceret, luxuria epulis & uoluptatibus suis, sola superbia non quiescit, quam diu aliquid supra se uidet, ut quæ ab initio rerum Deo par esse tentauit, hæc eademque uos cogit laboriose gemmas quærere, studioseque uel nequere uel cauare, ut prodeuntes sedentesque

sedentesque in foro, inque conuiuio radiant, ac stellati caelo semper inuidiam faciatis. Hac duce igitur, ut ad rem redeam, in habitaculo & in ueste, ciboque & potu, & rebus omnibus, quæ humanæ necessitati seu iucunditati inuentæ erant, speciosum aliquod fulgidumque periculum miscuistis, eoque crescendo malum prodijt, ut ex gemmis, non modo iam pocula, sed pelues ac lebetes & mortaria & aliena conspiciamus. Victrix plaude superbia, gemma pocula requirebas, omne tibi ex eadem materia uasorum genus tui offerunt ministri, neque iam minus est commune, gemmam hos in usus, quam in usum frugum terram fodere, sic consuetudo facta est uobis quæ luxuria maioribus uestris fuit. G. Crystallinis poculis libens utor. R. Parco iam gemmis, concreta illas glaciæ excusat, necio quid plus uitro habens, æque enim frangitur & sarciri nequit, nisi quod qua sita difficilior, & uel de longinquo ueniens, uel quæ propinqua est inter alpium scopulos rupesque inuis & argentis tenui fune pendentibus eruenda, ob eamque rem charior, uestras cupiditates irritare potentior. Itaque Neronem legis infelici percitum rumore, seu damnis ex omnibus crystallinos duos calices forte elisos, grauissimè doluisse, seu quod alter puta uerior historia sensus habet, ira feruidum præcipiti, & ætati suæ infensum & posteris inuidentem, ne quis unquam ex his biberet manu propria collisisse. En fortunæ durioris expiatio, nil inuentum, in quo grauius sæuitiæ magister iracundiam exerceret, in crystallum sæuit, qua nullæ tunc sibi delitiæ chariores. Excusatio minorum, dicat aliquis imitari principem: sed Neronem sequi, nemo bonus optauerit. G. Crystallinis gaudeo. R. Nec attendis quæ caduca, quam fragilis delectatio tua sit, sed hic mos est uester, naturæ propriæ similia exoptatis, cum imbecillitas uestra firmum aliquid cui hæreret, & uestri melior pars cælestis aliquid quod spectaret, & optare & quærere debuisset, utriusque debilia atque ima quæritis. Bene autem habet, quod murrhina hodie lautitijs excessere. Veterum furor incredibilis, eadem illa uictoria quæ peregrina multa uobis intulit. ipso de quo diximus, triumphante Pompeio in Italia, inque urbem Romam transectus, ex Asia semen inuulsi, sed terræ creditum præfertili colonisque impigris, itaque in breui auctum usque adeo, ut murrhini unius pretium septuaginta uideas talenta, calicisque illius ab amante quodam cupidè conuulsum dentibus labrum, & miri amoris mirabiliorum exitum, ut cicatrix illa nobilitans uasculum, & famæ eius, & pretij esset augmentum. Non igitur hac in parte luxuria, qua nulli ceditis ætati, neque superbia minor est uestra quam maiorum, sed utriusque subducta materia est murrhina, non solum usui uestro deficientibus, sed ignotis pro quibus noua luxuriæ species inuasit. Auellanæ radix ad pocula generosum lignum, ipsum quoque cicatricibus honestandum, furor nunc præcipuus galliarum, uenerunt hos in usus nuper arbores aliæ peregrinis nominibus aduenis & notis, alijs atque alijs, sed eadem uanitate, ueniuntque, nec ullus erit nouitatum modus, donec uestris poculis murrhinorum iactantia uita sit. In uno planè fareor auorum cessistis insaniam, quod illi succinos nullo usu sola, sed habendi libidine mirabantur, uterque delicias numerabant, unde & Nero ipse non principum modo, sed hominum sæuissimus, malæ dilectæ & peius occisæ coniugis, flauos crines, hoc sub nomine, ceu titulum meditatus eximium, adoptasse legitur carmine, edito. Fuit atque quod stupeas trux illud ingenium amicum Musis, in quo illos, quod aurei uiderentur, succinos suos dixit: O feroces atque infaustæ blanditiæ decorumque & laudatum caput, calce impia ad inferos detrudendum: at uos succinos, & habetis et aspernitis, aut certè modestius colitis & partius æstimatis.

De gemmarum signis Dial. xxxix. GAV.

Signis gemma expressis mulceor. R. Accessit, non inficior ad naturæ decus quidam artis ornatus, & minutos in uultus inque signorum usum gemmas sculpi, subtiliora quidè inter ingenij opera numerat, ubi et Amethystus inter lapides uel impressioni facilis uel successu, prosper, ut perhibet, & inter artifices primū sibi Pyrgoteles sumpsit nomen, eo quod unus è cunctis sui generis idoneus Alexandro uisus est, sculpedæ sui oris imagini,

D qua

qua postmodū dicitur Augustus usus est, cum gemma illa, qua erat uti solitus, in focos hominum abiisset, ut Sphinx ænigmata afferre diceretur, ita ut præter exactiōnū difficultates, ipsa quoque signi perplexitas, uerecundissimo principi parere uideretur inuidiam. Huic proximus uel ingenio uel ætate Apollonides fuit & Cronius: post hos magni nominis in hac arte Dioscorides fuit, cuius cum opera exprimeret, nomen siluisse Plinium miror, hic est enim qui ipsius diui Augusti sculpsit effigiem, qua ad extremum & ipse dum uixit, & post eum multi principum usi sunt, ea uel Cæsarei oris ueneratio, uel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito sermone, quas seu natura integras solidasque uoluptatibus uestris exhibet, seu ars causas, quæro ex te, quantum amplius delectare animum deberet, sine pretio aut labore parabilis splendor æthereus, immo ne is equidem, sed qui huius & illius fons ac principum lucis est: Rutili Carbunculi, uirides Smaragdi, sereni Saphyri, candidæ Margaritæ sic alliciunt, nec solis fulgor aut syderum, nec terræ uiror aut arborum, nec serenitas æris, nec candor nitidus tangit auroræ: Stupetis facies, manu hominum gemmis insculptas, nec artificis stupetis ingenium, immo uerò neque illum ueneramini, totque tam claris ad uerum uis agnoscitis, qui gemmas ipsas, quicquid ingenium, qui manus, qui que oculos fecit, quibus hæc cernerentur atque intelligerentur & fierent, O semper uilium imitatores rerum, semperque nobilium contemptores.

De tabulis pictis. Dial. XL. GAV.

Pictis tabulis delector. R. Inanis delectatio, nec minor uanitas quam maiorum hominum sæpe fuit, nec tollerabilior quam antiqua. Si quidem omne malum exemplum tunc fit pessimum, quando illi uel auctorum pondus adiungitur uel annorum. Unde cumque ortæ consuetudinis robur ingens consenuerit, & ut bona in melius, sic mala in peius ætas prouehit. Sed o utinam qui maiores uestros uanis in rebus facile uincitis, eosdem in serijs æquaretis uirtutemque cum illis & gloriā miraremini, cum quibus pictas tabulis sine fine miramini. G. Vide utique pictas tabulas miror. R. O mirus humani furor animi, omnia mirantis, nisi se, quo inter cuncta non solum artis, sed naturæ opera, nullum mirabilius. G. Pictæ delectant tabulæ. R. Quid de hoc sentiam, ex iam dictis intelligere potuisti, omnis quidem terrena delectatio si consilio regeretur, ad amorem coelestis erigeret, & originis admoneret. Nam quis unquam quætoriuu appetens, fontem odit: at uos graues, humi accliuës, affixique cœlum suspicere non audetis, & obliuio opificem illum solis ac lunæ, tanta cum uoluptate tenuissimas picturas aspicitis, atque unde transitus erat ad alta despicitis, illic metam figitis intellectus. G. Pictis tabulis delector unice. R. Pennicello & coloribus delectaris, in quibus & pretium & ars placet, ac uarietas & curiosa disparatio. Sic exanguium uiui gestus atque immobilium motus imaginum, & postibus erumpentes effigies, ac uultuum spirantium liniamenta suspendunt, ut hinc erupturas paulominus prætoleris uoces, & est hac in re periculum, quod sijs magna maxime capiuntur ingenia, itaque ubi agrestis læto & bræui stupore prætereat, illic ingeniosus suspirans ac uenerandus inhæreat. Operosum sanè, neque tamē huius est operis, ab initio artis originem atque incrementa retexere, & miracula operum & artificum industrias, & principum insanias, & enormia pretia, quibus hæc trans maria mercati, Romæ in templis deorum, aut Cæsarium in thalamis, inque publicis plateis ac porticibus consecrarunt. neque id satis, nisi ipsi huic arti dexteram atque animo maiori exercitio debitos, applicarēt, quod iam ante nobilissimi Philosophorum Græciæ fecerāt. Unde effectū ut pictura diu quidē apud uos, ut naturæ coniunctior, ante omnes mechanicas in pretio esset, apud Graios uerò, si quid Plinio creditis, in primo gradu liberalium haberetur. Mitto hæc quoniam & intentæ breuitati et præsentis proposito quodammodo sunt aduersa: uideri enim possunt morbum ipsum cuius remediū pollicebar, alere, & rerū claritas stupentis amentiam excusare. Sed iam dixi, nihil errori detrahit errantium magnitudo, imò hæc quidē ideò attigerim, ut liqueret mali huius quanta uis esset, ad quam tot tantisque sit ingenijs cōspiratū, cui et uulgi errorū princeps, & con-

& consuetudinum genitrix, longa dies cumulusque ingens omnium malorum semper auctoritas, accesserint, ut uoluptas stuporque animos ab altiore furtim contemplatione dimoueat distrahatque. Tu autem si hæc ficta & adumbrata, fucis inanibus usque adeo delectant, attolle oculos ad illum, qui os humanum sensibus, animam intellectu, cœlum astris, floribus terram pinxit, spernes quos mirabaris artifices.

De statuis. Dial. XLI. GAV.

At delector statuis. R. Artes uariæ, furor idē, ipsarūque fons unus artium, unus finis, diuersa materia. G. Delectat statua. R. Accedit hæc quidem ad naturam propius quam picturæ, illæ enim uidentur tantum, hæc autem & tanguntur, integrumque ac solidum, eoque perennius corpus habent, quam ob causam picturæ ueterum nulla usquam, cum ad huc innumerabiles super sint statua. Unde hæc ætas in multis erronea, picturæ inuentrix uult uideri, siue quod inuentioni proximum, elegantissima consumatrix limatrixque, cum in genere quolibet sculpturæ, cumque in omnibus signis ac statuis longe imparem se negare temeraria impudensque non audeat. Cum præterea penè ars una, uel si plures, unus ut diximus fons artium graphidem dico, atque ipse proculdubio sicut coeuarum pariterque floruerint (si quidem una ætas & Appellem & Pyrgotelem & Lyfippū habuit) quod hinc patet, quia hos simul ex omnibus, Alexandri magni tumor maximus delegit, quorum primus cum pingeret, secundus sculperet, tertius fingeret atque in statuam excuderet, edicto uetitatis uniuersis, qualibet ingenij artisque fiducia, faciē regis attingere, nec minor hic ideò furor quam reliqui, immo uerò omnis morbus eo funestior, quo stabiliore materia subnixus. G. At me statua delectant. R. Non te solum aut plebeis comitibus errantem putes, quanta olim dignitas statuarum quantum uel apud antiquos clarissimosque hominum studium desideriumque rei huius fuerit, & Augusti & Vespasiani, ac reliquorum, de quibus nunc dicere longū esset, & impertinens, Cæsariū ac Regū uirorumque secundi ordinis illustrium, solers inquisitio, & repertarum cultus, & custodia & consecratio iudicio sunt. Accedit artificum fama ingens, non uulgo aut mutis duntaxat operibus, sed late sonantibus scriptorū literis celebrata, quæ tam magna utique parua de radice nasci posse non uidetur. Non sit de nihilo magnum, esse uel uideri oportet, de quo serio magni tractant. Sed his omnibus supra responsum est, eò autem spectant, ut intelligas quanto nisu obstandum tam uetusto & tam ualido sit errori. G. Varijs delector statuis. R. Harum quippe artium, manu naturam imitantium una est, quam plasticen dixere. hæc gypso & ceris operatur ac tenaci argilla, quæ cognatis licet artibus, cunctis amicitior sit, uirtuti aut certè minus inimica modestiæ in primis & frugalitati, quæ magis fictiles quam aureas Deorum atque hominum formas probant, quid hic tamen delectabile, quid quo cereos aut terreos uultus ames non intelligo. G. Nobilibus statuis delector. R. Auaritiæ consilium agnosco, pretium ut auguror non ars placet. Vnam tu auream artificij mediocritatis, multis æneis atque marmoreis, multoque maxime plasticis præferendam duxeris, haud insulse quidem, ut se habet æstimatio rerum præfens, hoc est autem aurum amare non statuam: quæ ut ex uili materia nobilis, sic puro rudis ex auro fieri potest. quanti uerò tu statuam extimares, siue illam regis Assyrj ex auro sexaginta cubitorum quam non adorasse capitale fuit, quamque hodie multo ultrò suam ut facerent adorarent, siue illam cubitorum quatuor quam ex ingenti topazio, mirum dictū, reginæ Aegyptiæ factam legis, puto non anxie quæreres cuius esset artificis, contentus de materia quæsiuisset. G. Artificiosæ oculos delectant statua. R. Fuere aliquando statua insignia uirtutum, nunc sunt illecebræ oculorum, ponebantur his qui magna gessissent aut mortem pro Repub. obissent, quales decreta sunt legatis à rege Fidenatum interfectis, quales libertori Italæ Africano, quas illius magnitudo animi ac spectata modestia non recepit, quas que post obitum reculare non potuit. Ponebantur ingeniosis ac doctis uiris, qualem positam legimus Victorino, nunc ponuntur diuitibus, magno pretio marmora peregrina mercantibus. G. Artificiosæ placent statua. R. Artificum ferè iomnis recipit materia,

materia, sentio autem ut tua delectatio plena sit ingenij, materiaeque nobilitas iuncta perficiet: neque hic tamen aurum, quamuis Phidiasque conuenerit, uera delectatio nulla est, aut uera nobilitas, fex terrae licet rutila, incus, mallei, forcipes, carbones, ingenium laborque mechanici, quid hinc uiro optabile uereque magnificum fieri possit cogita. G. Non delectari statuis non possum. R. Delectari hominum ingenijs, si modeste fiat tollerabile, his praesertim qui ingenio excellunt, nisi enim obstet liuor, facile quisque, quod in se amat in alio ueneratur. Delectari quoque sacris imaginibus, quae spectantes beneficij coelestis admoneant, piuum saepe excitandisque animis utile, prophanae autem & si interdum moueant, atque erigant ad uirtutem, dum tepentes animi rerum nobilium memoria recalescunt, amandae tamen aut colendae aequo amplius non sunt, ne aut stultitiae testes, aut auaritia ministra, aut fidei sint rebelles, ac religioni uerae & praeepto illi famosissimo: Custodite uos a simulachris. Profecto autem si hic quoque illum aspicias, qui solidam terram, fretum mobile, uolubile coelum fecit, quique non fictos, sed ueros uiuosque homines & quadrupedes terrae, pisces mari, caelo uolucres dedit, puto ut Protogenem atque Appellen, sic etiam Polycletum spernes & Phidiam.

De uasis Corinthijs. Dial. XLII. GAV.

Quem non moueant uasa Corinthia? R. Assuetum coelestibus, terrena non quatunt, sic collata illis modicum, sic nihil, sic denique tedium atque fastidium graue sunt: quomodo aut animus memor originis, cauernis terrestribus inhiet, aut magnificat quod ex illis effoditur, dum coelum solisque ac stellas seipsum uidet, supremumque horum omnium artificem contempletur? G. Corinthijs delector. R. Nescis te non gelido tantum & examini terrae partu, sed officinae migrantis ac squalentis fabri operae, ad postremum Romanae praedae reliquijs delectari? Ad historias redi. Mumius dum Corinthum armis captam direptaque flammis absumeret, aureis simulque argenteis atque aeneis quaecumque uictorum forte manus euaserant, statuis, quarum abundantissima olim illa urbs fuit, pari incendio liquefactis, omnium metallorum uenae ibi uno torrete fluxerunt, unoque ex omnibus iam nobiliore metallo & pretiosioribus uasis exordium, & a clade urbis nomen luxuriae partem fuit, non quod is furor in ea urbe confurgeret quae ruebat, sed uenturo furori materia parabatur. Ad hunc modum tunc Corinthus huius fons fuit insaniae. Nunc Damascus, inde hodie uasa mittuntur uestros captura oculos animosque. G. Vasis Corinthijs delector. R. Mirarer magis, nisi Augustum modestissimum atque grauissimum principem, lectum esset apud egregios scriptores, delectatione hac usque adeo correptum, praecipiteque actum proscriptioe Triuiriali condennasse aliquos, nulla alia ob causam nisi huiusmodi uasorum desiderio putaretur, atque eius ad statum famosam, epigrammate apposito ad aeternam laudati ducis infamiam, Corinthiarum, diceretur. Quod si credimus, inetr hunc optimum pessimumque omnium Antonium, ac in parte quid intersit, nisi quod hunc ad infuriam causa mouit humilior, et est omne peccatum eodem maius, quo & maior qui peccat, & minor causa peccandi: nec peccantis magnitudo, atque imperium linguae uel calamum uulnus euadant, iudicijque hominum eximuntur, illos magis in se accunt atque irritant. Non parcat Regum maculis uulgi loquax, & si palam metuit, clam libertate utitur, in cauernis sibilat, gannit, in tenebris, dubias uoces in nubibus, acres uersus in triuijs ferit, subscribit statuis, nutu loquitur, silentio exclamat, minaturque oculis, lingua ferit. Sic saepe leuibus ex causis graues contrahuntur infamiae, & claris quoque nominibus obscura cognomina, idque si principum maximo euenire potuit, quid priuati sperent, quibus esse debeat amica mediocritas, inimica luxuria? G. Corinthijs delector. R. At si peccus erroribus oculisque fulgoribus clauderentur, liquidum appareret, quantum fictilia praefenda Corinthijs, quantum uel paratu faciliora, uel iucundiora usu, uel securiora seruat. uel diuinis humanisque cultibus aptiora. Certum quod ad securitatem attinet, si uera haec Caesaris nota est, proscripti illi securius uixissent, si Corinthijs caruissent: at quod ad diuinum cultum, tum propitiam magis hominibus fuisse diuinitatem, dum fictilibus coleretur, nec mihi dubium, nec Senecae: quod uero ad humanum usum, ficti-

lia

fictilia Tiberonis, quamuis ut probrum graue, apud populum caecis domino nocuisse suffragijs certum sit, & praeturae repulsam peperisse, maximoque Valerio factum populi populariter excusanti, indigna fuisse, publico munere uideantur, ego tamen hic quoque cum Seneca sentio, apud quem illa multis laudibus efferuntur: Sunt enim parsimoniae antiquae, & Romanis apuissimae moribus, quibus ut modesti patrisfamilias priuata domus, sic bene instituta urbis honesta Respub. regi debet, ut frenato gressu metam teneat eius, qui in terris est compositi atque tranquillii status. Itaque si Q. Aelius Tubero, fictilibus suis ante celum Iouis expositis, quibus ille frugalitatem atque sobrietatem, utque ait Seneca paupertatem in Capitolio consecrabat, oculos populi iam lasciuientis offendit, non est cuius egregij culpa sed temporum. Iam tunc res ab illa prisca seue ritate ad hanc mollitiem inclinabat, quae primum pateras cyphosque aureos, gemmatos, discum argenteum corymbiatum, lancem pampinatam, pateram hederatam mirari coepit, & reliqua quae Galienus Imperator, Claudio misit imperatori post futuro: deinde alias atque alias furorum species, quae magnificentiae tribuuntur. Nouissimae autem his diebus, non hederas modo uel pampinos uel corymbos, sed ipsas cum incolis suis syluas omne genus arborum, ac ferarum & uolucrum & hominum uultus, & quaecumque uel oculus uidit, audiuitque auris, uel mens finxit, in auro expressa uel argento, longa iam consuetudine non miratur, gemmis inhians, de quibus paulo ante tractauimus. quid multa? ipsum iam uilescit aurum crescente superbia. Pridem uero quae laudas Corinthia uiluerunt, contemptusque de uera rerum uilium estimatione, laudabilis futurus, de falsa nobilium admiratione damnabilis factus est. G. Ego uero Corinthia nunc etiam miror. R. Corinthus uestris uita facibus, suo uos uisit incendio, & murorum excidium suorum in uestros animos uita est: neque id nouum, saepenumero uictores bellorum externorum, simul externis uitijs uicti estis. Sic uos Scipio Asiaticus, & Manilius Volscus Asiae uictores, Asiaticis delitijs lectisque purpureis atque aureis uestibus exquiritaeque suppellectili, quodque uilissimum epulis cocisque pessundedit: sic Pompeius gemmis ac margaritis, sic uos Mummius tabulis pictis atque Corinthijs subiugauit, ut dum de hostibus duces uestri, & de uobis uestrisque de moribus hostilia triumpharent. G. Cupide Corinthijs uasis utor. R. Neque uasa Corinthia, neque aurea meliorem cibum faciunt, neque Famia peiorem, neque omnino qualitatum rerum, sed ex morbo animi haec uestra cupiditas orta est, seu ipsa potius morbus est animi. Cui ut conuulens conualescas, pro inutilium tot uasorum curis, unam arripe utilem ac salubrem, ut scias ipse tuum uas in sanctificatione & honore, sicut scriptum est, non in passione desiderij possidere.

De librorum copia. Dial. XLIII. GAV.

Librorum copia magna est. R. Opportune admodum de his sermo oritur. Nam ut quidam disciplinae, sic alij uoluptati & factantiae libros quaerunt. Sunt qui hac parte suppellectilis exornent thalamos, quae animos exornandis inuenta est, neque aliter histantur, quam Corinthijs uasis aut tabulis pictis ac statuis, caeterisque de quibus proxime disturatum est. Sunt qui obtentu librorum auaritia inseruiant, pessimi omnium non librorum uera pretia, sed quasi mercium aestimantes. Pestis mala sed recens, & quae nuper diuitum studijs obrepisse uideatur, quae unum concupiscentiae instrumentum atque una ars accesserit. G. Librorum larga copia est. R. Operosa, sed delectabilis sarcina & animi iucunda distractio. G. Ingens est copia librorum. R. Ingens simul & laboris copia, & quietis inopia, huc illuc circumagendum ingenium, his atque illis praegranda memoria, quid uis dicam? Libri quosdam ad scientiam, quosdam ad insaniam deduxere, dum plus hauriunt quam digerunt, ut stomachis, sic ingenijs nausea saepius nocuit quam fames. Atque ut ciborum, sic librorum usus, pro utentis qualitate limitandus est, in rebus omnibus quod huic parum, illic est nimium. Itaque sapiens non copiam, sed sufficientiam rerum uult. illa enim saepe pestilens, haec semper est utilis. G. Immensa copia librorum est. R. Immensum dicimus, quod mensura caret, sine qua, humanis quid in rebus rectum sibi-

D 3 conueniens,

conueniens, tu metire. Est in his etiam quæ optima iudicantur immensitas, atque immoderatio fugienda, semperque præ oculis habendum illud Comicum: Nequid nimis. G. Librorum inestimabilis multitudo est. R. Maior ne tibi quam Ptolemæo Philadelpho Regi Aegyptiæ quem Alexandrinæ bibliothecæ, quadraginta librorum millia coaceruasse compertum est, qui tamen diuersis ex locis, diu magno studio quæsit, simul omnes arserunt: quod elegantia regum curæque opus egregium fuisse, ait Liuius, quem Seneca reprehendit, non id elegantia curæque regis opus dicens, sed studiosæ luxuriæ, imò ne id quidem, sed seipsam conquisitis spectaculis inaniter ostentantis. Et Liuij tamen dictum, & Ptolemæi factum, utrumque forsitan Regis opes excusent, & in longum publicis usibus prospiciens, regis intentio in hoc certè laudabilis, quod sacras literas mundo non utiles modò, sed necessarias, summa diligentia atque impensa per electos ad tantum opus uiros, in Græcam linguam ex Hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis, non æquantibus sed superantibus apparatus regio? Sereno equidem Sammonico doctrinæ uiro ingentis, sed maioris curæ plurimarum literarum, sed plurium uoluminum, duo & sexaginta millia librorum fuisse legimus, quos omnes Gordiano iuniori, cuius patri fuisset amicissimus, ille moriens reliquit, magna prorsus hæreditas, & multis suffectura ingenijs, num uerò quis dubitet oppressuræ? Quid hic autem quæso, si nil aliud egisset in uita, nullum illi uel scribendi studium fuisse, uel quærendi labor, nihil omnium tot uoluminibus comprehensorum legere atque intelligere laborasset: at non satis habuit negocij, libros ipsos ac librorum titulos, & authorum nomina, & librorum formas numerumque cognoscere? Pulchra uerò ars, quæ de Philosopho librarium facit: crede mihi, non est hoc nutrire scriptis ingenium, sed necare mole rerum atque obruere, uel fortasse medijs in undis more Tantaleo siti animam torquere, rebus attonitam, degustantem, nihil atque omnibus inhiantem. G. Libri innumerabiles sunt mihi. R. Et errores innumeri, quidam ab impijs, alij ab indoctis editi. Illi quidem religioni ac pietati & diuinis literis, hi naturæ ac iustitiæ moribusque & liberalibus disciplinis seu historiæ rerumque gestarum fidei, omnes autem uero aduersi, in quæ omnibus & præsertim primis ubi maioribus agitur de rebus, & uera falsis immixta sunt, perdifficilis ac periculosa discretio est. Ut ad plenum auctorum constet integritas, quis scriptorum inscitia inertiaque meditabitur corruptenti omnia miscenti que? cuius moerore multa iam, ut auguro, à magnis operibus clara ingenia reflexerunt, meritoque id patitur, ignauissima ætas hæc culinæ sollicita, literarum negligens, & coquos examinans non scriptores. Quisquis itaque pingere aliquid in membranis, manuque calamum uersare didicerit, scriptor habebitur, doctrinæ omnis ignarus, expers ingenij, artis egens. Non quæro iam, nec quæror orthographiam, quæ pridem interijt, qualitercunque utinam scriberent, quod iubentur, appareret scriptoris infantia, rerum substantia non lateret. Nunc cõfusis exemplaribus, et exemplis unum scribere polliciti, sic aliud scribunt, ut quod ipse dictaueris non agnoscas. An si redeat Cicero aut Liuius, multique alij ueterum illustrium, ante omnes Plinius Secundus, sua scripta relegentes, intelligent, & non passim hæsitantes, nunc aliena credent esse, nunc barbara? Inter humanarum inuentionum, tot ruinas, Literæ sacræ stant, cum maiore hominum studio, tum uel maxime protegere sua sancta poemata, suas sanctas historias, diuinas que suas leges, auctore illarum Deo, suamque perennitatem suis inuentionibus largiente, reliquorum nobilissimè pereunt, & iam magna ex parte perire, sic ingentis damni nullum est remedium, quia nullus est sensus, neque id nouum hac in re, & uirtutum & morum damna ingentia negliguntur, cum tanto studio minoribus occurratur, literarum iactura, inter minimas numeratis: sunt qui numerent inter lucra. Fuit nuper non in agris aut in syluis, sed in maxima florentissimaque, & quod stupeas, urbe Italiæ, neque is pastor aratorue, sed uir nobilis magnique apud suos ciues loci, qui iuraret se magno pretio empturum, ne quis unquam suam patriam literatus incoheret aut intraret, o uox faxei pectoris. Fertur tale aliquid sensisse Licinius infestus literis, ut scriptum est, quas uirus ac pestem publicam nominabat.

sed origo

sed origo illum rustica forsan excuset, & si enim usque ad Cæsarem nomen ascendisset, naturam tamen non exuerat: Verum est enim illud Flacci:

Fortuna non mutat genus

Sed quid de nobilibus uestris dicam, quæ non modo perire literas patiuntur: sed exoptat uotis? Equidem huius rei pulcherrimæ contemptus atque odium: breui uos in profundum ignorantia demerferint. Accedunt (ne à proposito deerem) & scriptores nulla frenati lege, nullo probati examine, nullo iudicio electi, non fabris, non agricolis, non textoribus, non ulli ferè artium tanta licentia est, cum sit in alijs leue periculum, in hac graue, sine delectu tamen ad scribendum ruunt omnes, & cuncta uastantibus certa sunt pretia. Nec uerò hæc scriptorum magis humano more lucra captantium, quam studiosorum publicisque rebus præsentium culpa est, quibus nulla unquam rei huius cura fuit, oblitis quid Eusebio Palestinæ Constantinus iniunxerit, ut libri scilicet, non nisi ab artificibus, ipsique antiquarijs & perfecte artem scientibus, scriberentur. G. Librorum bona copia est. R. Quid si capax animus non est? Meministi Sabinum illum apud Senecam, seruorum suorum scientia gloriantem: quid inter te atque illum interest, nisi quod aliquanto rustulior, uterque equidem alieno, uerum ille seruorum & certè suorum, ac tu librorum nil ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui quicquid in libris scriptum domi habent, nosse sibi uideantur, cunquæ ulla de re mentio incidit, hic liber, inquit, in armario meo est. hoc tantum id que sufficere opinantes, quasi simul in pectore sit, elato supercilio conticescunt, ridiculum genus. G. Libris affluo. R. Quam malle ingenio & eloquentia & doctrina, multoque maxime innocentia & uirtute. Sed hæc uenalia non habentur, ut libri, & si haberentur, nescio an emptores totidem reperturi, quot libri. illi enim muros uestiunt, hæc animos, qui quando oculis non uidentur ab hominibus, negliguntur. At profectò si librorum copia doctos faceret, aut bonos, doctissimi omnium atque optimi sæpè esse possent, qui ditissimi, cuius sæpè contrarium uidemus. G. Adinucula ad discendum libros habeo. R. Vide autem ne impedimenta sint potius, ut nonnullis ad uincendum multitudine bellatorum: sic librorum multitudo multis ad discendum nocuit, & ex copia, ut fit inopia orta est, qui si ultrò adsint, non abijciendi equidem, sed sequestrandierunt, utendumque melioribus, & cauendum ne qui forsitan in tempore profuturi essent, intempestiui obsint. G. Multi & uarij mihi sunt libri. R. Fallit sæpè uiarum multiplicitas uiatorem, & qui uno calle certus ibat, hæsit in biuio, multoque maior est triuij error aut quadriuij, sic sæpè qui librum unum efficaciter elegisset, inutiliter multos aperuit euoluitque. Multa sunt onerosa discendis, doctis pauca sufficiunt, nimia utrisque sunt importuna, sed fortioribus numeris subuectantur agilius. G. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. R. Librorum numero nemo qui nunc occurrat, præter Regem illum Aegyptium nobilitatus est, neque id sibi tam numerus dedit, quam famosa trãslatio. Haud dubiè mirum opus tot ingeniorum, nisi unius post ingenij miraculum maius esset. Calle alio niti oportet, ut ex libris gloriam quæras, non habendi sed noscendi, neque bibliothecæ, sed memoriæ committendi, cerebroque non armario cõcludendi sunt, alioquin uel librario publico, uel armario ipso gloriosior nemo erit. G. Egregios multos libros seruo. R. Multos in uinculis tenes, qui si forsitan erumperent & loqui possent, ad iudicium te priuati carceris euocarent, nunc flent taciti, multa quidem nominatim, illud quod persæpè unus iners affluit auarus, quibus multi egeant studiosi.

De scriptorum fama. Dial. XLIII. GAV.

Quid quod ipse libros scribo. R. Morbus publicus, contagiosus, insanabilis, omnes sibi usurpant scribendi officium, quod paucorum est, unus hoc correptus malo, multos inficit. Aemulari enim pronum, imitari arduum, unde indies crescit ægrotantium numeris simulque uis ægritudinis ingrauescit, quotidie plures, quotidie peius scribunt, quoniã sequi facilis quam assequi. Scitum reque compertum, & cum tempore clarius est illud sapientis Hebræorum, Faciendi plures libros nullus est finis. G. Scribo. R. Suis utinam se

D 4 finibus

finibus tenerent homines, rerumque ordo constaret, qui mortalium temeritate confunditur. Scriberent qui sciunt, & qui possunt, alij legerent uel audirent. Itane parua enim animi uoluptas intelligere est, nisi manus ad calamum presumptuosa festinet? & quisquis libri particulam intellexit, seu intellexisse uisus est, sibi illico libros scribere uideatur idoneus? Haeret utinam memoriae unum Ciceronis nostri dictum, in Tusculani suo uestibulo, ne quem lateat claro scilicet ac patenti loco positum. Fieri enim, inquit, potest ut recte quis sentiat, & id quod sentit eloqui politè non possit, & sequitur: Sed imandare quinquam cogitationes suas literis, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis. Sunt quidem Ciceroniana ista uerissima, sed ea iam usque adeo uulgaris abusus est, ut nemo non sibi uni dictum putet, quod illi olim sacratissimo exuli, qui non de arescentibus riuulis, sed de ipso ueri fonte potauerat quae scribebat, dictum est & saepius repetitum: Scribe, cui praeccepto, contemptores praecceptorum omnium, omnes obediunt, omnes scribunt. Quod si in his qui alienos scribunt libros, magni diximus esse periculi: quanti putas, in his qui proprios recentesque, quibus dubias atque damnatas mundo inuehunt disciplinas, seu quod in his malum est leuissimum, stilo obtundunt incondito & agresti, sicut cui uis desit ingenij, iactura saltem temporis laborque aurium tediumque non deerit? Hic uerstrarum hodie non altius fructus inuentio num, aut in ficere, aut afficere, reficere autem aut nunquam, aut perrarò: omnes tamen assidue libros scribunt, nec ulli aetati, tanta uel scribentium uel differentium copia, tanta scientium atque eloquentium fuit inopia. horum de libris accidit, quod ibidem Cicero idem ait. Itaque suos libros, inquit, ipsi legunt, cum suis nec quisquam attingit, praeter eos, qui eandem scribendi licentiam sibi permitti uolunt. Quod quidem Ciceronis aetate rarum fuit, nunc commune est: omnes igitur attingunt, quia scilicet eandem licentiam uolunt omnes, sic se mutuo cohortantur, impelluntque scribentes, inania & laudantes, laudemque similibus falsis de laudibus aucupantes. Hinc illa igitur scribentium audacia, rerumque confusio, ne tu ualde tibi placeas libros scribens. G. Scribo libros. R. Melius fortassis illos legeres, optime autem in uita regulam lecta conuerteres, tunc enim est utilis notitia literarum, dum in actum transit, seque ipsam rebus approbat, non uerbis, alioquin uerum saepe deprehenditur, quod scriptum est: Scientiam inflare. Clare uelociterque intelligere, multa simul & grandia, eademque tenaciter meminisse & ornatè eloqui, & artificiose scribere & pronuntiare suauiter, haec omnia nisi ad uitam referantur, quid sunt aliud quam inanis instrumenta iactantiae, inutilisque labor ac strepitus. G. Libros scribo. R. Forfan utilius arares campum, gregem pasceres, telam texeres, maria nauigares. multi quos natura mechanicos fecerat, illa inuita atque oblucente philosophantur, contra aliquos philosophiae aptos, natos in aruis, aut pascuis, in scamnis opificum, aut nauarum transiris fortuna detinuit, unde effectum, quod mirentur causarum insciji, ut in mari medio aut rure, in syluis, inque officinis acria & erecta reperiantur ingenia, cum in scholis exanguia ac deiecta sint. Difficile enim uincitur natura si uincitur. G. Scribo ardentem. R. Quanto ardentius olim multi, quorum ardor sic extinctus est, ut scripsisse illos, nisi id alij scriberent nesciretur? nullum opus humanum semper durat, & mortalis labor nihil efficit immortale. G. Scribo multa. R. Quanto plura alij, quis Cicerones libros aut Varronis enumeret? quis Titi Liuij, aut Plinij opera metiatur? Graecorum unus, sex millia librorum edidisse traditur. O' ardentem spiritum si uera res est, O' longum ocium ac tranquillū. Certè si unum duos uel, aut omnino paucos libros bene scribere, multi negotium est laboris, tot unum millia scripsisse, non tam facile, est credere quam mirari. Summi tamen attestantur auctores, quibus non credere durum sit, quique hunc numerum non auditu sibi, nec uisu solo, sed eorum librorum lectione compertum dicant. quos si unum omnes legere potuisse mirabile, quanto mirabilius est scripsisse. Longum est enumerare, qui uiri apud uos, qui uerò apud Graecos & quae scripserint, quorum nullus ad plenum studiorum fortunatus fuit, sed horum aliqua, illorum aut magna pars quorundam omnia periit. Tu de tuis quid praesagias uideto.

G. Scribo

G. Scribo, & ea mihi interim uoluptas unica. R. Si ut ingenium exerceas scribendo, quae alijs te doceas, si ut obliuiscaris temporum praeteritique memoria praesens tedium effugas, excuso, si ut scribendi morbo quidam occulto & insanabili medeare, misereor. sunt namque, si nescis, qui non scribunt, nisi quia nequeunt desinere, & uelut ex praecipiti decurrentes nolentesque subsistere rapiuntur. G. Scribendi impetus ingens est. R. Melancholiae species infinitas ferunt: alij lapides iactant, alij libros scribunt, huic scribere furoris initium est, huic exitus. G. Scripsi multa & scribo. R. Si posteris profuturus nihil fatius, si tibi nudum nomen quaesiturus, nihil uanius. G. Multa scripsi. R. O' praeclearam insaniam, & miramur si membranae solito chariores sint. G. Scribo, & hinc famam spero. R. Dixi iam melius forsitam arares aut foderes messem sperans. humi enim tutius quam in uento seritur. Atqui fame studium, & pertinax scribendi opera, ut quosdam claros, sic innumerabiles stultos atque inopes in senium misit, nudosque & loquaces spectaculum uulgo fecit. Ecce dum scribitis, melioribus curis idoneum tempus elabitur, extra uos rapti sopitique non aduertitis, donec sero uos senectus excitet ac paupertas. G. Scribo tamen famae cupidus. R. Mirum studium de labore uentum quaerere. Certè ego uentos optare nauticum putabam.

De magisterio. Dial. XLV. GAV.

AT magisterio insignitus sum. R. Mallem fateor disciplina, magisterio enim indisciplinato & rudi nihil est turpius. G. Magister ex merito factus sum. R. Ut magister digne sis, non nisi discipulus meruisti, obsequentem atque humilem te docilemque praebueris oportet, alioquin aberrasti in uia, quae ad magisterium ducebat. Et si non ignorem, quosdam sine magistro ad scientiae gradum altissimum conscendisse, idque de se ipsis uiros magni nominis praedicasse literisque mandasse. Sed his labor & ingenium, & discendi ardor, & intentio & assiduitas, & perseverantia pro magistro fuit, nec internus silentio magister defuit. At nunc mihi de communibus sermo est. G. Magister dicor. R. Multis ne magistri ueri essent, magisterij falsum nomen obstitit, dum de se plus omnibus, quam sibi, dumque quod dicebantur, sed non erant esse crediderunt, quod esse poterant non fuerunt. G. Magisterio clarus sum. R. Vidisti uini acidi tabernam, picturis aut floribus uernis insignem, ubi sitiens uiator falli possit, sed nunquid & caupo suis fallitur artibus? Sunt certè aliqui sic fallacis assuefacti, ut longo usu fallendi, alios, ad extremum & se fallere incipiant: quodque diu suasere alijs, aliquando persuadent sibi, & quod falsum sciuerint uerum credant. Tu ut libet magisterio gloriare, quod si digno obrigit, nihil noui, sin indigno, duo haec mala secum attulit, ut & discere pudeat, & notior ignorantia tua sit.

De uarijs titulis studiorum. Dial. XLVI. GAV.

Titulis multis ac uarijs exornor. R. Foetida frondium est uanitas, sed inanis fructuum. G. Titulis multis abundo. R. Si ueris, grauis sarcina, sin falsis, & foeda & pudenda. Quid opus est, & titulis quibus uia latior insit aut dedecus? Virtus, uno, seu potius nullo titulo contenta, sibi est titulus. G. Theologiae titulum sum adeptus. R. Erant olim huius scientiae professores, hodieque indignas dico, sacrum nomen, prophani & loquaces dialectici dehonestant, quod nisi sic esset, non haec tanta tam subito pullulasset seges inutilium magistrorum. G. Philosophiae magisterium merui. R. Philosophia non sapientiam, sed amorem sapientiae pollicetur, quisquis hanc igitur uult, amando consequitur. non est ut quidam putant operosus aut difficilis hic titulus, modo uerus amor sit, & uera quam ames sapientia, philosophus uerus eris. Veram sane sapientiam non nisi purgatae praecaeque animae uel intelligere possunt uel amare. Ad id ergo res redit, quod est scriptum: Pietas est sapientia. Philosophi autem uestri, huius sententiae contemptores aut ignari, ut de Theologis nunc dicebam, ad uerbosam nudamque dialecticam sunt redacti, itaque de Deo illi, hi autem de natura temerarie fabulantes,

D s illi

illi omnipotentissimam maiestatem, uentosis sophismatibus circumscribunt, & subsanant iudicij Deo, suæ insolentis inscitæ leges ponunt: isti uerò de naturæ arcanis, ita disputant, quasi è cælo ueniant consilioq; Dei omnipotentis interfuerint, obliti quod scriptum est: Sensus domini quis nouit? aut quis consiliarius eius fuit? nec nostrum audientes Ambrosium, qui sæpè id multis ac ualidis argumentis, eo autem libro, in quo fratris obitum luget, præcisè admodum breuiterq; Philosophi, inquit, de cælo disputantes, quid loquantur ignorant. G. Artes profiteor multas. R. Facillimum id quidem, multas nosse difficilius, melior sanè turiorq; confessio quam professio est, illa enim humilitatis & poenitentia, hæc leuitatis & insolentia plena est, multò certè facilius indulgentiam cõfessi quærunt, quam scientiam professi. G. Diuina atq; humana sapientia titulum consecutus sum. R. Sapientia titulis non eget, per se ipsam clara est, Quis lucernam, quæso, unquam soli ut uideretur adhibuit. Multi & cum his titulis obscuri, & absq; his clarissimi euasere: sæpè nullum bonis, clarum malis mercibus signum fuit. G. Quid quod Poëtica laurea comam strinxit? R. Superior unus est labor, uerum quærere sed hic duplex, quærere & ornare, atq; ad aurium oblectationem fingere, magna res est, ardua difficilis eoq; rarissima. Veri nempè Poëtæ utriq; operam dant, cõmunes uerò primū negligunt contenti phaleris. G. Rarū laureæ partū decus. R. Quæsitū unde Rempub. remq; familiarē uni posthabeas curæ q̄sitū iter ad inopiā, ni sedenti ultrò prodiga tibi opes conuehat fortuna, quæsitum unde alijs amens, alijs insolens uideare. G. Mihi ipsi lauream decerpsi. R. Virentissima arbor si decerpitur, confestim nisi ingenio uberi uigiliq; studio rigeat, aruerit. G. Parta mihi laurea. R. Partus labor, partus litior, seu illa studiorum, seu armorum merces est. Tener ille ramulus, animo tuo nihil omnino, signum uertici præbuit, inane ostendens quæ te multis, quos melius latuisses, quid aliud, quam te morsibus obiecit inuidia: pace belloq; multis insignia nocuere. G. Artem oratoriam sum professus. R. Mirum audio, ea nempè in desuetudinem abiisse, iam pridem uisa erat, ut quæ immensis & innumerabilibus rebus constat, unde sit ut Oratores ipsi etiam uatibus rariores semper fuerint. proinde fuere qui dicerent: Oratoris proprium, de omni re copiosè ornateque posse dicere: quamuis ea sententia, uelut arrogantissima sit reiecta, quantis sanè de rebus, & si non de omnibus dicere habeat Orator, adhibita in singulis artificiosa & dulci quadam eloquentia, quæ per se ipsam magna res est, æqua si lance libraueris, obstupesces, teque forsalsè professionis temeraria poenitebit, ut caueas ne dum scire, uel infinita uel omnia uis uideri, nihil scire uidearis, & quod sæpè accidit, sub scientia professione multiplicis, ignorantia delitescens, necessario in apertum exeat. G. Liberalium sum professor artium. R. Sæpè etiam plus habet ea res audacia, quam doctrina: ad unam quancq; artium breuis est uita, unus tu sufficis omnibus: una ars, uni ingenio satis est, ut ad summum æstuando & anhelando perueniat: multas degustasse, quantum coepti necessitas, exposcit, idque ipsum nosse, quam professum esse, modestius: addam quod doctissimis uisum est, unam ipsam omni ex parte cognoscere, nulli etiam illustrium contigisse. De sola nempè Rhetorica notum illud Senecæ: Magna, inquit, & uaria res est eloquentia, nec adhuc ulli sic indulsit, ut tota contingerit, satis foelix est qui in aliquam eius partem receptus est. Id sanè quibus uiris, & quantis testibus uerum probet, audisti: quod cum ita sit, quid agant & quid audeant, cogitent agmina professorum, penè iam uulgus æquantia, tam ruditate quam numero, quæ non una quidem parte contenta, ex quo omnes inuadunt. ò fiducia ingens, sed iam publica. G. Quid de medicina tandem, iuriumq; professione dictura es? R. Ad hoc ægri tui clientes que respondeant, quid illis unquam ad salutem corporis uictoriaq; causarum titulus iste profuerit, tibi ad lucrum forsitan sæpè profuit. In hoc artes siue artium nomina quæritis, & quod scientia defuerit, suppletur titulis atque habitu, uerumq; illud Satyrici:

Purpura uendit

Causidicum, uendunt amethistina.

Nec id minus,

Ut redeant ueteres, Ciceroni nemo ducentor,

Nunc

Nunc deditur nummos, nisi fulserit annulus ingens.

Postremò hæc tibi horum omnium summa erit, esse quosdam raros, quorum solida & honesta sint studia, horum finis est ueritas ac uirtus. Hæc est rerum notitia, morumq; correctio, uel uitæ mortalis ornamentum uel æternæ aditus. reliquorum uerò quæ ingens turba est, pars gloriam petit, præmium inane sed fulgidum. Maiori autem parti, unus fulgor pecuniarum, finis est, præmium non exiguum modò, sed sordidum & labori impar, nec ingenio dignum nisi. Hisque omnibus titulus, & ut dixi habitus, non spernendus quidem (ad id enim quod intendunt ualet, mortalium & præsertim uulgi, horum ope egentis, animus iudicij umbris eluditur) magna pars rerum opinionibus agitur, at uirtuti deditos, titulis gloriari alienum prorsus atque absolum, immò uerò ne possibile quidem reor. G. Multa profiteor. R. Præstat unum benefacere, quam multa promittere. Benè irent autem res humanæ, si quod profitentur homines, id essent.

De titulis negotiorum. Dial. XLVII. GAV.

Procurator regis sum. R. Ergo hostis populi G. Procurator fisci sum. R. Et Reipub. inimicus. G. Negotiorum gestor regius sum. R. Sua negotia gerere laboriosum est, quid censeas aliena, præcipueq; potentium, quibus placuisse perpetua seruitus, displicuisse discrimen, supercilium graue paratum que pro leui etiam offensione supplicium? G. Negotia regis ago. R. Rationem duro sub iudice redditurus, nisi omnium spolijs, tuoque odio & crimine uix implendam. G. Regis negotia procuro. R. Vide ne cum procuratio ipsa difficilis, tamen difficilior sit ratio tamq; inextricabilis, ut quod de multis uidimus, patrimonium, famam, tuumq; caput implicet. G. Regius procurator sum. R. Displicendum multis, ad extremum domino, quodque periculosius Deo, proque leui regis emolumento, grauius regni mala & ingentia damna populorum, uel dissimulanda uel perpetranda. G. Procurator regis factus sum. R. Quo primū die inuisum hoc officium domus tuæ limen attigit, tibi uiuere desisti, libertas inde & quies & iucunditas abiere, pro his seruitutes, labor, occupatio, merus, dolor, afflictio, & mordaces subierunt curæ. Iam non uitis & si spires, occupatorum enim uita mors, qui cum miseris omnes sint, illi sunt omnium miserissimi, qui pro alijs maximeque pro regibus aut tyrannis, seu quibuscunque potentibus occupantur. G. At sum iudex. R. Sic iudicam, quasi mox ab alio iudicandus. Unus est omnium iudex, unum tribunal corruptum, ante illud stabitis mortales, quid falsi corio iudicis sellæ iudiciariæ impresso, & barbarica admonitione iustitiæ opus est? Ea in sella quisquis iudicum sedet, ubi si iniuste iudicabitur, nec pecunia, nec gratia, nec falsi testes, nec indignæ preces, nec inanes minæ, nec deserti proderunt patroni. G. Consul patriæ mex sum. R. Difficillima gloria, rarum est quidem, sic consulere ut prosis & placeas. Ut sit enim, in uerbo ueritas, in consilio fides, in commisso silentium, in oratione suauitas, euentū fortuna moderabitur, is consilio pretium dabit. G. Præfectus urbis sum. R. Belluam indomitam, utq; ait Flaccus: Capita multorum tenui frenas loro, atque immensam solus agitatum magnis fluctibus puppim regis. Parua domus ægrè regitur: magnæ urbis quam difficile sit regimen uideto. Parum ne tibi curarum domi erat, qui publicas adoptasti? Quid quod non difficile modò iam officium, sed uile est, Præfectum urbis, uillicum Satyricus uocat, statum notans temporum illorum, qui si tunc uillicus, quid nisi nunc syluicus seu syluanus sit. Coeperat ea ætate uilla esse Roma, iam sylua est. G. Sum præses prouinciæ. R. Honorato exilio damnatus, ocium domesticum, externa sollicitudine permutasti. Dulce nihil aut tranquillum speres, amara & turbida præsentium fors, festis diebus ludisque & conuiujs arcentur, muneribus clausum limen, & apertum litibus tectum, iocis uacuum, plenum que rimonijs ac iurgijs, quicquid languidum, quicquid ægrum, quicquid marcidum in prouinciæ uisceribus latet, totum tibi tractandum curandumq; obrigit, durum opus quanti nempè negotij sit multos corrigere, hinc patet, quod sese corrigunt paucissimi.

De titulis

De titulis bellorum militia & ducatu. Dial. XLVIII. GAV.

Militari cingulo exornatus sum. R. Pauca ne tibi uita mala uisa erant, nisi militiam addidisses, qua uel inquietus semper, uel inglorius, uel periculo expositus, uel contemptu uis oportet. G. Militiam sum professus. R. Hanc nascendo profite mini, qd professione alia opus erat: hic ferro corpus, hic animu dolis, hic argutijs linguam armat, nemo uelstrum est inermis, hic ferit, hic edificat, hic declamat, ille causas orat, hic pedibus, ille equo seu carpento uehitur, hic currit, hic nauigat, hic parat, ille imperat. Nemo uelstrum ociosus: Quae nam haec noua militia est? Hic in castris, hic in rostris, hic in scholis, hic in nemore, hic in agro, hic in pelago, hic in palatio, hic domi, hic peregre uitam agit. Omnes militant, neque homines modo, sed militare in syluis catulum, Flaccus ait. Et militantium quidem multa sunt genera: Militia una est, uita hominis super terram, quam qui militiam diffiniuit, ille mihi demum uero & acri iudicio rem liberauit, modo militiae praelium addidisset. G. Armatae militiae sum ascriptus. R. Quid armaris exterius, intus in anima bellum est, illam uita obsident atque oppugnant, quishic ferro locus, nisi illud ad ornatum corporis, non ad animae tutelam induitur? Sunt enim qui dicant, nihil pulchrius uiro armato, ego, quid pectus & quid caput ferreum pulchrius habeat, quam pacificum & inerme, non uideo. Quando autem haec uoluptas tibi est, age, ferro membra constringito, imbrem solemq; galea excipiens, ferro indutus, clypeo operire, humi dormiens classico excitabere, adeptus tibi magnum aliquid uidebare sed errabas, anceps & cruentum officium elegisti. Multae sunt autem fraudes spei, multae sunt fateor caterae, quae animos boni illius quod omnia appetunt inconsulte auidos in exitium trahunt: neque inficior, quosdam militia ad amplissimas opes, siue etiam ad summum imperium peruenisse. Crede autem mihi, plures ad inopiam, ad carcerem, ad seruitutem, ad uiolentiam subitamque mortem eodem tramite peruenerunt. Tu ex quo militiam profiteri animus fuit, nisi dehonestare artificium tuum uis, semper animum in numero habere oportet, semperq; ad res tuas Caesarea uox illa circumtonet. Disce ferire. disce mori. sillaba una breuis, aut longior tua facta uariabit, uel occides, ad utrumlibet horis locisq; omnibus te paratum exhibe. haec artes deliciae tuae erunt, sine uero Satyricum loqui, premia militiae numerantem, innumerabilia equidem praefatus, uix paucissima colligit, in quibus prima & summa licentia est peccandi, praemium hercle non tam iustus uiris optabile, quam armatis legibus, ut aiunt, inter arma silentibus. G. Militiae filium ascripsi. R. Est id ferme usitatum, ut militis filius miles sit, non potest enim nisi quam habeat hereditatem filio pater dare, arcum, scutum, gladium & bellum, & quod ludum conficit auro tincta calcaria. Sed quod patri diximus, sibi filius dictum sciat. G. Belli dux uictorij clarus sum. R. Quanto melius pacis dux uirtutibus clarus esses. G. Multa bella confeci. R. Quietem tibi atque alijs abstulisti, clarum opus? G. Victorijs atq; triumphis notus sum. R. Saepem malum bono notus, & atra tempestas serenitate famosior. denique parasti busto titulos, uulgo fabulam, tibi nihil.

De amicitijs regum. Dial. XLIX. GAV.

Quasi mihi regum amicitias. R. Hominu uera amicitia rara est, ut tibi regum fingis amicitias, quos fortunae splendor tumorque animi omnium imparium contemptores facit. G. Regibus charus sum. R. Vilis ergo tibi est anima, uirtus, fama, quies, ocium, securitas. Notus est mos Regum, uix diligunt nisi qui his omnibus neglectis & abiectis, illorum se seruitutis ac libidinis & avaritiae seruum fecit. Si ergo charus es regibus, non est quod amplius de te quaeram, uilis es tibi. G. Ego autem bonitate ac uirtute sum charus regibus. R. Quid respondes Crispo? Nam regibus, inquit, boni quam mali suspectiores sunt, semperq; his aliena uirtus formidolosa est. G. Regi meo bonis artibus sum charus. R. Quibus, quaso, aucupio? an uenatur? Horum enim studio sum in praecedenti quoda colloquio te notauit. an uero militiae de qua proxime disputatum est, quae

est, quae nisi largo sanguine, magnisque periculis honestetur, non militiae sed **militaris igna** uita nomen tenet, non Regum modo iudicio sed uulgi. G. Bonis artibus regi charus sum. R. Vanitate an periculo? an criminibus fortassis, homicidio, ueneficio, lenocinio, prodicione, blanditijs atque mendacijs. mala peste, sed publica quamque usus excuset, & commendet urbanitas. Haec sunt quidem artes pro merendis regibus aptiores, quibus inimicitius nihil est quam uirtus & litera, in his igitur nulla spes ad amicitias regum, odij potius causa sunt. Sic inter sapientes ac fortunam rara est pax. G. Magnus apud regem sum. R. Maior ne quam apud Alexandrum Lyfimachus, apud Tiberium Seianus, utriusque magnitudinem & ruinae nosti, etsi de primo uariant scriptores, linquo alios, longa est historia. G. Charus sum regi meo. R. Melius esses incognitus, melius forsitan odiosus, fugeres enim quod nunc sequeris discrimen. Peior est auius inuitantis aucupis blanda modulatio, quam uillici sonitus deterrentis. G. Meo sum charus regi. R. Sunt quoru dubites periculosior ne sit charitas an odium, sed peiores serpentibus, quibus insunt ueneni mixta remedia. his uero nil nisi pestilens ac nocuum inest, seu oderint seu diligant propere par malum, nisi quod odium fugat, amor detinet. Et ad summam, regum amicitijs, praeter regna ipsa, nil usque inquietius, nilque periculosius. Et si hoc periculum non ignorem, frustra saepe multis optatum, saepe magnis emptum quaesitumque periculis, (sic est usus hominum, sic periculis empericulum unum magnis maximum) mira res bonum ingens spernitur gratuitum, magnis malis maius malum quaeritur. G. Spero me regi meo charum. R. Id de quo speras, quale sit cogita, fundamentum fragile, tremulum, caducum, crebrae notaeque regum indicant ruinae. uertex nubilosus, turbidus, inquietus quod sic esse uita reprobatur tristis occupata, difficilis. Vide ergo ubi struxeris, ut fortuna sic uoluntas regum uaria, & inconstans ac semper incerta, quanquam nec stantibus illis boni aliquid ista res habeat, mali multum. G. Amicitiam regis mei multis periculis ac sudore promerui. R. Heu quanto tutius, quantoque facilius regis omnium amicitiam meruisses,

De amicorum abundantia. Dial. L. GAV.

Amicitijs abundo. R. Mirum tibi uni rei huius abundantiam esse, cuius quidem cunctis hominibus penuria tanta sit, ut ex omnibus seculis, uix paucissima memorentur amicorum paria. G. Mihi amicitiae multae sunt. R. Fucatae igitur, uerum enim amicitiae rarum bonum, usque adeo, ut qui unam, longa licet in aetate quaesierit, negotiator reru talium sat industrius habeatur. G. Amicitijs foelix sum. R. Hoc scire non potes, nisi rebus alijs sis infelix, uerum enim est illud. Foelix se nescit amari. G. Amicitiae certae sunt. R. Ergo, & aduersitas certa est: uerum enim est illud quoque. Amicus certus in re incerta cernitur. G. Amicitiae multae sunt. R. Huius rei iudicium experientiae committe, non fama, multa mentiri solita, pauciores erunt fortassis quam reris. G. Amicitiarum nimis magna copia est. R. Mitte superuacua, in rebus omnibus qui quod satis est habet, amplius non requirat. G. Amicorum satis magna copia est. R. Ad id ipsum neque populo Romano, tum dum maxime floret, neque ulli mortalium contigisse apud illustrem legis historicum. G. Amicitiae multae sunt. R. Dixi iam, fictae igitur aut equidem imperfectae, ut Philosophis placet, quoniam fieri potest, ut uno tempore cum altero amicorum sit gaudendum, flendumque cum altero, aut inter illos orto odio, uel hinc fidem uel illinc uel utrinque deserere sit necesse. G. Copia est utilium ac delectabilium amicorum. R. Sentio, ad uulgares amicitias descendis, quae tamen ipsae simul plures esse possunt, quod multis retribuere familiariterq; conuere operosissimum sit, animo praesertim in executione cuiuspiam difficilis atq; ingenij operis occupato. G. Amicos quos prosum & delecter habeo. R. Caducae amicitiae, quarum delectatio uel utilitas fundamentum est, nae & stantibus illis tremunt, & cadentibus ruunt, id non possibile tantum sed facile, immo uero prope necessariumq; haec plerumque uel fortunam

uel fortunam sequuntur uel ætatem, formæque gratiam, quibus nihil incertius. At quæ in uirtute fundantur immortales sunt, eo quod uirtus ipsa quiddam stabile firmumque sit, & ut uerbo utar Aristotelis, mansurumque quoniam mori nequit. Ideo quos propter honestum dileximus, diligimus uel extinctos. G. Amicos ni fallor fidos habeo. R. Vide autem ne fallaris, ne uel experiri cupias: nam sæpe cuius rei fuerat dulcis opinio, amarum fuit experimentum. G. Amicos puto bonos habeo. R. Vnde id putes etiam examina, atque illud in primis quantum ipse ames, sunt enim qui non amant & amari putant, quo nihil est stultius, sique communis error est diuitum, amorem pretio emi credunt, qui mutuo queritur amore. Generosissima res est, bonus animus, non herbis neque carminibus magicis mouetur, non auro aut gemmis, non ad extremum ferro flectitur, amando uincitur colendoque. Estque hæc Hecatonis Græci philosophi, amatorum notissimum, quod Senecæ placuit & mihi. Si uis amari ama, quamquam & hoc ipsum sæpe frustra est, tam multæ tamque imperscrutabiles ac profundæ sunt pectorum cauernæ, tam uenenosæ atque inhumani & im placabiles quorundam animi, ut & culti spernant, & amari oderint, nec contenti nullam pio affectui uicem reddere, quod nec belluis quidem nisi atrocissimis accidit, exasperantur obsequio, & si credi potest, amore ad odium iritantur, quod periculosissimum & inter uitæ mala grauissimum humana simplicitas experitur. G. Credo amicos optimos habere. R. Est hoc quidem amicitiae perpetuum epitheton, quod & si linguæ absit, adest intellectui, idque breuius loqui potes. Dic amicos, uia optimos dixeris. G. Habere amicos credo. R. Caue ne fallum credas, ne quando te aliter credere ipsa res cogat. Abyssum animi metiri non est hominis, nunc amicos uobis uina conciliant, lachrymæ autem probant, & quod debuit primum esse nouissimum est. G. Amici in hoc statu rerum multi sunt. R. Rerum credo foelicium, ita enim ferme accidit, ut & si fortuna omnis amicitijs egeat, illi tamen amicorum copia maior sit, cui rerum cæterarum indigentia minor est. sic inopiam semper inopia, copiamque comitetur copia. Crescat siue adueniat egestas, decrescit seu abibunt seu uerius detegentur amicitiae, qui amici tui fuerunt, qui fortunæ, illa uidebitur abeunte te tui sequentur, illam sui. hæc melior, illa densior caterua. Nec est quod mirari debeas, uase exhausto illis abscedere, qui solam uini dulcedinem sequebantur, aduersitas simulatorem abigit, fex potorem. G. Innumerabiles habere uideor amicos. R. Bene ais uideor, unde tibi autem hæc opinio, cum omnium ueræ amicitiae raræ sint, innumerabiles tuas esse? Persuasum autem debet esse in primis, nisi inter bonos amicitias non constare, hinc iam certius æstimabis, quot non dicam tibi, sed humano generi amicitiae puræ sint, cum numerare coeperis, quot sint boni. G. Amicos habeo complures. R. Nosros dic. Idque quam ueraciter sis dicturus, in dubio est, nullum enim animal, nulla merx difficilius cognitu quam homo. G. Amici multi sunt mihi. R. Contubernales forsitan aut conuiuæ, hi enim nisi epulæ defuerint non deerunt, amici autem pauci semper pauci, sæpe nulli, sæpe quod iniquissimum est, amici nomen domesticus hostis tenet, & sub uelo fictæ beneuolentiæ, familiares insidiæ delitescunt. G. Supra necessitatem sunt amici. R. Apprimè necessarius ferè omnibus maximeque potentibus deest semper, qui scilicet inter tot assentatorum mendacia, uerum loqui audeat & uelit, qua in re multis amico, utilior hostis fuit. G. Multos habeo amicos. R. Crede mihi pluribus indiges, sanctiorque esset orbis terrarum & quietior, si tot essent amicitiae quot feruntur. G. Amicum habeo. R. Multum est. Nil amico charius, nil rarius.

De amicis incognitis nisi per famam. Dial. LI. GAV.

Fama præsens, absentes mihi peperit amicos. R. Est id quidem aliquando uisum, ut non solum incognitos, sed hostes quoque fama faciat amicos. Fecit Masanißam Scipioni, ut qui in omni Carthaginensium æquitatu primus esse consueuerat, in omni Romanorum æquitatu aduersus Carthaginem primus esset, neque hostes tantum proprios, sed prædones qui publici omnium mortalium hostes sunt. Eidem illi famæ splendor attraxit, qui Linterni ad eum in exilio habitantem facto agmine uenientes, sic ut primo aspectu

terribiles

terribiles uiderentur, ubi se suspectos intellexerunt, positis minis atque armis, & dimissis satellitibus, insuetam mansuetudinem induiti, soli prædonum principes accesserunt, eumque ceu numen aliquod, domumque eius ut templum deuotissimum uenerati, dextra illa uictoriosa multis osculis fatigata, affixisque muneribus domus in limine, qualia deorum aris affligimus tunc erat, quasi ingenti lucro aucti, quod uirum illum conspexissent, & tanquam cœlesti uisione alacres abierunt. hoc illi uni contigit, quære alium ubi eum quæso reperies? Ut tamen alijs accidat, & nominis claritas absentem conciliet amicum: multum enim in rebus, non inficior, potest fama. nunquid tamen non uerendum erit, ne quod ait quidam: Minuit præsentia famam. quam multi quos absentes stupuerunt, coram positos contempserunt. Tenera res est iudicium humanum, facile flectitur. G. Fama mihi amicos trans alpes & trans maria quæsiuit. R. Vestra ferè omnia friuola æque & inania sunt, nam quis usus, aut quis fructus fuerit illius, à quo nec uisus nec uidentus, quem uel nec uideris, nec uisurus unquam sis. Vitia uestra præsentis quoque amicitias inuiles faciunt & infidas, quamuis non sint illæ quidem, sed dicantur amicitiae. quid nunc igitur de his tuis amicitijs speres? uide, Obsequium amicos parere, ait Comicus, immò herclè ueri amici, uix multis obsequijs pariuntur, tu credis amicum paucis, fortè & ne tuis quidem uerbis quæsiuisse bonæ speies. G. Fama ab extremo terræ mihi attulit amicum. R. Fama contraria illum tibi auferet, eoque facilius, quò patientiores malis, quam bonis relatibus aures sunt. G. Fama mihi bonum peperit amicum. R. Vnde scis quàm bonus sit, quem nunquam uideris rogo, cum illi ipsi quos quotidie uides atque alloqueris, quales sint tanto in tempore nondum scias. sæpe uos credulitas uestra circumuenit, libenter creditis quod optatis, multum fidei famæ tribuitis mendaci, speras eius animum uidere: cuius nunquam frontem uideris, cum sint inter notissimos quoque, tot pectorum diuersoria, tot latebræ. Difficile est enim amicum, nisi in magna aduersitate cognoscere, operosius est illum noscere quam quærere, Vna sæpe hora, paucis uerbis quæritur, qui uix multis annis atque experimentis agnoscitur. Voco autem amicum ut uulgus: uerus enim non ante quæritur quam probetur. Nec amicum probant aliorum uerba, certè nec propria sed experta charitas, fides. G. Amicum mihi de longinquo fecit fama. R. De te aliquid mentiendo quispiam tibi amicum dedit, de te uera loquendo, uel forsitan mentiendo, itidem tibi hunc ipsum alter eripiet, quibus uisus fiunt crescuntque omnia, eisdem facile resoluuntur, et natura uult, ut cito aucta cito desinant.

De amico unico & fideli. Dial. LII. GAV.

Amicum unum fidum & expertum habeo. R. Sæpe in experiendo uestrum erratum acumen, & dum uos ipsos peritissimos iudicatis, in hoc ipso ac perinde cæterarum rerum in æstimatione fallimini. G. Scio ego, non æstimo amicum mihi esse fidelissimum. R. Et quot putas idem credentes, immò ut sibi uidebantur & scientes, cum ad arctissimum uentum esset examen, sese lufos inuenerunt? Vnde uerò tot quotidie de amicis prodeunt querelæ, nisi quia quos fidelissimos habebatis, inuenistis infidos? Nullus rei tam difficultis, quam humani animi cōiectura extimatioque est. G. Nihil cōiicio, extimo, ut dixi, sed scio amicū uerissimum me habere. R. Habes re aut optimam aut pessimum errorem. G. Nullum rei huius errorem habeo, sed amicū multis ac magnis expertum casibus. R. Habes ergo rem dulcissimam sanctissimamque, qua una post uirtutem, sola nihil homini melius in hac uita, seu natura seu casus aliquis, seu labor ac studium dedit. Dulces fateor parentes, dulces filij, dulces fratres, possunt tamen amarefcere, nec parentes ideo nec fratres quidem desierunt esse, nec filij cum dulces esse desierint, at amicus solus dum sit uerus, dulcis & charus esse non desinit. Charis, inquam, sunt parentes, non ne autem Iuppiter Saturnum regno patrem expulit? Nicomedes Prusiam Bithyniæ regem, suum patrem, consilia licet necandi filij agitantem, uita priuauit & et Ptolemæus hinc Philopater dictus, patre ac matre insuper & fratre occisus, ad ultimum & uxore Eurydice interfecta, regnum Aegypti scortorum se

rexit

rexit arbitrio, ut nihil in regno proprium haberet præter nudum & inane regis nomen. Non ne & Orestes Clytemnestram matrem, Agrippinam Nero, Antipater Thessalonien interfecit? Chari filij: Non ne Theseus Hippolytum castissimū, Philippus rex Macedoniae Demetrium filium adolescentem optimum, iussit occidi. Non ne & Ptolemæus alter, aduersum pietatis nomen, & ipse quoque fidissimus rex Aegypti, duos? Et Herodes rex Iudeæ unum, et Constantinus Romanorum imperator unum quoque Crispum filium interemit. Non ne Maleus dux Carthaginiensium, Carthalonem filium crucifixit? quia & matres quarum amor hinc intensior, hinc mitior sexus, in filios sætuerūt. Nota omnibus Medea, quid Laodiceæ Cappadociæ quæ regina, quæ regnandi cupidine filios quinque mactauit. Chari inquam parentes. Repeto enim chari filij, chari fratres, at ut uno exemplo omnis claudatur impietas, Phraates rex Parthorum omnium regum scelestissimus, omnium quæ mortalium regnandi non cupiditate sed rabie furij quæ actus, Orodem senem & afflictum patrem, ad hæc & triginta fratres suos, dicti regis filios, suumque in super filium occidit, ne quis superesset in Parthia qui regnaret. Sed uetula hæc. nunquid non & recentiore memoria inter patrem & filium de regno in Britannia certatum audiuimus? & nudius tertius inter fratres in Hispania decertari uidimus? quanquam talium odiorū & maxime fraternorum crebra adeo & noua & uetera sint exempla, ut penè laboriosius sit exquirere qui amici fratres fuerint, quam qui hostes: utrunque postponimus. Remedia enim nunc non exempla colligimus, quid prætereas? an non chari coniuges, charæ uxores? sed in terrogabis Agamemnonem ac Deiphobum, & de uestris Claudium Cæsarem, ac minorem percunctaberis Africani. hi tibi quam chari fuerint uxoribus suis dicent. Contra uero Octauiam sciscitare & Arsinoen, quid illa de Nerone suo, hæc de suo sentiat Ptolemæo. Illa de adoptiuo, hæc de naturali fratre, utraq; de marito, illa quidem in seipsa, hæc in filijs experta testabitur. Eminentia ut uides, & clara decerpimus, uulgus & urbes & communem uitam hominum his plenam quærimonijs præterimus, quibus ita se habentibus, cum in omni genere illorum qui charissimi uideantur, odijs sæpe latētibus, sæpe etiam manifestis, multa insit amaritudo, sola amicitia odijs uacat, nemo unquam non dicam occidit aut perdidit amicum, sed ne læsit quidem uolens: quamobrem si amicum uerum, qualem prædicas inuenisti, magnas te diuitias inuenisse credito. Illud uide, ne, ut magna pars hominum rebus dedita uilibus, nobiliumque contemptrix, & agris aut mercibus quam amicitijs ac uirtutibus colendis intentior, quod optimum nactus es, negligas. Si tantam curam impenditis custodiæ auri & argenti atque orientalium lapillorum, quæ sunt terræ feces, & pelagi purgamenta, quanta diligentia amici cultui impendenda est, rei pretiosissimæ ac diuinæ. Ne qua unquam re offensus, ne quo unquam uerbo alienatus effugiat, serumque audias illud Ecclesiasticum: Sicut qui dimittit auem de manu sua, sic reliquisti proximum tuum, & non eum capies, non illum sequeris, quoniam longè abest: effugit enim, sicut caprea de laqueo, quoniam uulnerata est anima eius, ultra eum non poteris colligare. Proinde ingens bonum habes ac suaue, operosum tamē ac difficile quæsitum, inquam, operosum & custodia. Magnus thesaurus est amicus, sed magna seruandus cura, magno si pereat lugendus fletu.

De diuitiarum copia. Dial. LIII. GAV.

Sed abundo opibus. R. Iam non miror, si & amicitijs abundare uisus eras, non est no suum neque insolitum, locupletum limina, uulgaribus amicitijs & simulatis obsequijs frequentari. G. Opum magna uis est mihi. R. Anceps & onerosa foelicitas, & quæ plus inuidiæ sit habitura, quam gaudij. G. Diuitiæ exundantes sunt. R. Non statim idè exundans quies, exundans quæ iucunditas, uix diuitem inuenias, qui non sibi melius fuisse in mediocritate, uel honesta etiā paupertate fateatur. G. Multi mihi accreuerunt diuitiæ. R. Securitas, gaudium, tranquillitas decreuere, quæ si cum illis crescerent, non amari tantum diuitias paterer, sed hortarer. G. Opes multas habeo. R. Habes rem quæ sita difficilem, custoditu anxiam, amissu flebilem. G. Magnæ mihi diuitiæ sunt. R. Sparæ si fuerint decreuerunt, seruata, non te diuitem sed occupatum, non dominum facient, sed custodem.

custodem. G. Diuitias habeo ingentes. R. Vide nepotius habere, hoc est ne non diuitiæ tuæ sint, sed tu illarum, neque illæ tibi seruiant, sed tu ipsis. nam si nescis plures multo sunt qui habentur, quam qui habent multo quæ crebriores, quos propheticus sermo notat. Viri diuitiarum, quam diuitiæ uirorum. Sic uos uestra cupiditas uilitas quæ animi, de dominis seruos facit, uis quidem pecuniæ notus est, ut naturæ necessaria comparentur. Pauca simul & exigua longè quæ facilia, quicquid excesserit graue est, nec iam diuitiæ, sed uincula, sed compedes, nec iam corporis ornamenta, sed impedimēta animi & sollicitudinum atque formidinum acerui. G. Diuitijs plenus sum. R. Caue ne te rumpant, omnis enim plenitudo quærit exitum, multis mortem attulere diuitiæ, requiem ferè omnibus abstulere. G. Opes habeo immensas. R. Bonis moribus rem aduersam, nimis opes non modo singulorum hominum, sed populi Romani corruerunt mores, miramur quæ illam & eximiam fregere uirtutem, qui tam diu clarus & tam diu iustus atque integer, quam diu pauper fuit, in ægestate uictor gentium, et quod est gloriosius, uictor sui domitor quæ uictorum, à diuitijs uictus est atque pestundatus. Nota loquor, quid nunc tibi diuitijs sit sperandum uides. G. Diuitijs affluo. R. Quantum malle uirtutibus abundares. G. In diuitijs requiesco. R. Consopti estis in uepribus miseri, grauis sopor qui non sentit aculeos, uenit, ecce, quæ uos excitet, & exponat lucē clarius id quod scriptum est. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.

De inuentione aurifodinæ. Dial. LIIII. GAV.

Aurifodinam inueni. R. Hæc spes opum multis inopiæ, nonnullis exitij causa fuit, adum neglectis omnibus alijs curis, huic uni deditis, & laboris plurimum, & lucri modicum res habuit, dum ad hanc auri cupidinem cælo & sole derelicto, in tenebris æuum agere didicerunt, cæco & noxio ante tempus uapore consumpti. G. Aurifodinam casus obtulit. R. Ut auersus à contemplatione cælestium terrestribus inhiens, neque tantummodo humi accliuus, sed sub terra mersus in foelicius uitas & breuius. G. Aurifodinam ingredior. R. Nero Cæsar suprema illa sua nocte terribili & misera, sed sibi debita, ut quoddam specus ingrediens, ignominiosam mortem & ludibria populi persequentis euaderet, à suis admonitus, negauit uiuum sub terram se iturum, tu nullo metu impellente, sed auaritia rapiente, uiuus is sub terram, neque te hinc alium cæli lumē retinet, i hinc atræ telluris horror excludit. quid mirum si per omnes terras quæredæ diuitiæ hominis fatigantur, quando & sub terra quæsitæ & effossæ tartareos exagitant manes? utque ait Naso:

*Itum est in uiscera terræ,
Quasq; recondiderat stygijsq; admoueat umbris.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.*

G. Aurifodinam inueni. R. Vetus est uerbum, sæpe unus leporem mouet, alter caput. Inuenisti prædam quam plurimi concupiscant, unus rapiat, & tu ille forsitan unus non sis. Circum optabilia sit concursus, & periculum est inuenisse unum, quod cupiant multi, nullus partiri uelit. Hæc est causa, cur cum Italia, ut ait Plinius, metallorum omnium fertilitate nullis cedat terris, interdictum id uetere consulto patrum atque occultatum est, ut Italiae parceretur. G. Auriferam terram fodio. R. Labor certus, euentus ambiguus: quid si multum fodias nihil inuenias? Quid si multum inuenias, sed non tibi quid si tibi inuenisse peius sit, & nihil inuenisse erat melius? Humano sæpe gaudio moeror est proximus. G. In aurifodinam descendi. R. Inter homines quæri solet, quod inuentum mergat in tartara. tu apud tartarum quæris quod te tollat ad superos? G. Aurifodinam reperi. R. Pro num iter ad inferos inuenisti.

De inuentione thesauri. Dial. LV. GAV.

Thesaurum reperi. R. Caue dolos & insidias fortunæ, hamis escā prætenditur, uiscus & laquei blandum aliquid præ se ferunt. G. Theaurum inueni. R. Multis thesauris mors fuit, ut nullum corpori periculum sit, discrimen est ingens animæ.

E Non

Non satiant opes desiderium, immò nec mitigant sed accendunt, humana cupiditas successibus inardescit, & crescente auro, crescit auri sitis & quærèdì studium, minuiturq; uirtus, quæ una mors animæ est. G. Theaurum mihi fors obtulit. R. Ponderis infestum contrariumq; modestiæ: nil sibi non arrogat, quæ repens fortuna beauerit. G. Incius theaurum incidi. R. Tutius forsan in colubrũ incidi siles, cum enim diuitiæ auri & argenti, uirtutum inopiam afferre soleant, id quæ sit omnibus proprium tum præcipuè repentinis, quod aliæ si sensim nocent, dum & uerò aliquid detrahunt indies, & opinionibus falsis robur adijciunt, hæc subitum pariunt stuporem, improuisoq; impetu mentem turbant. G. Theaurum inuentum domi abdidi. R. Quod in hac tua lætitia summum est, inuenisti graue & inutilem terræ fecem, pudeat cœlestis naturæ animam his attoni. G. Theaurus insperatus obtigit repente. R. Hunc mansurum credis & repente desinet: Quæcumque ferè cito crescunt, cito occidunt. Subitæ opes quasi fœlicitas somniantis.

De fœnore. Dial. LVI. GAV.

Pecuniam in tuto fœnore posui. R. Est & qui bene inuentis malè utitur, & qui male inuentis peius & pessime, tu pecuniam inuenisti, non ut diues fieres sed ut malus, non tam malus ut auguror futurus, ni pecuniam inuenisses. sunt enim qui successibus nequiores fiunt, non Dei munus agnoscentes, neque illi saltem similes, de quo scriptum est. Consitebitur tibi cum benefeceris ei: sed aperta sibi cœlitus nequitiae semitam extimantes, Inuenisti ergo pecuniam qua dedecus mercareris, & exanime metallum, animæ tuæ facinam faceres infœlix. G. Fœnus bene posui. R. Malum non bene ponidixeris, sed deponi, siquidem malum pondus excuteris bene erit, alioquin ubicunq; posueris, dum ad te pertineat, malum esset non desinet. G. Fœnus optimum bene collocaui. R. Quo modo bene collocetur malum, uideris, sanè quantò optimius malum, tantò & peius. Notum illud Dauidicum. Prodiit, quasi ex adipe iniquitas eorum, quantò ergo ditior fœnerator, tantò & nequior tantò maior auaritia, maior impietas. G. Fœnori studeo. R. An nulla artium erat cui melius studeres? an erant multæ, sed huic aptius erat ingenium? an quid rei est, ut huic uni studio animum applicares, quo nescio, an illud usquam fœdius inuenire poteris aut uilius, aut tam miserè prorsus & delecti animi tamq; inertis indicium? Tot undiq; patent artes, tot uiuendi uitæ, pessimam omnium elegisti, quod quietior uisa est sedere, scilicet, & numerare dies, ac uelocissimi finem mensis expectare, non intelligens tibi quoq; horas diesq; & menses & annos currere, & ut nexis tuis, sic & tibi terminũ instare, sic inquam illis ut tibi, sic tibi ut naturæ debitum soluas turpiter parata destituens & incertus. Extorquens ergo à pauperibus quo ignotos dites, & futuri semper metuens iudicij, & obscœnæ interim non dominus, sed custos pauidus rapinæ, fame pressus & infamia. Mirarer in urbibus politicis huic flagitio locum esse, nisi esset & reliquis. itaq; cum paulo ante hoc tempus, fœderatores ut leprosi à consortio hominum segregati agerent, nec tantum ad eos nullus accederet nisi egenus, sed etiam ut malè olentes, atque contagiosi ab obuijs uitarentur, nunciam non modò cum populo, sed cum principibus conuersantur, & matrimonia contrahunt, & dignitates adipiscuntur. Tanta est uis auri, immò quidem quod pro monstro audias, ipsi, quos Deus omnipotens malè perdat, principes fœnerantur, tam leuis animæ famæ quæ lactura, tam suaui undecunq; quæ sitæ pecuniæ odor est. G. Fœnerari iuuat. R. Turpis delectatio & misera. G. Fœnerari solitus sum. R. Si Catoni credimus, hominem occidisti. G. Fœnerator sum, artificium aliud non didici. R. Hic auaritiæ clypeus, hæc causa pratenditur, quòd si discere uolenti quoque difficile est, quid discat inuitus. G. Semper fœnerabor. R. Semper igitur miser eris, semper cupidus, semper inops.

De agro fertilis & exculto. Dial. LVII. GAV.

Fertilis ager est mihi. R. Vim fœcundatoris intellige, donisq; cœlestibus, sic utere, ne displiceas largienti, q; ita demũ ritè facies, si et sobrietatè et modestiã fertilitas nō excludet & ubertas

& ubertas in partè egeni ueniet atq; amici. Nil soli dulce, nil sapidũ. G. Agri fertilis exquisitissimè colo. R. Nō homo terræ, sed terra homini seruire debuerat, hominũ culpis effectum est, ne terra possessori suo sine labore respondeat. Inculta messes horridam, lappas et tribulos paritura. Hanc ferro sollicitare, mirisq; blanditijs mollire, mortalis coëgit indigentia. Hinc agriculturæ fluxit initium sanctissimæ & innocentissimæ quondam uitæ, nunc uni ex multis & prisco labori & nouis uitijs obnoxia, postquam nihil inuidiæ atque auaritiæ, inaccessum, rusticas etiam casas urbana piacula peruasere. Certè ultimos hominum rusticos malos fuisse conuenit, Vnde illud Poëticum:

Extrema per illos iustitia excedens terris uestigia fecit.

Sed uerendum, ne qui mali fuerant nouissimi, primi sint, ut si unquam esset ad uirtutem reditus & ad priscos mores, in hoc quoque sint ultimi. Nunc ad ipsam agriculturæ artem redeo, quæ magnis olim tractata uiris atq; ingenijs in pretio fuit, in qua ut multis in rebus, altum locum Cato Censorius tenet, de quo cum uerissimè scriptum sit: optimus senator, optimus orator, optimus imperator, tandem laudis, ad cumulum illud est additum, sine æmulo, siue sine exemplo sui temporis agricola: quem puderet igitur cum Catone terram colere, quis omnino sibi turpè aliquid duceret quod pulchrum, ille sibi duxisset, qui præter corporis atq; animi uirtutes rerumq; gestarum gloriam etiam de Hispania triumphasset? Quis sollicitare atq; hortari boues erubesceret, quos in sulcũ urgeret illa uox, quæ tot magnos exercitus in prælium accendisset, tot ancipites causas disertissimè perorasset? quis rastrũ atq; aratrum fastidiret, quod illa triumphalis ac philosophica manus attingeret? quæ insignes de tot hostibus uictorias peperisset, tot de rebus optimis præclaros libros scripsisset, siue ad Philosophiam, siue ad historiam, siue ad usum uitæ spectantibus, quales sunt, quos, de hoc ipso quod nunc loquimur, scripsit. Primus equidem uos colendi auri præcepta collegit in formam artis, ac redegit in literas, secutiq; illum multi alij quorum quidem humile illud ac depresso artificium, nobilissimis atque altissimis uersibus extulerunt, quos tunc memorans, nec humanæ immemor necessitatis, agriculturã certè non improbo. Nunquam tamen aut scriptorum claritas aut inopiæ mœtus coget, ut liberalibus & honestis artibus præferendam censeam, nec æquandam quidem, quamuis enim eosdem duces simul illustres & agricolas primum illud imperij tempus habuerit, mutata iam spatio res est, neque ut fragilior nunc natura est, ad res tam uarias ingenia uestra sufficiunt. Hac ætate igitur excellentibus uiris agriculturæ operam dare nō pro arte uel negotio, sed pro ocio & curarum alternatione permiserim, ut quæ interdum teneros ramos pubescentibus gemmis inferere, luxuriantia folia curua falce compescere, lasciuos palmites prolis in spem serobibus cauis infodere, sitientibus pratibus quæ rulos riuos, prono calle deuertere. Illos si nam sic fodere pertinaciter atque arare, toto quæ animo incumbere terris nisi necessitas cogat, indecorum atque indecens docto fortique uiro arbitror, cui nobilioris exercitij deesse materia uix possit. Natura parens optima, dum multas mortalibus artes daret, ipsa etiam distinxit ingenia, ut cui quisquæ erit aptissimus, illi insistat. Videbis aliquem qui medio-cri ingenio tam solerter aut arua sulcet aut maria, ut hac in re cuiusuis acumen Philosophi nulla sibi conferri possit industria, stultum & inglorium fuerit cum alio, non in tua sed illius arte contendere, ubi toto maior uertice minor appareas, et uictor in maximis multis ac paruis in rebus facile uinci quæras. G. Ager hac mihi ætate præfertilis fuit. R. Proximam operire, præfens sæpè fertilitas, uenturæ sterilitatis arra est. Rara quidem sine intermissione prosperitas. G. Diligenter agrum colui. R. Bene, si nil melius quod faceres fuit. G. Colui uineam exquisitè. R. Lætiam cum illa fortè uindemiã pactus, an & cum pruina aut etiam cum grandine pepigisti. G. Solito largius aruum feui. R. Plures pasces grues rure, plures domi mures, uolucrum hospes ac uermium, lolij excussor, aræ compactor, horrei architectus, metentium seruus ac terentium. G. Seui agrum largiter. R. Esto in spe bona metes quod seuisti, triticum atque sollicitudinem, nisi illud est uerius quod triticum plurimorum, sed anxietas tua est, & ut propriè dixerim, ager ipse est animus, cultus intentio, semen cura, mensis labor, hanc uberrimam percipies. G. Rus

optime colui. R. Dicam quod mireris. Illi ipsi antiqui agricolæ, uiri fortes, quibus gloriæ fuit agricultura, colendum bene censuerunt, sed non optime: incredibile primo forsitan auditu, at experientia comprobatione uerissimum, uix enim fertilitas sumptum æquat, estq; apud ipsos ueteres, hominis atque agri comparatio non inepta, ut uterque si sumptuosus fuerit, quamuis & quæstuosus, reliqui nihil aut modicum sit, neutrum magni igitur existimandum. G. Summo studio terram colo. R. Tere mallem coleres, sed terre, stre animal, terram amas, nec multum cum tu illam, quam nunc percolis impinguabis. Cole agrorum atq; arborum quantum uis, neque multos terræ pedes ad ultimum occupabis, neque ut ait Flaccus.

*harum quas colis arborum
Te præter inuisas cupressos
Vlla breuem dominum sequetur*

De uiridarijs. Dial. LVIII. GAV.

Amoena mihi sunt uiridaria. R. Habent hæc interdum fateor honestæ aliquid uoluptatis, nonnunquam etiam inhonestæ. Aequè igitur studiosos ac uoluptuosos uideas, umbræ secessibus delectari. Nam & ingenium locus excitat & ad poenitentiam quosdam, alios ad incontinentiam & lasciuam exhortatur: nec de nihilo est quod summus Orator dum infesto reo adulterium obijceret, amœna in quibus id commissum esset loca descripsit, quasi ad flagitium stimulos. Non locis ergo sed animo gaudendum est, si talis obtigit, qui bene locis omnibus uti norit. G. Secretis uiretis affluo. R. Secretum Tyberis uiretum, & secessum Capræ quis ignorat? pudet pigerque exequi, quæ itidem omnibus nota sunt, ille senex hircinus, loca ipsa seposita, quibus probris infecerit quanto autem gloriosius arido in rure exul Scipio Africanus uixerat, quam suis in uoluptatibus princeps ille Romanus? Repeto igitur, non in locis, neque ullis præter animum in rebus habitat omnis uestra felicitas. unde & qui solitariam uitam recessusque abditos laudauerunt, sic intelligi uoluerunt, si his animus ut sciret, et non aliter: proinde quem tu de uiretis tuis fructum colliges expectandum erit, at tum demum quid pronunciem uidebo, nam si locis tantum gloriaris, quæ tua nudius tertius non erant, & tua forsitan cras non erunt, ac si ritè consideres: tua etiam nunc non sunt, alieno proculdubio gloriaris, quis hic gloriæ tuæ locus? quid ad te, si gelidæ per æstatem alpes, si Olympus nubibus altior, si ramosus ac frondifer Apenninus? quid si lucidus Ticinus, si amœnus Athesis? si sonorus Sorgar? Hæc si laudes sunt certè, non sunt hominum, sed locorum, tuum sit, expedit quo lauderis. G. Decoris spatior uiretis. R. Refert, quæ nam curæ interim tuo in pectore spaciuntur. Nam quid iuuat, arcula in eburnea, unguenta olida condidisse? quid pulchris in locis turpem animum? quot in rupibus horridis sanctissimi floruerunt uiri? quo in pratis uirentibus turpes adulteri marcuerunt? adde, quod non animis solum, sed corporibus uitæque hominum, interdum loca huiusmodi nocuisse compertum est, non tantum haustu aeris immodico, sed ferro etiam occulto que imperu. Quis non legit apud Curtium amœnissimos nemorum recessus, & uireta illa Medorum manu consita, regum ac satraparum curam & præcipuam, ut perhibent uoluptatem? Atqui in illis iussu ebrj ac uesani Regis adolescentis, interfectus est Parmenio clarus senex, & ni fallor, Macedonum primus ducum. Quis non nouit Caietam lictoris flexum illum, quo nullus sub cælo pulchrior, nullus amœnior, illic iussu temulentis & crudelis Antonij occisus est Cicero, & poterat utcunque tanto uiro locus conuenire, ut postquam scilicet Romæ mori fato uetitum erat, florido in rure moreretur, florētissimus oratorum, uirque optimus, sed & auctor mortis prorsus indignus fuit. Spaciabatur illis forte tunc in locis Cicero urbanas fugiēs procellas, & uel ad Philosophiam uitæque cultum suo more noui aliquid cogitabat. uel Rempub. miseratus, de statu patriæ conceptum dolorem animi oculorum oblectatione leniebat, quando ab illo omnis hoste uirtutis, immisi carnifices talem uirum abstulerunt mundo, qualem ut auguror, secula nulla restituent. Sic est igitur, loca delectabilia sæpe insidijs opportuna sunt, dum licentius ibi laxiusque degitur, auersis que magis sensibus à circumspeditione periculi.

Nam &

Nam & laqueo densis in syluis feræ, & uisco uolucres facilius in ramis uiridibus capiuntur. G. Lætus in uiridarijs & curarum uacuum dego. R. Lætitia curarumque uacuitas cautioni semper aduersa est: Dum sua nempe quisque pericula, dum communem humani generis statum omnes acriter cogitant, uix aut lætus ualde aut curarum uacuum quisquam uiuet, neque locorum species, neque opum spes obliuionem attulerit impendentium malorum. G. Libenter in uiridarijs meis uersor. R. Non hercle libentius quam apri & ur si, non refert autem ubi sis, sed quid ibi agas. nunquam te locus nobilitauerit sed tu locum, neque id aliter quam præclarum ibi & insigne aliquid moliendo.

De gregibus & armentis. Dial. LIX. GAV.

Gaudeo gregibus & armentis. R. Brutinum gaudium. G. Armentis ac gregibus abundo. R. Belluina prosperitas quam belluæ peperere. G. Amo greges & armenta. R. In omni amore amantis & amati similitudo suspecta est. G. Armenta gregesque amo. R. Amatis omnia, nisi uos inuicem ac uirtutem, quæ in primis erant amanda negligitis, & quæ negligenda diligitis. G. Amo armenta gregesque. R. O misererum uilium amatores oforesque nobilium, amatis quæ nec se amari sentiunt, nec amantibus inuicem reddunt. Cum interea nec uos uicem reddatis amantibus, tutumque hoc malum facit auaritia, ut non modo seruum ingenuo, sed pecus homini præferendum existimetis. G. Armentorum gregumque ingens copia est. R. Si per te ipsum illos paueris, quid nisi occupatissimus pastor eris. officium uile, laudatum licet à multis ante alios à Catullo Veronensi: si per alios, non tu pastor sed pastorum seruus, pastorumque dolis expositus. Nunc uicinus obfuerit, nunc præcipitium, nunc morbus, nunc abactor, quotidie demum aliquid fingendum, unde damnum tibi dolorque & illusio. Magna uero pars mali fuerit illud forludis. G. Armentis ac gregibus diues sum. R. Laudata diuitia, sed incertæ & castibus multis obnoxium, fraudibus, rapinis, pestibus, quæ tam crebræ tamque ualidæ sunt, ut sæpe totos greges totaque lacerent armenta. Nota pestis, quam Lucretius, quamque illum sequens Maro descripsit. Et quam multas putas famosas minus, scriptorum penuria sed damnosas æquet? G. Diues sum gregibus & armentis. R. Vagæ patentesque diuitia, quæ non dicam, arcula, ut aurum, ut gemmæ, sed ne domo licet amplissima claudi possint, iam nec à seruis, nec à furibus, nec à feris atrocibus tutus es, omnibus in tuas diuitias datum ius. G. Gregibus & armentis gaudeo. R. Gaudes semel doliturus millies nullus dies, sine rumoribus mœstus ibit, nunc irruerint Sabæi tulerintque omnia, nec non pueros gladio percusserint, ut pecuoso illi quondam nunctatum seni est, nunc bos cornu fregerit, nunc crus equus, nunc uagantem lupus agnū, nunc infectum gregem mors inuasit, non sat miseris uestris malis, & mortalitate propria uisus estis, nisi mortes quoque brutorum animalium legeretis.

De elephantibus & camelis. Dial. LX. GAV.

Sunt mihi elephantibus. R. Cui quæso usui pacis ne an bellicis duo illi notissimi hostes Italiae Pyrrhus & Hannibal quibus Romanas dum turbare acies sperant, suas turbauerunt. Animal graue prorsus & enorme, quodque ut ex historijs nostri, sæpe suis exitio fuit. aspectu mirum, & mole & specie & odore & stridore terribile, effectu autem inutile, procuremente difficile. G. Est mihi ingens elephas. R. Fuerunt olim in Italia elephantibus, non uenatu quæsitum quidem, sed ab hostibus capti & in triumpho ducti, quique prima fronte terruerunt equos Italos, uictores in capitolium secuti, erepti autem Pyrrho, Carthaginensibus uero non erepti tantum, sed etiam interdicti. Sic enim in conditionibus pacis, quam uicti petierant nominatim cautum, ut & quos haberent domitos traderent, & alios non domarent, ita sensim obsoleuit usus elephantum non solum in Italia, ubi longè aduenæ uicque aduecti erant, sed in Africa etiam & Aegypto, quæ illorum sunt uiciniores origini. Itaque & in Italia auorum memoria, unicum Federico Romanorum principi fuisse, & nunc Aegypto tyranno non nisi unicum esse fama est: Vtrunque uero ad spectaculum potius quam ad usum. Sic in India atque Aethyopia exterarum tædio gentium liberari, Syluas

patrias incolunt elephantes. Tu quis es, qui elephante gloriari uideris, Alter'ne Hannibal, qui uno uectus elephante, unoq; fretus oculo Italiam fatigauit? Ego hanc belluam, & si humani æmulam intellectus, ab auctoribus proditam, & moribus mitis insignem, habendo tamen inutilem & ineptam, & Regiæ potius luxuriæ quàm fortunæ habilem dico, quæ domum impleat, horreum exhauriat. G. At Camelos habeo. R. Vna est penè ratio utrorunq;e, nisi quod elephas turribus, camelus sarcinis ferendis idoneus, eoq; utilior aptiorq;e, si consilium petis, utere belluis, quas his ubi uitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentissima, quæ & belluas & alia suis quæque climatibus aptior distribuit. G. Camelum habeo. R. Tria millia habuit & amisit Iob, & morbi, & raptiores, & infecta pascua & ruina & mille casus uestra undique armenta circumfident. Campi & colles & mœnia perduntur assidue, quid his facias quæ non stant? Bona uestra ferè omnia in perpetuo motu sunt, & quam insita uirtute animi deberetis famam quærere, peregrinorum animantium nouitate sectamini.

De simijs & ludricibus animalibus. Dial. LXI. GAV.

Simia delectabilis est mihi. R. Fœdum animal aspectu, triste animal effectu, de quo quid aliud quàm tædium speres? quicquid domi reperit, aut corrumpet aut sparget. Si his atque huiusmodi delectaris, utiq; delectabilis simia tua est. Monstruosam belluam uocat Cicero, nec minus aliquid mirum dicit, quàm urnam sortium euertisse, id quæ pro ostento Græcorum in historijs scriptum esse, iure optimo doctissimus uir irridet, cum uerè mirum potius uideri debeat, si non omnia uertat ac dissipet. G. Ludricis animantibus abundo. R. Turpe simul, & ludicrum esse aliquid non potest, quis enim in turpitudine ludus est? quinimò ab omni quod oculos aures quæ & nares & animum afficiat, fugiendum est, corrupti gustus est, amara diligere. Sed hic uester est mos, turpibus delectari, neque uero turpia & inepta tantum animalia, sed quo nihil est fœdus, obscœnos etiam homines linguaq; & moribus odiosos in delictijs habetis. Et ad summam, quantò quicque deformius, tantò uobis acceptius charius quæ, hæc in rebus omnibus uniformis est regula, hic amor, hæc indoles, hoc studium, hæc uestri iudicij laus est.

De pauonibus, pullis, gallinis, apibus & colūbis. Dial. LXII. GAV.

Pauonibus affluo. R. Ex illorum caudis argio oculis, reperisse consilium fuerit, ne pedibus noceat notissima regularum pestis. G. Pauones multos habeo. R. Auem uisu pulchram non inficior atq; amœnam, sed hæc uoluptas oculorum multò aurium tædio pensanda est, quibus contra illum tartaræ uocis horrorem, uel fugæ, uel Vlyssææ picis auxilio opus sit, ut sileam omni petus tædio, uicinorum odium ac lamenta, uos uerò dū impiosè, & nihil intemptatum relinquenti gula pareatis, nec aliena, nec uestra incommoda cogitatis, oblitri hanc uiris olim fortissimis sollicitudinem non fuisse, quando intacti pisces & feræ & uolucres tutæ erant, & pter pennas nil in pauone placeat, ut Naso ait: Neq; nunc sanè quid in hac aue tantoperè placeat inuenio, præter nobilitatem carnis, q̄ non putrescere dicuntur, longū etiam in tempus si seruent, q̄ & tibi licitū experiri, & expertū se asserit Augustinus. Ita uestra famè, nisi adsit ambitio, nec cibus satiat nec uoluptas. Pauonè certè cibi gratia Romæ primus occidisse fertur Hortensius orator, uir eloquio clarus, moribus delicatus & mollis ut fœmina, sed qui morū plurimos, eloquiū autè raros habet imitatores. G. Pullos nutrio. R. Impedimentū domui, escā uulpibus, aræ suffossores, quorū unguis & puluerū solū semp̄ & nunq; superficies æ qua sit. G. Gallinarū magnus est numerus. R. Ut cessent tædia, penè par fructus & impèsa erit, magno pretio longisq; clangoribus exiguum ouum constat. G. Sed abundo apibus. R. Non mortalis modò, sed uolatilis & fugitiua fœlicitas tua est. G. Aluearia multa sunt mihi. R. Non minus in quolibet, q̄ uel in magna urbe negotij uel in castris strepitus est, nūc examina fugient, nūc pugnabunt reges, nunc tinnitu aris, nunc iactu pulueris rex egebit ut salua sit, sæpè omnia expertus nil profeceris, qui cum ditior esse credideris, nudus sis, proinde si feruādī studiū cū melle cōtuleris, uel amarū uoces. G. Sed colūbis affluo. R. Atqui apū in thalamis siletur per noctem, ut Virgilius ait, in columbario autem nunquam, uix est animal

animal inquietius columbo. G. Plena mihi sunt columbaria. R. Sunt qui litigent & qui gemāt qui diebus domum fœdēt, noctibus somnū frangant, en magni gaudiij materia.

De piscinis. Dial. LXIII. GAV.

Piscinas mihi destruxisse gaudeo. R. Non puto fœlicius extruxeris quàm Salomon, cum te ergo conuerteris ad uniuersa opera quæ fecerint manus tuæ, & ad labores in quibus frustra sudaueris, uidebis in omnibus uanitatē & afflictionem animi, ut unde gauisus fueris fortasse doleas, iacturā existimans & temporis et impensæ. G. Feci mihi piscinas. R. Non satis est gulæ omnes terras lustrare, atque etiam temptantur, et in regno suo piscibus carcer erigitur. G. Piscinas impleui. R. Libertatē piscibus abstulisti, ac naturæ domum, quosq; illa sanos fecerat, ægrotare docuisti. G. Coëgi aquas in piscina. R. Vim aquis intulisse in Iulio Cæsare tanto illo quidem uiro, notatum, & superbiæ datum uides: quid te igitur speres? G. Piscis in uiuario conclusi. R. Pennaras uolucres uinculis & imperio coërcetis, quid mirum si pigris quoq; piscibus imperatis? omnia prorsus in uestra potestate et uestris subiecta sunt pedibus, laboriosi & cupidi mortales, præter unum animum quem regere & frenare uel nō potestis, uel quod est uerius, non curatis. Itaq; uagus & indomitus ille uos agit, & in omne uanitatum genus ac scelerum impellit, qui si uobis immò si rationi subditus atq; obediens esset, ad meliorem finem, rectori calle uos duceret, præstaretq; ut multa quæ cupitis sperneretis. G. Pisces inclusos in piscinis habeo. R. Cum omnia subdita sint uobis, uide quàm decorum sit, esse uos subditos uoluptati, rei omnium uilissimæ, rerum nobilissimos omnium, quæ sub cælo sunt. Sed sic est: omnibus imperare uultis, ut libidini seruiatis, neq; uerò nouus hic error nec plebeius, sed antiquus et illustrius. Piscinas ac uiuaria ostrearū, primus instituit Sergius. Orata Baiano in littore: sub idem tempus reliquorum piscium uiuaria incepit Licinius Murena, uterq; cognomen seu illud agnomen à pisce sortitus, en præclaræ agnominum causæ, quod ille scilicet oratā appetijt, hic murenam (Et qui Africani & Macedonici titulos mereantur) et forsitan non curarum minus hi suis in piscibus capiendis et condiendis, inq; suis uiuarijs extruendis susceperant: quàm Scipio & Paulus in liberanda atque ornanda patria suisq; uictorijs ac triumphis. Ita penitus uerum fit, quod quidam dicunt, quantitate curas hominū penè pares, qualitate uero longè impares. Atque ut mala semper exempla, imitatorum turbis affluunt, secuti sunt Licinium hunc nobiles uiri Philippus, Hortensius, ac Lucullus uir alioquin memorabilis, qui uiuario simplici non contentus, illic propè Neapolim montem scindit fecit, non minori sumptu quàm quo sibi aliam erexerat, requiem capitis piscibus meditatus, fluctus equoreo scisse rupis claustris, instar trāquilli portus immisso. quam obrem magnus Pompeius, ut qui non uiuaria, sed imperia cogitaret, haud illepide hūc Lucullū Xerxen togatum, hoc est montiū effossorē nuncupabat. Quid de alijs? Murenarum uiuaria primus fecit Curus quidam, nescio quis, nam cum omnibus murenis suis adhuc malè noscitur, quarum illa copia tanta fuit, ut earum sex millibus triumphalem cœnam Iulij Cæsaris adornaret. Vt hic quoq; suos imitatores habuit, nominatim Hortensium oratorem, de quo supra diximus, uirum qui nunquam molli defuit exemplo. Ita uestræ literæ sæpè nihil detrahunt infantiæ, nonnunquam uerò, quod mireris adijciunt, dum licere sibi omnia existimant, qui literas didicerunt, et multa sibi arrogant, quæ sine literis nō auderent. Et hic ergo uiuarium habuisse dicitur baiani tractus in littore, ibiq; inter ceteros pisces sic murenam unam dilexisse, ut extinctam luxerit. En amor egregius, en docto grauiq; uiro dignus fletus, qui nec sui temporis bella domestica, neq; proseriptiones ac ciuū mortes fleuisse legitur, nec Cannensem, si suū in tempus incidisset fleturus fuerit ruinam, murenæ obitum fleuit. Tanta hæc leuitas facit, ut iuniori uenia debeat Antonia, ætas ac sexus excusabiliorē reddit ineptiam, quæ murenam suam, tamen non defunctam gemuisse, sed uiuentem aureis in auribus coluisse traditur. Sic ut Baulos: id erat uillæ nomē, ipsis Baianis in sinibus multos spectaculi nouitate contraheret. Fuerunt & uiuaria

cochlearum, et alia piscium uanitates, atque in primis lupus tyberinus, inter duos præcipue pontes captus. Sed satis multa de alienis erroribus. tu quo plures his implicitos uides, eo diligentius caue, ne similibus impliceris, neque tibi nunc usum piscium, sed nimis magnam curam rerum ignobilium interdico.

De auarijs auibusq; loquacibus & canoris.

Dial. LXIII. GAV.

Aves uarias in auario conclusi. R. Iam piscium minus mirer ergastula, sunt & uolucrum, quibus latior ac liberior patria coelum erat. Inuenit gula uenationem, inuenit piscationem, inuenit aucupium, nec capisse satis est, quas liberas natura creauerat, nisi etiam asseruentur. At quanto erat honestius gulam cogere parabilibus, atque facilibus contentari, & syluas feris, maria piscibus, aëremq; uolucris linquere, quam in his tantum studij ponere, quantum si captadis in uirtutibus poneretur, illas pridem, nam minime sunt fugaces, optimo studio quæsitæ intra animi habitum clausissetis, unde nec effugere possent nec auferri. G. Auibus auarium impleui. R. Rem nequaquam necessariam, & quæsitæ nec minus custodia difficilem, peruerustam tamen, cuius ante MCCCC. annos, Romæ auctor fuit, Lelius quidem cognomento Strabo uir equester, non ille quidem Lelius sapiens habitus, qui si auaria repperisset, nomen sapientie perdidisset. Quædam sunt inuentu, ut uidentur utilia ac iucunda, quæ tamen ingenia alta dedeant. qui piscinas, qui auaria inueniunt, quid aliud quam gulæ studium habuerunt, quod uirtutis cultoribus alienum est. G. Inclusi pingues turdos & turtures. R. Sed non tardos tortores, tot illecebris irritata gula, supplicia exigit stomachi laborantis. An non Satyricum illud audisti:

*Pœna tamen præsens cum tu deponis amictus,
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.*

De Pauone loquitur. Formosa etenim & famosa est auis, sed non sola quæ præcipue gustâ plectat. gulæ quidem oblectatio, gustus breuis, ipse quoq; mox in nauseam uersurus, ni coërceas. Pœna autem longa, cruditas indigestibilis, morbi, sæpe etiam & mors. In nunc turdis pinguibus ac turturibus gloriare. G. Habeo loquaces coruos ac picas, & psittacos. R. Latatus is Augustus Cæsar, eos magnis emit pretijs, qui uictorem ac triumphatorem Cæsarem salutarent, cumq; subinde alij atq; alij ingererentur, satis se saluatorum tallium domi habere respondit, ponens illi metam uanitati, nisi coruus ipse nouissimus ioco illo mirabili pluris se, quam cæteros redimi coëgisset. Et hæc quidem in saturnalibus leguntur. Quid in naturali uicini nostri Veronensis historia, Coruus ille tam docilis è surrentina ubi impensè alebatur, in publicum euolare solitus, & Tiberium Cæsarem, Drusumque & Germanicum nominatim, torum denique Romanorum populum salutare, tanta plebis gratia, tantoque omnium fauore, ut cum eum uicinus, uel inuidia uel ira percitus occidisset, ingenti omnium moerore occisor ipse, ex ea uicinia pulsus primum, deinde etiam à populo interfectus sit: coruus autem operosus exequijs, & solenni funere elatus, ac traditus sepulturæ. O ineffabilis populorum semper insania, in illa urbe, fletu & sepultum coruum, & eius interfectorem Romanum ciuem morte multatum, in qua nec Africanus Maior sepulchrum habuit, nec Minor ultor: quia si Dijs placet, coruus hic populum salutabat ut diximus, illi autem non salutabant, sed salutem populo gloriamque contulerat: adeo gratior uox coruorum quam uirorum uirtus illustrium. Neget nunc aliquis, tutum sese populi consensu iudicio, quanquam ueris æstimatoribus non sit mirus publicus hic uirorum fortium contemptus, cum ab his coruorum uolucrumque loquatium miratoribus, & diuinæ uoces & cœlestia spernantur oracula. G. Formosus est mihi psittacus. R. Solus nempè omnium torque aureo insignis, nisi Phœnix & ipse etiam auium torquatus, & preterea suæ unicus speciei. Verum psittacus saluator magnus, & præsertim principum, planè quasi adulatorem illum fecerit natura. Vnde distichon illud innotuit:

*Psittacus à uobis aliorum nomina disceam
Hoc didici, per me, dicere Cæsar aue.*

G. Et

G. Et mihi pica disertissima. R. Cum perrari sint homines disertis, tibi disertissima pica est: Loquax fateor & salatrix est sedula, unde et illud:

*Pica loquax certa dominum te uoce saluto,
Si me non uideas, esse negabis auem.*

Certe de huius auis intentione discendiq; studio, mira nescio an uera narratur, illud in primis uix credibile, propositum ei uerbum si oblita sit, angillam grauius & affligi, molestiamque animi tacita meditatione testari, si ipsum ei uerbum ad memoriam reducat, miris modis hilarescere, at si prorsus seu uerbi difficultate, seu memoriæ imbecillitate uincatur, præ dolore etiam interdum mori, ut iam minus mira Homeri mors Poëtæ sit habenda, si tamen illa etiam uera est. Neq; uero picis omnibus hæc docilitas datur, sed his tantum, & quæ glande cibum nomenque percipiunt, & apud uos uulgo glandariæ uocantur, picarum species, & forma insignis & ingenio. G. Dulcisonam canoramq; lusciniam naustus sum. R. Et hanc quoque, & sturnum, Græci Latiniq; sermonis dociles inueniri, & turdum insuper, sua ætate sermones humanos imitantem, Romæ fuisse, auctor est Plinius Secundus. Quod de sturno nuper publicè notum fuit, quem seriatim plurius uerba proferentem humanis accentibus, sæpe in ipsius Plinii patria & audire tibi contigit & mirari, nam de psittaco tam trita res est, ut mirabilis iam esse desierit. quotiens hunc audisti, cibos unum atq; alterum clara uoce poscentem? quotiens nutritorem suum proprio nomine uocantem, atque ut persuaderet, multa illi gestuum ac uerborum dulcedine blandientem: quotiens sic ridentem, ut astantes in risum cogeret, nec omnino alitis sed ueri risus hominis crederetur. Quæ quamuis ita sint, tamen hi omnes, lusciniæ præsertim multò, melius, mihi credite, suis in ramis canerent, quam uestris in caueis, nisi quia uestra cupiditas nihil extimat, nisi quod sibi proprium fecit, cum natura fecerit cuncta communia, sic ultra suos fines, atq; ultra suum nomen, tendit auidia. G. Aues in numeras congregaui. R. Ut multas siue ut omnes habeas, Phœnix puto deerit, siue unus, siue est nullus, siue illud in finem recipimus, quod quidam tradidit anno urbis DCCC. aem hæc ex Arabia in Aegyptum euolasse, captamq; ibi & Romam delatam atq; in Comitio spectaculo populi expositam, supremam tandem ut credibile est mortè obiisse, quod ultimum falsum esse non dubitant, qui de primis magni dubitant auctores. Ita cum omnes aues habueris, mirabilem pulcherrimamq; omnium non habebis, dolens & indignans iocor: Ut quid enim semper pueri inanibus gaudijs exultatis, utque ait Salomon: Vsq; quo paruuli diligitis infantia: quin aliquando conuertimini ad correctionem meam: ut idem ait. Si quidem ipsa eadem sunt quæ loquor Sinite o cæci, aues in syluis agere, nidificare & pasci & canere & errare: uos inertis plumas animi ad cœlum pandite, atq; humo uos atrollite, enitimini non uolucres captare, sed uolucres fieri, tuq; his omisissis, de quibus loqui pudet, si quid habes quo lætari uirum deceat profer.

De Coniugij claritate. Dial. LXV. GAV.

VXorem duxi nobilem. R. Mallem tibi non tantum picas ac psittacos, sed bubones strigesque domi esse: illi canerent, ista iurgabitur, illi aliquid nuntiarent, hæc peraget, illos excludere liceret, hanc non licet. G. Claro coniugio ornatus sum. R. Speciosa uinctus es catena, unde te sola mors liberet. G. Claro coniugio foelix sum. R. Casto foelicior, foelicissimus coelibatu. G. Pulchro coniugio illustratus sum. R. Anceps uxoris electio, deformis facile fastidit, formosa difficile custoditur, ea lege qua inter formam corporis atq; animi castitatem his propè perpetua est. Sed ut quod rarissimum est coniugium, et formæ pudicitia iuncta sit, uberius tecum agam: accedant & foemineæ dotes alia, nobilitas, sensus, opulentia, foecunditas atque facundia, famæ integritas, morum candor: Scito tuum limen his immixtam subintrasse, superbiam, ut scripsisse iure Satyricus uideat: malle Vanulinam q; Corneliam Graccorū matrē, Africanā filiā, paternis tritūphis ac gloria insolentē. G. Nobile coniugium & honestum obrigit. R. Quid de fastu fastiditq; ais: parū ne foemine mores notit disce seruire, disce pati, disce charos pdere, uni coniu-

E s gio uacant.

iugio uacandū est, amicitiarū scopulus uxor imperiosa, & uiri affectuū moderatrix. G. Generosa mihi uxor obuenit. R. Grauis sarcina, duræ cōpedes, liberos humeros, atq; olim liberos pedes p̄ment. Durū dictū, durius cogitatu, durissimumq; p̄pessu, nō unius lucis, sed totius uitæ hospes, forsitanq; hostis uacua p̄sidijs inuasit domū. Vnde illam, ut dixi, ueteris repudij spē sublata, sola scilicet mores excludat. G. Coniugem gratam duxi. R. Erras, illa te duxit, diu nimium fueras tuus, accessit sponsa domina, carnifex priuignis, æmula socruī, familiæ iugum, coquinæ labor, onus penurī, sumptus arculæ, ornamentum aulae, diurnum spectaculum fenestrae, lux nocturna cubiculo. G. Vxor mihi uenit amantissima. R. Cum amore si nescis, zelus & suspitiones, & querelæ subeunt, immortale duellum domi habes, ipsi ex uoluptatibus & iocis inimicitia erumpent, nec ad mensam nec in thalamo tutus eris, nullum tempus litigio uacabit, media nocte pugnabitur. G. Exoptatas nuptias contraxi. R. Cum coniuge nuptias, cum pace diuortium. G. Vxor contigit cui unice placeo. R. Melius forsitan displiceres, non te amando p̄meret atque attereret, & cogitare, & res tuas agere, & somnum carpere sineret, nunc uxori placēs, nil quod tibi placeat p̄ter illam speres, totum sibi te uendicat, nec sufficies totus. Si quo forte ire uelis, fugere te fugæ quæ causas fingere, si quid agas oblitū sui, si quid cogites iratū sibi, si cibo abstineas sordere res suas tibi, si somno cesseris, externa te Venere fessum dicet: deniq; ut uxori placeas, tibi atq; alijs inutilis sis oportet. G. Vxorem habeo, quæ me ardentem amat. R. Melius amaret castè, piè & sobriè ac uerecundè. Ardens enim amor, quid nisi incendium est animæ, qua ardente, quis nam ibi modestiæ, quis reuerentiæ coniugali, quis tranquillitati locus aut quietis? Ardenter te amat uxor, nisi uicissim se amari sentierit tepescet, amoremq; odio mutabit, sin æquandus tibi est amor, & tu ardeas necesse est, unique deditus sis amanti, zelotypæ coniugis uir insomnis, nunc blanditijs, nunc querelis fictis quæ criminibus excitandus, exercendusq; per noctem. Seu licentius oculum deflexeris, seu ridenti lentius arriseris, seu uicinam salutaueris, seu formam alterius laudaueris, seu domum serius redieris: postremo aliquid feceris aut dixeris, quo suspectus læticq; reus sis amoris, quæ si uita dici debet, quæ nam mors dicenda sit nescio. Et hæc quidem, de ardenti tuo amore sententia nostra est. G. Est mihi perpetua thori confors. R. Et somni perpetuum exilium, maritalis lectirarus ac tenuis sopor est, hinc uoluptas, hinc iurgia, quies nusquam. G. Habeo uxorem fidelissimam. R. Fuisse fideles aliquas non nego, usq; etiam ad mortem, et profectio homini qui hoc uitæ genus elegerit, magnæ diuitiæ coniunx bona & fidelis, maior tamen est acies aduersa, nempe etiam illustrium multi dolo coniugū perire. Sileo Danaï truces & cruentas nuptias, & infamem noctem, miseram quæ tot simul iuuenum stragem, non hoc illi quorum supra meminimus grauis Agamemnon, non Phryx Deiphœbus neget, non ex uestris Africanus minor, non postremo recentior Alboinus rex, cuius ab impudica & sæua fufus coniuge, nitidi Athetis ripam sanguis infect. G. Vxorē nobile, castam, mansuetam, humilem & obsequiosam, piam, fidam reperi. R. Mirus auceps, cornicē candidam inuenisti. Vix est tamē qui inuenisse se fuscā putet.

De uxore formosa. Dial. LXVI. GAV.

Formosa mihi uxor obuenit. R. Difficilem provinciam nactus es, uigila, dixi iam, durum custodire quod à multis appetitur. G. Forma est uxor excellens. R. Solet forma corporis, ut multa alia paritate gaudere, imparitatem ac dissimilitudinem aspernari. Si par igitur tibi forma est exerceberis, alioquin contemneris, utrunq; laboriosum. G. Forma coniugis magna est. R. Et magna superbia, uix est aliquid quod æquè animum tu me faciat & extollat. G. Forma uxor est maxima. R. Vide ne castitas parua sit, scitum est illud Satyricum:

Rara adeo est concordia formæ atq; pudicitia.

Vt hæc constet, morum insolentiam quis ferat: & quotidiana fastidia? G. Formosissima est uxor. R. Habes domi idolum sumptuosissimum, operosum, uidebis indies peregrinos, nouos quæ habitus, lauda hinc corporis habitudinem, quam omnia deceant, hinc ingenium

nium inuentricis ad cuncta uersatile, tum iacturā patrimonij lucrum uoca. G. Habeo uxorem formosissimam. R. Habes idolum litigiosum insolens, quod affusus colas, quod extra te raptus stupeas, quod adores, unde totus pendear. Submitte colū iugo, & contentus forma coniugis, curas quæ alias & propriam libertatem procul abiice. Dicebam modo, caue ne quando aliam p̄ter illam laudes, ne quando oculos ab illius fronte diuerteris, ne solito parcius blandiaris, solito minus insanias, quicquid respueris capitale erit, omnis sanitis defectio. uiue deniq; ad uxoris edictū, & nutū dominæ suspensus obserua, mancipiū nō maritus. Hæc facito, si tanti existimas, aliquandiu formosam thori sociam amplecti, lenique ad tempus cute gaudere, & cadido natos ex utero, tanq; poma nobiliora pulchro de uase suscipere. G. Vxorem habeo formosam. R. Venenum dulce, cōpedes aureas, splendidā seruitutem. G. Forma delector uxor. R. Vana breuisq; delectatio: nil forma fugacius & p̄sertim fœmina, qui uxorem p̄pter formā diligit, citò illā oderit.

De uxore fœcunda & facunda. Dial. LXVII. GAV.

Fœcunda mihi uxor est. R. Multas tibi curas, multos pariet labores, uxor sterilis unica tantum, at fœcunda quidem sarcina domus est multiplex. Notum est illud Comicum: Vxorē duxi, quæ non sibi miseriam uidi, nati filij alia cura. G. Nō fœcunda tantum uxor, sed facunda est. R. Hinc filij & nutrices aderunt, hinc sales & uerba non deerūt, habes cum qua dispuces ac declames, & Satyricum non audisti, ubi ait:

Non habeat matrona tibi quæ iuncta recumbit.

Dicendi genus, nec curtum sermone rotato,

Torqueat enthymema: nec historias sciat omnes.

Coniugem quærebas, magistrā inuenisti, iamq; aliquid impolitum cōmune aliquid loqui, sine coniugis censura et irrisione non poteris, frustra q; eiusdē Satyricum illud optaueris:

Solacissimum liceat fecisse marito.

Inter mundi tædia, nullum importunius procaci fœmina, & tacere nescia.

De opima dote. Dial. LXVIII. GAV.

Dote auctus sum opima. R. Et opima tyrannide, malū malo additum. Superbiæ cōiugalis duo stimuli, dos & forma. G. Multū dotata uxor est mihi. R. Multū dotata uxorē nihil est importunius, nihil intractabilius, nil sibi non licitū arbitratur, q̄ suas opes mariti cōparat egestati, q̄ uirū pascit, dominā se putat esse nō sociā. G. Magna dos meū subiit limē. R. Vnde dos ingreditur, inde libertas egreditur, quod bene prouiderat Lycurgus, cuius lege cautum fuit, ut indotatæ nuberent, et adiecta ratio, ut uxores eligerentur, non pecuniæ, securius quæ matrimonia sua uiri cōcerent, cū nullis frenis dotis tenerentur. Vtrūq; sapienter: nam & uerè multis in domibus, non uiro uxor, sed pecunia nubit avaritiæ, & est utique magna dos, licentia coniugis, frenum uiri. G. Ingens cum uxore dos obuenit. R. Muta ordinem, immò enim cum ingenti dote uxor subiit, quam libentius exclusisses, si sola posses excludi. Planè coniugium obscœnum, ubi non spe prolis ad cubiculum uiri uirgo, sed ad arculam, avaritiæ impulsu, dos concupita deducitur. G. Magnam mihi dotem uxor attulit. R. Dic uerius, magnū pretium libertatis tuæ, quæ si tibi chara esset, ut decuit nullo eā p̄tio uendidisses. G. Ditissima mihi uxor obtigit. R. De moribus nihil narras. Nempe nihil ut reor de moribus cogitasti, deq; optimis fœminæ dotibus, fide, uerecundia, castitate, modestia, sunt uobis ista cōtemptui, & solū in nuptijs uestris attendit dos & forma: hæc est avaritia & libido, pronubæ matrimonijs his condignæ. G. Pecuniosissima est cōiunx. R. Vide, an non Themistocleum illud consilium quo diffinit. Malle se uirū pecunia, quam pecuniā uiro indigētē: rectè etiā ad fœminas trahi possit. G. Vxor mihi p̄diues est. R. Quæ tō melius erat, cū inopi req̄scere, quàm laborare cum superba, melius esurire cum pauperula humili, quàm cum insolenti diuite litigare. G. Coniugis dos immensa est. R. Consequens

Consequens est, ut elatio animi sit immensa, timor autem uiri nullus. Non audebis uitia reprehendere, dum respicias dotem, non præsumes humiliare illam, per quam te memineras superbire, nec fastidia duntaxat ac tædia, sed probra etiam & iniurias tolerabis. An forte non Aurelij Antonij principis meministi, illius qui Philosophi cognomen ob imperium non omisit, qui cum uxoris nosceret adulteria, & amici ut eam uel occideret uel saltem dimitteret hortarentur, respondebat: Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem, dos autem erat imperium. Vides, ut ingentis uiri animum dos frenabat, tuum forsitan non frenabit? G. Dos permaxima infinita inextimabilis est. R. Dos matrimonij oneribus supportandis, non avaritiæ æstibus irritandis, inuenta est: itaque quo magis illam exaggeras, magis infamas, ut quæ utrinque mole sua noceat, & hinc dantis impudentiam, hinc concupiscentiam accipientis auctura sit. G. Est mihi maxima dos uxoris. R. Non quanta sit dos, sed qualis sit uxor refert, & in dote ipsa, non quantitas certè, sed qualitas existimanda est, unde scilicet profecta, quibus parta modis multæ magnæ dotes malis artibus sunt quæsitæ. Hæliopolitanum & Punicum morem nosti, quorum nuptijs non pietate patria, sed stupris ac dedecore dos constabat.

De gratis amoribus. Dial. LXIX. GAV.

Gratis fruor amoribus. R. Gratis insidijs opprimendus. G. Gratis uxor amoribus. R. Bene ais uxor: est enim amor latens ignis, gratum uulnus, lapidum uenum, dulcis amaritudo, delectabilis morbus, iucundum supplicium, blanda mors. G. Amor & uicissim amor. R. Primum nosci potest, secundum in ambiguo est, nisi forte nocturnum mulierculæ tuæ murmur, in testimonium trahis. G. Amor haud dubiè. R. Per suasit ut uideo, nec magnū persuadere uolentibus, Omnis amans cæcus & credulus. Quod si fidè iuramento amatoris uis inesse scriptum, ab amante chirographū tenera in glaciè, te stibus austris in mediū, pfer. sed ò insane, nihil unquā impudicæ pferit credas foeminae, sexus, ardor, leuitas, consuetudo mentiendi, fallendi studiū, fructusq; fallaciæ, hæc singula multoq; maxime hæc omnia, quæ quid illius ore prodierit suspectū faciūt. G. Amo quod iure animū delectet, & dulciter ardeo. R. Credis ex me audire, quod ille magister amorū ait: Ut foeliciter ardens gaudeas, & ueto tuo nauiges uoluptatis. Id quidē non cōsiliū est. Ego uerò, quo suauius arderis, eò cautius ex incēdio fugiendū cōsulo, tūc sunt mala periculi solissima, cum delectat. sæpè suauitatē hanc durissimus finis exasperat. G. Amo amorq;. R. Ut sit ita, quid nisi duplex est nodus, nexus arctior, graue discrimen: melius de te sperare si amares tantū, non etiā amareris. Et si enim facilitatē amoris, atq; difficultatē æquè nociuā quidā dicāt, q; facilitate animus capiat, cū difficultate cōtendat, ego tamen ita sentio, nihil ad amandū efficacius quàm amari, cōtraq; nihil esse quod magis ab amando deterrear, quàm scire se non amari, nec amatum iri credere, quamuis id non facile creditura sit cæca & cupida mens amantis, qui unus est ex illo grege, de quo scribitur, quod:

Qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

G. Amo ego cum gaudio. R. Qui quā malè sibi est non sentit, obtorpuīt, qui malo suo gaudet, insanit. G. Apud me fateor delectabile est amare. R. Odiosum malè ac molestū, quo & fuga mali promptior foret, & propinquior spes salutis, nunc delectatio morbi alit, sanus enim fieri respuit, quē delectat ægrotare. G. Ut liber, apud me quidē ingeniū est amare. R. Ut quisq; sapit & loquit, apud me uerò fertile prorsus & languidū, & q; fortissimos etiā uiros emolliat, eneruetq;, dicā q; nemo est qui nesciat, nemo erit q; audies non miretur, si magnarū rerū recordatio, uel scientibus admiranda est. Ne uē omnia sequar, q; nec necessariū puto nec possibile, duarū toto orbe clarissimarū gentiū, duos lōgè pstantissimos duces ad memoriam reuoca. Iulius Cæsar uictor in Gallijs, in Germania, in Britannia, in Hispanijs, in Italia, in Thessalia, in Aegypto, idemq; mox in Armenia, in Ponto, in Africa, & rursum in Hispania supremo Marte uicturus: in medio tantarum uictoriarum ab amore regio, interim apud Alexandria uictus est. Hannibal apud Ticinum, apud Trebiā, apud Trasimēnū, apud Cānas uictor, ac demū in patria uincēdus sua, prius apud Salapiam

Apulicæ

Apulicæ oppidum, quo inexcusabilior sit, meretricio amore subactus est. Quanta tibi uideatur mali uis, quæ tam duros animos, tam rigida pectora leui frangat incursum: tam rapidos pedes, tam fortia brachia, fragilibus uinculis liget. Linquo fabulosa, & uetera nimis. In belluas transformatum Iouem ridiculis, Martem uinculis implicitum duris, nentem pensa digitis Herculem, ad hæc & Leandrum fluctibus, Bibliida lachrymis, Prohryn telis uiri, propria cuspide Pyramum, Hyphin laqueo pereuntem. quodque est certius atque sonantius, & Græcorum duces de amore certantes, & notis Troiam flammis ardentem, absque his omnibus, & mille similibus, satis duo illi quos præmissimus ad probandum de quo agitur, uel magnitudine nominum, uel historiæ fide sufficiunt. G. Amor, quid de odio dices, si amorem damnas? R. Ut tu accipis, utrumque damnabo, neque ideò bonum aliquid dicam, quod aduerbum malo sit. Duo enim extrema, sibi inuicem aduersa pariterque à medio, hoc est à uirtute distantia pariter mala sunt. G. Ergo malum est amare. R. Hoc est fateor. G. Malo hoc nihil melius inuenio. R. Credo, herclè, ut est animus, sed tua rerum opinio nutat. G. Oderint quos delectat, ego amabo. R. Odium atque amorem in differentia dixerim: Nam ut odisse uitium, & amare uirtutem æquè laudabile est, sic seu uirtuti odiū, seu uitij amor, æquè dānabile: et ad summā, uix inuenies q; p seipsum sic laude uel infamia dignū sit, quin paucis additis, laus ac uituperatio altera locū sumat alterius. Tu quid ames uideris. G. Quid amē nisi q; cæteris? R. Non omnes idē amant, fuerunt qui amarent Deū tam enixè, ut pro amore hæc omnia quidē, & seipsum uitāq; suam proiecisse lucrum ducerent, fuerunt qui non altius aspirantes, pro nuda uirtute, aut pro patria idem facerent: numerarē nisi innumerabiles essent. G. Ego nec in cœlo fui, unq; nec uirtutē uidi, amo quæ cerni possunt. R. Si nihil amas, nisi quod cerni potest, nil igitur magnum amas, qd quod directè obuias præcepto illi uulgatissimo: Nolite amare q; uidentur, sed quæ non uidentur: quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna. Vos autem cæci animo, deditiq; oculis, æternum nihil non dicam amare, sed nec intelligere, nec cogitare quidem idonei, uobiscum peritura sectamini, & pudendos affectus, honesto tegentes uelo, libidinem dicitis amorem. Illum colitis, illum fandi licentia Deum facitis, ut probra uestra, quæ uix cœlum tegit excuset. Quid enim Deo auctore sit perperam? Ite iam erigite Deo uictro aras, ac thura porrigite, ille uos ad cœlum euehet. Immo uerò cœli Deus, illum & uos trudet in tartarum. G. Iuueniles ludos in calumniam trahis, amo, da ueniam. R. Si ab offenso postcanda est uenia, ipse tibi ignosce, neque enim alium quàm te lædis, & ah miser, quos inter scopulos fragilem cymbam agis? G. Iuuat ita uiuere, nec intelligo quid nam uetet. R. Miserum est peccare, miserius delectari, miserimum excusare atque amare peccatum, & tum demum consumata materia est, cum ad studium uoluptatis, opinio quædam honestatis accesserit. G. Amo nec possum aliter nec uolo. R. Posses nempè si uelles, & forsitan adhuc uolentibus annis uoles: Siquidem cum in multis, tunc præcipuè in hoc morbo euenit, ut sæpè uirtuti temptatum frustra remedium, ultrò dies longior afferat. G. Nulla me dies non amantem uiderit. R. Age igitur, lude, insani, somno lætare, experrectus flebis. G. Ego uerò non flebo sed canam, meque ipsum more amantium carminibus consolabor. R. Est hoc quidem, de quo multa dici possunt, & quando huc me trahis insistam: Inter multas fateor, mira hæc amantium amentia, non solum apud uulgos, ubi consuetudine in naturam uersa, furor omnis excusabilis, sed apud utriusque linguæ doctissimos. Nam & Poetas Graiorum, & uestros, quædam de alienis, multa de suis amoribus plausibiliter conscripsisse compertum est, atque unde morum infamiam merebantur, eloquentiæ gloriam consecutos. Tolerabilior apud illos Sappho, ætas, sexus, animi leuitas, puellā exculant. Sed quid Anacreonti facias? qd Alceor? quorum uterq; non Poëta modo in signis, sed uir fortis, & rebus gestis in sua Repub. clarus fuit. Seu quid ex uestris Ouidior? Catullor? Propertior? Tibullor? quorum nullum fermè nisi amatorium est poëma, quanquam quid Poëtas, qbus nescio, unde maior licentia data est, & non potius uitæ duces arguā Philosophos.

Vbi

Vbi herclè gaudeas, grauitatis multò plus uestris fuisse quàm Græcis, uix enim occurret horum aliquis tam perditus, qui nō dicam, tale aliquid fecerit, sed non liberè, totū hoc uanitatis genus irriserit atq; damnauerit. Apud illos tamen, nō cōmunes quosq; sed seuerissimos Philosophorū stoicos, ipsumq; q̄ miraberis, Platonē, in hoc errore uersatos scimus. Amaturum quidem sapientem uolunt Stoici, & sanè si de amore conueniat nō falluntur. Amabit enim Deū sapiens, ut dixi, amabit & proximum, amabit uirtutē, sapientiam, patriam, parentes, filios, fratres, & amicos, & si uerus sapiens fuerit, etiam inimicos amabit, nō propter illos fateor, sed propter eum qui hoc iubet. In his omnibus, oro te, quis locus est pulchritudinē? Sic enim Ciceronis Tusculano diffinitum legimus, amorem ipsum conatum esse amicitiae faciendae, ex pulchritudinis specie. quis tam cæcus, ut non uideat, quid sibi uelit hæc pulchritudo. Rectè ergo querit illic Cicero? Quis est enim, inquit, iste amor amicitiae? cur non deformem adolescentem quisque amat, neque formosam animum, nimirum ætas & forma, cum delinimentis suis, sunt huius amicitiae fundamenta, quæ honestius sic dicitur, quàm libido: quid si tamen apertis sanis quæ oculis facile cernitur? itaq; tota res eò redeat, ut si sit amor quisquam, in rerum natura, sine sollicitudine turpique desiderio, sine suspirio & ardenti cura, sit hic sanè permixtus sapienti. Vacat enim omni libidine, ut Cicero idem ait, omnique tumultu atque angore animi, quæ maximè uitanda sunt sapientibus. Cæterū nō ut fando rerū facies uelari, sic mutari ueritas rerū potest: sermo autē nobis, nunc non nisi de libidinoso amore susceptus est, qui his multisq; alijs magnis malis uacare, nullo potest modo. Et hæc quidē Stoicis. Ad Platonē uenio, qui Philosophorū princeps, immò, ut aiunt Philosophorū Deus, et si in hoc multi litigent, in omni autē quaestione, nō plurimū sed maiorum meliorum quæ iudicio standum est. Plato, inquam, utique summus uir, de amoribus suis etiam turpibus, quanquam uero Philosopho, nulla libido nō turpis & inconcessa sit, pace tanti uiri dixerim, multa licentius scripsit, q̄ quibus Platonici nomen scribendum esset. Scripsit tamen, & quod nollem scripta extant, neque tam celebris famæ notam, neque iudicium posteritatis erubuit, curam hanc metumque omnē uincentem, impetu passionis animum urgentis, stili quæ dulcedine calamū excitantis, q̄ uel in turpi pudēdaq; materia tāta illi est, ut Epicureis magis, q̄ Platonicijs in rebus, quasi solis in luto Platonici radios cernas ingenij, & hanc ipsam post Platonem, multis uideo causam fuisse, ut scripta relinquerent, quæ uel honestius non scripsissent, uel consultius deleuissent, multis ut idem faciant futuram esse conijcio, sed famosiores attigi. Proinde quod ad reprehensionem attinet insanæ talis, & aliqua diximus, ac multa & uaria dici possunt, quod ad remediū uerò nō pauca. Nam ad illam quæ dicitur consolationē mali huius, q̄ tibi de carminibus puenturā fingis, breuissimū Placci carmē, ac p̄cūctatio illa, p̄ responso sit:

*Hiscine uersiculis speras tibi posse dolores,
Atq; astus curasq; graues è pectore pelli.*

Loquendo, canendoq; amor alij accenditurq; nō extinguitur, nec lenitur, ut quos memoras cantus & carmina, tuorum non fomenta, sed irritamenta sint uulnerum. G. Credere iam tandem admonitus, expertus incipio, quamobrē si liber omisis alijs, ad remedia stili uerte. R. Multi olim ista conquirere nisi sunt, in quibus Naso mirus medicus, morbi amantior q̄ salutis, cuius quædam leuia, quædam foeda uel inefficacia, tamē est aduertere. Scripsere alijs, inter quos Cicero, breuiter potenter quæ, ad summam pauca, hæc sunt, quæ de multis electa probauerim, loci mutatio, quæ ut corpori sic animo ægotanti salubris interdum est. euitatio omnium fuga quæ diligens, quibus amati uultus in memoriam retraharis, occupatio quoq; tractatio quæ animi ad alias curas nouas quæ sollicitudines, quibus morbi ueteris uestigia deleantur. Cogitatio uehemens & asidua, quàm turpē, quàm tristē, quàm miserum. Postremo, quàm breuē, quàm labilē, quàm nihil sit omnino, quòd difficultatibus tantis appetitur, quàm facilē, quàm totq; melius, uel impleri aliter alijsq; uijs, uel cōtemni penitus possit atq; abiici, interq; rerū uilissima deputari. Multos præterea curauit pudor, quod maximè generosis animis accidit, dum obuersatur infamia irrisio quæ, dum quæ se digito signari uulgiq; fabulam fieri dolent, dum sub oculos redit rei foeditas,

rei foeditas, fructu uacua, plena dedecore, plena periculis, plena doloribus ac pœnitentiæ causis. Ad extremū, proderit excusationibus ac fallis opinionibus reiectis, ueras induere, nihil hic naturam, nihil factū, nihil stellas agere, nihil deniq; nisi solam animi leuitatem atq; liberum iudicium. Est enim in ægotatis arbitrio, ut sanus fiat, mox ut bona fide uelle coeperit, & blandæ consuetudinis nexus dulces abruperit, laboriosum certè sed uolenti possibile. Et quidem ut grauissimè, ait Cicero, illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse qui nisi inopinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi uoluntariam. Et enim si amor naturalis esset, & idem amarent omnes, & semper amarent, & idem amarēt, neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterret. Nempè hoc ultimum, satietas à quibusdam inter remedia ponitur, ab alijs autem amor nouus, quo ut censet, uetus amor quasi clauo clauus pellitur. Quod quamuis Artaxerxi Persarum regi, quem Assuerum sacræ uocant literæ, & suggestum ab amicis, & effectum utile deprehensum, auctor expressior sit Iosephus, de euentu quidem non litigo, de electione pronuncio. Itaque duo hæc utilia fortassis interdum, semper certè periculosa crediderim, si neque horum aliquo neque omnibus conualescas, ad morbi causas animo recurrentum erit. Hæc uerò, ni fallor, primæ omnium ac maximæ sunt, ualitudo, & forma elegans, ocium, iuuenta. Ut corporis ergo, sic animi morbis contraria optimè medebuntur ægritudo, deformitas, inopia, graue negotium, senectus errorum iuuenilium, castigatrix eximia. Hæc mihi sunt ultima, dura quidem, sed pro magnitudine pestis optanda remedia.

De ortu filiorum. Dial. LXX. GAV.

Nati mihi sunt filij. R. Geminatum malum pondusque domesticum. G. Filij mihi sunt nati. R. Laboriosa uxor, laboriosior amita, laboriosissima demū proles. G. Nati filij. R. Dulcedo amarissima, & fel melle circumlitum. G. Nata mihi dulcis est soboles. R. Fontē tibi grauium curarū domi natū credito, nunq; sine metu atq; angoribus uitā ages. G. Filios genui. R. Nec timere, nec sperare, nec nota facere nouerat. En disces tuo periculo, disces & parentes orbos miserari, disces & in breui uita longas curas texere, teq; logiora negotia ordiri, disces his qui nihil ad te pertineat torqueri, quæ uifurus nunq; sis disponere. Ad postremū disces amare plus aliū, quā te, disces ardentissimè diligere, tepidissimè diligi, duras artes. G. Filios habeo. R. Nunc primum intelligere incipis, quid ipse debeas parentibus tuis. G. Filios procreaui. R. Seuisi arborem, inexhausto percolendam studio, quæ te dum uiuas exerceat, cuius nullos forsitan aut feros & fortasse post obitum fructus legas. G. Filij mihi sunt. R. Si boni iugis timor, sin mali sempiternus dolor, Interim solamen ambiguum, certa cura. G. Habeo filios. R. Habes unde uiuus doleas, mortuus agnoscaris, habes & unde sapius mori possis. G. Pater filiorum sum bonorum. R. Quanto meliores filij, tantò periculosior conditio tua est. Nescis quam dolendū materiam gignendo quaeris, quos lachrymis aditus in tuam domum patefeceris, quantum in te ius morti miseræ quæ præbueris. O matres miseri, ait Horatius, O patres miseri dico ego. G. Optimorū pater filiorū sum. R. Optanda mors tibi integro est, ne fortè uiuus esse desinas, quod delectat & aliquando cum Nestore à socijs quæras, cur tamdiu uixeris. G. Votiuæ foelix lætus quæ sum sobole. R. Foelicitas anxia, sollicitum gaudium, & sæpè mœstum gaudium, foelicitas misera. Possent multos illustrium proferre, quorum foelicitati nil magis obstitit, quàm quod filios habuerunt.

De filio infante festiuo. Dial. LXXI. GAV.

Infans filius festiuus est mihi. R. Modo ne ista festiuitas in dolorem desinat, & quod ipsens tibi lætior infans tuus fuerit, eò mœstior sit digressus. G. Infans est. R. Caduca antè alias ætas illa, sæpè in ipso flore præcidit, utq; nil dulcius, sic ferè nū amarius. G. Infans est mihi blādissimus atq; multiloquus. R. O ne istæ blāditiæ uertat in lachrymas. Res est dulcissima fateor, infantilis aspectus & alloquiū, utq; est apud Statium Papinium: Syderei

*Syderei uultus & uerba ligatis
Interrupta modis,*

quæ dum audiuntur, mulcent. dum audiri amplius non possunt cruciant, nec sine sensu doloris ad memoriam reuertuntur, sic humanis in rebus, sed in nulla magis, dulcedini opposita semper amaritudo est. G. Delector filio infante iucundissimo. R. Nō prohibeo delectari, ne naturæ obstat, sed in omnibus modis quæro, sine quo nihil bene agitur. Volo te partius gaudere, ut si dolendum fuerit possis & partius dolere, et monēo cogitare, facile fieri posse, ut arundineo baculo insistas, uel in caducum te parietem inclinaueris, quod sæpe dixisse fertur Hadrianus princeps, cum Aelium uerum, puerum pulchrum, sed fragilem adoptasset, & secum canere possis Maroneum illud:

*Ostendent terris hunc tantum fata: neq; uicta
Esse sinent.*

G. Gaudeo de infante meo. R. Sic gaude ut doliturus, siue ille, ut dixi, acerba morte defungitur, siue quod est multo grauius, quodq; sapientissime accidit, è gratissimo infante, sit ingratus & inobediens adolescens. G. Multum gaudeo de infante filio. R. Nemo tam stultus agricola est, qui de flore multum gaudeat, fructus est expectandus, tunc gaudendum modice. In terim tempestates, grandines & uredines metuendæ sunt, frenandumq; metu gaudium.

De insigni natorum forma. Dial. LXXII. GAV.

Insignis est natorum forma. R. Si tuam tibi formam cōtemnendam, me docente didicisti, quanti alienam sis facturus intelligis. G. Forma filiorum magna est. R. Magnam maribus discrimen, foeminisq; per maximum, lamprimū pulchritudo & castitas raro cohabitāt, nam nec uolunt, uixq; si uelint liceat, cum humana omnia, tū in primis pudicitia, hodie male tuta est, p̄sertim ubi formæ egregiæ iuncta est. Sūt quibus inuideat, sed intra suos fines se tenet inuidia, dolet, irascitur, nihil ultra: quidam illæsi inter multorum odia senescere, quidam p̄petua & ad ultimū incōcussa uigilare tyrannide. Quot assidue placato mari nauatæ, quot p̄lyuas saluis mercibus p̄tereunt mercatores, nec pyrata illis nec his prædo obuius, quam tu mihi formosam intemptatam dabis? Casta licet, obsidebitur, oppugnabitur quis animus muliebris corruptoribus tot resistet? Admouentur muris schalæ blanditiarum, machinæq; munerum, & latentes sub terra fraudum cuniculi. Si his artibus non proficitur, manu improba uis affertur, Si fidem queris, famosissimos raptus ad memoriam refer. Forma multos temptauit, ac temptandos præbuit, quosdam strauit, uel in crimen impulit uel in mortem. Fuit apud Hebræos exemplum temptationis acerrimæ Ioseph, sed discrimen, prouidentia cœlestis in gloriam uertit. Apud Graios Hippolytus & Bellerophon, apud uos Spuria, ne temptaretur proprijs se manibus deformauit. Non apud primos uirgo Thamar, non apud secundos Graia Penelope, non apud tertios Romana Lucretia, tuta fuit, non apud omnes plurimæ uel temptatæ passim uel oppressæ. Hi sunt formæ labilis & caducæ fructus, qui p̄sæpe non opulentas tantum domos, sed ingentes urbes, & magna nonnunquam imperia euerterunt. Notæ sunt historiæ. Certè nisi formosa adeo esset Helena, Troia mansisset incolumis: nisi tam formosa Lucretia, Romanum regnum non tam uelociter corruisset: nisi tam pulchra Virginea, nec tam cito decemuirale illud imperium defecisset, nec Appius Claudius tantus legifer Romanus libidine uictus, famam in rostris, uitam in uinculis finisset. Denique si formosæ minus innumera-biles alia fuissent, non tot raptæ aut deceptæ, in probra tantasque animæ ruinas, ex arte pudicitia cecidissent. quare effectus formæ bonos quos inueheris, renuncia, ut cum contrarijs comparentur. G. Formosissimus filius est mihi. R. Forma hæc Messalinæ cuiuspiam cū libidine excitarit, elige utrū uis, aut neget & amantis imperio occubendū, aut annuat, & Claudij gladio pereundū erit. Castitate igitur mortē, adulterio autē nihil exigua læti morula q̄sierit, & hoc sibi illa incluta & excellēs forma cōtulerit. In hoc ergo, ut in reliquis, mediocritas bona, si extremorum alterū eligendū esset, forma gratior, sed gibbus est tu tior. G. Est mihi nata pulcherrima. R. Circūspice insidias, uim caueto, lafonē putas aut

Theseum

Theseum aut Paridem unum esse mille sunt. Filiam habere sollicitudo est laborque, formam adijce, metus sit, quem nisi morte aut senectute non fugias, nuptijs nanque alterius in domum metum transfères, non extingues. G. Præclara natorum forma glorior & exultor. R. Gloriarī & lætari forma sua iuuenes inane utique sed uulgare est, gaudere aut senem forma iuuenum suorum quam uanitate plenam, ni desipiat, obiectamq; periculis uidet: stultum proflus & insanix proximum. G. Cœlestis filij forma est. R. Legisti reor Iliados Homericæ librum *xxiiii*. ubi Priamus de Hectore suo loquens: Non inquit, apparebat uiri mortalis filius, sed dei. dixit hoc ille, sed Achilles ei ostendit hominis illum mortalis filium esse nō Dei, & tui nunc filij, cœlestis forma quam memoras, memento, eripi cœdaticq; potest, & dum durat, quanti pretij sit extimatio prærupta est. Hos errores tamen & has nugas, paternus amor immodicus, & recti iudicij hostis parit. G. Formosissima mihi filia est. R. Ut nil aliud, sumptuosissima domus erit.

De filij fortitudine ac magnanimitate. Dial. LXXII. GAV.

Est mihi filius uir fortis. R. Quanto ille est fortior, tanto tu timidior sis oportet. In nullos enim homines, plura pericula, quam in sui contēptores, hoc est uiros fortes, cōgerit fortuna. Nec immerito. Cæteri enim sese abdunt, euitantq; impetum, illi se obijciunt fulminanti. Recurre memoria præteritum tēpus. Fortissimos fore omnes uiolēta morte, cōsumptos inuenies. G. Fortitudo filij ingens est. R. Fortitudo pulcherrima uirtus est, sed comitata casibus uarijs, paratas lachrymas, & instructum feretrum habeto. Omnibus mors uicina, uiris fortibus contigua est. G. Vir fortissimus est filius. R. Est qui patriæ libertatem, forsitan stragē hostibus, sibi decus, tibi fletū aliquādo metū semper asserat. G. Natus mihi fortis ac magnanimus est. R. At quid aliud interfecto in filio Creon gemit, nisi magnanimum bellicæ laudis ardorem? quod Euander in Pallate suo, nisi nouā gloriam armorum & prædulcē decus primi ceraminis? Quid aliud Priamus Hectorem pauere monet, nisi ne Achillem solus expectet? Quid ne aliud hunc ipsum mater anxia precatur, nisi ut fugiat bellicosum uirum? quid deniq; aliud uxor Hectoris, post uiri mortem, fati ignara timere se dicit, nisi probitatem uiri miseram & feruorem animi, non se in acie continentem bellatorem, sed cæteros præcurrentem, quod ipsum iam ante ab initio formidabat: ubi euntem ad bellum his uerbis alloquitur: Demonice, corrupet te tua uis, neq; miseris filij pueri, & mei miseræ matris, quæ citò uidua tui eris? quid postremo Achilles genitrix pro nato timida dum diceret:

*Iam pelago terrisq; meus quæretur Achilles,
Et uolet ipse sequi.*

Dumq; illum frustra iam feruentis belli motibus ereptum, & imbecillum tranquillū senis in regiam, inuectum uirginis latebris occultaret? Omnes hos quidem fletus & hos metus nihil aliud quā martia uis, & uirtus animosa pepererat. G. Valde mihi magnanimus est filius. R. Magnus animus, sine magna potētia, stultia magna est. Magnanimitas recta hominum est paucorum, quamuis & qui potentissimi uidentur, quam sint fragiles, multa etiam præter mortem, sed præcipue mors declarat: ut breuiter uereque dici possit: Nihil imbecillus homine, nilque superbius. G. Filius est mihi magnanimus. R. Gaude ergo, habebis magnorum conatum pletam domū ocij uacuam & quietis, et sæpe optabis non tam magnanimum filium habuisse: ad summā, clara est fortitudo, magnanimitas speciosa, utraq; uero laboriosa & turbida, tuta modestia & tranquilla.

De filia castitate. Dial. LXXIII. GAV.

Castia mihi est filia. R. Iucunditas magna sed sollicita, Quanto enim castitas maior, citò in eam uigilantior libido: nihil tam ardentem inuaditur quam quod castis excubijs & foemineo pudore uallatū est, cōcessio calle, corruptor it segnius & permilla tepētius appetuntur, multum concupitæ rei, difficilis solet esse custodia. G. Insignis nauatæ pudicitia est. R. Est ubi res optima, rei pessimæ materiam præbet. Magna Lucretia forma fuit, sed nequeque hac spectata, matronæ nobilis castitas, uelantū iuuenem in adulterium uiolentum hi-

F mulis egit

mulis egit ardentibus sic bonorum donis abutitur nequitia reprobatorum. G. Castitas filiae nota est. R. Opta ut perpetua sit. Apud Poeta legis: Variū & mutabile semper foemi, na. quod si Maro non diceret, nūquid minus idē certū esset? Quod adulescētulas pudicas primū, post lasciuas anus uidemus; et ita presentibus uitij, cū prae terita castitate certantes, ut pudice acti quasi perditū temporis poenituisse uideretur, quo nullū foedius illo in sexu at que aetate ludibriū. G. Castissima est mihi filia. R. Si seipsam cognouerit, sciueritque cuius est donū castitas, & illi gratias agens, ad custodiā boni sui totum animū intenderit: ac que in tutū intemerata peruenerit, erit fateor, unde & se cū Deo gratias agas & gaudeas, magis quā si illā regijs nuptijs illustrasses. Et tamen interim, mihi crede, quod timeas, cum sit enim in omnibus rara constantia, tum in foeminis nulla est.

De optimo genero. Dial. LXXV. GAV.

Optimus gener est mihi. R. Debet esse uel filio charior, siquidē filium casus affert, generū electio: acceptū igitur filiae ser, quae nepotū debitorix, filiū tā nūc dedit. G. Generū optimū fors tribuit. R. Sunt hoc in genere, & fidei insignis & perfidiae exempla: raro uel nunquā tam fidelis patri filius fuit, quā Augusto Caesari Marcus Agrippa, quā Antonino Pio Marcus Aurelius, erga quē usque ad illius uitae finē, tribus ac uiginti annis ita se gessit, ut non modō amorē eius ac filiā, sed imperij quoque successione, ut filius fide perpetua ac sedulitate meruit. At nō talis erga Claudiu fuit Nero, licet is quoque nō suis meritis, sed matris ingenio principis filiā nactus & imperium. G. Vriānimē & concordem generum inueni. R. Vide ne spes successione aut honorū competitio, concordia hanc infringat. Quis enim nō uiuere illū optet, cuius sibi utilē uitā uidet; sin autem uita obstat, aliquo forsitan aspirati, aut utilior mors esse coeperit, seu uideri, mutantur habitus atque effectus animorū, occultum mox odiū erumpit. quantae sanē inter focerū ac generum possint esse discordiae, ut fileā antiquam Danaī fabellam, & Numērianū Apri focerū sui dolo nefario interemptum, insuper Stiliconem cupiditate imperij & defuncti focerū & generi uiuentis oblitum, abundē Caesaris atque Pompeij notissimum est exemplum.

De secundis nuptijs. Dial. LXXVI. GAV.

Secundas nuptias celebrabo. R. Si nosse ad liquidum quid est foemina, quid uē de illa magni scribant uiri, nec primas quidē nuptias celebrasses. G. Secundas nuptias celebrare est animus. R. Si non te primae nuptiae domuerunt, tā secundas celebra, si te nec illae domuerint, celebrabis & tertias. G. Secundis nuptijs intendo. R. Qui ex primo coniugio prolem habens, nouer cam superinducit, suis manibus in suā domū mittit incendiū. Si inuenta urget, aut libidinosa uellicat senectus, qua nihil est turpius, possit forsitan, ut ciuilitate hoc potius quā honeste dicam, possit, in quā, fortassis utilius nisi uel peccati materia, uel diuina lege uetitū esset, concubinali obsequio subueniri, quā nouer calibus odijs domus tranquillā turbari, quod Tito ac Domitiano susceptis filijs, Vespasianus prudētissimus princeps fecit, & aetate hac Stephanus Columnen, haud immerito inter principes memorandus. G. Ad secundas nuptias intendo. R. Potes id quidem secundū leges humanas, diuinis quidem legibus patētibus magis quā laudantibus, nota omnibus, quae de hac re Paulus tractat apostolus. Certē etiā apud gentiles ipsos, quibus laxior talium libertas, permissam rem potius, quā probatam intelligere est. Si quidem multorum matrimonio rum experientiam, quasi legitimae cuiusdā intemperatae signum esse, uestri maiores crediderunt. quae amplexus Hieronymus, quā multa cōtra secundas nuptias, quāque acriter scribat, nōn est promissae breuitatis inferere: quae quamuis in foeminas, non in uiros etiam dici omnia uideantur, & haud dubiā, sexus ille maioris sit debitor castitatis ac pudoris, plus tamen prudentiae ac constantiae debent uiri. G. Secundis mihi nuptijs est opus. R. Mirarer, nisi mores uestros nouerim, non tātum superuacua, sed damnosa etiam uobis necessaria effecistis. tu uerō durissimi oris sis, si ad te frenandum uxore opus est altera. G. Ad secundas nuptias festino. R. Age, age dum feruor durat, cum refrixerit dolebis: non nota

casti quā dulcis est sopor in uacuo cubili: Solum illum foedum & miserum actum cogitas, qui transit & uulnerat.

De natorum coniugio. Dial. LXXVII. GAV.

Natorum nuptijs sobolem propagauit. R. Honestior aliquantō hac quidem cura quā superior, & tamen saepe uitium propago quā sobolis utilior fuit. illa dulci mero dolium, haec amaris curis animum impleuit. G. Nuptiū natam dedi. R. Si proinde si que foeliciter & si iam seruaſti, & filium, ut modo dicebam, uel filio melius inuenisti. si minus & illam perdidisti, & tibi hostem, tyrannum filiae quaesisti. G. Viro filiam collocaui. R. Si bonam, dulce pignus ac suaue tibi ereptum, alienis laribus inuexisti, at si malam, graui fasce, quō alium premeres, te leuasti. G. Filiam uiro dedi. R. Noli nimium hinc gaudere. Multis anxiae & infelicis uitae principium fuerunt nuptiae, ut laete omnia succedant operosa res est coniunx, in laboriosam coloniam durumque negotium, quā amabas misisti. Nascentur filij domi, illi suus scaturiet fons curarum. finge non nasci & id ipsum miserum molestumque. sic foecunditas onerosam, sterilitas odiosam faciet, mansisse te cum, forsitan optabit pietatem quae tuam hanc oderit. G. Filiae uirum dedi. R. Ociosa finem uitae principium actuosae, rei sarcinā familiaris grauem, mundi noticiā experientiam sui ipsius. G. Filia uirum habet. R. At perdidit libertatem, uirginitatem requirit, non aequa permutatio. G. Dedi filio uxorem. R. Grauior est immissa nurus, quā emissā filia, semper intestinum malum, periculosius extremo est. Patefecisti arcem hosti, forsitan aut profecto participi iam non solus dominus rerum tuarum, refert qualis intrauerit. G. Generosam filio coniugem, quaesui, & diuitem, & formosam. R. Cur quod sequitur suppressis, & superbam, & importunam? & coniugi uitae quae tuae aemula? Inter socrum & nurum uetus est bellum, nec focerū maior est gratia sed metus, una est amborum ratio. nullum animal tam primi loci appetens quā foemina, illum sibi saluis, uobis interdictum uident, quid nunc animo uoluat, & quid oret, haud difficilis coniectura est. G. Vxorem filio dedi. R. Quid scis an immortale illi tedium tibi que dederis, an utriusque clandestinum fore te discrimen? Multae uiros focerūque perenne consecere fastidio, quaedam uenena ferro quae alia peremere. quot habebat filios Aegisthus, si nurum nullam habuisset? Inuenta est, quae praecipiti libidine dominandi, & secundi fortis impatientia, quo maturius uirum seque regnantem cerneret, genitori proprio causa mortis cum fuisset, supra caeli corpus currum age ret. si haec patrum merces, quid sperare debent focerū? G. Nuptijs filiae celebratis gaudeo. R. Quotiens hanc celebritatē dispar foedat euentus, & catus & epulas, & choreas, luctus sequuntur & lachrymae & tumultus? Ineptum omne gaudium immodicum, ex his praesertim rebus quibus dolor oriri possit & soleat. G. Vxorem filio simul & filiae uirum dedi. R. Sarcinas permutasti, alienam tuas, alienis tuam humeris curam fers.

De nepotibus. Dial. LXXVIII. GAV.

Nepos ex filio natus est mihi. R. Ingens amor filiorum, iugis cura, habet tamen & finem & metam aliquam. Si ultra progreditur, nullus sollicitudinum modus est, & ex filio natus & qui ex illo nascitur, omnes denique tuam nascuntur in poenam, quorum numerus quorsum pergat, seu pergere possit intelligis. Ille quidem Israëlitici parens populi, si sic affectus, ut tu es, primorum patrum uitae tempus impleisset, quanta quaeso curarum sarcina humeris fessi senis incumberet? Praeter enim foeminas puerosque, & sacerdotes, atque inhabiles suo de sanguine paucis seculis sexcenta, & eo amplius uirorum bellantium millia prodire. In nūc & nepotum exercitijs gloriare, in quibus, & si forte aliqui sunt foelices, innumerabiles miseri sunt oportet. Quid ergo? Amandi sunt nō tantum filij ac nepotes, sed omnes omnino homines, amandi, inquam, in illo, in quo fratres estis omnes, nec curis tamen, nec immodico gaudio indulgendum, ne & in praesens contrarijs crucieris affe-

etibus, & aliquando te gauisum esse poeniteat pudeatque, quem ut infantulum ualde dilexeris, nunc ualde oderis, quod per sepe accidit. G. Natus est nepos mihi. R. Quid, quod hunc quem faustum putas, uel nepotis turpitudine, uel uel forsitan fortunæ infaustum quandoque dicturus es diem? quid quod tibi natus, mox forsitan moriturus, & plus tristitiæ allaturus est quam attulerit lætitiæ? Multi sunt uarij, subditi, & inopi hominū casus, sed infantium innumeri. Si omnes uiuerent qui nascuntur, humanum genus terra non caperet, uiuerent dico non semper, nam si id facerent homines non essent, sed usque in senium, usque saltem ad legitimam ætatem. Stultum est magnum gaudium de re breui utique & incerta quo nam euasura sit. Quod & in filijs & in nepotibus uerum est, sed eò magis in nepotibus, magis que etiam nunc in pronepotibus, quo à radice absunt longius. G. Nati sunt mihi nepotes ex fratre, ex filia, ex sorore. R. Hi iam minus ad te pertinent, hoc gaudium & hanc patribus curam cede. G. Natus est mihi nepos ex fratre. R. Et Anneo Senecæ Lucanus, non exigua pars Hispanæ facundia, & Micipsæ Numidarum regi, Iugurtha non ultimum exemplum Lybicæ perfidiæ nepos fuit, regni euerfor, fratrum interfector. G. Natus est mihi nepos ex sorore. R. Et Platoni Pleusippus ex sorore nepos, ac philosophiæ uelut hæres, fuit et Pericli talis nepos Alcibiades, turbator patriæ, & bellorum Græciæ concitator, & Tarquinio Superbo Brutus, qui regia illum sede deiecit, & uir magnus & patriæ utilis, sed aduersus auunculo. G. Natus est nepos ex filia. R. Ennio, Pacuuius uerecundus ac grauis uir nepos ex filia & poetiæ successor fuit. Antoni no autem Pio, Commodus impudentissimus leuissimusque hominum. G. Est mihi ex filia natus nepos. R. Romulus Remusque Numitoris ex filia nepotes, auum maternum in Albanū regnum restituerunt, Ancus Martius, ex filia Numæ nepos, autum regnum Romæ tenuit magna cum gloria, Cyrus autē Astyagis nepos ex filia maternum regno auum expulit Medorum. quæ historiæ eò tendunt, ut de hoc nepotum ortu, quantum sperari potest, tantum possit & merui.

De filijs adoptiuis & priuignis.

Dial. LXXIX. GAV.

Adoptauit mihi filium. R. Adoptio pedissequa est naturæ, & cum sit illa nobilior, hæc cautior, quod que illa sine consilio gignētis casu quodam, hæc adoptantis certo iudicio operatur. G. Adoptione bonum filium quaesui. R. Deuisti id quidem, si neglectum, non ut genitura, sic electio excusabilis. Nihil habes in coniugem, nihil in fortunam quod retorqueas. G. Filium adoptauit. R. Opportunum hoc naturæ subsidium, ciuili repertum iure multis utile, multisque fuisse pestiferum constat. Bonum filium adoptauit Nerua, sed Traianum in sua adoptione deceptum, quibusdam scriptoribus uisum scio. Nam Augustum in Agrippæ nepotis adoptioni circumuentum, mox secuta testatur abdicatio, in Tiberij autem uel adoptione uel successione, non deceptum, sed suorum meritis penè coactum uideo, quod & sermo eius indicat, & præfatio testamenti. At Micipsa ille cuius paulo ante memini, Prorsus incoelix adoptator fuit, qui non filium, sed funestum draconem regiæ filijsque suis immiserit, quos & si moriens horretur ita uiuere, ne ipse meliores filios adoptasse uideatur quam genuisse, ipse tamen meliores adoptantur quam gignuntur. Neque id mirum, cum illud experientia & consilio mutatur, hoc neutro, sepe autem contra: non peiores modo, sed pessimi omnium adoptantur. Fusca enim & ambigua merx est homo. G. Priuignum bonum habeo. R. Rarus est priuignus bonus, rarior est uiricus. G. Bonus est priuignus mihi. R. Ut sit bonus quid ad te, nisi forsitan ut coniugis procurator gaudes. Tibi enim quid uirtus aliena cõtulerit, nisi ut tuorum si quos genueris, pandatur ignauia. G. Priuignus est mihi optimus atque fidissimus & nulli filio secundus. R. Fieri id quidem potest, talis Augusto fuit Drusus, sed non Claudio talis Nero.

De

De excellenti præceptore. Dial. LXXX. GAV.

Excellentia præceptoris tui crede mihi, quod sepe reitro intra te sit oportet, quod te faciat gloriosum. G. Præceptore glorior excellēti. R. Sanè illum interim rebus suis ut uideatur uti, & si libet etiam gloriari, quamuis & si excellens uerè est minimè id facturus sit, de te autem post uiderimus. G. Est mihi præceptor insignis. R. Qualis tu discipulus sis expecto, ante enim quid pronuncie non habeo, quam multos stultos atque hebetes habuisse putas, scholam Socratis ac Platonis: quam multos absque præceptore illo, per se ipsos in altum euolasse, ut præceptores fierent aliorum, qui præceptoribus caruissent? Nullum Virgilio præceptorem legimus, Horatius Flaccus de suo nihil, nisi quod plagosum dixerit, uerberum puerilium, credo, meminerat. Cicero autem, suum laudibus amplissimis celebrare noluit nec ualuit. contra huius filius, quantis præceptoribus patre scilicet & Cratippo, illius ætatis Philosophorum principe, si quid ipsi credimus Ciceroni, quatus nebulo, quamque famosa ebrietatis euaserit, notum est qui solo patris uel tacentis aspectu doctus ac sobrius euasisse debuerit. Plato ipse, & si, ut supra memini, Socratis magisterio gloriatur, maior tamen est gloria Socratem excelsisse, quam sub Socrate didicisse. G. Scientificus præceptor est mihi. R. Scientia præceptoris discipulo utilis esse potest, gloriosa esse non potest, quinetiam quod mireris est, qui tibi famam minuat, ignauia exaggeret. iactantia excusationibus que aditam præclusisti. Quicquid sciueris præceptori dabitur, quicquid ignoraueris tuum erit, est ergo non unde gloriaris, sed unde aspiras ad gloria. Habes et quem sequi uelis atque assequi, non quem te esse putes, quod discipulus eius sis. Est denique non quod habeas, quod habere cupias & quod speres, idque non sine ingenti tuo studio ac labore. G. Est mihi præceptor assiduus uir clarus. R. At illi de quo diximus Ciceronis filio, duo erant summi uiri, quorum alter libris eminens, alter uerbis comitatus in eum incubuerat, & quid profecerit, audisti. quam multos uerò e filijs principum, præceptores simul complurimos habuisse eoperimus, sed quid refert esse qui doceant, si qui discat nemo sit? Patientem indispolito frustra nititur uis agentis. Certè si doctos uiros propius spectare uel alloqui, doctos faceret spectatores, & si paucos uirtutis, aut doctrinæ cupidos uideamus, magna circa eos esset tamen & importuna frequentia.

De insigni discipulo. Dial. LXXXI. GAV.

In signem discipulum penè filio chariorem casus obtulit. R. Importunum negotium, puerilis ingenij non æquis gressibus ingenium coaptare, & in unum semper infantem defixos oculos atque animum habere, ad illius tollerantiam intellectum tuum uocem que submittere, quod si discipuli plures sunt, cumulator sit congeries laborum uerti contumè huc illuc, ut que ait Satyricus:

101 puerorum.
 Obseruare manus oculosque in sine trementes.

G. Vnus isque clarissimus est mihi discipulus. R. Pro uno discipulo claro, multis obscuris iudicij te obijcis, quicquid ille deliquit, in tuum caput redundabit, en doctrinam, in quient, en facundiam, en mores. In hoc magistrum inspice, nulla quam ingeniorum certior effigies. G. Discipulum sum nactus illustrem. R. Age ergo, magna spes est, gloriæ profectus ingenio illius, defectus culpæ tuæ dabitur. cum ut Plutarchus philosophus ad Traianum principem discipulum suum scribit: Sermo publicus, delicta discipulorum refundere solet præceptores. Quod multi legimus passi sunt, inter quos Quintilianus & Seneca, & ipse Philosophorum pater Socrates. G. Præclari discipuli sunt mihi. R. Melius si modesti, quamquam uera claritas sine uirtutis radio nulla est. G. Magni discipuli curam gero. R. Triformi congrederis Chimæræ, hinc ut puero profis, hinc ut parentibus placeas, illinc autem ut Reipublicationem reddas, quam de tuis manibus exiget, rudem que illum tibi creditum, eru

F 3 ditum

ditum repetet. Pueri nobilis mihi cura comissa est. R. Suspecta est ætas & suspecta nobilitas, illa spōdet immemorē, hæc superbū. G. Pueri mihi creditus, me ueretur. R. Quid dices dū te despiciet adolescens, uir fortasse uix nouerit: nota fides pueri, nota cōstantia est. G. Puer mihi creditus, me amat. R. Inexpleto parieti imaginē impressisti, illo crescēte delebitur, firmus amor solidam poscit ætatem. G. Clarus puer edocendus in fortem uenit. R. Inquieta fors, euentus ambiguus, quædā ingenia nullo studio eriguntur, est ubi pater impensam, præceptor operā, puer tēpus amittit: docilem doce, indocilem ne fatiges, ne uē illū teq; simul frustra atteras, ægrē uicē ars naturam. G. Discipulus tener, nec indocilis obtrigit. R. Et si in lubrico stas, atq; in fluxo struis, age tamen fideliter comissum. Si plena ætas accesserit, poterit meminisse, alioquin sua erit obliuio, fides tua, magnū satis ipsa sibi uirtus est præmiū. Conscientia bonorum operum nihil est dulcius, non te retrahat ab honesto desperatio præmiorū, quia nullū etiā in hac uita rectē factū, præmio caret, cuius ut sapientib. placet fructus uberrimus est, fecisse atq; in silētio meminisse. G. Inueni discipulum spei. R. Et magnæ sollicitudinis, & profecto si bonus fiat, filium tibi cor genuerit, lingua pepererit. Sin malus, hostem qui te dum timuisse recordabitur oderit. G. Discipuli claritas ingens est, qua illustrari spero. R. Moderata claritas oculos delectat, immoderata perstringit, præterea nullus te nisi tu luceas illustrabit, & si detegat uerum lumen ab intra esse. G. Magnus est mihi discipulus. R. Non maior puto quàm Senecæ, præceptorum alios protexit, alios oppressit, discipuli magnitudo his portus fuit, his scopulus.

De patre bono. Dial. LXXXII. GAV.

HAbeo patrem bonum. R. Bonū nosse tuum breue est. G. Patrē habeo optimū. R. Aut ille tibi luctum pariet aut tu sibi. G. Indulgētissimus est mihi pater. R. Si naturæ ordo seruatur, magni fletus hæreditas te manet, illumq; si peruertitur. G. Patrem adhuc habeo. R. Vtere sedulo, fugitiua iucunditas pater senex. G. Patrem habeo grādæuū. R. Non est locus inertix, festina carpere fructus extremos, tanquā ex arbore ruīnosa. Charo latere inhære quātū potes, cupidē illū uide ceu confestim habiturum, cupidiusq; audi, & extremos monitus memori mente recondito, desertumq; uelut iter acturus necessarijs permunito: egebis illo consultore, quæresq; eū nec inuenies domi. G. Patrem habeo decrepitem. R. Propera nouissima pietatis! officia in illum cogere dum licet, si quid nunc omiseris, dolebis semper. G. Patrem pium habeo. R. Habes qui ante te mori cupiat, post te uiuere metuat. G. Habeo patrem optimum. R. Habes quem prius quàm habere desieris uix agnoscas, habes & quem perditum suspires.

De matre amantissima. Dial. LXXXIII. GAV.

AMantissima mihi est mater. R. Attū illi iugis pavor desiderijq; perpetuum. G. Mater est mihi amantissima. R. Maximus patris amor, matris uehementissimus, uterq; talis tantusq; ut uix eum nisi rara admodū filij pietas æquauerit. Pulchrum tamē honestumq; est, inter parentes & filios de amore ac pietate certamen, uincant quibus largius charitatis fons cœlestis affluerit, at nunc usq; uincere soliti sunt parētes, nec dū adolescentium ea est pietas, aut maiorum reuerentia quæ sperare aliud cogat, quod si fortē præter spem euenierit, nullū in terris cœlo gratius spectaculum fingi quærat. G. Est mihi mater optima. R. Esto illi saltem bonus filius, scito te illi primum pondus ac tædium fuisse, dehinc acerrimum dolorem, post continuum laborem trepidamq; sollicitudinē. Memento uteri altricumq; uberum, quot illi somnos, quotq; seu cibos seu iocos tuis fletibus abrupis: quot aut metus aut dolores tuis casibus pepereris, & fortasse nonnunquam periculosa quoq; gaudia: Sæpē enim ut dolor filiorum, mortis, sic gaudiū uitæ miseris matres mori cōpulit. Patuit hoc ultimum eo clarius die, quo reliquæ cladis ad Transumenum acceptæ Romani sparso agmine repetebāt, dux matres filijs, quos in acie cecidisse referētib. crediderant, conspectis insperati gaudij non capaces, efflarunt spiritus: his atq; alijs effectum, ut nulla inter homines maior esset ingratitude, quā quæ in matrem admittitur. G. Adhuc

annosa

annosa superest genitrix. R. Quotiens hanc aspicias simul terram intuens, cogita unde uenias & quo pergas, quā te angustum habitaculum emisit, quā angustum excipiet. De uentre matris propriæ, in uterum terræ matris omnium festinans, inter utrunq; ergo laxā tibus animum atque raptantibus, superbix atque auaritiæ frenum stringe.

De fratribus bonis pijsq; sororibus ac formosis.

Dial. LXXXIII. GAV.

Pios fratres habeo. R. Rarum, nam parentes ferē semper amāt, fratres sæpē inuidēt, sæpē despiciunt, raramquē ideo fratrum gratiam, Nasonis ore, ueritas elamat, ubi & fratrum & filiorum & omnium penē, nisi parentum notatur impietas. G. Fratres mihi sunt optimi. R. Miror planē, bonos esse sat est, sæpē enim mali sunt aliquando & pessimi, eoq; peiores hostibus, quo minus cōtra domesticas infidias est cautela, quātus aut sit amor fratrum, ne latentes erūam, neu præsentēs lædam, satis notissima patria Mycenæ Thebeniq; fratres ac Romani indicant, quæ quidē infamia, cur unius urbis potius quàm totius orbis sit nō uideo. Primos mundi fratres aspice: alter alterius oppetijt manu, nec dum relatu horridum scelus audis. Si quidē rex Parthorum, cuius supra mentio est habita, præter parricidia in patrem simul ac filium, admissa triginta insuper proprios fratres trucidasse legitur, non ueritus tanto ac tali sanguine & regnum malè partum stabiliter, & metum omnem inuisi consortis extinguere. G. Fratres boni sunt. R. Nondum puto patrimonium diuisistis, tunc erumpet iniquitas, igne aurum, auro animus probari solet, magna sæpē quæ uidetur pax, pauxillum auri si adhibeas lis erit. G. Pij sunt fratres. R. Celibatus forsari tuus, aut orbis illos tibi conciliat: coniugio detegentur tuo, sed prole melius, spe successionis amissa, quæ impatientissimos quoque multa pati docuit. G. Amanatissimos mei fratres habeo. R. Debet id quidē ita esse, nisi liuor obstet aut timor, aut cupiditas, & habendi sitis, diuini omnes humaniq; iuris dum expleri studet immemor: inter parentes enim filiosq; quantumlibet sit amoris, conuersatio tamen dispar, diuersiq; mores sunt filij, & si cito patres uideant, serò agnoscunt. Patres, & si filios statim amant, serò illos, sæpē etiā in senectute suscipiunt. Fratres antequàm nascantur, & postquàm nati sunt, in eodem domicilio eisdemq; in cunabulis, æuo pares uersantur, ac moribus ilicet in lucem editi, se uicissim cernunt, uno cibo aliti, isdem parentibus, isdem socijs, isdem ludis, isdem scholis, isdem præceptoribus ac nutritoribus assuefacti, pariter pubescunt, pariter adolecunt. Vndique paritas multisq; & ualidis nexibus iunctus amor, nisi hos aduentitiæ soluant causæ, duræ quæ mentis asperitas frangat, quod cōmune est, adeo ut nesciam an frater no ullus amor maior esse debeat, an ullum odium maius sit, an indignatio, ulla profundior tam turbida semper æqualitas, tam paris impatiens mens humana. G. Aequos pioq; fratres habeo. R. Serua illas æquitatem mutua ac pietate, delicatissima res est amor, serua illam, difficile queritur, facile perditur. G. Sed sorores habeo bonas. R. Graue pondus, sed iucundum ac ferè adolescentium primus labor, quo se effecti sui iuris exerceant, unde primam pietatis atque indolis famam quærant. G. Bonas habeo sorores. R. Cura ut illæ bonum fratrem habeant, teque superstitem, & si cōmunis pater obierit orbitatem non sentiant. G. Pulcherrimæ sunt sorores. R. Custos rei labilis, uigilantibus oculis dolos caue, circumfusa te procorū cohors excitet, difficilis est unius formæ custodia, quid multarum reris: tanto exactiorem pudicitix quàm auri curam esse decet, quanto & pretiosior & irrecuperabilior illa est. Sane uirginem castitatē nulla arte melius, quàm maturo coniugio præseruabis. G. Formosæ mihi sorores domi sint. R. Ne diutius tibi sint uide, multas aptius ornabunt domos.

De bono domino. Dial. LXXXV. GAV.

Dominum bonum habeo. R. An habeas an uerus habearis cogita, sed loquendimos est, sic dominum habetis, ut scabiem siue ut tussim, multa sunt quæ habentur in-

F 4 ultis

uitis possessoribus, moleste opus, quibus non liceat caruisse. R. Bonū dominū habeo. R. Libertatē igitur amisisti, hunc & illam uno tempore nemo habet. Iam neque sorores de quibus modo agebas, neq; filia, neq; nurus, neq; cōiunx demū ipsa, neque patrimoniu, neq; uita in tuto sunt, propter unū quem habes dominum, habere simul omnia desisti. G. Bonum mihi & patriæ dominum fors dedit. R. Incompassibilia penitusq; contraria, nā si bonus non dominus, si dominus non bonus, præsertim, si se dominum dici uelit. G. Bonus est dominus. R. Boni sunt parentes, boni fratres ac filij esse possunt, amici autem semper boni, alioquin nec amici sunt, dominū bonū dici, blādum mendaciū atq; adulatione nota est. G. Optimū dominū habemus. R. Rectore populū fortassis & Reipub. defensore, quo nil actuum humanorum acceptius Deo ferunt, illum uerō non dicam optimum, sed bonū, & nō potius pessimū, quis dixerit, qui quod habent optimū, libertatem summū ac præcipuū uitæ bonum, suis ciuibus eripit, proq; unius explēda uoragine, quæ ex pleri nequit, tot millia miserorum siccis oculis intueri potest. Neq; eū & si nō iustitia aut misericordia, saltē pudor à tā mœsto retrahit spectaculo, sit licet affabilis, sit blandiloquens, sit postremo munificus in paucos de multorū spolijs. Hæ sunt autem artes tyrannorum, quos uulgus dominos uocat, carnifices experitur, hæc præstigia attonitis ingerunt luminibus, hæc hamis & laqueis prætedunt escā, sic credulos aucupantur. G. Dominū habeo præpotentē. R. Is in cœlo unus est, qui se iure suo dominū dixit et dici uoluit. Nā terræ dominus Augustus Cæsar, edicto ueruit se Dominum dici, ille deorū Deus, iste hominū Imperator, ille maiestatem tenuit, iste modestiā. Deniq; & super hoc P. R. grauissimè corripuit. Sic enim de ipso scriptū est, & Domini appellationē ut maledictū et opprobrium semper exhorruit, quod successorē quoq; lōgè rebus omnib. imparē, tamen obseruasse compertū est, qui licet dominādī auidus, titulo tamen dominationis abstīnuīt, atq; ita se inter ambitionē & uerecundiā mediū tenens, esse dominus uoluit, dici autē noluit: ut qui sciret iniustū esse quod cuperet, saltem exprobrationis iniuriā uitāret. Durū enim superbūq; et grauē nomen est dominus, illic maxime, ubi amor libertatis ac seruitij pudor est. Secutus horū uestigia Alexander hic Romanus princeps, ut priuato sibi nō altius scribi uoluit. Nā ille alter Macedo, non dominus modō, sed Deus dici uoluit. Quē secuti animo huius tēporis latrunculi, una urbe uel altera uix insidijs oppressa, non tantūm dici uolūt, sed dici homines erubescūt atq; ad iniuriam trahūt. G. Dominum habeo uerē optimum. R. Verē unus est dominus, quem si habes, honestissima regniq; foelicior seruitus tua est. G. Iustū dominum regemq; optimum habemus. R. Inter regem & tyrannum non discernunt Graij, secundum quod Poëta noster de rege loquens ait:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Apud uos autem ut inter sit, non nisi propositum uitæq; series facit. Qui iustitia regit ac regitur, ille demum uerus est Rex. atqui ex altiore fastigio non salutis publicæ speculator, sed priuæ libidinis procurator, uel rapinam cogitans, uel uindictam, cupiditati aut iracūdiæ suæ pareat, & rapidis atq; effrenis animi motibus, cedit is malorum dominorum seruus, & si latior cunctis appareat, sceptroq; aureo ac ueste purpurea superbus incedat, utiq; rex non est, sed propter exercitium aut supplicium populū promotus prædo, eoq; loci positus unde liberiori sæuēs flagello, atq; hos probans, illos puniens, cunctos uexans & agitans, ignarus quidem ac passioni obsequens, nutu tamen illius, qui mala bonos uertit in usus, iustum Dei iudicium, iniustus licet ac scelestis manibus exequatur, quasi æquam pñ iudicis sententiam tortor sæuis. G. Iustum piūq; regem habet patria. R. Rarum bonum, & Reipub. foelicissimus status, nisi præsens gaudium, futuri metus rerum foelicium, semper suspecta breuitas minueret, amissi quæ desiderium, mox uenturas cumulaturus miserias, obseruaretur animis humana nascentium: uolubilem quæ fortunæ rotam, quæ nil prosperum longum sinit: linē quidem mali sensum consuetudo, insueta deiciunt, unde optimum quidam semper prospero caruisse diffiniunt, quod non dicerent si prosperitas duraret. G. Iustū & clementē Regem. R. Illo superstitē mori opta, ne mutaram

regem

regni sortem lugeas: bonus enim bonum raro sequitur, malū peior, sæpè peiorem pessimus.

De serenitate aëris. Dial. LXXXVI. GAV.

Serenus est aër at iucundus. R. Iam quis arguat cœlestem humi animum hæreret. In aëre illum appenditis, & amorem uestrum in eo ponitis elemento, quo nullum instabile. G. Aër serenus atq; tranquillus est. R. Expecta, dicto citius nubilosus erit ac turbidus, alio te sub cœlo positum credas. G. Serenus ac tranquillus aër est. R. Quāto mallē serenus ac tranquillus esset animus tuus, utilis quidē illa serenitas stabilisq; tranquillitas, quā nec nubes occupent nec quatiant uenti. G. Serenus est aër. R. Nō serenu omne statim optimū, immo uerō prouincias nubilosas, serenis esse salubriores, & in hoc occidentē prælatum legimus orienti. G. Aër hic lucidus me delectari in operibus ac factura Dei minime uetitū, modō in Deum uelut omnis boni fontem tota animi delectatio reflectatur, & in rebus tēporalibus æternus rerum conditor laudatur: alioquin attende quod scriptū est: Si uidi Solem cū fulgeret, inquit Iob, & Lunā incedētem clarē & lætatū est cor meū in abscondito, & osculatus sum manū meam ore meo, quæ est iniquitas maxima & negatio contra Deū altissimum. G. Serenissimus est aër, talis utinā semper sit. R. Non semper modō sed diu talem ferē non possis, temporum uicissitudo per optima iure à multis, sed præcipuē à Cicerone laudata est. G. Serenissimus est aër, atq; utinā non mutetur. R. Nescis quā citō sui tædiū hæc serenitas allatura sit, nil tam delectabile, quod non identitas inamoenū reddat. Nullum efficacius remediū contra uitæ fastidia, quā temporum locorum quæ uarietas. Hac fouetur & pascitur mens humana, et ut ait Augustinus: Qui quæ uilitate rerum non potest, saltem uarietate satiatur.

De prospera nauigatione. Dial. LXXXVII. GAV.

Nauigatione uitor prospera. R. Sentio Neptunus tibi laqueos tēdit. G. Tranquillum se mihi præbet mare. R. Insidiosa tranquillitas, atq; ita dixerim, esca naufragij. si semper turbidū mare, nullus hominū nauigaret. G. Mare mihi blandū & suaue est. R. Suspecta suauitas prædonū, blanditiæ minæ sunt, hæc facies maris repēte mutabitur, esse aliud putes monstroq; gelidus quæras, ubi est æquor illud quod laudabam: unde uerō hitā multi tãq; horribiles aquarum mōtes: unde hic pendentū frēmitus procellarū, & minacibus spumis surgentes fluctus in nubilar. Nesciūt nisi experti, quid est mare et quā ferox bella, quid uē illi à Poëta monstri nomen impositum. Nihil enim mōstruosius in rerū natura, nihil cui sit minus fidei, minus uē constātiæ. Nullius rei transformatio tã crebra, tam periculosa, tam subita. nihil deniq; seu mollius dum iacet, seu dum surgit immitius. G. Placidū nūc æquor, immortūq; est. R. Terræ ipsæ subsidūt dehiscūtq; tu pelago tribuis ut consistat, simulatus corpor. noli fidere, sæpè fortunam retentare dementia est. G. Nunc saltem placidē nauigauī. R. Nullum ferum animal sic in laqueos ruit, ut nō aliquid dulce præsentiat. G. Prosperē nauigauī. R. Et sacrilegi prosperē nauigāt, & uiri sanctissimi naufragantur. G. Nauigauī foeliciter. R. Crede mihi si pergis, infeliciter nauigabis.

De uotiuā portus apprehensione. Dial. LXXXVIII. GAV.

Iam portum attigi, iam in littore sedeo. R. Multi in portu pereunt, plures in littore, Ipermutasti periculum, non fugisti. G. Terrā attigi. R. Ita hoc dicis, quasi terræ discrimina uel minora uel pauciora quā pelagi, quamuis occultiora sint, non ne hoc in æquo posuit, is qui utrobique multū & grauiora pericula, per uarietatem pertulerat. Neque uerō sine causa pauper ille scrutator aquarum, apud Statium moriens;

*hymen, notosq; laudat,
Et experti meliora pericula ponit.*

F s G. In

G. In terra sum. R. Casibus eò pluribus patens, quò plus hominũ terras incolit quàm maria: siquidem maxima pars malorum homo homini est, sic inde mors peruenit, unde auxilium debebatur, ut sileam pestiferas animantium species, quibus ea pars rerum scatet. G. Terra sub pedibus saltem stabit. R. At qui sæpe non stetit, utque antiqua præteream, Achaiamq; & reliquam Græciam & Syriam, atque alias ubi & urbes haustæ olim funditus, & collapsi montes, & demersæ insulæ, ut omittam ueteres uestrorum montium casus Aetnæ ac Vesuii: apud uos nuper ipsa urbium caput Roma contremuit, quodq; ciuilibus belli temporibus pro monstro habitum, Alpes hac ætate grauissimè tremuerunt, & conuulsæ rupes altissimæ, solis radijs insuetum à seculis præbuere iter. Hispaniæ & Germaniæ bona pars corrui: uidisti modo stâtes urbes, uidisti solidas arces atque oppida, paucis post diebus miserabile spectaculum atque terrificum humi passim strata omnia, quin & solito mœstiorum Rhenum ipsum, quasi flentem labi, deformatam ruinis utranq; ripâ, eamque præcipuè quæ ædificijs ornatiore fuerat, querulis abluentem uorticibus. Desine iam securus esse, ubi securitas nulla est. G. Sub pedibus terra est. R. Non tã certa sedes domicilij, quàm sepulchri. G. Ad terram peruenisse gaudeo. R. Similia similibus gaudent, & tu terra es. G. In terram redij. R. Nondum quidem, sed redibis cito.

De carceris exitu. Dial. LXXXIX. GAV.

Iuat carcerem euasisse. R. Est hæc, fateor, intermissa gratior libertas ac reddita quàm seruata, sed non omnia quæ delectant profunt, sæpe nociua sunt dulcia, & amara salubria. sæpe non carcer modo, sed mors utilis fuit, sæpe uita & libertas inutilis. G. Carcerem euasisse gaudeo. R. At qui modo gaudebas portum apprehendisse, nunc gaudes portum euasisse, carcer multis portus, multis refugium & arx fuit, & in libertate peritutos seruauit, in uinculis ligata & clausa, diligentius asseruantur. Nesciunt mortales cæci quid expediat, & id circo mala sua concupiscunt, & affectu gaudent, unde mox doleant. Ne uè longius exemplum quæras, uidisti nuper uirum illum animosi & magni potius quàm constantis incepti, qui aduerso tempore, se patronum Romanæ Reipub. profiteri ausus, ipse sibi tribui nomen assumpserat: dehinc uariante fortuna Vrbe depulsus, Romaniq; primum principis, post Pontificis lapsus in carcerem, utrobique benè habitus atque honestè, tandem leua alite emissus, gladijsque hostium non occisus tantummodo, sed discerptus, puto moriens carcerem suspirauit. G. E' carcere lætus erupi. R. Ibis per rostra turbida litibus, per plateas urbium tumultusque negotiorum, & tempestatem libertatem putans gratulaberis, dum quem clauis una cõcluserat, mille stringent laquei, cumque læti omnes è procellis portum petant, unus tu nauta mirabilis è portu lætus in procellas redis. G. E' carcere digressus gaudeo. R. Bonum in hoc, ut in reliquis cõsiliu erat, neque nimium gaudere, neque nimium dolere, sed æquanimitatem omni in statu ceu uitæ gubernaculum tenere, in tantâ præsertim caligine futurorum, neq; tam miserum est, ut fertur intrasse, neque tam faustum carcerem exiuisse. quoties carcer libertati hostis propitiu est salutis, quotiens optata uotis omnibus libertas in perniciem & in mortem uersa est. G. Exiui ex carcere. R. Latiori de carcere multi hominem casus eripiunt, ex angustiore autem sola mors eruit. G. Molesto de carcere discessi. R. Potes in hunc carcerem reuerti, in illum alterum cum se mel exieris, non redibis hoc in tempore.

De tranquillo statu. Dial. XC. GAV.

Rebus ritè compositis, trãquillus ago. R. Scilicet ut tua nauis fluctibus maris, sic animus uitæ curis explicitis, portum attingit laborum ac terrorum. Sed non ita est, nunc maximè metuendum, nescis quod res hominum non stant, qui uolubili in rota sedet altior, is proximus est ruinæ. G. Optato eunt omnia. R. Benè ais, eunt omnia, nihil enim manet. ante ergo quàm foelix uidearis, spei fortè aliquis, post locus est metui, ad extremum luctui, gaudio autem nunquam, gaudium loquor uerum, donec ad uera & stabilia

stabiliora bona peruertum sit. G. Rebus prouisis humanitus cõquiesco. R. Sũma rerum humanarum labor & mœror. in his igitur requiescis: durum caput & Iodice ferrea & spinoso recubans puluinar. G. Opiperæ prouisa sunt omnia. R. Expectata puto mercium nauis applicuit, periculũ euasisti, extruxisti domũ, exarasti aruum, putasti uinẽ, rigasti prata, compegisti arẽ, inseuisti arbores, effodisti riuos, texuisti sepẽ, columbarium erexisti, misisti greges in pascua, apes in aluearia, semẽtem in sulcos, nouas merces in maria, tuto loco collocatum fœnus, plena arcula, diues aula, cultus thalamus, referta horrea, spumãs pœnu, prouisa dos filia, coniugium nato, empta populi gratia blando ambitu, parta suffragia, pronũ ad te opibus summis atq; honoribus stratum iter. O foelicem te. Restat ut gaudeas. Hæc ni fallor cõclusio tua est, mea uerò longè alia restat, ut moriari. rarum ualde inter homines, ut multo studio quæritis, multo fruatur tempore, longus labor, usus breuis. G. Prosperè rebus euntibus stabili in statu sum. R. Quomodo aut rebus euntibus tustes uideris, ego nẽpe non uideo. G. Rebus ad uota fluentibus lætus sum. R. Nunc igitur tempus est moriendi, speras ne hic diu aliquẽ lætum esse? Morere dũ lætus es, antequam esse mœstus incipias, quod iam dixi repetã. Est enim minimè tædiofa rerum utilium, sed iucunda repetitio. Meministi ergo quid apud Ciceronem Lacon ille ait seni Rhodio Diagora, læto tunc ualde leuibus licet ex causis, quas audisti supra cũ de palestricis ageremus. Morere Diagora, inquit, non cœlũ ascẽsurus es, grauius id quidẽ: nam quid amplius expectet animus lætus in hac rerum tanta uertigine, nisi ut lætus esse desinat, esse tristis incipiat. Itaq; opportunè admodũ Diagoras consilio paruic amici, spectate quidem & plaudente populo inter uictorum filiorũ amplexus & oscula expirauit. Scriptum est hoc in libro noctium atticarum. Et ad summã, plures gaudio quàm tristitia periẽre. Omnibus ergo qui sapiunt, sed maximè gaudentibus mors optanda, de hac semper & præsertim in tempore prospero cogitandũ, illa cogitatio reliquas frenet. G. Laboraui en quiesco. R. Omnes quidẽ id speratis, sed erratis in hoc omnes. stilius enim uitæ alius, multumq; finis à proposito diuersus. Hæc tua requies aut breuis aut falsa est, aut quod est uerius utrunq;, quid hic requiem somniatis? Sic cætenis uinctus libertatem æger sanitatem somniat, sic sopitus esuriens opimas dapes, sed eni dies ultimus aderit, isq; confestim discussurus hæc somnia. Nolite aut falli somnijs atque opinionibus falsis, quibus est plena uita mortalis, Nolite uobis hic requiem spondere. Credite mihi, tota quies hominum post laborem mors. G. Omnia quæ in rem uisa sunt suppetunt. R. Superuacua in rebus plura sunt quàm necessaria, sed hic humani animi mos est, ut professus ascensum cœli, tanto studio se oneret, quanto uix exonerare debuerat. Itaq; peregrino fasce curuatus, dum in altum niti uult ruit & pro cœlo illiterra est. G. Cumulata sunt omnia, iam in portu sunt. R. Navigationis iti fine igitur: Est enim præsens uita simillima procelloso mari, illius finis in littore, huius in morte, uterq; portus rectè dicitur. profectò aut magna mortalium aceruandis uitæ adminiculis, anxia inter ipsos apparatus rerum moritur, nilq; iam usitatus, quàm ut uitæ studium mori præuertat, paucis accidit ut adoptata perueniant, hisque ipsis tam citò diuturni quæstus usus eripitur, ut gaudij breuitas quædam uelut accessio sit doloris, de quo multos in morte quæri solitos notum est. G. Iam peractis laboribus securus uiuo. R. Et inter uiscum ac laqueos secura auis uolitat, piscis inter hamos ludit, inter plagas fera, sæpe ubi periculi plus est & pauoris minus, ars fortunæ est, ut licetius feriat, metum demit. G. Per omnem uitam laboraui, ut in finem quiescerem securus. R. Securitatem & quietem tuam in præcipiti collocaisti, & uixisti mœstus, ut lætus moreris insulsum uitæ mortis que consilium modò de securitatis & quietis & tristitiæ & gaudij qualitate conueniat. G. Omnia undique conquisiuit, quibus instructior uita esset. R. Immò uerò quibus mors molestior, ægisti planè negotium medicorum, iam frequentes aderunt stratum que circumstrepent, aderunt captatores testamentarij, erunt & qui gaudij præmāt, & qui fleu simulent, & qui tenacem spiritum, seram mortem taciti increpent & qui crifum seruēt & qui prognosticis inhiant.

inhient, & qui cadauer aureū prætolētur, tot hæc tibi conquisita, undiq; uitæ conferunt instrumenta, non ut melius uiuas, sed ut comitator moriaris. Non penitus operam perdidisti, iam & comites languenti, & libitinæ sumptus, & funeris pompa non deerunt. G. Conquisita sunt omnia, quiescendum est. R. Iam dixi, uitæ requiem & solatium quærebam, laborem mortis ac tædium inuenisti. G. Cuncta disposui, prosperitas parata est. R. Cōgesisti fallacissimæ ac fugacissimæ spei nidum, quæ ubi primum adoleuerit euolet, mortuum & uacuum cor relinquens, sæpè uel in plumis pereat. G. Longo succedit quies labori. R. Breuis ipsa adeo, fortassis ut nulla potius dici possit, multorum sæpè studium annorum in momento excidit, immò cum semper ferè gradarij sint progressus, raro non repentinè exitus rerum sunt. G. Per longas curas ad securitatis initia uentum est. R. Sollicita multum de principijs humana curiositas, finem cæca non prospicit: densa uenturi caligo temporis, mortalis aciem frustra obtuitus, deliberatio utique nostra sit consumatio fortunæ, Dicam melius: Dei est, cuius in manibus sortes sunt hominum, noni quas ipsi uobis opinione uestra speq; improba fingitis, sed quas ille à præscientia sua uidet: eius est autem illa uox. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt? Cōminatio horrida, quæ nisi spes somnosq; mortalium interrumpat, obforduistis haud dubie.

De potentia.

Dial. XCI. GAV.

Potentia magna sum. R. Ergo & inuidia. G. Potentia multa sum. R. Et in periculis multis. G. Potentia sum ingenti. R. Et laboribus infinitis & inextricabilibus curis. G. Multa possum. R. Quo plus in alios potes, & plus alij in te. G. Potentia est plurimum. R. Quò potentia magis, eò maius in illam imperium fortunæ teptè de se excercet, in parujs ubi eligit materiam, in magna lignorum mole, crepitantius se uit incendium, magna prosperitas magnæ uiam facit aduersitati. Nec quenquam facile plane miserum uidebis, qui non ualde scælix habitus fuerit non potest ignoti hominis, nota esse calamitas. G. Quod uolo & possum. R. Cura ergo, ne quid mali uelis, & scito quò potentia plus, eò plus esse negotij minus uel licentia. G. Potentia ingens sum. R. Quid scis an diurna, piget exequi, potentes breui ad impotentiam, seu qui reges ad infamiam seruitium sunt redacti. Vepricosi & lubrici sunt humanorum gradus ascensuum, tremulus uertex, præcipitium horrendum ægrè conscenditur ad eminentem statum, anxie ibi constituitur, grauitè inde & repentinè descenditur, id sic esse non singuli tam reges aut populi, sed maxima etiam testantur imperia. G. Armis atque opibus potens sum. R. Vera & firma potentia in uirtute fundata est. Fundamentum si detraxeris, quomaior, eò periculosior structura, quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, maria classibus si intus interea domestici hostes animum oppugnant atque expurgant? Vis ut te potentem fatear, illos doma sinibusque tuis pelle, uince iram, uince cupiditatem, uince libidinem, uince teipsum famæ atque animæ hostem tuæ. quæ nam ista potentia est uincere alios, passionibus suis uinci? G. Fundata in solido potentia est. R. Quo pacto cum uita ipsa mutetur assidue. ò quid tumes imbecillum animal, de potentia disputas, de anima interim periclitaris, quã dicto citius uel naturæ uis occultior, uel exigui morsus animalis, uel extremi contemptissimiq; homines sæpè potentissimis abstulere. G. Potentia egregie stabilita est. R. Vbi quæso? In harenis ac fluctibus, an in uento, an in ipsa ut perhibent, fortunæ rota, quin tu amice, male susceptam pone fiduciam. Nulla hic stabilis potentia, ut que uel improprie, ex prima quod sentio nulla potentia potens est.

De gloria.

Dial. XCII. GAV.

Sed inueni magnam gloriam. R. Magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo, si temporum, si locorum angustias metiare, magnam hic gloriam non esse fateberis. Non ingeram tibi, ut terra omnis punctus est, cuius ipsius partem maximam, natura fecit inhabitabilem

inhabitabilem atq; inaccessibile fortuna, ut tempus præsens pūcto minus, idq; ipsum semper instabile fugæq; tam rapidæ, ut uix illa animo sequi possis. Dux reliquæ temporis partes semper absentes, ita ut altera nos lubrica memoria, altera expectatione anxia fatiget, ut omne simul tempus, aut diluuijs, aut æstu nimio, aut peste aliqua, aut cœli inclementia uel terrarum, aut denique per seipsum lapsu proprio ita discerptum atque confusum sit, ut una sæpè ætas, propè nil habeat commune cum altera. Neque minus in temporibus, quàm in locis uideas exiguo interuallo notissimum non agnosci. Hæc, inquam, & quæ sunt id genus plurima transeo. Vulgata sunt omnia, quibus liquido cernitur, quæ nam hæc mortalis ac terrena gloriæ magnitudo est. G. Quam conditio mea fert gloriam sum adeptus. R. Si indignam, breuem hercle, at si dignam, gaude: non quod habeas sed quòd meritus sis. G. Gloriam quæsiui. R. Gloria uera nisi bonis artibus non quæritur, unde tibi partum nomen uide: sic intelliges an gloria uera sit, famam si casus dedit, eripiet. G. Multum est gloriæ. R. Cauene quam gloriam ueram putas, imago falsa sit gloriæ. In rebus hominum multa regnat illusio. G. Primum est gloriæ. R. Ut nemo pauper, magnæ pecuniæ famam quærit, nisi ut fallat, sic nemo ignauus, magnæ uirtutis opinionem, uterque tamen si conscius, quicquid de se alij loquantur, quantum uel pecuniæ in arcula, uel uirtutis in animo sit. G. Insignis est gloria. R. Si ex merito modestè utere, ne superbia illi notam applicueris, si minus, fac ne diu populum fallas. G. Præfulgens est gloria. R. Vel mereri stude, uel graue non tuum indumentum exue. In glorium esse præstiterit, quàm mendacio gloriosum. Vera etiam gloria cum labore seruatur, quid de falsa speres. cum omnis fictio difficilis sit, tū difficillima est, quam multi undique obseruant. Rari nempe sunt gloriosi, hos propter dissimilitudinem obscurum atque inuidum uulgus odit. Graue est inter tot hostium insidias latere, præstringere omnium oculos non potes, in te tanto studio defixos. G. Gloriosus appaereo. R. Melius forsitan lateres, & certè tutius. Hoc grauitè dixit is, qui multa leuiter: Benè qui latuit, benè uixit. G. Clarus lateque notus sum, longeque conspicuus. R. Litor abdita penetrat, rimaturque, putas conspecta prætereat? Quid quod pauci sunt, quibus expedit apparere & conspici, pauci quorum famæ non noceat ad plenum noscitur. Notissimum Claudiani dictum:

Minuit presentia famam.

Quanto magis illam minuit notitia. Raro sunt homines quod uidentur. G. Gloriosus uideor. R. Caua nube circumdatus, delitescis. Si parumper emerferis, quò plus gloriæ falsæ fuit, eò ueræ plus erit infamiae. G. At gloria uera est. R. Id nemo te melius nouit, ita demum si externi iudicis incorruptum animum, tuis in rebus assumpseris. Gloria quidem, ut sapientibus placet, quasi quædam umbra uirtutis est, illam comitatur, illam sequitur, quandoq; etiam antecedit. Quod in adolescentibus clarè indolis uidemus, quos ante perfectam uirtutem præconcepta de illis spes hominum claros facit, quæ quibusdam uelut stimulis generosos modestosq; animos excitat atq; erigit & impellit, ad æquandam spem ciuium suorum, stultos autem tumidosq; præcipitat, hinc transformatio illa ridicula clarorum adolescentium in obscuros senes. Laus quidem sapienti utilis, stulto nocet, ex his uides umbram per seipsam esse non posse, rei cuiuspiam sit oportet. uis ne igitur gloriam ueram esse, fac ut uera & solida uirtus sit.

De beneficijs in multos collatis.

Dial. XCIII. GAV.

Beneficia in multos contulisse gaudeo. R. Multos ingratos experiens dolebis. G. Beneficia in multos effudi. R. Rectè ais: Nam si accipientium animos intueare: beneficiorum magna pars perditur. G. Multi meis beneficijs sunt obstricti. R. Quidam se obliuione relaxabunt, alij forsitan iniurijs beneficia pensabunt, ut cessent iniuriæ, non cessabunt quæremonia, quam multi de benefactoribus quæruntur suis. Iniquum

Iniquum fateor, sed commune adeo, ut non tam crebræ de hostibus sint quærelæ. Audisti apud Lucanum de Pompeio quærentem Photinum, apud Senecam uerò Sabinum de Augusto, quid uerò te ad literas aut antiquitatem uocor: urbes medias contemplare. uici omnes lamentis talibus pleni sunt, omnis autem ingratiudinis triplex, nisi fallor, causa est. Inuidia scilicet, quæ dum impensa alijs beneficia, suas ducit iniurias, in se collata non aspicit. Superbia quæ uel se maioribus dignam cæset, uel præferri sibi aliquem indignatur, cupiditas quæ muneribus non lenitur sed accenditur, & dū quærendis inhiat, quæ sita non meminit. Possent breuius, totius mali causam stultitiã dicere: ea uerò non huius tantum, sed malorum omnium causa est, ignorantia ueri boni, opinionumq; peruersitas & cupiditas, quibus nullum obsequium nõ contumax, nulla largitas non angusta est. G. Beneficus fui in multos. R. Aristotelica quædam magnanimitas, fertur meminisse collati, accepti autem beneficii obliuisci, quæ sententia & si colore non careat, apud me tamẽ uerus magnanimus, contemptor mediocrium atq; humilium est rerũ, atq; ideò quæcunque egerit, magna quamuis iudicio plurimorum, parua sunt animo maiora quædam & rariora uolenti: contra si quid acceperit, quo alteri fiat obnoxius, quamuis exiguum, graue est libertatem amãti, atq; ad excellẽtiã aspirãti, quouẽ quàm primum solui leuariq; uelit. De hac igitur re Annei Senecæ dictum probò: Beneficium, inquit, qui dedit taceat, narret qui accepit. e. legãter nẽpẽ, duo beneficietiz seu uenena seu uulnera sunt. hinc exprobratio largietis, hinc recipientis obliuio, utraq; mater ingratiudinis ac beneficii nouerca. illa ingratiudine parit in altero, hæc in se. illa quoque beneficium in se extinguit, hæc in altero. His tot malis aptissimẽ illo Senecæ consilio medeãre. G. Multis benefeci. R. At pluribus non fecisti: qui se spreto & contempto dolent. Est autem, nescio quidem unde, firmior offensarum quàm beneficiorum tenaciorque memoria. sæpe singulis beneficijs, aut nullos aut singulos amicos obliuiofos & tepidos, hostes aut tibi multos feceris, memores ac feruententes. G. Multus multa ac magna contuli. R. Sunt multi quibus profuisse periculũ sit, quidam paruo amicum, magno hostem beneficio quæsiere, quod & exigui debitum leue retributio prona est, magnam autem & debere pudet & piget reddere. & nihil est tertium, nisi ut desinat esse cui debeat qui inuitus debet, ita dū debentem pudor beneficii, expertos dolor agitat, inter Scyllã & Charybdim fertur cymba beneficii, effectũq; ut multos qui parçe atq; illiberaliter tuti uixissent, liberalitas insignis in discrimẽ traxerit. Si quidẽ inter malos impunẽ bonũ esse, non licet, durũ dictu, sed dicendũ tamẽ. Animal ingratus homine nullũ est. G. Latẽ me beneficiũ præbui. R. Quidã sunt beneficii, nec tamen beniuoli, quos magnitudo hominum necessitas multa largiri cogit. his etiã, quos non modo non diligunt, sed nec noscunt quidem, quibus si te ob beneficia charos sperant, ualde eos fallit opinio. Nemo facilẽ non amantem amat. mutuus nexus animorum, ac reciprocus est amor. Munera sæpe necessitati, amor uerò iudicio tribuitur. ut ergo beneficia benẽ collata, & leta fronte pioq; animo dignis exhibita, nunquam gloriosa negauerim, sic multa, immò uerò partem maximam, seu hæc dantium seu accipientium culpa est, perdiã proijci, nemo usquam est qui dubitet. Et est facilior breuiorq; ac rectior, quam supra tibi ostendimus, amando scilicet ad amorem uia, qua pergenti, uerum quoque si beneficii nomen accesserit, clarum te supraq; fidem multis amabilem efficiet. G. Multa & magna contuli. R. In rebus non quid, sed qualiter, quouẽ animo fiat, refert apud Deum atque homines, & magna sæpe inuisa, & modica grata sunt, nudum præ omnibus cor attendi, & sacrificio pauperis probatur & munere.

De amore populi. Dial. XCIII. GAV.

Populus me amat. R. Subsiste paululum, mox oderit. G. Populus me diligit. R. Propera, nondum finis, ut dies unus, sic uita omnis à fine describitur. G. Populo charus sum. R. Quis illi Scipionibus charior? Quis Camillo? Quis Rutilio ac Metello? Quid Themistoclem loquar aut Milciadem, quid

quid hoc genitum Cymonẽ aut Aristidẽ, quid Telea, quid Solonem, quid Hannibalem, quid Lycurgum, qui ciues, oro te, quàm quisq; quàm breuiter populo suo charus, omnium notus finis, & uel in contemptum uel in odium uersus amor atque indigna rebus præmia, fori labor, accusatio, mos, exilium, catena. G. Multis in populo charus sum. R. Malis igitur, pauci enim boni, atq; malorum, malis artibus quæri amorem constat: si uerò similitudo quædam parit amicitias, ut prudentibus placet, qui sis existima, qui multis in populo charus sis. G. Populus me amat. R. Serenũ hybernum, aura æstiuã, quies maris: lunæ status, amor populi, patria hæc si conferantur, mobilitatis ultimo palmã do. G. Populus me honorat. R. Labijs credo, cor autem eorum longẽ est à te, non est enim tibi fidelior quàm Deo, rarò quicquam ex animo facit ulgus, nisi tumultuari & furere & seruire. G. Populus me ueretur. R. Non faciet diũ, facile enim ruit, quod non certo iudicio stabilitum est. G. Ardens in me populi fauor est. R. Ardenti principio sæpe medium temperies, finis algidus fuit, quod aut crebrius ulla in re quàm in studijs populorum cernas. G. Populus me laudat. R. Stultorum laus apud doctos infamia est. G. Populus me suspicit. R. Leui rerum alternatione despiciet, semper enim alterum extremorum tenet, medium uerò nunquam, ut qui habitantem, ibi hostem metuat. G. Populus me colit. R. Mirabor si tã inculto cultore fructifices. G. Populus benẽ de me sentit. R. Sine ullo defectu iudicare solitus utranq; in partem, Itaq; uulgi sententia ueros inter iudices contrarij argumentum est. G. Populus benẽ de me æstimat. R. Suspecta sanis ingenijs æstimata in sanorum, mallem te populo incognitum quàm probatum. G. Populus multa de me loquitur. R. Et tu ergo popularibus auribus fidis, atq; ageris quod licet, magnis olim uiris euenisse noueris, non minor tamen est uanitas gaudere flatu tenui & incerto. G. Populus me miratur. R. Et ego temiror, qui hoc ingloriam tuam trahas. G. Populus me amat. R. Non hæc laus sed fortuna tua est, populi mos est, ut sæpe amet indignos, sed à quibus indigni amoris sæpe, dignissimam fert mercedem.

De occupata tyrannide. Dial. XCV. GAV.

Inuasi tyrannidem in ciues meos. R. Rependisti dignam uicem stultis amantibus, il. lite æquo altius extulerunt, illos tu iniquo iugo seruitij deprelsisti. G. Tyrannidem arripui. R. Abstulisti libertatem alijs, securitate tibi, requiẽ utrisq;. G. Tyrannidẽ consecutus sum. R. Statũ certi laboris, euentus ambigui, sed ut plurimũ incoelicis. Nõ te ad historias ueteres atq; externas mittã: quis Phærei Alexandri exitus? quis Dionysij Syracusij? quis Agrigentini Phalaridis? quis Annonis Pœni? quis Clearchi Heraclensis? quis Ephirensis Aristotimic? quis Lacedæmonij Nabidis? Quis Hipparchi deniq; Atheniensis? quem occidisse immortalis gloria interfectoris fuit. nõ ad recentiores atq; domesticas, Calsium Meliumq; & Manlium Romanos ciues, Catilinam quoq; & Gracchos: & Apuleum, non tyrannos quidem, sed tyrannidem affectantes, inq; impijs conatibus deprehenso, cceptoq; prohibitos atque oppressos. Non postremò ad illos qui maiores non meliores, iusti uel imperij trucem texere tyrannidem atque iniustam, Caium scilicet ac Neronem, Domitianum & Commodum ac Bassianum, reliquosq; eius ordinis, solo nomine principes, quorum mens tyrannica ac tyrannicus finis fuit. Sed ad alios quos auorum patrumq; memoria, seu etiã quos ætas ac regio præfens uidit. Hos ego ne distantibus te fatigem circumspicere & contemplari iubeo, uidebis usitatum, & communem tyrannorum exitum, aut gladium: aut uenenum, uerẽ quẽ illud à Satyrico dictum dices:

Ad generum Cereris sine cede & uulnere pauci,

Descendunt reges & sicca morte tyranni.

G. Tyrannidem in ciues exerceo. R. Prædam atq; carnificinam, auro implendus & sanguine, aurifitiens monedula tenaxque.

Nec missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Sed qua

Sed qua fronte, quoque animo, seu sanguinem illum fundis, pro quo seruando si homo es, sanguis tuus ultrò tibi fundendus erat, seu ciuibus tuis aurum rapis, quod diris prædonibus largiaris, spolians qui tuis pascendi opibus fuissent, ditansq; à quibus omni ingenio extorquendum legis, sic maiorum uel exempla, uel monita uiluerunt. Sed hoc pessimū habet tyrannorum uita, ut quibus fidendum est metuant, semper fidantq; quibus fidei nihil est totumq; hoc malum, hinc immeritis irrogatæ iniuriæ faciunt, hinc indignis erogata beneficia & ambitione turbatus ordo rerū amici ex hostibus, hostes ex ciuibus. G. Tyrannus patriæ meæ sum. R. Nunquid id esses, illam tuam esse patriam meminisses? Si obseruaretur animo, publicæ matris effigies, nunquam fratres lacerares tuos, cum quibus æquam pueritiā atque adolescentiā egisses, eodem celo usus, iisdem aquis, iisdem atque sacris, iisdem ludis & luctibus, qua nunc mente de illorum tergo potes ludere, atque illis flentibus gaudere. Quæ postremo impudētia, in ea urbe uiuis, in qua uitam tuam omnibus scis inuisam, mortem cunctis optabilem, ubi esse neminem certus es, qui non malè perditum te uelit, lupum mitti de grege sæuissimum. G. Tyrannidem accepi. R. Si præterito præsens tempus confers, duram te ac miseram subisse sarcinam intelliges, tutam agebas & quietam uitam, dehinc nisi scelere iungis amentiam: nulla tibi sine metu ac tumultu animi dies, nulla mox ibit: nullus non suspectus cibus, nullus sopor imperterritus, dum ubi que ceruicibus impendentem uideris mucronem, quem amico opes fortunasque suas miranti, nō ineptè monstrasse traditur Dionysius tyrannus quidem, sed tyrannidis æstimator acutissimus. G. Ferro mihi tyrannidem acquisiui. R. Ferro quasitam, ferro etiam seruaturus, ferro forsitan amissurus. Præclaras planè diuitias comparasti, esse omnibus odiosum, atque terrificum, quodque hinc sequitur, tibi te perpetuo grauem moctu. Vt enim periculi nihil sit, quod in quibusdam urbibus, natura ciuium præstat apta seruitio, quando tamen pauor aberit animo recolenti, quid ille huius, quod legitimi nomen habet imperij metator ac fundator primus audiuit à Laberio Romano non equiter? Necessè est, inquit multos timeat, quem timeant multi. Cuius dicti ratio illa est, quam posuit Naso:

Quia quem metuit quisq; perire cupit.

Positam prius ab Ennio ubi ait: Quem metuunt oderunt, quem quisque odit perisse expetit. Vt tamen & periculum & metus etiā omnis cesset, quod nonnullos tyrannorum uel nutrita publicis malis audacia, uel nota ciuium spondet ignauia, an non saltem ullus est pudor, his præesse, quibus te subesse sit dignius? præter iniustam uim rebus omnibus imparè. G. Tyrannidem indui. R. Humanitatem ergo & iustitiam exuisti, simul procellosam uitam & cruentam, aut certè dubiam mortem elegisti: Infœlix, de quo sola patriā quæ te genuit atq; aluit, mortem speret. An uerò non ille sat miser est, quem miserum uolunt omnes: at non ille miserissimus, qui tam miser esse non possit, quin sit dignus esse miserior. G. Habeo summum inter ciues locum. R. Habes in ciuibus tyrannidē, in arenis domum, in uepribus stratum, in prærupto sedem, in rapinis inopiam, in miserij inuidiam.

De regno & imperio.

Dial. xcvi. GAV.

ECcè autem iure Rex sum. R. Id enim uerò occultum diu esse non poterit, quid inter sit regem tyrannumq; iā diximus: quid aut iuuat dici regem, si tyrannus es? non in specioso cognomine, sed in uera iustitia regis regni que salus sita est. Minus malè reor in qua situm dominium reformare, teque de reliquo sic agere, ut Rex uerus appareas, quam regnum iure partum, in quo iuste successeris parenti, tyrannica uexatione diripere. Plus enim ueræ laudis in progressu ac fine, quā in principio rerū est. G. Rex sum. R. Melius sub iusto Rege ageres atq; tranquillius, quā rex ipse. G. Regni solium conscendi. R. Locum larè conspectum patenti que omnium indicij eoque periculosum ignauia, laboriosum uerò difficilemque uirtuti. Bonus enim Rex seruus est publicus. G. Regni solio euectus sum. R. Vt meritis uideare, tuas res teque ipsum obliuiscere, populū

populum tuum & Rempub. cogita. quo die primum Rex fuisti tibi mori, alijs uiuere incipisti, quodq; durissimū est, ingratis & iniuis æstimatoribus laboris tui. G. In regiam ueni. R. Aliquid ibi forsitan peritura gloriæ reperturus, sed quietis nihil. G. Iuste regno. R. Benè agis gratissimamq; rem Deo, scito autem seruire te quæulis, & uix tibi ante obitum gratiam relaturis, raro tam iustus quisquam regum fuit, ut non charior populo successor foret. is cum uenerit alter optabitur. Hi sunt uulgi mores odisse præsentia, uentura cupere, præterita celebrare, quando ergo defuerint quærelæ, si omne præsens bonum sordet, nilque omnium placet, nisi quod cruciat, seu perditum seu speratum. G. Sceptrū & diadema sortitus sum. R. Fulgidas compedes, claramque miseriam, quæ si plenæ omnibus nota esset, crede mihi nō totiens uno de folio litigarent duo, sed plura essent regna quàm reges. G. Purpuram indutus sum. R. Non cultus exterior, sed internus habitus & mens regia, regem facit: Alexandri Romani principis dictum fuit, Imperiū in uirtute, non in decore consistere. G. Ad regnum prouchor. R. Nunc in dubio uertitur subiectorum status, an foelices, ea quæ hic fingitur foelicitas, an miseri sint: nempè mortalis regni foelicitas rex bonus, te in dubio labor manet, & graue negotium. G. Rex sum, nil non licet regi. R. Nulli minus, immò uerò, quod olim licuit, iam non licet: & fortè si de regno licentiam aucuparis, non te regem noueris, sed tyrannum. G. Rex sum atque omnia possum. R. Immo nihil nisi quod decet regē, cuius, ut dixi, minor licentia quàm priuati est. Sin hoc calle uoluptatem petis falleris, & tota, ut aiunt, erras uia. Voluptas à tergo longè est, hac ad laborem itur & ad gloriam. G. Rex sum erit, que mihi iam certa trā quillitas. R. Immo si qua olim fuit perijt, stultus nauta, qui relicto portu, in altum uela facit, tranquillitatem quærens. G. At Romanus imperator factus sum. R. Clarissimum nomen, sed durissimum officium: Magna seruire difficile est, quid collapsa erigere, sparsa colligere, recuperare perditā, deformia reformare, & deserti cultura ruris multis que diu neglectam suscepisti, multis egent dura arua legionibus, multis prata riuus arentia, æstuum algendum que tibi est, si successerit. Tu hinc laudem, reliqua successor, tuus metet, illi seueris, fera est mensis, multas poscit ætates. G. Ascendi ad Imperium, iam quiescam & securus uiuam. R. Falsa te habet opinio, nunquam minus, tu ne in excelsum montem, ut uentos & fulmina euaderes, ascendisti? Non legisti Horatianum illud:

*Sapius uentis agitur ingens,
Pinus, & celsa & grauiore casu.
Decidunt turres, feriuntq; summos
fulgura montes.*

Et quantò aliter de hac status eminentia sentiebant experti principes, Augustus & Diocletianus: quorum aliter, ut legimus, de dimittendo imperio cogitauit, alter autem dimisit Imperium, nec reuocatus assensum dedit. quantò aliter Marcus Aurelius & Pertinax: quorū primus adoptione ad spem imperij euocatus, solito tristior effectus, mirantibus amicis, multa de malis imperij disputasse: aliter imperator effectus, semper imperium horuisse memoratur. Magnus est ad imperium ascensus, magni in imperio labores, magni quoque cum ascenderis ex alto casus, si mihi non credis, Iulium Cæsarem interroga, Caium quoque Caligulam, & Claudium & Neronem, & Galbam, Othonem, Vitellium, Domitianum, Commodum, Pertinacem, de quo proxime dictum est. Balsianum præterea & Macrinum cum filio Diadumeno, foedissimumque omnium Heliogabalum, longè que dissimilem moribus Alexandrum, utriusque etiam quod mireris cum filio matrem. Maximos quoque & Maximianos, & Maximos & Gordianos, præterea & Philippos, & Decium, Gallumque, & Volusianum, & Valerianum insigni calamitate notabilem, & contemptorē paternæ miseræ Gallienū. Aurelianum denique & Probū, Iulianū & Licinium, & Constantinum, & Valentem, & Gratianum, Valentinianum. Ac ne ad fastidium cuncta complectar totam illam tyrannorum simul, & principum seriem percunctare, uno tibi ore omnes responsum dabunt. Eodem se calle ad ruinam atque imperium ascendisse.

G Et tu

Et tu illic tibi requiem fingis ad securam uitam, ubi omnes periculum & laborem, multi miserabilem exitum inuenere: non hoc sibi fingebant illi quatuor, quos ab initio nominauit, non Antonij Pij principis maternus auus Arius Antonius, homo sanctus, ut historiarum loquuntur, ut ego fateor, uir prudens: Neruam miseratus quod imperium accepisset. Verè enim frustra principes præmit inuidia, cum illis potius miseratio debeat. G. Sum imperator & ulcisci possum. R. In hostes publicos forsitan non in tuos, illis enim si uerus es princeps, hoc tuo ascensu securitas parata est, priuatis affectibus, pietas publica frenum stringet. Non potes huius aut illius hostis esse, ex quo Pater omnium esse meruisti. Id in ciues Principi iuris est, quod in filios patri, iustus princeps *PATER PATRIAE* est. Nullum ex omnibus titulis hoc gratius summus ille principum Augustus accepit, ut qui compresso adolescentiæ impetu, patris nomen implere decreuerat, tibi ergo qui hostes fuerant iam filij sunt. G. Imperator sum, ulcisci potero. R. Vt hac potentia non debebis, & sic habes: summi imperij potestatem, excellentibus & fortunæ paribus, animis esse ueniæ materiam, non uindictæ, cuius eò auidior quisque, quò uilior infirmiorque animi ac uirium est. Qua in re meminisse profuerit illud Hadriani principis, qui ut scriptum est, uni quem capitalem inimicum habuerat, factus Imperator dixit: *Euasisti. Generosum planè uerbum, ac magnificum uereque Cæsareum.* G. Imperator sum, eritque iam thesaurus par impensæ. R. Ad rapinam uox hæc spectat, est ut aliarum rerum, si sumptuum fluxus quidam ac uo rago, cui nihil est satis. Longum est mortalium hac in parte, sed in primis Romanorum principum furores stilo æquare, paucos tamen ex omnibus, eorumque ipsorum pauca de multis attingam. Conspicissimus ille quidem Caij furor, Baias atque Puteolos ponte iungentis, atque illum tumidi maris sinum, primum equis, mox quadrigis triumphaliter permeantis: quid aceto liquefactas memorem margaritas pretij ingentis: appositosque conuiujs panes aureos atque aureas dapes, quibus non famem compescere conuiuarum, ut mos est, propositum illi esset, sed imperij opes spargere, atque illorum auaritiam irritare: Adde effusos in plebem nummos, turbidoque & profundo mari iactas moles, durissimas rupes scissas, campos æquatos montibus, & campis iuga montium terra illic addita, hinc detracta, tam subito ut naturæ miraculum uim passæ cum celeritate certaret. Nempè, cum dilati pretium operis mors esset, quibus prædecessoris sui Tyberij thesauro ingenri deuitijsque imperij intra anni spacium exhaustis, ad inopiam scædissimasque rapinas est compulsus. Illud inter ista non numero, quod Corinthium montem Isthmum perfodi animo destinarat, & si sumptuosissimum opus, tamen ut perhibent nauigantibus utile, quod duo maria iungerentur, & à Brundisio Athenas, aut Chalcidem Byzantium petentibus, flexus ingens remitteretur Achaia. Huius comes ac uictor amentia sequitur Nero, cuius enormium impensarum nullus est modus, in ædificando præsertim, in quo omnes prodigos & seipsum uicit. Nulla alia in re damnosior, ut de illo scribitur, unus ex mille furoribus attingendus est: domus à Palatino ad Exquilinum collem porrecta, & magnam partem urbis occupans, ut non immeritò inter conuitia, quibus liberrima plebis indignatione proficissus est, illud quoque iactatum sit:

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites:

Si non & Veios occupat ista domus.

Hanc auream dici uoluit, non ineptè quidem signans nomine pretium, auro enim & gemmis crustata ac stellata domus fuit, tantæ altitudinis, ut in uestibulo Colossus centum uiginti pedum staret. intus porticus, atque aulae laquearibus aureis, atque eburneis tabularis, & conuexa domorum coeli instar, uel propria sese sensim diebus ac noctibus sine intermissione uoluentia, stagnum quoque maris æmulum, edificijsque circumdantem, litore urbis in morem: Rura præterea & pascua, & uineta, & sylvarum omnium generibus animalium referta. In hac domo quantum coniecturis ad uerum uia est, illud quod Collosseum uulgo dicitur, medium fuit, cuius nunc etiam ruinae stuporem spectantibus afferunt, & hæc omnia, dum quod miraculum rei auget, Romæ medio consumasset. Ita non dicam excessisse, sed nec

sed nec impleuisse quidem imperatoris domus modum uisus est sibi, ut dedicans domum ipsam, non amplius miraretur, quam ut hoc solum diceret. Iam tandem, quasi homo habitare incipio. Mitto illa leuia, quod uestem nullam bis induit, nullam inter minus millæ carrucis egit, calceatis argento uisus mulis, aureo rete piscatus est, Purpureis atque cocineis funibus, ac reliqua fidem excedentia simul, & tedium paritura. Sed quis illa non stupens legit, stupentiorque aspicit? Vestigia enim extant, piscinam illam ceptam à Misenno monte, uenturamque usque ad Auernum lacum miris circumseptam contectamque porticibus, fossamque illam ab Auerno usque Hostiam, per tantum uia spatium, totque obuios montes, ut inducto mari, sine maritimis casibus nauigans, & terræ laborem, & pelagi fastidium declinaret. Longitudo quidem, ut nunc incolæ metiuntur, nota omnibus, ut Tranquillus numerat, millia passuum centum sexaginta: Latitudo autem duarum capax quinque remium, ex aduerso iter agentium, neque se impediendum concurso. Quod opus si expleisset, Italiam omnemque Rempublicam exhaustisset, tantis autem mundi malis, mors sola consuluit. Hunc sequitur Aurelius Verus, qui: ut omittam cætera, cenam illam fecit, cui si parandium facere uoluisset, nescio an Romana res sufficere potuisset: quo audito frater eius Marcus Aurelius, tam modestiæ amicus, quam hic hostis, ingemuisse fertur, Reipublicam miseratus & imperio collabenti. Linquo alios, nimis multi sunt enim, nec me fallit posse ex uobis longiuscula hæc uideri remedia, breuiora pollicitis: sed delectat interdum doctum seu doctrinæ deditum frugique hominem, stultorum insanias audire, quæ illi quasi pro contrario signo sint, unde sibi, ut aiunt, remis ueloque fugiendum sciat. Hæc autem eò spectant, ut recogites quid est, quod thesaurum impensæ speras, ut enim frugalitati & modestiæ haud sane magnis thesauris est opus, sic prodigalitati & luxuriæ, neque thesauri neque imperia ipsa sufficiunt. E hæc causa, non tantum mediocri fortunæ homines, sed principes quoque penè omnes, eos dico, qui nepotino uictui operam dedere, necessario rapinas & prædam misit, quæ multis festinatæ miseræque mortis occasio fuit. G. Nunquid unius hominis impensæ, tot urbes non sufficient? R. Hi tibi respondeant, de quibus multa diximus innumerabilesque alij, quos par pestis pari, dedit exitio. Ad summam uerò profundissimum hoc sumptuum, ut sic dicam, specus, quasi illud olim Curtij, non opibus expleri ullis, sed uirtutibus ante alias modestiæ cohiberi constringique potest. In quod maxime proderit meminisse, alienum esse quod prodigis, & hic quoque unum aliud Hadriani uerbum sæpe ad memoriam reuocasse, quod sæpe ille & in concione & in Senatu legitur dixisse. Ita se Rempublicam gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam optimo principe dignum uerbum. G. Regno & ultio mea est. R. Tua quidem minimè, neque enim mentitur is qui ait: Mea est ultio. profecto autem si uerus est rex, nihil tuum minus est quam ultio, nihil maius quam clementia. Natura utinam, ut apum, sic hominum reges aculeo exarmasset, nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem. Meum est, quod illa non cogit hortari. Respice paruum illud sed diuinum animal, pone & tu non in uulnere, sed ante uulnus aculeum. plebeium enim illud, hoc regium, Alioquin ut sine iustitia, sic sine clementia rex non eris, ac ne homo quidem, sed quod in fabulis dici solet, coronatus leo. G. Imperator sum Romanus. R. Habes & Nero nem & Vitellum quem sequaris, ad hos tres tota non modo omnium principum, sed hominum turba restringitur. Hinc ergo tibi ducem elige, si recentioribus delectaris, habes eiusdem ordinis Traianum, Decium, Gallienum. G. Sum Romanus Imperator, mundi dominus. R. Fuit quando id dici prope ueraciter poterat, quorsum uerò redierint res uides, ut intelligi detur, quam sit tutum stultis & ignauis magna committere, quanta prouidentia, quantum in furorem, quantus labor, quantaque diligentia, quantum in torporem incidit. Non est amplius gaudij materia Romanum Imperium, sed humanæ fragilitatis & fortunæ uariantis indicium. G. Imperio clarus sum. R. Clara nomina res obscuræ. mundi fraudes, humana credulitas, hi sunt unci quibus huc illuc faciles animi trahuntur. Pulchrum imperij, pulchrum regni nomen, sed imperium & regnum difficilima omnium officia, si rite gerantur. Alioquin & periculosa prorsus & mortifera, neque de nihilo

dictum illud regium laudatur. Diadema nobilem potius, quam foelicem pannum, plenum curis periculisque & miseris multis, quem cognoscens, nemo non ambiat modo, ausparto gaudeat, sed nec oblatum ultrò recipiat, obiectum humo leuet. Proinde expergiscimini aliquando mortales, aperite oculos, ne uel semper falsis caligat fulgoribus, ueltra metimini atque aestimate corpuscula, circumspicite quibus septi estis angustis, nolite Geometras ac Philosophos contemnere, terra omnis punctus est, uos caduci ac fragilis & incerti exitus, & cum iuuenes & cum sani estis, cum morte luctamini cum ascendere credi. Is descenditis, & cum stare uidemini, tum maxime ruitis, nec ulli animal magis suarum uirium obliuiscit, ac sepius uermes semimortui, regna & imperia somnias. Mementote uos punctum perexiguum, se uerius, ut sic dixerim puncti breuis, immò ne millesimam quidem puncti partem possidere. Hanc superbi incolae praemittis, mox praemendi, neque amplius ex uniuerso possessuri, quam quod frigentibus membris ac pallidis occupatis. Ite nunc caeci & infani, elatoque uultu tumidi, quod natura angustat laxate animis, & uincti immensa, & moribundi immortalia cogitate, inque hoc nihilo, ridiculosa & infana insolentia, ad momentum rapidi temporis, hic rapinas, hic iniurias, hic uindictas, hic spes anxias, hic honores uarios, hic cupiditates inexpletas, hic furores demum uestros, hic regna, principatus & imperia, hic classes, hic acies, hic bella molimini. cum multum insanieritis, terra imperatores fueritis, siue aratores, seu diuites, seu mendici, corpus uestrum putris terra uita uestra fumus leuis, magno flatu pulsus fuerit, & uix tandem serò quidem cognoscetis, uitam hanc fuisse non patriam, totumque hoc regni & imperij falsum nomen. G. Imperator factus sum. R. Stulti cum imperatores fiunt, homines se esse non recolunt aut fuisse. quale est illud Tyberij Caesaris, qui amicam uolentem eum commemoratione quorundam actuum, in memoriam pristinae familiaritatis adducere. cum uix aperto ore, hoc unum uerbum emisisset: Meministi: praueuens interruptit, nec passus est explere quod coeperat, sed repente ait: Quid fuerim non memini: uocem improbam ac superbam, nec amicitiarum modo, sed totius humanitatis immemor. G. Ad Romanum imperium ascendi. R. Quid hinc gaudes, & in aculeum ascenditur & in crucem. Contra uero & in lectulum & in sedile descenditur & sepius in imo quies habitat. nonnullis opprobrium, multis supplicium, omnibus labor est scandere.

De exercitu armato. Dial. XCVII. GAV.

EXercitum armatum habeo. R. Mirabar nisi regnum atque imperium exercitus, hoc est miseria miseriam sequeretur: atqui Seneca Scipionem Africanum coelotenus attollit, non quia magnos ducit exercitus, quos & furiosi nocentesque duxerunt, sed ob egregiam moderationem, quam nunquam certe dat exercitus, sepe eripit, sepe minuit. Quae enim tam solida uirtus est, quam tot sceleratorum, totque carnificum cruentorum conuersatio exemplumque non deterreat. G. Magnum habeo exercitum. R. Habes unde in campis uitam agas, neque enim aut urbes exercituum sunt capaces, aut bene ciues togati militesque cohabitant armati. G. Fortissimum habeo exercitum. R. Habes belli materiam, pacis excidium, si hinc gaudes, ad caelestem certe non pertines ciuitatem. G. Habeo exercitum ingentem. R. Habes utrunque ad latus hostes armatos, quos nec murus a te separat nec uallum, anceps profectio negotium & graue. G. Mihi multae sunt & ualidae legiones. R. Harum tædia nemo facile atque molestias, insolentiasque dinumeret, sed tu omnia experiendo condisces. Et quanto sit fatius solum uiuere, quam cum multis legionibus profectio nullae iniuriae, nulla perfidia, nulla crudelitas castrorum moribus comparandae sunt. Intelliges per teipsum quam sit uerus pueris quoque notissimus ille uersiculus:

Nulla fides, pietasque uiris qui castra sequuntur.

G. Magni dominus ac rector exercitus sum. R. Tutius pastor tygridum forsitan ac urorum esses, possunt mansue fieri corda ferarum, at quorundam hominum non possunt, & mi

& minantur antequam feriant ferae, odia hominum improviso erumpunt, hi quos tuos reris, qui te Dominum uocant, heu quam paruo pretio uenale genus & instabile: quam leuibus ex causis mutabuntur, & ex militibus hostes fieri. Blandi uultus in horrorem dat: que tibi dextrae, tuam forsitan in perniciem conuertentur, neque si fiat nouum erit aut insolitum. Ad placentiam fuit motus ille terribilis, quando aduersus Iulium Caesarem suus exercitus insurrexit, de quo dictum est:

Quem non ille ducem potuit terrere tumultus:

Caesar autem illa incredibili sua constantia ac uirtute, motum omnem compressit, & punitis auctoribus quietauit, exercitum atque obsequium reduxit. Fecit idem ad Antiochiam Alexander ille Romanus princeps, successitque magnifice. sed procedo paululum, breui idem non ab alio, quam a suis militibus interfectus est. Eodem modo iam Pertinax ante perierat: si duo postmodum Maximini pater & filius, sic Balbinus, & Maximus, sic Probus dux clarissimus, sic Gratianus, & Valentinianus iunior optimi fratres. Ille a suis legionibus, hic a suo comite proditus. sic innumerabiles alij a suis hostibus inuicti, suis exercitibus perire, & quos milites appellabant, inuenere carnifices. Vide ergo quo gaudeas, tuus hic exercitus, trux, immitis, utque ait ille bellua multorum est caput nihil non ausura, iram illam uel inopia uel auaritia irritante. G. Mihi exercitus ingens est. R. Pompeio quidem Thessalico praelio, ut ait Florus, nihil maius exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo, & ferme in omnibus bellis maior semper exercitus succubuit, & minor uicit.

De classe instructa. Dial. XCVIII. GAV.

Classem habeo instructam. R. Et instructos aer uentos, instructos & quor fluctus, & instructos scopulos, terrestre animal, quid tibi cum pelago? G. Instructa est classis. R. Instructae tempestates, instructa naufragia, periculis tuis gaudes, & laboribus & impensis, quarum nullus est modus. Uestrarum omnium insaniarum sumptuosissima est classis. G. Classis instructa est. R. Hanc coeli & maris disijciet, & quamlibet instructam sparget ac destruet inopina tempestas, de qua non cogitare, dum nauiges stulti est. G. Classem habeo in mari. R. Parum ne terra uobis discriminum attulerat, nisi maria etiam uexarentur: non satis est terras unde nocens ferrum, quod Naso ait, ferroque nocentius aurum eruatur effodere, ipsa quoque horrida, & quae primi homines tantummodo mirabantur maria penetrastis, ubique laborem, ubique periculum conquirentes, inque hoc unum uigiles, atque solliciti, segnes ad reliqua. R. Magna cum classe maria sum ingressus. R. De regressu cogita, ingredi nempè perfacile est. Solet & quor intransibus planum esse, progressis sepe monstruosum ac difficile, tamen inter homines, natos, inter Delphines & Tritones uita agere, mira uasti animi uoluptas. G. Magna mihi classis & ualida est. R. At fortassis utilius tutiusque, uel breui in scalimo, uel sicco de littore, insidias piscibus tetendisses, quam classe armata uim gentibus intulisses. Multis quidem classis eximia noxam dedit audaciam, eo que impulit, ubi optarent domi esse. hoc & Graij Troia reduces, Caphareum ad montem, nominatim uero Lacedaemones Arginulis, Syracusio Athenienses in littore, & Carthaginenses ad Aegeates insulas didicere. Multa sunt classibus pericula, non ab hostibus tantum, sed ab ipso mari, denique cum moriendi genera plura essent, hoc unum genus est additum. O caeci uitaeque quam maxime diligitis prodigi, mortem undique quam super omnia timetis, arcessitis.

De machinis & balistis. Dial. XCIX. GAV.

Omnis generis machinas habeo. R. Et hic quoque furor regius, habere unde multis noceas cum uelis, quos beneficentissimos hominum esse oportuit. Et ob hoc unum regnis impositi & reges dicti sunt, ut regant homines, atque ab eis ceu parentes colantur amenturque. Quidam etiam patres patriae appellati, cuncta in contrarium agunt, ut ceu tortortes ac praedones publici, cunctis formidabiles atque inuisi sint. G. Abundo machinis ad euertendas urbes idoneis. R. Quanto melius extruendas seruandasque, tu

G 3 fortasse

fortasse gloriosus putas euertere, & uideri mauis tui temporis Poliorchetes, sed non semper urbes machinis euertuntur. Cæsar quidem bello Gallico, cum aduersus Atuaticos turres maximas erexisset, primùm cōtemptui hostibus fuit, quasi rem impossibilem humanis uiribus moliretur, ubi autem moueri & moenibus applicari illas uidere, è contemptu in stuporem ac pauorem uersi, omiſſa defensione ad deditiōem confugere. Ac ciuili bello ipsius Cæsar dux Brutus, ad Malsiliam æquè erectis atque admotis parem stuporem obſeſis iniecerat, sed non parem metum, itaque egressi turres & machinas incenderunt. G. Abundo machinis & balistis. R. Omnia ferè quibus gloriaris ad iniuriam alienam potius, quàm ad tuum decus spectant, quantò erat honestius atque homine dignius abundare misericordie instrumentis, quàm sauitiæ; habere quibus hospitalis & amicis & egen- tibus esse posses, quàm quibus urbes immeritas oppugnando, quietem publicam perturbares? G. Habeo machinas ingentia saxa torquentes. R. Saxa torquere furiosum est. G. Habeo machinas & balistas innumeras. R. Mirum nisi & glandes æneas, quæ flammis iniectis horrifono tonitru iaciunt. Nō erat satis, de cælo tonantis ira Dei immortalis, homuncio, nisi (o crudelitas iuncta superbia) de terra etiam tonisset, nō imitabile fulmen, ut Maro ait, humana rabies imitata est, & quod è nubibus mitti solet ligneo quidem, sed tartareo mittitur instrumento, quod ab Archimede inuentum quidam putant, eo tempore quo Marcellus Syracusas obsidebat. Verum ille hoc ut suorum ciuium libertatem tueretur excogitauit, patriæq; excidium, uel auerteret uel differret, quo uos ut liberos populos, uel iugo uel excidio præmatis utimini. Erat hæc pestis nuper rara, ut cum ingenti miraculo cerneretur, nūc ut rerum pessimarū dociles sunt animi, ita communis est ut unum quodlibet genus armorum. G. Balistis affluo. R. Melius belli odio & studio pacis afflueres, cum cætera quidē arma inquieti animi, & degeneris signa sunt, nec pacificis quidem grata, & bellatoribus inuisa magnanimis. Deniq; sic habeto. Qui balistam primus inuenit, ille aut pauidus fuit, aut proditor nocendi audidus & metuens hostes, itaq; cogitauit quod Lucanus ait:

Longè tendere neruos

Et quò ferre uelint, committere uulnera uentis.

idq; de omni genere missilium puta, fortis bellator congressum hostis exoptat, quem sagittarius uitat.

De thesauro reposito.

Dial.

C.

GAV.

Thesaurum in bella reposui. R. Rem malam in usus pessimos. Quantò tibi alijs erat utilius, hunc & amicorum patriæ usibus acruasse; maximequè necessitatibus indigentium, ille demum thesaurus uerus esset, & thesauri pretium cœlestis, nunc pretium est inferni. G. Thesaurus suppetit in usum belli. R. Thesaurus animi uires extenuat, bellum uiros, utrunquè pestiferum. G. Magno thesauro subnixus in bellum sum. R. Solet iste thesaurus possessori suo perdendi metum asferre, hostibus lucrispem, & bellandi simul audaciam. Quis non alacer in bellum eat, quo querere multum possit nihil amittere; pugnasse quidem feruidè inopem ac uicisse, eundemquè mox diuitem refrixisse, apud Flaccum legis, & profecto si ad clarissima rerum exempla inflecteris, uidebis Romanos dum fuere pauperes, omnium gentium fuisse uictores, tum uinci coepisse, dum diuites facti sunt, ita ad aduentum diuitiarum discessere uictoriæ ac uirtutes, simulquè opum, conuites delitiæ ac libidines subire, ut non immeritò scriptores quidem temporum illorum, Romanæ paupertatis interitum quæsti sint. Virtutum nutritrix optima est paupertatis, opulentia uitiorum. Victoriæ de thesauro tuosperas, hinc potius metuendum, multos pauidos & imbelles, omnes tumidos ac superbos, nullum penitus uirum fortem fecere diuitiæ. G. Magnum mihi thesaurum aggregaui. R. Tibi curas & inuidiam, hostibus stimulos, furibus sollicitudinem addidisti.

De uindicta.

De uindicta. Dial. CI. GAV.

Hostis in manus uenit, ultionis oblata est facultas. R. Immo, experimētum tui an Hircæ mancipiū, an clementiæ sis amicus. quod nisi ad utranq; ferri posses, incertū esset: Multi enim esse credunt quod non sunt, experti autē quid sint, sciunt. G. Est mihi hostis in manibus, ulcisci possum. R. Alij potētiae fines sunt, decoris alij, nō quid possis, sed quid deceat æstimandum est, ne si quantū potes uelis, nil posse sit melius. G. Ulcisci possum, nil dulcius est uindicta. R. Ira nihil amarius, quàm cur quidā dulcem dixerit, mirari soleo, sin dulce aliquid inesse consenseris, dulcedo effera, uiro indigna, ac propria bestiarū, earūq; nō omniū, sed præmordaciū atq; ferociū. Nil humanū minus quā sauitia & feritas, cōtractū, nil homini suū magis quā misericordia et lenitas, quibus nihil tam contrariū quàm uindicta est, & quicquid animi impetu, homo in hominē committit asperius. Quod si omninō uindictæ nomē dulce est, ostendam tibi quo multa cū gloria uti possis. Nobilissimū uindictæ genus est, parcere. G. Ulcisci licet. R. Multo est satius, multoq; formosius obliuisci iniuriā quàm ulcisci: generosior nulla est obliuio, quàm offensæ, hanc summus Orator summo duci, summæ laudi tribuit, quod scilicet nil solum nisi iniurias obliuisci. Nihil autem prohibet unius laudem illi non ereptam, ad plurimos peruenire. hoc inter multa præcipuum præ cunctis opibus habent animi bona, non decreſcunt sparsa, nec pereunt. Summe igitur & tu tibi nobilissimam hanc opinionem Cæsaream, quæ te multò faciet clariorem, quam cyneam tarmadamquè memoria sua. Illa enim naturæ fuerit, hæc uirtutis. G. Ulcisci iuuat. R. Ultionis momentanea delectatio est, misericordie sempiterna. duorum nempe delectabilium, illud præferendum quod diutius delectat. Fac tu hodie quo perpetuo delecteris, nulla uerò maior, nulla firmior delectatio est, quàm quæ de puritate conscientie, & rerum bene gestarum recordatione oritur. G. Honestum est ulcisci. R. Honestius misereri: multos clementia honestauit, nullum ultio. Nihil tam necessarium inter mortales, nihil tam commune quàm uenia: nemo enim qui non peccet. nemo cui non misericordia opus sit, quàm negata, quis tam multos criminum & culparum extricabit nodos, aut dissutum diruptumq; societatis humanæ fœdus fartiet? Semper inter sese homines, semperq; in illos decertabit ira dei. Nullus erit aut litium aut poenarum finis, nec cessabunt arma nec fulmina, parce igitur, miserere & compeſce animum, fac tu hominē, quod tibi ab homine fieri uelles, quod à Deo uis. Impudenter à Domino ueniam petit, qui conseruo illam suo negat. Homo hominē iram seruat, & à Deo querit medelam: in hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? G. Non infero iniuriā, sed ulciscor. R. Quid refert, primus pecces, an ultimus? non est æquum ut quod in alio improbas, in te probes. Vis n'e sauitiam in hoste damnatam sequi, fieriq; illi similis moribus, cui dissimilis animo sis, quidquè ille pessimum habet, tuum face res? G. Volo quidem & licitum est ulcisci. R. Nec debes uelle, nec ulla id licitum lege est, ut defensio licita sit, ultio uetita. Scriptum est: qui uindictam uult à Deo inueniet uindictam. Et rursus ut paulo ante dixi: Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, dixit dominus. Illud tempus expecta, sine ille te uindicta, qui & offendenti est dominus, & offensi. Solet inter seruos domini communis esse cognitio, siquid ingenui habes, si qua tibi perfectionis habitus cura est, opta potius atque ora, ne ille quidem uindicta. sic hostis crimen in tuam uerteris salutem. G. Ulcisci est animus. R. Da iræ spatium, da consilio tempus, frena impetum differ aut desinet aut lentescet. Breuis hora sedat iratum æquor. G. Ulciscar. R. Vno actu multos offendes, una iniuria sæpè innumerabiles hostes fecit. G. Ulciscar. R. Plus te ipsum læseris quàm hostem, illi corpus forsitan aut opes, tibi animam famamquè corrueris. G. Ulciscar. R. Quotiens ulciscendi studio iniuria geminata est, læso sæpè unicum dissimulasse remedium, sæpè uel quæstum esse, uel nutu tacito sensum iniuriæ præterdisse periculum fuit. G. Perdere hostem possum. R. Melius est amicum querere quàm hostem tollere, sed utrunque simul optimum, quod nulla arte melius quàm parcendo fit cum ulcisci possis. Aptissimum tollendis hostibus instrumentum

G 4 est leuitas,

est leuitas, in quo si creditum esset, Herennio seni sapientissimo, nec Samnitum exercitus modo uictor, collo iugum Romanum, nec iugum primo cum reliquis, mox securim solus Imperator Pontificus pertulisset. G. Ulciscendi pungor aculeis. R. Resiste cogitationibus pijs, exemplisque omnibus quæ leniorem in partem inclinare animum possunt, & in primis memoria uitæ breuis & ambigua. Hæc enim Senecæ cui assentior, efficacissima uidetur de iracundia lenienda: cui is ipse quem memorauit doctor accedit. nam quid aliud sentiebat, ubi ait: Memento nouissimorum & desine inimicari. Sic est enim nilquæ inimicitias magis alit, quam conditionis obliuio. si quidem iste cuius mortem sitis, ne dubitata, moriturus haud dubie est, & id ipsum cito, fortasse hodie, tuq; illum forsitan, quod non cogitas præcururus: expecta paululum, subsiste, fiet quod fieri opras, & quod metuis fiet. Cæterum mors quam hosti paras, sine tuo illi scelere præparata est, quid iuuat fati cursum properantis impellere, & morituri sanguine, morituras manus inficere, non scelestum modò, sed superuacuum est impietate tua, proximum ac festinans tempus arcessere, quod si ualde uelis, nulla possis pietate repellere aut differre, quantò tranquillius atque honestius ille integer & illæsus, tu siccus & innocens, quam uterque cruentus & tu noxius hinc abibis. G. Vrgeor ulciscendi stimulis. R. Caue ne cesseris, sed oppone eis memoriam eorum qui non tantum mites hostibus, sed fauentes ac benefici fuere. contraque illos tibi propone, qui membratim cæsis hostibus, ad hunc rabiem spirantes, nec quicquã in non senfura cadauera sauerunt. De hinc tecum elige quorũ similis esse malis, neque actus solos, sed & uerba cõfer. Pars enim nõ parua crudelitatis in uerbis est, crudelis pes, crudelior manus, crudelissima lingua est. Sæpe animi sauitam, quam manus nõ æquauerat, lingua transcendit, illa uero optima, ut crudelitatis sic dementiæ testis est. Sonet igitur ad aurem tibi illa cuius non multo antè meminimus Hadriani uox, simulq; illa Tyberij, de quo scriptũ est, quod cum audisset, unum è reis Carnulium nomine, anticipasse mortem, exclamauit: Carnulius me euasit. ò uox ferox, & si dici potest, ipso uocis auctore ferocior, quid uilitatis supplicij cogitabat, quem se in uinculis manu sua perimens euasisset? Ecce duo igitur unus status sed mentium diuersarum, uno & eodem uerbo quam uariè usi sunt. Ille ad præsentem hostem euasisti, ait, hic de absente, euasisti inquit, ille suo hosti uitam donauit, hic inuidie mortem. Elige quid horum potius ac te dictum uelis dici, an tranquillum illud uerè principis, an illud alterum immanè carnificis. Nec ignoro quam sit proprius iubere ista quam facere, & quid obijci possit intelligo. Difficilius in suis quam in alienis iniurijs mitem esse, difficile fateor, sed bonum, de bono autem ac difficili omnem esse uirtutem, nec tu neges, uirtutis amatoribus sunt cuncta facilia. G. Fixum est ulcisci. R. Vincit pars deterior, obsta illi, dum adhuc potes, uictoriamque illi priusquam ea uti coeperit eripe, stratamque mansuetudinem attolle. Memento te hominem, multos quidem uindicasse poenituit, neminem pepernisse. G. Vltus sum. R. Vinci ab hoste præstabat, hostis uictorem uicit ira.

De spe uincendi. Dial. CII. GAV.

Bello uictoriam spero. R. Cum fallax ubilibet, tum in bello fallacissima est. Nil ex præmeditato agitur, inopix erunt omnia, prudentissimus atque exercitatissimus militarium rerum fuit, qui dixisse fertur, nusquam minus quam in bello euentus respondere. G. Victoriam spero. R. Pacem haberes utilius, eiusdem ducis uerbum memorabile traditur: Melior tutiorque est certa pax quam sperata uictoria. G. Bello uictor ero. R. Quid si uictus? hæc spes multos in exitium egit, sine uictoriæ spe: nemo uolens in aciem descendit. G. Bello superior euadam. R. Futuri uerbum temporis. omnis enim de futuro spes, & futura omnia semper ambigua. G. Bello uictor remeabo. R. O spes hominũ inanes, nec uictor fortasse, nec uictus remeabis, sic tibi reatum spondes, apertumque inter gladios iter, acri deuotum classico Marti caput. G. Esse uictor spero. R. Et qui contrarium speret, uel falli uel utrunque uel alterum sit necesse. potest uel alter uel uterque dux partium, seu alter seu mutuis uulneribus simul

simul occumbere, quod & sæpe credo alibi: et quod nunc meminim, Thebis ultimo inter fratres impios congressu, & Romæ primo post exactos reges accidisse proditum ex bello, ut Superbi regis filium, Brutus Coss. ad inferos persecutus est. Amisso autem spiritu iã uictoria nulla est, quo seruato, sæpe tamen acie pari Marte discessum tenes. utrobique igitur ambos duces suæ uictoriæ fraudatos constat. Vnum nempè fraudari tam commune, tamque quotidianum est, quam in aciem proficisci. Quid scis autem, an unius ille tu sis, hac qua tibi blandiris uictoriæ spe fraudandus? G. Bello uincam. R. Ut anceps semper, sic sæpe tristis & sanguinolenta uictoria est, non habetur gratis, quod uitæ discrimine quaeritur, carè emitur, cuius sanguis est pretium, charius cuius mors fieri potest, ut pax uictrix ducem perdat, ita tuis uincensibus uici potes. Quid de uictoriæ sceleribus dicam? Non sunt tot uicti miseræ, quot sunt peccata uictoris. Quod si peccato miserius nihil est, nec uictus eo quam uincitur uictore miserior, sed eo minus miser quo minorum rerũ damnis afficitur. G. Vincam. R. Ut ad summam redigam & an uincas, & an melius sit uicisse, si uiceris in dubio est.

De uictoria. Dial. CIII. GAV.

AT uici. R. Caue ne te uincat ira, superbia, crudelitas, furor, rabies. hi sunt enim uictoriæ comites & uictorum hostes inuisibiles, & horrendi à quibus sæpe clarissimi uictores turpissimè uicti sunt. Nondum te uocat ad calculum fortuna longa & perplexa rationum series, creditrix uiolenta & pertinax, cum qua tibi nunc quoque negotij multum restat, mutuum reposcere solita est magno cum fœnore. G. Magno prælio uici. R. Victor prælio sæpe uictus est bello. G. Vici autem. R. Quotiens uicere Carthaginenses? quotiens Gallie gentesque aliæ: quotiens autè uicti sunt Romani, sed spectandus est rerũ finis, earum maximè quæ uoluuntur & stare nesciunt. G. Vici certe. R. Et si certus belli exitus, adhuc euentus est dubius, & de læti tristitia & læta de tristibus erumpunt. G. Magnam uictoriam quæsiui. R. Nil tam magnum ut non nimio quaeri possit, est ubi plus uulnerum ac funerum uictoriosa pars computat, si non credis, Xerxem atque Thermopylas interroga. G. Magnæ uictoriæ fors fuit. R. Vix potest magna uictoria, paruo pretio constare, de bello omnium maximo, omnium maximus historicus dum ageret: Adeo, inquit, uaria fortuna ancepsq; Mars fuit, ut propius periculo fuerint: qui uicerunt. G. Plenè uici. R. Non est plena uictoria, ubi armatus hostis superest, quanquam & si hunc oppresseris alij renascentur, quasdam nempè uictorias, ceu sementem dicas esse bellorum, sic odia ferro trunca repullulant, densanturque & rediuiui in aciem redeunt bellatores, non ut fortassis imaginatio uehemens olim Calsio à se cæsi hostis imaginem supremo illo suo die obuam dedit, tam tremendo aspectu, ut audacissimum uiuentem illum non timuerat, defuncti species in fugam uerteret: sed ita, ut pro uno multi redditi ueris manibus, uerum ferrum moueant in illos, qui uicisse uidebantur. G. Vici, iam securus sine hoste sum. R. Stulte, dum erant homines, non deerunt hostes. tu Romanæ urbi post innumeros triumphos edomitumq; orbem non defuisse hostem legis, & tibi defuturum speras? quiescenti forsân hostis deerit, at pugnanti nunquam. G. Victor sum. R. Caue ne sis frustra, uti scientibus uictoria fructuosa est, uti autem disco, non eo modo, quo Maharbal Hannibali, sed quo Hanno Reipub. consuluerat. Nam profectò usus fructusque uictoriæ optimus pax est, neque ad alium quam ad pacis finem, ista bella suscipiuntur. G. Victoria mecum est. R. Vide ne euolet: allata est.

De inimici morte. Dial. CIII. GAV.

DE inimici morte lætus sum. R. Sperare de inimici morte aliquid, seu cuiuspiam hominis uel gaudere, illi forsitan sit permissum si quis usquam esset immortalis: sperare autem alterius mortem, quæ tibi possit ante contingere, uel gaudere id hosti euenisse, quod tibi necessariò euenturum sit stulta spes inane gaudium. G. Gaudeo de inimici

inimici morte. R. De tua alius mox gaudebit. G. De inimici morte gaudeo. R. Si quam uestræ conditionis memoriam haberetis, nunquam homo de morte hominis gauderet, quando enim quæso duorum, qui simul ad supplicium ducerentur, alter alterius de morte gaudium cœperit, sciens sibi idem supplicij genus instare, & non potius in illius morte suam cogitans, ingemuit? G. De inimici morte gaudium sensi. R. Quotiens putas, optata mors hominum uoti compotes torserit, & optare uitam frustra cœperint, qui nō frustramortem prius optauerint, dū intelligere incipiunt in suam se perniciem optasse. Sed præcipites sunt effectus uiri, quicquid uultis, ualde uultis, quod de Marco Bruto dixisse Iulius Cæsar, fertur. Immo uerò nimium uultis, nec feruens desiderij moras fert, itaq; quicquid uultis statim uultis, hic non modo uota impia, sed uenena, sed cædes, & quicquid homo in hominem struit, nocētissimum animal in suam speciem. Multa uerò optatis, quæ si in consilium ratio esset admissa, timeretis, & uarietas uotorum malæ electionis argumentum est, nec prius ad rectum redit impetus, quam inconsulti affectus infaustis castigantur effectibus. G. De morte hostis gaudeo. R. Si est hostis inglorius, de ipsius morte gaudere turpe est, & dolere superfluum: si illustris, honestius piusque est dolor, & si non propter hominem, at propter uirtutem quæ indies rariora habet hospitia, sic Metellus Macedonicus Africanij iunioris, sic cæsar Pompeij, sic Alexander Darij mortē fleuit. G. Gaudeo de inimici morte. R. Quomodo de illius morte gaudeas quæ diligere iubearis, non ut hostem, sed ut proximum eiusdem opus opificis? De inimici morte gaudeo. R. Nō audis forsitan, an contemnis consilium notissimum Sapientis: Noli, inquit, de inimico tuo mortuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium uolumus uenire; sanum prorsus seu consilium seu præceptum.

De spe pacis. Dial. cv. SPES.

Spero pacem. R. Melius est pacem seruire quam sperare, stulti enim est fastidire res certas, ambiguas spes amplecti. S. Pacem spero. R. Tenuisses eam artius, nec abire sineres quam sperares, quid enim si ad hanc spem impatientia te duxit tua, ut sperando angeli gereres, quo gaudento uti poteras? S. Pacem spero. R. Spes pacis multos perdidit, speratæque paci succedens, insperata calamitas incautos obruit sopitosque, quos expertos inueniens non læsisset. S. Spero pacem. R. Quid tam diu speras, quod mox assequi in tua sicca manu est? rari sunt qui pacem non inueniant, si bona fide uelle cœperint, sed hi ipsi quibus dulce nomē pacis, pax amara est. Pacem itaque petentes, paci obstant. Quatuor uobiscum habitant pacis hostes, auaritia, inuidia, ira, superbia, has in externum exilium pellite, pax æterna erit. S. Spes pacis haud dubia est. R. Inter spem pacis & pacem multa incidunt, lene uerbum, gestus facilis, compositam sæpe turbauit pacem, ipsi tractatus pacificique sermones, ferro sæpe franguntur, animosque acuit bellum atque asperat pacis spes. Sic amicitia mentionem irritam, quasi cotem dixeris odorum. S. De pace agitur, pax erit. R. De pace crebro nec quicquam agitur, nonnunquam uerò periculosè de pace agebant atque egerant, & Gallorum, & Pœnorum duces, quando illos Camillus oppressit, hos Scipio. S. Post belli finem pax firmabitur. R. Quanto firmata esset utilius ante belli principium: quot damnis ac mortibus tempestiua pace esset occursum? sed uos pueri contumaces ac discolori, sine uerbis non sapitis, in pace bellum, in bello pacem quæritis, neque unquam nisi bello afflicti pacem uel noscere incipitis, uel amare, eamque ut perditam fletis, sic mox redditam pari leuitate contemnitis, donec nos iterum atque iterum amissa perdoceat, bona uestra non spernere, mala uestra non cupere, denique non ineptire, non furere, quod antequam assequamini pudeat. Sæpissimè idem uobis audiendum, nec audisse sat est, sæpissimè uidendum & experiendum dicam proprie, ut discatis aliquid, sæpissimè uapulandum est. S. Bellum pax sequetur. R. Melius præcessisset bello iter obstruere, nihil insanius quam spe remedij ultrò uulneri sese offerre, auxilium non causam dant fomenta uulneribus, ægro salutem optare natura est, sano ægritudinem spe salutis insaniam. S. Pax futura est. R. Solet pax urbibus mutationem rerum afferre

pestiferam,

pestiferam, optima quidem ipsa, sed pessimis circumuoluta comitibus, iniquis legibus, fluxis moribus, occultis odijs, aperta tyrannide. Recordare quid ciuili olim bello præfagus ille dixit, nec sefellit:

*Superos quid prodest poscere finem?
Cum domino Pax ista uenit.*

Mellior est autem bellicosa libertas uiris fortibus, quam pacifica seruitus. S. Pacem habeo. R. Interim bellum habes.

De pace & inducijs. Dial. cvi. GAV.

Pacem habeo. R. Bonum ingens si sincerum esset atque perpetuum, neutrum sanè est. Nam neque nouum est, sed commune nimisque quotidianum est, ut sub umbra pacis bellum lateat, neque pacem, quamuis puram, diurnam sinit animorum instabilitas, se cum assidue non minus quam cum hoste pugnantium. G. Pax quæsitæ est. R. Sed amissa est cautio & disciplina militaris, fida urbium tutela, quæsitæ aut lenta segnitie, & semper periculosa securitas, cum in multis nempe sit melior bello pax, in hoc uno bellum melius quod cautius atque experientius. Nunquam Romana uirtus abiisset, si bellum Carthagenense mansisset, pax Punica, Romanæ urbis excidium fuit, urbibusque alijs documentum sempiternum, nō semper populis atque impijs optimam pacem esse: idque uir optimus Nasica, malè non sibi creditum iurabit, & uera locutus docti omnes fatebuntur. G. Pacem habeo. R. Modestè utere, bello quolibet funestior pax superba & negligens, sæpe armati inter gladios tuti, mox rogati in gladios inciderunt, & feris motis optauere bellum. Quid ruinam morum, atque ipsius humanitatis interitum loquar? quot iam bello uiri optimi, pace pessimi euasere, quasi cum armis omnem penitus exuti uirtutem, mox cum toga uitia omnia induissent, sic interior habitus cum exterior mutatus est, cuius quidem rei, & si multa millia hominum in testimonium trahi possunt, tamen abundè suffecerint testes duo, Sylla & Marius, quorum primum, ut de illo scribitur, neque laudare, neque uituperare quicquam satis dignè potest: quia dum quærit uictorias, Scipio nempe P. R. dum exercet læuitiam, Hannibalem repræsentauit. Secundus uerò uir fuit, ut de illo itidem scriptum est, cuius si examinentur cum uirtutibus uitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit, adeo quam Rempub. armatus seruauit, eam primò rogatus omni genere fraudis, postremò armis hostiliter euertit. G. Pacem patriæ partam lætor. R. Quid si pax interdum, quod in homine optimum est, extinguit nutritque quod est pessimum? Notum est illud Satyrici, qui cum de causis præcæ illius Romanæ uirtutis multa dixisset, inter quas est, & proximus urbi Hannibal, ad extremum intulit:

*Nunc patimur longæ pacis mala: seuior armis
Luxuria incubuit, uictumque uleiscitur urbem.*

Est ne autem oro te, ulla pax tanti, ut non odiosa sit uiris egregijs comitante luxuria? Certe altius cogitanti, depositis licet armis, pax uideri nequit, ubi bello domestico uitiorum insidiosissimo, & carente inducijs oppugnantur animi, boni mores in exilium pelluntur, uoluptates imperant, uirtus opprimitur. G. Pax firma est. R. Et pacis comites licentia ac libido, & ut discrimina nec pauciora nec minora quam belli. illa enim corporibus, hæc animis pestem ferunt, sæpe etiam corporibus, itaque multis lorica fecitior quam toga, campusque securior quam thalamus, tuba quam tibia, Sol quam umbra. Sunt quibus nil tutius bello sit, quod Iulium Cæsarem prædicantem de se suisque militibus audisti, pacem uerò si sine uitijs ueniret, & coeleste munus, & secundum nulli bonum fateor, raro autem sine uitijs uenit. G. Sed feci inducias. R. Dedisti hosti spacium ad colligendas uires, quibus fortius te feriret. G. Inducias habeo. R. Cognatæ inducijs insidie sunt, multa per insidias hostiliter fieri uideas, plura etiam facta legis, ut nil aliud belli consilia licentius agitant, liberius cōtrahunt auxilia, quosdam bello inuictos, induciæ cōfecere. G. Sūt mihi cum hostibus induciæ. R. Ignauū tēpus, nec pace lætū, nec bellis exercitū, sed dubijs inter

utrumque

utrumque pulsum fluctibus, ubi & tumor paci obstat, & timor bello, nescio an sit grauius pendere quam ruere, respirandi tempus optare fatigati est, miseri autem & insani est, nec pacem pati posse nec bellum.

De pontificatu. Dial. CVII. GAV.

AD pontificatum ueni. R. E' tempestate in portum fugi solet, tu è portu in tempestatem spontè fugis, tu mirus nauta. G. Pontificium sum adeptus. R. Parū ne difficilis, parum grauis unius omine tibi cura uidebatur, nisi omnium curas in te unum, atque omnium sarcinas transtulisses, fortes humeri, an fortis ambitio, eò animos cogens, ubi malè sibi futurum sciunt. G. Ad pontificium ascendi. R. Quo tramite uideris, duplex est enim uia, utraq; ad laborem, altera uerò etiam ad miseriam ducit, quacunq; perrexeris, uel te miserū, uel ut oprime cesserit ex libero seruū scito. Sic qd ascendisse diceris, descendisti, unus iam illorū, quibus canitur propheticū illud: Qui descendūt in mare nauibus, facientes operationē in aquis multis. qui ascendunt usq; ad cœlos, & descendūt usq; ad abyssos, quorū anima in eis tabescēte, ppter negotiorū multiplicium procellā. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapiētia eorū deuorata est. G. Summi solium pontificatus ascendi. R. Quò mare altius, & uenti plures & periculosior tēpestis. G. Romanus pontifex factus sum. R. Quò maior urbibus Roma est, eò maior te laborū moles manet. erunt qui te colant, qui adorent, qui obsideant ac circumstant, qui tibi serico terram sternant, auro niueos frenent equos, qui uina dapes que instruant ac plambant, p'fictis pontificibus inauditum obsequij genus: ex diuerso erunt, qui omisissis proprijs rebus in te figant oculos, te noent, de te iudicent, & quàm iustè Deus uiderit, qui denique mores tuos arguant, uerba distorqueant, famam lacerent, uitam carpant, quicquid usquam mali erit, quasi è fonte unico malorum, ex te prodijisse dicent, populi discordiarum, scelerum que omnium unus tu causa uocaberis, quomodo, inquit, sanum erit Ecclesie corpus, cū agrum ac languidum sit caput? Est ne, oro te, tanti uel aureum poculum, uel cubile purpureum, uel gemmatus uertex, ut quietis & famæ pretio quæri uelis? G. In summum pontificem sum electus. R. Versa ut liber hac in re tam experita hodie, quod est totum uel inane uel durum est, ut non immeritò quidam summi Pontifices tædio rerum uicti, nō supplicium aliud quàm foelicitatem illam hostibus suis optauerint: nam ut paucis expediam, summus pontificatus si ritè geritur, summus est honor, summum onus, summa seruitus, summus labor. at si malè, summum animæ periculum, summum malum, summa miseria, summus pudor, anceps ex omni parte negotiū. G. Summi pontificatus sedem teneo. R. Non tenebis diū, breuis est hominum uita, regum breuior, pontificum breuissima, eò quod propter pondus uastaticum curarum, atas ipsa Pontificis Romani tempus angustat, quæ ad hoc culmen nisi ad modum fessa uix peruenit. G. Summi pontificatus in uertice sedeo. R. Quò sublimior sedet eò grauior casus, uix ex alto sine periculo, aut labore descenditur. cura ut descendas sobriè, ne in illo grege reperaris, de quo dictum est. Tolluntur in altum ut lapsu grauiore ruant. ex omni quidem mortali fastigio descendendū nemo dubitat, sed hoc interest, quod iustorum ac sapientum descensus, reliquorum uerò præcipitium ac ruina est, ideoq; Pœnus ille dux moriens, qui dixisse fertur: Finis ad alta leuatis, est ruere: non improprie ait, ut iniustus. G. Summi pontificatus arcem rego. R. Solebant primi ex hoc statu ad martyrium peti, nūc ad delicias uocari credunt, ideoq; certatim hic locus appetitur, & huc omnium ferme mortalium uota suspirant. quis autem uel Romanum uel quemcunque pontificatum aliam cupit ob causam, nisi quo potentior ac ditior sit: contra iustitiæ præceptum præesse quæritur non prodesse, quodq; sacrilegium pudendumq; uel dictu est, magnis sæpè muneribus, quin & pactis & sponsonibus spes emittuntur sacerdotij pinguioris. O uertigo morum pessima, ad quod olim consueuerant & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt, & tam præceps feruet ambitio, ut non Christianus pudor ac modestia uideatur, sed ardor & peruicacia paganorum, quàm in huiusmodi petitionibus tantam fuisse didicimus, ut de Iulio Cæsare lectū sit, qd Pontificatum Maximum

Maximum petijt non sine profusissima largitione, in qua reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur: Domum se nisi pontificem non reuersurum: nec sefellit. Pontifex est reuersus. Liqueat autem quo impetu illud ambierit, quo non impetrato uel moriendum sibi certè, uel exulandum esse decreuisset. hoc illi autem utrumque licuerit, cui à patria errare propositum sit, regnare. ita ut inuiriā suam putet, si qua est orbe potestas altera quàm Cæsar, si tellus ulla duorū est: at Christiano homini cui propositum sit seruire, domini que sui iugum ferre, Pontificatum quomodo liceat ambire non uideo, nō modò largitione profusissima, sed quod non multo minus est turpe blanditijs atq; mendacijs indignis uiro artibus, sed communibus adeò, ut hæc ferè iam unica sit in altum uia. G. Romanus Pontifex sum. R. Seruorum seruus diceris, caue ne dominorum dominus fieri uelis, memento professionis, memento debiti, memento Domini, qui meritò nulli magis quàm uicario læsus irascitur.

De foelicitate. Dial. CVIII. GAV.

SVM foelix. R. Pontificatu forsan, aut omnino potentia atque opibus foelicè fieri credis. falleris, non foelicè faciunt ista uel miserum, sed detegunt atque ostendunt, & si quid facerent, miserum potius quàm foelicem facerent: sunt enim plena periculis, quibus humanarum est affixa miseriarum radix. G. Foelix sum. R. O miser, qui in tot malis te foelicem speres. G. Sum foelix. R. Opinione fortassis tua, quæ quoniam falsa est, foelicitati nihil addiderit, sed miserix multum, si quidem propriam non nosse miseriam, miseria summa est. G. Foelix sum. R. Hoc inter carnificum gladios magnus ille Pompeius de se prædicat, quod tamen si profundius uerum fodis, nunquam fuerat, ne tuum quidè, dū florentissimo in statu foelicissimus uideretur. G. Sum foelix. R. Foelix es, & unus uiator insolitus, mirus cursor, qui in hoc serupeo & difficili calle sis foelix, inter mille pericula raptatus iugiter, & ignorans, quo si quidem hic es foelix, quod nemo unquam fuit, nemo erit, ut auguror. Nā quis quæso hominum foelix in miserijs: nemo igitur foelix, prius quàm ex hac miseriarum ualle migrauerit. Duos quidè è cunctis mortalibus colligunt foelices, in quibus opinatissimus est, quintus Metellus, & apud scriptores rerum, & uulgo etiam foelix: sed huic tamen quamuis latè factatum foelicitatis nomen, in quibusdam exactioribus scriptis ereptum scio, iniurijs aliquando grauissimis, & quod dolorem ingeminat, uili ab auctore suspectis. Iam reliquorum falsa foelicitas in aperto est, Sylla foelix tantum dictus, in foelicem tamen uitæ illum ac mortis atrocitas probat. Alexandri Macedonis ac Iulij Cæsaris, & si fortuna prosperrima, uita tamen inquieta semper ac turbida, atq; ideo nunquam foelix, utriusque mors rapida, ille in medio bellorum cursu, hic post uictoriam repente, ille ueneno periijt, hic ferro Scipionum bellicam foelicitatem, alterius indignū exilium, indigna quoque alterius, & inulta mors minuit. Longum est euoluere singulorum fortunas. Ad supremum uenio: unus omnium ferè omnibus foelix uisus est Augustus Cæsar, monarchia omnium altissima, diuturna pace, uita spatio ac sine suauissimo, quodq; omnia superat: morum atque animi tranquillitate perpetua. quis hunc foelicissimum negauerit: sed in foelicem negant, quibus hæc scrutandi studium fuit. Obstat enim extrinsecis fulgoribus interioris ac domesticæ uitæ status, & fortuna longè alia, naturalis ac uirilil sobolis defectus, adoptiuorum ac nepotum immaturæ mortes, & quorundam morte peior contumacia: ad hæc & uilissimorum quoque hominum insidiæ, & suorum in se crebræ conspirationes, & dilectissimæ atque unicæ filia ac neptis adulteria crebriora, denique non suus hæres, successor que non placitus, & necessitate magis quàm iudicio electus, nec omnino se dignus nec imperio, si horum ergo nemo foelix, uel foelicem alium da mihi, cum quo foelix sis, uel sine consorte foelix esto, uel iam tandem ueriori sententiæ aures præbe, secundum quam dico iterum: Ante mortē nemo hominum foelix. G. Ego animo foelix sum. R. Sentio quam foelicitatem dicis, aut foelix igitur errore tuo es, ut ait ille, quæ foelicitas, ut dixi, miseria est: aut uirtute animi foelix, quæ nec ipsa foelicitas plena est, quamuis sit ad foelicitatem uia. ad postremum cuncta discutens, me mirari non dissimulo,

diffimulo, quā mihi foelicitatem quidā somniant promittunt; alijs, acutissimi homines in multis ac parte cæcisimi: nam siue omnium cumulus honorum ad foelicitatem, is quæ inde ficiens ac stabilis requiritur, & quā multa desint homini, uitæ studium hoc agenti pro se quisq; sentit, & hæc ipsa quæ adsunt quā incerta, quanc; labilia sint agnoscit, siue q; alijs uideatur, sola uirtus hoc p̄stat, certè ipsi, qui secundum uirtutem uitam agunt, quos diffiniunt foelices, quosq; foelicitati proximos, non nego uitam ipsam perpetuis tentationum prælijs patiuntur infestam, periculis semper multis & grauibus expositi, nec unquam ante exitum securi, quod siue nesciunt siue sciunt, æquè miseri sunt habendi. Nulla enim cum errore, nulla sine securitate foelicitas. G. Foelix mihi ipse uideor. R. Iam responsum habes, si foelicè error faceret, paucissimi non foelices essent, falsa ergo foelicitas tua est, & ea ipsa perbreuis. Nulli errore diu cōtigit gaudere, sola quidē ueritas solida est. Error tenuè quiddam & inanè, quod inter amplectentium manus, quasi fumus aut umbra dissiliat. Veniet quæ umbras ambigat, falsaq; gaudia in aprum protrahat, quæ foelicitati humanæ uerū pretium somnijs ponat. Quære interim ab h̄sipsis quorum proximè mentio est habita, quæ re ab omnibus qui foelices uel sibi uel alijs uisi sunt, ubi nam gentium, quouè nunc in statu sint; de sua illa breui foelicitate, quid sentiant, tacebunt ipsi, sed loquetur ueritas, testabitur quæ habitos foelices, fuisse miserimos.

De spe bona. Dial. CIX. SPES.

Quicquid in re sit, spem mihi nullus eripiat. R. Hanc auferre potest nemo, ipsa sese sensim eripit, & inopinis euentibus sæpè lusa consumitur. S. Spero multa. R. Et multa metuas oportet, sine metu enim spes non habitat. S. Spero bona. R. Mala igitur times, ut enim opposita spes timori est, sic aduerso de fonte oritur, & necesse est, quod sperare coeperis, eius contrarium ut formides. S. Spero læta. R. Sed incerta, quorum studio, certa negligere dementia cerra est, qui equidem quod non habet sperat, quod habet obliuiscitur. S. Sperare meliora non prohibeor. R. Quid si difficilia, quid si impossibilia, uenturaq; nunquam; quid si peiora, si pessima sunt quæ speras, & meliora tibi fingis? S. Iuuat in spe uiuere. R. Dic uerius in spe mori, nam & futura cogitantibus præsentia dilabuntur, & qui longinqua prospiciunt, quæ sub oculis sunt non uident, & qui cras uiuere destinant, hodie non uiuunt, nondum est cuius initium speratur. Ita cum spes omnis boni absentis expectatio sit, conseqens est, sperantem pro ea saltem parte qua sperat, mali aliquid pati. S. Dulce est sperare. R. Audio quidem multos hoc dicere, sed hanc ego dulcedinem non agnosco, nam si sperare & optato carere etiam dulce est, quod qui dixerit haud dubiè gestu caret. S. Sperare delectabile est. R. Ergo & pendere & affici & torqueri spes est, & longi supplicij longa spes est, nil sic animum fatigat, nil sic senium præcipitat: itaque sæpè uir sapiens, spem perditam lucrum uocat, seq; infinita cupidine liberatum ab expectationibus uanis, ad gaudendum bonis suis cogi, gaudet. S. De euentu fors uiderit, ego in spe gaudeo. R. Vide autem ne quando fors in re doleas, & optasse & sperasse, & sperata consecutum esse poeniteat: multos quos suspensa diu torserat, ad exitum spes ducta pessundedit, multi uotius & ualdè, licet non satis longè spei perire successibus. S. Nemo mihi tollat spem. R. Nemo tibi tollat tædium ac laborem animi: audisti ueteri dici solitum prouerbio. Magnus labor expectare. S. Rei bonæ expectatio blanda est. R. Sed & fallax & anceps & anxia, si hoc negas, nunquam aliquid expectasti, sed se fallentium inextimabilis turba est, quibus ad id quod agunt nihil prorsus inefficax sese offert, nihil respuit, nulli se negat, flecti facilis & falli prona crudelitas. Argumentum uerò leuitatis ingens atque amentia dixerim, passim obuias spes amplecti, & his illicè certis ut bonis pasci, ad quas docti omnes & experti rerum tardifunt. S. Bonā interim spem habeo. R. Interim dicis: credo dū te illa sefellerit, hic est enim mos, inuiti spem deponitis, nunquam illam relicturi, nisi uos illa re linqueret, quin cum uos sæpè reliquerit, mirum dictu, iterum atque iterum redeuntem cupidè semper excipitis, progressicq; obuiam quasi obliui ueterum, nouis armatam dolis, in-

clusi

clusi totiens cordis arce reponitis. S. Spem bonam usq; ad ultimum non deseram. R. Quid si diu ante illa te deseruit; an ne illam retrahes, an sequare, an expectabis ut redeat; age autè spera, quando nihil est dulcius quā falli. Non ego tibi spem quā mordicus tenes eripiam, tantum illud admoneo, non esse spem bonam quam tu reris, non est spes bona, quæ bonum sibi proposuit, sed quæ bene. Bonum quidem sperare scelestissimi quoque homines possunt, immò & solent: Verè itaque bona spes est, quæ de uero bono ritè concepta est, hanc qui habet stringat, teneat, neque abire eam uel in ultimis sinat, sorores quæ illi suas iungat charitatem, fidem. Hæc spes læta, dulcis, uerax, foelix est, quæ quæ nec sperantem fallit, nec confundit, sed ad optimum prouehit, animumq; interim sperati boni anticipatione lætificat. At uos seu uerum bonum malè meriti speratis, seu malis ueris fallum boni nomen imponitis, iure igitur uestra expectatio, antequam ueniat, mœsta est mœstior quæ cum ueniret. S. Humanum sapio, & de his loquor quæ homines uocant bona. R. Huius nominis, doctos olim inter homines longa lis fuit, quæ adhuc pendet pendebitque æuum in omne, his unum in rebus, contra autem illis bona multa ponentibus. S. Linquamus ista Philosophis, ego quæ uulgus dicit bona spero. R. Malum igitur tuum speras, quod uel dilatione te cruciet, uel falce opprimat exoptato. Fac succedat enim, quod ad corpus attinet, hosti arma paraueris, quod ad fortunam, uariæ & immitis dominæ iugum subieris: quod ad animum uerò ipsum, magna etiam pars in cladem ac perniciem uerti queat, quoniam quæ delectant animum sæpè & lædunt. S. Ieci ego spei bonæ anchoram nec mouebo. G. Atqui solent nauis tempestate orta nauis anchoram præcidere si diuelli nequit, relictaq; illa fugā cape, nō enim quod tranquillo mari apud Poëtā:

Dente tenaci anchora fundabat naues:

In magnis quoque pelagi motibus accidit, ubi non naues fundat illa sed alligat, & naufragio uinctas tradit. Nec herclè, aliter inter pcellas humanarū rerū, spes affixa & tenax, multos in exitium traxit, qui abscissa utique & abiecta spe incolumes euasissent. Sæpè igitur subtrahenda spei anchora, uel si hæreat euellenda, si ne id quidem liceat, abscindenda rerum quæ sub fluctibus relinquenda est, ut liberam uitæ pronam gubernaculo prouidentia dirigas ad salutis portum, S. Benè spero. R. Benè sperando & male habendo, transit uita mortalium.

De hæreditatis expectatione. Dial. CX. SPES.

Hæreditatem orbi senis expecto. R. Modò te tranquillum prædicabas, ipse tibi hæne contrarius sis attende, nunquam expectatio tranquillitas quæ cohabitant, uix ullum uitæ tædium expectatione molestius. S. Expecto senis hæreditatem. R. Nescis quid ille forsitan expectet, est ea quidem inter homines uulgaris infania, ut ferè omnes non coëuis tantum, sed iunioribus quoque diutius se uictores sperent, inuiti sua de morte cogitat mortales, de aliena autem libenter, cum tamen contrarium agere esset utilius. S. Senis hæreditatem spero. R. Quid si ille interim tuam sperat; falli alterutrum est necesse, quot autem senes inuenias mortem iuuenum expectantes? Et sanè nemo tam senex, qui non possit annum uiuere, nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori. S. Hæreditatem orbi senis spero. R. Iustius hanc sperabat filius, iunioris iustior spes elusit. S. Hæreditas orbi senis ad me uenit. R. Quid scis, an ad illum tuar; Gaius Claudius, Neroni Galba, Domitiano Nerua, Cōmodo Pertinax successit, & successiōnū taliū plena hominū uita. S. Orbi senis hæreditas me manet. R. Quem nō fallere possit uolēs, qui quæ noluit sefellit, cui supuere nequeat, q; filio supuixit. S. Orbi tā senis elogio scriptus hæres sum. R. An tabellis forsitan adamantinis, unde non facile delearis; an ignoras quā leuib; causis testamenta mutant senes; multis in ipso uitæ exitu, quod per omnē uitam uoluere displicuit. S. Hæredem me uult orbus senex. R. At qui potest nolle, nihil est autem indignantius orbo senæ ac diuite, ubi sua diligi seq; sperni senserit, actum est. S. Hæreditas orbi senis promissa est. R. Ea utinam innocentia atque ea mortalibus fides esset, ut & nunquā nisi honesta promitteret, & semper promissa seruarēt. Nūc nec promittēdi

modus.

modus, nec promissa frangendi pudor ullus, quod in hæreditate potissimum licere sibi homines putant. itaque uoluntatem testatoris ambulatoriam leges uocant. Non te exemplis premam, nota res est, legisti credo, quibus hoc accidit, non solum ut uiuentis promitteretur hæreditas, sed supremo etiam morientis amplexu & osculo auuis quæ aureis donarentur, quod apud illos indubie successione inditium erat, cum interim & hæredes alij, & eorum mentio penitus nulla esset in tabulis testamenti, tantum media de morte perfidia auisa est. Te ne igitur uiuorum fraudibus immunem reris, cum dolis morientium circumuentos legas summos etiam & illustres uiros, nã ne singulis immerer, genus hoc ludibrij, passus est Lucius Lucullus uir amplissimus, quod quæ est altius Augustus Cæsar, horrenda loqueq; mirabilis libido fallendi, quæ nefarias animas, nec in morte destituit, sed sic est mos & tu promissa in hæreditate spem desigis, quam frustrari possit, & uita longior testantis, & breuior fides, quanquam hic cessantibus, mutandi causa propositi possit esse iustissima, siuus hæres, noua seni oriens progenies. siquidem octogenario maior Cato filium genuit, nonagenario iam propior Manissa, idq; hac etiam nunc ætate uestris senibus euenit, qui utinam priscis illis, ut gignendi uis, sic uigore animi pares essent. Quæ cum ita sint, hæres certe legitimus, captatori obstat atq; improba spem præcidit. S. Iam testamento senis hæres sum. R. Sed uiuentis forsitan & uicturi, testamenta autem in uita fiunt in morte firmantur, funus & cadauer cogitas, lupus quidẽ expectatione lassandus & inedia. S. Hæreditas ad me recto calle uertura est. R. Quid quod ut testator, sic hæreditas casibus subiacet, ut neque semper quem uelis habeas hæredem, & sæpè nil aliud quam inane nomen sit hæreditas. Quid quod interim uasto pretio parua res emitur, dũ credulum senem & obsequium submissum & indignè uiro blanditiæ promerentur, nulla est tanta utilitas, quæ decoris impendio æstimanda sit. S. Nullo legum aut fortunæ obice, hæreditas ad me uenit. R. Vnde id nosti, cum sit scitum illud Marci Catonis sapientissimi senis dictum: Sæpè, inquit audiui inter os atq; offam multa interuenire posse. esto autem nihil interueniat, sed ad sperata perueniat hæreditas, nō manebit tecum, sed à te rursus ad alios migrabit. Volubilia sunt bona mortalium, rotundam nummi præcipuè formam dicunt, ut perpetuo roretur motu. quæ si uisisti hæreditatem successori tuo, moestus forsitan gauisuro, sollicitus ocio & sperasti de alio, propter quod idem alij de te sperent.

De alchimia.

Dial. CXI. SPES.

Spero alchimia prosperos exitus. R. Mirũ unde id speres, quod nec tibi unquam uere accidit, nec cuiquam, & si accidisse nonnullis fama fuerit, ab his ficta quibus id credi expediret. S. Spero alchimia successum. R. Et quæ quælo præter fimum, cinerem, sudorem, suspiria, uerba, dolos, ignominiam; hi sunt enim alchimia successus, quibus inopem nunquam ad diuitias euectum, multos à diuitijs ad inopiam reductos sæpè uidimus. Non tamẽ illud attenditis, tam blandum est sperare & falli, huc agit uos auaritiæ stimulus, impulsã dementia, ut uerum opinionem quod optatis, falsum quæ quæ cernitis. Notasti ne aliquos prudentes, in reliquis hac infania laborare, quosdam opulentissimos hac uanitate consumptos, dum quæ opulentiores fieri student & cædo quæstui inhiant, benè parta prodigere, censu quæ omni in superuacuis effuso, tandem necessarijs etiam destitutos, alios ciuilitate deposita moestos semper atque anxios, dum nec cogitare aliud quam folles & forcipes & carbones, nec alijs quam suæ hæresis conuiuere didicerunt, in syluestres penè homines euasisse. Nonnullos denique amissis primum animi luminibus, in hoc exercitio corporeo insuper oculos amisisse. S. Promissum ab artifice aurũ spero. R. Refert cuius artis artifex quid promittat, sunt quibus promittentibus nihil credi possit, eo quæ minus si promissum iusiurandi religione firmauerint. Sed ò cæci, parũ ne erat ueris in metallis quæ terra fert furere, nisi uos mendacio defossa torquerent; parum ne à uirtutibus aberrasse, nisi errori damnum, damno labor, & labori pudor accresceret. Hic qui tibi aurum suum spondet, cũ tuo auro in puluis aufugiet. noui nihil narro, mos est publicus & quauis igne commissa fraus sæpè igne purgetur, nihilominus delusus deceptoris tui supplicio, non indemnior,

indemnior, sed notior remanebis digitoq; monstraberis, auarus ac stolidus, flando exhaustus, flammis asidatus aspersus quæ fuligine. S. Magna mihi promittit Alchimista. R. Dic ut ea sibi præstet quæ promittit alijs, primumq; suam pellet inopiam: est enim ferè mendicũ genus hominũ, cunq; se pauperes fateantur, ditare alios uolũt, quasi aliena illis quam propria molestior sit paupertas. Sic ut miser se alios miserari dicere soleant impudenter, & ignotis etiam interdũ magna promittere. ò turpis promissio, & ò stulta credulitas. S. Alchimia artem didici, diues fiam. R. Immò quidẽ si fuisti, esse desines, ars nempè quæ memoras, nullam esse nisi mentiendi artem dicimus ac fallendi. Age autem, quando ita fert animus & incumbere, prædico autem tibi, quod te lucrũ ex hac arte maneat, domus tua miris hospitibus ac miris erit impedimentis plena. Erunt ibi efores & potores, idq; haud immeritò, quos ignis exiccat & cupiditas. erunt sufflatores, deceptores, derisores, omnis angulus habebit pelues & lebetes & phialas olentium aquarum, herbas præterea peregrinas, & externos sales, & sulphur & distillatoria & caminos. De quæ his omnibus tibi in finem curas inutiles, & stultitiam cordis, oris obscœnitatem & squalorem, & caliginem oculorum ac sollicitam conflaueris paupertatem, quod quæ his omnibus penè dixerim, circulatoris nomen & nocturnis in tenebris atq; infames inter latebras furum uitam. S. Spero effectum propositi uotiuum. R. Sperare hinc forsitan & gestire dabitur, non gaude re. S. Ad propositi terminum propinquo. R. An Mercuriũ cõgelastis; an quid aliud uanitatis; Nunc maxime à proposito longes, semper rebus aliquid defuerit: dolis nihil.

De promissis aruspicum. Dial. CXII. SPES.

Aruspices mihi multa pollicent. R. Inuenisti ecce aliud genus hominũ, cui si credas semper pendes, semper speres: nã neq; res unquã aderũt promissæ, neq; enim unquã deerunt promissores, sic res hinc profugas captans, hinc promissis impulsus, Ixionio semper more rotaberis. S. Spem bonam mihi tribuunt Aruspices. R. Non maius spem credulo, quam metum pauido inferre, contantes animi neutram in partem facile inclinat. S. Multa undique mihi promittunt Mathematici. R. Nihil promptius quam promissis affluere, ijs qui careant pudore, quos mentiri autem pudet, ad promittendum tardi sunt. S. Læta spondent Mathematici. R. Spondores quære alios, seu pignus promissi, fragile genus est, nudo uerbo malè creditur. S. Multa promittunt Mathematici. R. Quære qui promissum impleat, satis est spem dedisse, non potest unus dare omnia. S. Promissis Aruspicum experrectus sum. R. Consopieris euentibus, nihil euenit promissorũ. S. Magna iubeor sperare. R. Mirũ ut animus hominis qui uirtuti contumax est, uanitati uerò nimis obediens, unum aliquid id quæ optimum iubeat illa contemnitur, quicquid hæc iusserit difficile licet ac pessimum paretur. S. Mathematici læta pronunciant. R. Miri homines, futura qui nouerint, præteritorum atque presentium ignari, & quæ in cœlo fiunt ita nuncient, quasi consilio cœlestium interfuerint, recentique nunc inde ueniant memoria, cum tamen interim quid in terris, quid in patria, quid in domo, quid in thalamo suo fiat nesciant. Sic penitus uerum est quod apud Tullium legis: Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas. S. Magna nunciat Mathematicus insignis & uerax. R. Quo diuinus insignior, & mentiendi libertas maior, & fides promior mendacio est: sæpè quidem mirari soleo, noster quæ non immerito miratus est Cicero, quid hoc in genere nouum insuetum quæ accidit, ut cum in cunctis hominibus multa uera memorabili uno mendacio obscurantur, & suspecta fides in posterum loquentis fiat, in his contrã grauibus mille mendacijs, una leuis ac fortuita ueritas, uelut quoddam & mendaci publico fidem quærit, si quando uel semel (quoniam nemo tam mendax unquam fuit, quin quandoq; uerum diceret) nolens etiam aut ignarus, uni horum ueri fortè aliquid effluxerit, actum est, si casura hodie de cœlo astra denunciet credetur. Denique sine ulla suspitione mendacijs mentiri potest omnia, quisquis semel potuit nō mentiri. unum enim illud memorat præcept in futurum prominens, & præteriti sic oblita cre-

dulitas, ac deceptoribus suis fauens. S. Diuinis læta nūciantibus credo. R. Furentibus credere furor est. Certè quamuis hic Cicero uideatur sensisse aliter, conuenientius huic rei nomen à Græcis inditum, quàm à uiris iudico. Latini enim à diuis seu à diuinitate diuinationem, illi autem quod est *μαντιση* à furore dixerint. Vos fortassis ornatius, at illi uerius. Hanc sacri doctores uno omnes ore condemnāt, Ambrosius, Augustinus ceteriq; qui si fortè quando inter multos hic quoq; mos pestifer inualuit, ut inter hos garrulos, in quæstione ueri, ob ipsum professionis suæ nomen suspecti habeantur, ueræ fidei professores auditi non erunt, cum omnibus idem sentientibus, qui sunt innumerī. Et quamuis diuinationem improbent diuini uiri, quid tandem causæ est, quid ueræ suspicionis, ut non audiendus unus, & in multis primus, ac maximus illorum Cicero uideatur? certè istotum hoc illusionum ac fallaciarum genus damnat, ridet ac despicit, et ad summam, ommissis quæ locus iste non capit, omnis non tantum pia religio, sed uera quoq; Philosophia, & quæ illam calle suo sequitur Poësis, nec sancti modò, sed & docti omnes, hanc respuunt uanitatem, præter illos solos, qui uel hinc uiuunt, uel ab his seducti in eorum tendiculas lapsi sunt, quorum damnis atq; erroribus lucrum sibi atq; artem faciunt, in qua illud summū ac præcipuum, obscuritate fraudè tegere, & sic biceps ambiguumq; responsum dare, ut prædictum uideri possit quicquid euenit, quod omnibus futuri notitiæ professis in commune prouisum est, quia in re nō ars ipsa, quæ nulla est, non ingenium, quod sine literis rerūq; notitiā nudū est, sed illorū calliditas & audacia & impudentia ipsa mirabilis. Vnde quod festiue admodū ait Cato ille rigidus, Mirari se, quod nō rideret aruspex aruspice cum uidisset. Id ad omnes æquæ augures, aruspices, sortilegos, cōiectores, Chaldæosq; & Mathematicos, ac totam, quæ dixi *μαντιση* trahi potest, tam incertum est, an illorum fraus turpior ac ridiculosior uestra demerita. illorū tamē argutijs atq; ratiunculis respondere facile, sed prolixū est, notūq; adeo tam quæ à notis ac illustribus agitatur, ut nō supuacua tantum repetitio, sed temeraria uideatur. Vestræ autē ineptissimæ uanitati, quid aliud dici potest, nisi dignos uos, qui ab hominuculis nō terrestribus modò, sed luteis & nullius nisi qua stultos ludat notitiā artis habētibus, scientiæ insignis obtentu, & cælo insuper auctore fallamini. S. Persuasum est mihi prospera instare, quorum expectatio dulcis, læta & tranquilla est. R. Immo quædam amara, tristis, turbida, sed uos sensu perditō de obiecto sensuum iudicatis. Persuasum sanè nullo negotio crediderim, promptum est persuadere uolentibus, quibusdā persuasor necessarius non est, ipsi sibi sunt uates, & occursum animatiū, uolatusq; auisū, & garritus lætum in augurium ducit. At si quotiēs te ista fefellerint recogitas, si de hac re uicinos interrogas, nisi uel tu ultro te fallis, uel illi participes erroris quærūt, facile deprehendes, quorsum his præstigijs credendū sit, nisi tres illi summi hominum rerūque moderatores Pompeius, Crassus & Cæsar iurati fortè contrarium dicturi sint, quibus quod constat, magno quidem omnium quæ familiarissimo teste Marco Tullio, Chaldæi omnes, aruspicesq; promiserant, quod præclaro sine omnes beati fenes in patria morentur; id quæ quàm uerum fuerit non expectas audire, ferro omnes, duo miserabilius quàm longissimè ab Italico Romano quæ orbe sectis fœdoq; ludibrio reconditis, ueneratis illis toto quæ diu formidatis orbe capitibus, reliqua inhumati ferarumq; & piscium moribus ac uolucrum rostris expositi, cæsi & laceri, miserandum fortunæ spectaculum iacuere. In nunc diuinus quæ nega, qui tam certa prænunciant. S. Gratum augurium notauit. R. O amentiam importunam, miser homo successuum notitiā suorum, quæ sibi nulla est à uolucris sperat, quid hoc stultius fieri potest? quia si dijs placet, & Deotarum Regem uisā aquila impendēti præripuit ruinæ, & Agrippæ Hebræo instare carceris exitum, finem quæ miseræ ac prosperitatis initium nunciavit, supra uerticem sedens bubo auis, alioquin infamis, cuius quæ Virgilij carmine carmen ferale describitur. S. Lætum omen incidit. R. Omen ab homine dictum nomen, humanæ demeriti argumentum est, quo aliquid semper non externorum modò rerum, sed earum quoque quæ in uobis sunt animos, in errorem trahat, ne deliramentis anilibus, ulla pars rerum uacet. Itaque & sternutamenta seruorum & natorum fortuito lapsas uoces eò trahitis, non quouis illarum, sed quo uestra cupiditas uocat, scilicet quia Centurio

ille dixit

ille dixit: Hic optime manebimus, ne mundi caput transferetur, causa fuit. Aut quia Persam perisse flens infantula profecturo in bellum nunciavit patri, uinci Macedonum regem consequens iudicatum est. ò humana mens ebria & mirabunda, quàm facili impulsu erroris in foueam ruis? S. Læta aderant consopito. R. Mœsta aderunt experrecto. S. Læta dormiens uidebam. R. Mœsta uigilans uidebis. S. Fœlix eram per quietem. R. Miser eris per laborem, sæpè nihil somnia denunciant, & sæpè contrarium. S. Sæpè uera uidentur in somnijs. R. Quanto sæpius falsa, par est autem huius & reliquarum huiusmodi uanitatum ratio, unum casu incidens uerum innumeris falsis astipularur, uenturo quæ inhians præteritum mens non uidet. S. Multa nunciant diuini. R. Impositores ego hos non miror, qui de more suo pascuntur artificio, sed uos stupeo, qui illorum uentri animas & ingenia uestra submittitis, proinde quid tu teneas uideris, si me sequi uoles, expectabis æquanimis & tranquillus, non quid astra de te, sed astrorum creator ac regnator sanxerit, agens aliquid indies ardentius, quo illius amore fias dignior. De euentu, non tibi ueniat in animum sollicitare istos, quibus ignotior est ueritas quàm tibi, denique sic habebis, futura nosse durum homini, nec licere si expediat, nec expedire si liceat.

De læto rumore. Dial. CXIII. SPES.

Lætos rumor insonuit. R. Noli famæ credere, mendax est. S. Multi lætos nunciant rumores. R. Sæpè tutius uni creditur quàm multis. S. Quod tot nuncijs affertur falsum penitus esse non potest. R. Mos famæ uulgaris notus est, ueris falsa miscere, paucis ueris multa mendacia condiuntur. omnia mentienti nihil creditur. S. Rumoris auctor primus uerax est. R. At nemo quantum audierit aut uiderit referre contentus est, nihil est actum, nisi pro se quisque aliquid auditis adiecerit aut uisis, quod cum multi fecerint, auctum breui mendaciorum uideas aceruum, sic per manus, ut aiunt traditum, inter manus etiam crescit malum, quodq; ait eximius Poëta:

Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo.


S. Hac tenus lætissima fama est. R. Quid si mulcet ut feriat? sæpè lætum rumorem mœsta clades sequitur, creber hic fortunæ stilus, ut profundius uulneret, spem promittit cuspidem quæ uulnificam, læti cuiuspiam rumoris illitam, dulcedine iugulo gaudentis infligit. Quod uir doctus intelligens, lætis nuncijs non quatitur, hæret quæ immobilis, secum uoluens uel contrarium esse, uel id ipsum quod tam faustum uideatur, in contrarium uerti posse. S. Læto rumore moueor. R. Expecta saltem, dum & certus sit, tunc quoq; uirilem animum, rumusculis agi, turpe est licet ueris, falsis uerò turpissimum. Multos gauissos esse puduit, uerumq; mœrorem auxit falsi gaudijs memoria.

De expectatione filij, uel amici, uel uillici, uel uxoris.

Dialogus CXIIII. SPES.

Spero filij reditū. R. Speras gaudiū sollicitū & propinquum metū. S. Spero amicū reuiderē. R. Rē prædulcē speras, sed fallacē, fragili res hominū statu tremūt, forsitan quæ expectas iā nūc obiit, potes hoc pbasse si uidisti. Impedimentorum mille sunt genera, unū commune omnibus mors. S. Amici conspectū exoptatum spero. R. Sūt hæc ferè cōiuncta optare, & sperare, sed multis assidue casibus disiunguntur. quàm multos credimus fuisse Romæ, quàm cupidis animis Marci Marcelli huius ultimi reditum expectantes; contra autem uitæ medio, hostis illum crudelissimus expectabat, cuius potentior fuit immanitas, quàm uictoris clementia aduersarium ab exilioreuocantis. Potuit igitur Cæsar precibus senatus Marcello ueniam dare, non potuit Marcelli cliens graue maius pati, ut is Cæsaris beneficio uteretur. S. Spero amicū & expecto hoste quolibet carentem. R. Quis est hic hominum hoste carens, ut sit aliquis priuatorum expers, an publicis inimicitijs quisquam uacat, sicutiorum dico & prædonum, qui auaritia duce, bellum humano generi indixere. Finge aliquod tam be-

H 2 nigrum



nignum sydus, ut hæc pestis terris exulet, alius quis arcebit uehicularum & equorum lapsus, fluiuiorum ac torrentium insultus, & ruinas pontium ac tectorum, æquoreasq; & æreas tempestates; adde ferocium incursum animalium, quibus non singulos tantum homines, Dicearchus curiosissimus indagator rerum talium, sed quædam hominum genera docet occubuisse. Et ad summam, quot sunt casus humanarum rerum, quorum nullus est numerus, tot sunt hominum hostes, quæ spem tuam, non dicam retardare possint, sed extinguere. Vt nihil interueniat, mox quæ dixi, & euntibus & stantibus ubique contigua est, nisi itinerantibus eo fortasse uicinior, & quo iter & uectatio & locorum commutatio pluribus casuum generibus uidetur exposita. S. Spero amicum prospero exacto negotio reuersurum. R. Quam gloriosè quam prospere res gesserat, Drusus Nero diui Augusti priuignus, ut omnibus etiam hostibus domitis charus esset, ita ut eum paulominus adorarent, quorum mirificos affectus, erga illum memoriam usque ad hæc tempora, si unquam Germanorum inter præces fuisti, te sentire arbitror potuisse. Certè illa gesserat quibus uerè gloriaretur, quæ Romanis in sacris primis aliquot syllabis casu aliquo deiectis, nunc etiam sculptum uiget his uersiculis:

ad diuoriam Rheni

*Peruasi, hostes depopulauit agros.
Dum tibi Roma decuit æternamq; ludæ trophæa.
Faster pacatis leuior ibit aquis.*

Talem hunc iuuenem qualiter expectabat mundi dominus Augustus, qui eum sibi filium fecerat amando, qualiter Liuia Augusta, cui natura illum charum fecerat, chariorem uirtus, charissimum reor fratris ignauia. qualiter deinde frater ipse, qualiscumque erga alios tantè certè fratris amantissimus: ad postremum qualiter Roma ipsa, atque uniuersa Respub. quæ de nullo tunc hominum sic pendeat, quid ergo quæ tam multiplicis spei finis expectatum Drusum, inexpectatam mors abstulit, morbo quæ constat raptus, & quæ magni sunt auctores ex fractura cruuris, equo suplabente suscepta, quæ uiuus uictor reuersurus sperabatur, in patriam exanimis est reuectus. Quid filium huius loquor Germanicum? nullius credo unquam hominis expectatio maior fuit, non hunc pater, non Augustus ambo iam defuncti, sed Roma omnis expectabat tanto desiderio, quasi totius urbis unus animus, isque & uiduæ, & non nisi unicum habentis filium matris esset. Itaque ad primum ægritudinis suæ nuncium attonita penitus ac deiecta ciuitas, uultusque omnium atque habitus mutati & moestum tota urbe silentium fuit. Vbi autem lætior fama incertis licet auctoribus superuenit, conualuisse illum & uiuere, subitus clamor atque sceleratissimus undique sublatus, ipsum quoque Tiberium excitauit, concursusque in Capitolium ingens factus & penè conuulsæ temporum fores, ad perfoluenda uota agendasque dijs gratias, uicta nocteluminibus, fracto quæ uocibus, silentio gratulando canentium:

Salua Roma, salua patria, saluus est Germanicus.

Quis uerò tandem rei exitus? is nēpe quæ humanis in rebus est creberrimus, uenit nūcius certior obisse Germanicum, hinc publicus dolor ac gemitus, non edictis aut diebus, festis, aut uilis omnino consolationibus, coerceri quit. Nota est historia libro Cæsarii, 1111. S. Spero inueni filium reuersurum. R. An hic parum iuuenes de quibus dixi, accipe iuniorem, Marcellinum eiusdem diui Augusti nepos ex sorore, quantum putas expectaret ab auunculo, quæ eum sic dilexit, ut Virgilianum illud carmen nobilissimum, quo summus uates adolescens illius penè pueri memoriam honestauit, sine lachrymis audire non posset, & auctori silentium imperaret. quo mater Octauia quæ illum sic amauit, ut usque ad ultimum uitæ suæ finem, quasi tunc extinctum continuo deploraret, omnemque consolatore non tantum contēneret sed odisset, quæ hæc ait, & quæ putas nisi quæ ceteri non reddunt sed relatus est, & Drusum quidem non qualem acceperat Germania Romæ, Antiochia Germanicum, Marcellinum Baiana restituit, uestram expectationem fors communis, tu tibi nunc aliam fingis, & fors ueniet quæ expectas, quæ cum ueniret fortassis ut abeat & sperare incipiens, & optare. S. Amici absentis aduentum spero. R. Quis miretur expectari uiuos, cum mortui expectentur, ut perhibet quæ nisi inter fatuos ueri faciem non habet Arcturum Britannos expectare fama est, Neronem principem mundi sub sine rediturum quidam somniant, uita uestra ab initio ad extremum

non

non modo uanis expectationibus plena, sed ipsa expectatio una est. Id sic esse si non uides, aut modicum uixisti aut nimium, quod hic agitur neglexisti. S. Expecto uillicum rure uenturum. R. Aut domus arserit, aut melis euauerit, aut pratium exaruerit, aut bos obierit, aut uites gradum percussit, arbores turbo conuulserit, arua torrentibus inundarint, aut apes auolauerint, locustæ satis insultauerint, columbos corui & mures, pullos uulpecula, agnos lupus inuaserit. hi ferè rustici sunt rumores. S. Vxor aduentum spero. R. Si hoc speras, quid iam metuas ignoro. sic est tamen, sunt & qui expectent coniugem, & qui febrem.

De expectatione multorum temporum. Dial. cxv. SPES.

Spero tempora meliora. R. Omnia ferè tempora æque bona sunt, quia creator temporum æque bonus est semper, sed uos temporibus bonis malè semper utimini, in quibus hoc ut in alijs culpas uestras rebus ascribitis. Fac ut homines boni sint, & tempora bona erunt. S. Tempora hæc stare nequeunt, lætiora succedent. R. Nullum tempus stat cuncta præter eunt, cumque transierint, non redeunt, uirtute & industria bonarumque artium studijs frenari possunt, non quin fugiant sed ne pereant, nihil est autem dulcius benè impensæ temporis memoria. Sed uos nulla re uti scientes, ut oportet, ubi omnem uitam uel in somnum ac desidiam, uel in sollicitudinem atque usum pessimos effudistis, tempus innoxium accusatis. Nunquid mentior, infantiam ac pueritiam in uanos ludos, adolescentiam ac iuuentam in libidinem atque auaritiam, senectam & senium in querelas ac lamenta consumistis; quæ nam hæc temporum culpa est. Fluunt illa, fateor, hæc natura est: uos illa dum datur occupare negligitis, non est natura ista sed culpa, uos naturam culpatis, culpam excusatis, res non noua. S. Spero lætiora tempora. R. Læticia seu tristitia temporum, ut dixi non in temporibus, sed in uobis est, eo autem quo intelligis non modo lætiora tibi speranda esse, sed tristiora perpendes, si ad ætatem ipse tuam respicis, quæ indies tristior, ut à Poëta describitur, & plerisque in senibus inuenitur, & sanè si oculos in terga reflexeris & numerare atque æstimare annos tuos cœperis, simul incipies desperare quod speras. Non est cur mutari cursum rerum speres, non meliora instant tempora, uereor potius ne peiora. Cur quæ so, nisi quæ peiores erunt, homines quæ & magni diuinarunt uiri, & apertis inditijs res declarat, nisi uos mortales bonæ semper spei magnum aliquid de uestra nobili ac modesta iuuentute concipitis, à qua ego quidem opinione longè absum, nihil enim boni penitus mens prælagit, sic in uitium ac ruinam prona sunt omnia. S. Mala sunt tempora, meliora uenient. R. Omnem ætatem de moribus suis quaestam inquit Seneca, addo ego omnem habuisse quod quereretur, habituramque omnem cunctis seculis quod queratur. S. Spero lætiora tempora. R. Vna est ad hoc uia, qui lætiora si habeas non expectes. Fac ipse tibi lætiorum animum, quod sine uirtute fieri nequit, ubi hoc feceris, læta erunt omnia, triste nihil. S. Meliora tempora expecto. R. Ut ueniant, quid est dubium, certè illis uenientibus tu recedis. Quanto est tutius ritè uti presentibus, quam anxie expectare quæ uel fortè non ueniant, uel minime sis uisurus.

De sperato principis aduentu. Dial. cxvi. SPES.

Principis aduentum spero. R. Ut multa timentur quæ optanda, sic multa sperant quæ primèda sunt, utraq; in parte penuria iudicij multa est. S. Spero principis aduentum. R. Quanto sperares honestius libertatem, nam perfectò quæ dominum sperat, seruitutem sperat. S. Spero principem uenturum. R. Et illius commune omnium malum speras. Fuit enim quando & principes imperium, & principem populi poterant sperare, nunc imperium principi labor est, princeps populi pernicius. S. Principem uenturum ego & Respub. speramus. R. Tu uerò quid priuatim speres uideris, in quo ipso facile falli potes, spes hæc Respub. stulta est, quæ enim nisi ames speret, aut cupiat, quæ pestiferum totiens sit expertus. S. Spero principem uenturum. R. Et secum simul motus rerum uarios, mutationes urbium, noxias nouitates, famem, pestem, bella, discordias, hæc uel uniuersa uel singula modernis cum principibus uenire sunt solita. Si hæc placent, principem spera, ut nihil horum formidabile sit, ipsum certè inane

H ; iam

iam imperij nomen est, plenum famæ & rumorum. Boni autem omnis effectum & solius, umbræ uetustatis innixu. S. Spero uenturum principem. R. Ego te uerò munitū uelim, ut quotiens aduentantem audieris, credas te tonitruum aliquod præambulum fulminis audire, nec sperare incipias, sed timere potius, si etiam alterum labi oportet. Timere enim aduersa & si contrarium sit uirtuti, consentaneum est naturæ. Sperare autem mala, & naturæ est oppositum & uirtuti. S. Spero mox principem affuturum. R. Cum præsentem uideris, scito te infautū Reipub. sydus aspiceret, uel memoriam ipse tuam, uel parentes interroga tuos quæ auos & proauos, ita esse reperies, ut dico, id quæ tu filijs & nepotibus tuis annuncia, ne ipsi quoque aduentum principis stulti sperent. Dic enim quæso, quando unquam uel minutæ leonis aduentum feræ, uel affuturam aquilam auiculæ sperauerint? Liceat uerum loqui stultissimum, & mali sui semper auidissimum animal est homo, cæteris capiendis esca opus est, homo solis famæ sibilis capitur.

De spe famæ post obitum. Dialo-

gus CXVII. SPES.

Meritis post obitum famam spero. R. Multi famam se mereri sperant, cū infamiā mereantur, & ceu uiatores erronei, dum accedere æstimant retrocedunt. S. Famus sum in uita, famosiorq; post mortem ero. R. Est hoc fateor in nonnullis uerū, unde & Annæus Seneca in epistola quadam, habiturum se gratiam apud posteros uaticinatur. Et Statius Papinius præsentem famam, benignū iter suo operi, ad futuros strauisse ait. Et Ouidius Naso sibi nomen indelebile futurū, seq; ore populi legendum, per q̄ omnia secula fama uicturū p̄lagit. Neq; hercle ullus horum fallitur. Sed q̄ multos putas idem sperantes suam sefellisse spem, multi hoc idē de seipsis crediderunt forsitan & scripserunt, nec q̄ sibi promiserunt impleuerūt. S. Si famosus sum dum uiuo, cur non famosior sim post mortem? R. Quia hoc quotidianum & uulgarē est, ut multi in uita famosi & clari, post obitū sint incogniti & obscuri. Miraris causa rei huius in promptu est, affabilitas quædam, sermo comptus ac lepidus, blandum supercilium, clara frons, benigna salutatio, beneficia in uicinos, protectio in clientes, hospitalitas in externos, in cunctos urbanitas. Hæc & his similia uiuentibus famā quæruūt, ea uerò mox ut hinc abierint, non durant, nisi forsitan quamdiū q̄ illos nouerant supersunt, q̄ ipsum quā breuē sit conspicis. Quomodo autē durarent, non in solido radicata, naturale est ut fundata debilitate leniterq; aucta breuiter dilabantur. Vt sit fama durabilis, aut uitæ sanctitas, aut gestorū claritas, aut insignis scriptorū p̄stabit elegantia. Rariū decus, loquaces isti & urbani, q̄ togati ac gemmati populorū digitis ostenduntur, nō nisi quantū loq̄ poterūt, aut paulo amplius cognoscent: durū hos apparatus tam celeriter & has pōpas, hanc scientiæ nubē, hæc uerborū tonitrua, in tenuē fumū euanescere, durū fateor, sed sic est, nā nec ipsi de se testimoniū p̄buerunt, ambitioni aut lucro aut somno dediti, nec qui præbeat meruerūt. S. Famā inueniam post mortē. R. Famā nil unquā mortuis p̄fuit, uiuis sæpē etiā nocuit, qd enim pernitē ac mortē Ciceroni ac Demostheni, nisi in signis literarū fama cōferuit: idē de Socrate ac Zenone & mille alijs dici potest, noti omnes, qd uerò nisi fama scientiæ & ingenij dedit causam filio Gnosij regis Androgæo, ut ab Atheniensibus maclaret: qd Oetæ Colchorū regi Argonautas attulit delectos, ut aiunt uiros, uerē autē prædones, nisi fama diuitiarū, nam quid significasse aliud credimus famosum illud aureum uellus arietis, nisi opes multas lateq; uulgatas, quibus diuites bestiales opum quæ inopes uerarum, uelut arietis uelleribus uestiuntur. S. Famus ero. R. Vt sit ita, quid hinc magnū cōcipis, esset aliquid fortē fama, si noxia comes esset, ut plerunq; accidit in uiuis. Nunquid laudari proderit ab his q̄ te si uideant nō agnoscat: dic enim quæso, si Homerum uideas & Achillem, si Virgiliū & Augustum, nunquid non ignoti abibunt, cum tam nota & tam clara sint nomina: crede mihi, spes uestræ, magna ex parte dupliciter uanz sunt, quod nec sperata proueniunt, nec ut proueniant afferunt, quod promittunt. Ferē enim plus in spe sunt humana omnia, quā in re. Mittite igitur spes inanes, & uana desideria contemptis quæ terrestribus, iam tandem & optare discite, & sperare cœlestia.

De

De gloria ex ædificijs sperata. Dialo-

gus CXVIII. SPES.

Ex ædificijs gloriam spero. R. Nesciebam calce & harena, & lignis & lapidibus gloriā quæri, credebam quæ quod rebus gestis & uirtutibus quæreretur. S. Aedificando mihi gloriam paro. R. Sed fragilem ac caducam, omnia quæ manu hominum facta, sunt uel manu hominum euertuntur, uel stando & durando deficiunt. habet enim manus longē præualidas, longa dies, è cunctis uestris operibus nullum senio resistit: euentibus ergo super quibus hæc tua gloria fundata est, ipsam quoque corruiere est necesse, si fortē nō credis, respice ad antiqua quæ ignota tibi quidem esse non possunt, ubi est nunc Troianū illud Iliōn superbum: ubi Byrsa Carthagini, ubi turris & mœnia Babylonis, belluarum nunc habitatio & serpentum. De Babylone loquor antiqua: altera nempe propinquior atque recentior adhuc stat, citò itidem casura, si essetis uiri. Vbi sunt denique septem illa opera Græcis scriptoribus celebrata: atque ut ad propinquiora ueniamus, ubi est, quæso, illa Neronis domus aurea, quæ quantum fatigauerit Architectos cogita, lectores etiā nūc fatigat, quæ quidem domus una cum alijs ædificandi furoribus, quibus omnes excelsit, ad inopiam illum compulit & rapinas: ubi sunt thermæ Diocletianæ, & balneum Antonianū, & cymbrum Marij, & septizonium Seueri, & eiusdem thermæ Seuerianæ: Demum ut summam rerum attingam, ubi est Augusti forū, & ædes Martis ultoris, ubi ædes Tonantis, Iouis in capitolio, & Apollinis templum in palatio, ubi eiusdem porticus ac bibliotheca Græca pariter & Latina, ubi porticus altera & basilica Graij Lucijq; nepotum sub nomine dedicata & extructa, & porticus tertia Liuiæ coniugis & sororis Octauiae, theatrū quæ Marcellij: Vbi tot opera per illustres uiros iussu eiusdem principis & hortatu, multis urbis in locis, tanto labore, tantis impensis ædificata: Martij Philippi ædes Herculis & musærum, Lucij Cornificij ædes Dianæ, Asinij Pollionis atrij libertatis, Munacij Plancij ædes Saturnia. Theatrum Balbi Cornelij, Amphiteatrum Statilij Tauri: innumerabilia præter hæc opera Marci Agrippæ: ne uē eam per singulos, ubi sunt tot luxuriosa principum palatia: Quæ in libris inuenies nomina, quære urbem totam aut nihil inuenies, aut per exigua tantorum operum uestigia, Tu de tuis quid speres uideris. Certē Augustus omnium supremus, nisi aliud quā ædificia reliquisset, iam pridem omnis eius gloria corruisset. Nec uerò solam templa Deorum quæ parauerat, in ipsos ædificantes ruere, sed pia etiam loca hæc ipsa ætate in eadem urbe alia ceciderunt, alia tremuerunt, & nunc uix pōderibus suis stant, præter unum Pantheon Agrippæ, quod dijs erectum sancti possident, & Maria, quæ antiquissimam illam domum sui nominis uirtute sustentat. Crede mihi alijs quā lapideis fundamentis eget gloria ut mansura sit. S. Ex ædificijs gloriam quæro. R. Quære illam igitur ubi est, nihil unquam inuenies ubi non est, uera quidē gloria nō est in mœnibus neq; in faxis, sunt fateor rerum uulgo iudices, qui dicant tribus modis gloriam quæri, gerendo magnum aliquid quod de te scribant auctores idonei, uel scribēdo aliquid quod mirentur & legant posterū, uel insigne aliquid opus extruendo, ut sit ita, ultimum tamen omnium & minimum ac caducum. S. Relinquo opera ædificiorum, quibus moriens ipse mecū glorior, & a posteris gloriam spero. R. Gloriatu est Augustus ipse de quo dixi, quod urbem marmoream relinqueret, quam lateritiā accepisset, quæ tamen gloria nisi alijs rebus adiuta esset, quo nam fuerit peruentura conspicimus, proinde cum melioribus curis more re stabiles quæ spes amplectere. ista etenim quibus fidis, & nullius pretij sunt, & te illic cōsequenē in quæ ipsam unde sumpta terram reuertentur. S. Aedificauī domos unde laudē spero. R. Laudabunt forsitan illas inhabitabūt, breuis laus & angusta, q̄ post treniēt, uel illas nō inuenient, uel à paganis, ut uulgò dicitur, factas dicens, tuum nomen ignotum erit.

De sperata gloria ex conuictu. Dial. CXIX. GAV.

Spero gloriam ex conuictu. R. Refert multum quibus cōuiuas, sunt quidam utinam, quæ non plurimi, quorū conuersatio sit infamis. S. Scio nisi bonis artibus, aut bonorū cōubernio gloriā nō quæri, ego hoc ultimo subnixus spero, uel bonorū exēplo bonis

H 4 fieri,

fieri, uel si nihil aliud horum uel familiaritatis solam gloriam mihi fore. R. Est id quidem in adolescente præcipue signum optimam, qui nisi bonum animum haberet, nequaquam longi bonis optaret: est enim amicitiarum ac familiaritatum ferè omnium causa, nexusque similitudo quædam. Age ergo, si quos imitaris æquaueris bene erit, si minus, modò quod in te est nihil omiseris, ipsa uoluntas bona laudis & gloriæ præmio non carebit. Prima enim & maxima pars uirtutis, est bonum uelle, quod nisi præcesserit nõ sequetur uirtus. S. Familiaritate bonorum glorior. R. Laudo id quidem modò, nec te lucri cuiuspiam, nec alia spes inducat. eo que tua tantum pergat intentio, ut similis illis fias. alioquin q̄ propter gloriam solam fit, ueram gloriam non meretur. S. Ex bonorum conuictu gloriam spero. R. Spes quidem magna nec improba, quando & in scientia & in eloquentia & belli pacisque artibus obseruando & imitando fit. Multi olim illustres ex conuictu illustrium euasere. Illud uide, ne aut tibi pro bonis ducibus malos elegeris errore aliquo, aut bonorum flebili raritate & uirtutū huius ætatis inopia, prorsus assequi nequeas q̄ intendis.

De multiplici spe. Dial. CXX. GAV.

Multa spero. R. Multa in spe, multa est uanitas multusque fallendi aditus fortunæ. S. Spero multa. R. Spem multiplicem, multa destituunt. Qui modicum sperat, iter casibus artauit atque nihil obstruxit. S. Validitatem bonam spero. R. Mortalitatē obliuionem. S. Spero longam uitam. R. Diuturnum carcerem, ubi multa feras, multa uideas quæ nolis. S. Membra uiuacia. R. Vincula tenacia, grata tamen unde metuas absolui. S. Formam corporis elegantem. R. Voluptatum stimulos. S. Annorum prosperos exitus. R. Pudendi materiã dolendique. S. Amicæ communem mortem. R. Breue fœdumq̄ nescio quid. S. Peccandi licentiam. R. Infœlix gaudium, pœnitentiã longæuam. S. Vltionis occasionem. R. Aditum sæuitiæ. S. Agile corpus ac ualidum. R. Mancipium contumax & rebelle. S. Diuitias multas. R. Grauem sarcinam ex lappis & tribulis. S. E' diuersis æquoribus uenturas naues. R. Latè dispersam sortem, intra monstra maris, ac scopulos agitatam fluctibus, tractam funibus, pullam uentis. S. Lucrum de conceptis mercibus. R. Escam quæ te perperua sollicitudine capiat, lucro que unico in multa credulum damna præcipiter, mercator nouus est facilis ad credendum, expertus multa circumspicit. S. Honestas filia nuptas filiõue. R. Nulla ferè res tam crebro fallit & tam grauitur. S. Magnam potentiam. R. Inuidiosam miseriam, opulentam inopiam, pauidam superbiam. S. Regnum & imperium. R. Præcipitium & procellas, & sub stellanti diademate fuscum supercilium, cor anxium, infœlicem uitam. S. Honores fori. R. Pulverem ac strepitum. S. Confugium & natos. R. Litigium & curas. S. Mihi militiam, & uxorem filio. R. Tibi laborem ac dilecto pœnam. S. Vetula obitum uxoris & coniugem iuniorum. R. Attrito laqueo dissolui, ut nouo & ualido uinciaris. S. Ingenium, linguam literasque. R. Incudem, malleum & massam, quibus tibi atq̄ alijs somnum frangas. S. Laudationem funeri. R. Philomenã surdo. S. Auream pyramidem. R. Domum pictam cæco. S. Gloriam post mortem. R. Leues auras post naufragium. S. Nomen apud posteros. R. Testimonium ab ignotis. S. Hæredem meum. R. Patrimônio amicum tuo, & tibi ne redeas.

De pace animi sperata. Dial. CXXI. GAV.

Animi pacem spero. R. Quid sperare mauis quam habere pacem? hæc mox ut bona fide uelle cœperis inuenies. S. Spero pacem animi. R. Pacem sperare bellantis est, quis animo tuo bellum infert, nisi unus tu: quod ipse tibi abstuleris, impudens er ab altero potestules aut speres. S. Spero animi pacem. R. Vnde precor: aut quando speres quod ipse tibi nunc potes dare? sic ut illam tibi nemo alius, quam tu possit eripere: pone arma cupidinum atque irarum, plenam animo quæseris pacem. S. Spero pacem & quietem animi. R. Quid igitur q̄ agis aduersum paci est, contraq̄ tuã spem tanto pœniteris? uix tantum deberet nisi homines ut salui essent, quantum nituntur ut pereant. Pluris penè bellum iuge animi laborque emittitur, quæ emenda pax esset ac requies. Sic pugnant spes mortaliū ac uota.

ac uota cum studijs, ut non unius hominis unum pectus, sed multorum eorumque de omnibus dissidentium uideatur. S. Quietem spero. R. Mirum, unde uobis hæc libido sperandi semper, o mortale genus, siquidem quod speratis adepti estis, rursus spem in longinqua transmittitis, & inde rursus aliò, ita ne crastinus dies hodierno sit clarior, & meliora semper futura presentibus, sunt nẽpè quibus nihil sit gratius quam sperare, qui spem ipsam speratarum rerum nullis euentibus permutatam uelint, quibus ego quid optauerim nisi ut procrastinantes omnia, bonisque se suis interim spoliantes, inter irritas spes senescant, quo uel sic intelligant, inaniter se sperasse, & in tergum uersi uideant frustra se alibi quaesiuisse quod secum erat. S. Sero pacem requiemque animi. R. Magna pars rerum humanarum umbra est, magna pars mortalium uento pascitur, & in somnijs gaudet. o quam multi cum hac spe ad æternos labores & bella descendent.

De spe uitæ æternæ. Dial. CXXII. GAV.

Spero æternam uitam. R. Nulla maior, nulla pulchrior, nulla sanctior spes, modò non scæca præceps ue sit: sunt enim qui semper, qui malè agendo bonum sperent, quò nihil est stultius. S. Aeternam uitam spero. R. Ea est uirtutum consanguinitas atque conexio, sicut à Philosophis disputatum est, ut necesse sit eum qui unam habet, omnes habere uirtutes, cui illud est consequens, una uirtutum carerem, cunctis carere uirtutibus: quod si de mortalibus uerum est, quid de theologicis opinemur, ita que si spem habes, charitatem simul habeas oportet ac fidem, si qua harum desit, non iam spes ulla, sed præsumptio in cõsulta est. S. Vitã spero æternã. R. Rem bonã, immò optimã speras, illud uide, ut quod bonum agis, agas bene. Sunt & q̄ bona malè agant, nec minus infallibilis æstimator, qui qualiter q̄ qd fiat aspicit, nec minus aduerbia quã uerba librat ac nomina. S. Spero uitã æternã. R. Nũ coelestes tantum sed terrestres domini de se separari amant, sed à quibus profectò ab his quibus se charos ac delectos sciunt, aut q̄ si quando forsità odiosi fuerint ac rebelles, redire in gratiã optates admisericordiã cõfugerunt. S. Vitã æternã spero. R. Vitã temporale corrige, hac ad illã pergit. S. Spero uitã æternã. R. Vna omnium spes est, quæ firmitè illã cõcipis, & foelicè te faciet & iam facit. S. Aeternã uitam spero. R. Primum est ut misericordiã, dehinc uitã speres, utranq̄ sobriè ac modeste. S. Spero æternã uitã. R. O foelix, nisi te spes ista fefellit.

FINIS LIBRI I.

IN LIBRVM DE REMEDIO VTRIVSQ. FORTVNÆ, SECVNDVM

DVM, FRANCISCI PETRARCHAE. V. C.

P R A E F A T I O.



MX omnibus quæ mihi lecta placuerint uel audita, nihil penè, uel infedit altius, uel tenacius inhiit, uel crebrius ad memoriam rediit, quam illud Heracliti. Omnia iecundum litem fieri, sic est enim, & sic esse propemodum uniuersa retitantur. Rapido itellæ obuiant firmamento, contraria inuicem elementa conflagunt, terræ tremunt, maria fluctuant, aër quatitur, crepant flammae, bellum immortale gerunt uenti, temporibus concertant, secum singula, nobiscum omnia: uer humidum, æstas arida, mollis autumnus, hycms hispida, & quæ uicissitudo dicitur, pugna est. Hæc ipsa igitur quibus inuicem, quibus circumfouemur & uiuimus, que tot illecebris blandiuntur, quamq̄ si irasci ceperint sunt horrenda, indicant terræmotus & concitatissimi turbines, indicant naufragia atque incendia seu celo seu terris seuientia. quis insultus grandinis, quænam illi uis imbrum, qui fremitus tonitruum, qui fulminis imperus, quæ rabies procellarum, qui ferror, qui mugitus pelagi, qui torrentium fragor, qui fluminum excursus, qui nubium cursus & recursus & concursus? Mare ipsum præter apertam ac rapidam uim uentorū, atque abditos fluctuum tumores, incertis uicibus alternantes, certos statutosq̄ fluxus ac refluxus habet, cum multis in locis, tùm conspectus in occafu, quæ res dum manifesti motus latens causa queritur, non

Dead Xsa fortuna
vi. in alio fol. 75
col. 2^a.

Præfatio.

tur, non minorem Philosophorum in scholis, quam fluctuum ipso in pelago litem mouit. Quid quod nullum animal bellis uacat? pisces, fere, uolucres, serpentes, homines, uita species aliam exagitat, nulli omnium quies data, leo lupum, lupus canem, canis leporem insequitur. Est & canum stirps audacior, non lupis modo resistere, sed leones, pardos, apros, urfos, insectari solita atque aggredi. quorundam uero tam generosa ferocia, & tam nobilis fertur elatio, ut urfosque fastidiant, inque solos elephantes aut leones dignentur irruere, qualem unquam Alexandro regi missum, contemptuque tali mali cognito, contemptum occiditque iussu legimus, missumque inde alterum probatumque qua decuit, dilectumque regi unice atque in delicijs habitum. Nam ipse canis erga hominem cui fertur amicissimus quanta sit charitas, nisi quam conciliat spes cibi, preter morsus & latratus implacabiles, non tamen Aæconis fabula, sed discerptus uere probat Euripides. Vulpina fallacia una quidem ex multis audita est: piscatores cum ad urbem pisces deferent, quod estate libenter noctu faciunt, aliquando uulpeculam cen exanimem calle medio transuersam habuisse, quam arreptam decoraturi ex commodo, cum supra sarcinam proiecissent illam ubi se piscibus affatim impleset subito profluisse, mirantibusque illis atque indignantibus effugisse. Iam qui oro alij uulpiam doli, qui luporum ululatus, quod murmur ad caulas, qua coruorum miluorumque circa columbarum domos ac pullos nidos uigilantia, quod inter se, ut perhibent naturale æternum atque odium? Alter alterius inuadit nidum, effractisque onis spem proli interimit: nam cucullo enim unus quidem alterque est hostis, omnes ferè auicula illi insultant, profugo semper & querulo. Quæ nam præterea & quales mustellarum contra aspides insidiæ? quod circa diuitum thalamos acumen furum? Quæ nam ex diuerso cuiusque pro se suo in genere excubiæ, quantaque quamque uigil repugnantia est? quis uenatorum, quis uenatorum artes ac laqueos, quis piscatorum hamos ac retia, horumque omnium labores uigilantiaque explorat? aut hæc contra, ferarum, auium, piscium ingenia? quæ cuncta quid sint aliud, quam litium instrumenta? Age qui nam asylorum aculei uesperumque hisque cum pestibus: quæ bouum prælia, qui sudores nec maior canum equorumque, aut reliquorum quadrupedum pax quiescit. Quæ muscarum æstiuæ tædiæ, quæ nium, quas muscas albas ludo dicitur, hibernæ molestiæ? Quæ foricorum perennis inquietudo, quæ pulicem pernox obsidio, quæ culicis lis diurna, quæ anguim ranarumque cum ciconijs, quæ pygmeorum bella cum gruibus? quas inter Arimaspos & Gryphes pugnas excitat auri sitis, ut quorum maior improbitas, haud facile iudicem, nisi quod illi rapinam, hi custodiam moliantur, illos auaritia stimulat, hos natura. Idem & custodia studium, & prædæ distantissimo mundi tractu apud Indos inuenio, illic quoque suum aurum, contra parem gentis auaritiam formicis quibusdam incredibili mole & mira feritate tuentibus. Basiliscus angues reliquos sibilo terreat, aduentu fugat, uisu perimit. Elephantem draco spiritus implicat seu perosis, est enim incertum. Vnde nonnullis animantibus inter se naturale odium, seu estate algidum sitis cruciorem, quod & quidam tradidere, & pugna exitum facit, ut credi possit, si uerum est, alterum exanguem excitarumque emori, alterum uero fusi hostis hausto sanguine, ceu bello uictorem, uictumque delictijs & nimio potu ruptum commortuumque procurrere. Multa præterea genus hoc, atque in primis acerrimus potæ dolor hirundinis, & uisi uel auditu maris, fastigia offendunt, mirum dictu, tantum animal & tantum uirum, tam pusilli hostis horere conspectum, sed sic sine lite atque offensione nil genuit natura parens. Leo ipse generosum ac securum animal, pro defensione feruæ ferum spernens, ne fore uisum terreat, nec aspiciens quidem rotarum strepitum uacuos currus agentium, & gallinaceorum cristas, quis non itupeat, si uera fama est, magisque etiam cantus, super omnia uero flammam metuere crepitantes traditur, ea ergo huic generi lis propria est, præter illam communem feris omnibus uenationem. Est & sua lis tygribus raptæ proli, & profugi hostis ludificantis instantem atque ingenio retardantis. Lupo una semper cum fæmæ perpetua rusticisque ac pauperibus lis manet. uenenosa loquor & ferocia. Quenam uero mansuetis gregibus est quies? Quantis nifibus quantisque odijs confligunt fues? quantis armentorum duces? quænam inter illos certamina? quænam fuge? quæ uictoris insolentia? quis uicti dolor? quæ iniuriarum recordatio, qui reditus ad uindictam, quis non legendo perpendit ut potest ingenia, & bellaces exercent tauri, & inter se aduersus instantes cornibus hædi, quid de alijs lis omnibus una est. Nihilque non secundum litem sit, quando nouum ad præsepe hospes equus, quando pullus ad uena quietum cibum inter pares sumpsit? quis non illud aduertit gallinis factantibus pro imbecilli familia, quantus ardor, impatientia quanta sit, quænam est id quidem commune omnium? Nullum tam mire animal, quod non amor sobolis ac metus exasperet. Galli se calcaribus impetunt & natura, & cruore rutibus cristas in ter uulnera detinent, totis corporibus obnixi, tantumque superbiæ paruo regnat in pectore, tanta uincendi cupiditas tantus cedendi pudor est. Anatum atque anserum perinatiam quis non uidit, ut pectoribus se perurgent, clangoribus increpant, alis diuerbant, rostro herent? Et quidem in ferocibus minus miri usitatum enim & commune est, ut animalia maiora minorum pernitias ac sepulchrum sint, fera feram, auis auem, piscis piscem, uermem uermis rodit. Qui & littoræ uolucres, aquaticæque quadrupedes, æquor, stagna, lacus & flumina rimantur, exhauriunt, & in festant, ut mihi omnium in quietissima pars rerum aqua uideatur, & suis motibus & incolarum perpetuis acta rumultibus, quippe quæ nouorum animantium ac monstrorum feracissima esse non ambigitur, usque aded, ut uulgi opinionem, ne docti quidem respiciant, omnes propè quas terra uel ær animantium formas habet, esse in aquis, cum innumerabiles ibi sint, quas & ær & terra non habet, & in his quidem ferè omnibus, præda uel odium litæ parit. Quid quod his cessantibus lis non cessat? Age enim in amore quantus zelus, quanta in coniugio dissonantia, quot querelæ, quæ suspitiones amanti, quæ suspiria, qui dolores, quanta non dicam damnorum ac feruorum, qui non ideò minus infestis, quia domestici hostes sunt, cum quibus nulla unquam pax speranda, nisi quæ uel mors fecerit, uel paupertas. Non dicam fratrum, quorum gratia rarè ipsam ueritas ore Nasonis testata est, non filiorum in parentes, quid eiusdem potæ carnem canit, sed parentum quorum opinatifsimus est amor, quanta indignatio in filios, quos dum bonos cupiunt, malos lugent. Atque ita quodammodo dum ualè diligunt, oderunt, & fraternum quidem paternumque uincti nominum artissimè, sæpe sine amore, interdumque cum odio uidemus. Veniam ad amicitia sanctum nomen, quod ab amando dictum, absque amore nec esse certè nec intelligi potest: quanta uero in amicis, quamuis finium concordia, uix tamen actuumque discordia, quanta opinioinum atque consiliorum conflictatio est? ut uix Ciceroniana definitio stare queat. Sit enim licet inter amicos beniuolentia & charitas, deest tamen illa omnium diuinarum humanarumque rerum consensio, ex qua ille diffinitionem conficit: quid in odio speres igitur? Est & in amore odium, & in pace bellum, & in consensione dissensio. Ostendam tibi sic esse, ex ipsijs quæ assidue in oculis sunt, feras aspice, quas ferro indomitas, omnipotens amor domat, intendit animum, leuæ, rygres, urse, quantò cum murmure ueniunt, ad id quod cupidissime faciunt? nõ cupiditas, sed coactas patet. Ferarum aliæ dum coeunt magnis stridoribus, aliæ rapidis unguibus inquietæ sunt, iam si credimus quod de natura uiperea magni scribunt uiri, quanta rerum contrarietas, quantumque litigium. Maris caput sua quadam naturali, sed effrenata dulcedine, in os uiperæ insertum, illa precipiti feruore libidinis amputat, inde iam prægnans uidea,

cum

Præfatio

cum pariendi tempore aduenerit, fortè multiplices prægauante, & uelut in ultionem patris uno quoque quamprimum erumpere festinante, discerpitur. Ita duo animantium prima uota, proles & coitus, huic generi infanta penitusque mortifera deprehenduntur, dum marem coitus, matrem patris interimit. Apum alucaria contemplare, quæ uilla concuratio, qui strepitus, quæ nam non modo bella cum proximis, sed ciuiles, ut ita dixerim, discordiæ, ac bella domestica. Columbarum nidos intueri, simplicissimum animal, & ut memorant felle carens, quantis, queso, cum prælijs quantisque clamoribus uitam ducit. Indisciplinatis in castris ac barbaris esse uideare, aded nec luce pacati aliquid, nec nocte quidem uideas, mitto autem insultus in alterutrum, ipsum in se uinculo mutæ uoluptatis astrictum par, eamque ob causam ueneri sacrum, quantis queimonijs ad optatum fertur, ut sæpe columbam circumit, sæpe alis rostroque persequitur suis amans. Ad minutissima teremitam, quæ non ut minor, sic & minus spectabilis, minus tæ, laboriosa materia est: quænam ergo aranearum insidiæ & quam uigil intentio, quæ captandis infirmioribus telarum scena, qui retinam obrentus fallacis ac rapinis? quid pannis tinea, quid caries tignis, nocturnique uermiculi non sine ædio, & obruto quodam sub strepitu, trahium uiscera fodientes, illarum maxime quibus cedendis luna ac mensium obseruatio diligens sit neglecta. quæ latens pestis ut fumosis tectis agrestium, sic auratis regum laquearibus insulat, templis quoque sacratis & altaribus, sacrisque opibus philosophantium non parcat, quin & librorum postes & membranas & literas, addam quod nisi pice liquida, leuicque incendio sit occursum, nonnunquam petriculi uel naufragij etiã causa est, & maria ingredi, & carinas nauis terebrare ausa, sæpe bellum graue nescientibus intulit. Præterea quid bruchus oleribus, quid segetibus locusta, quid mersibus seu anseraduena, seu passer indigena, seu grus domicilij translatrix, uolucresque aliæ importunè genus? Vnde illud Georgicum Virgilij, quod mirari soleo, iam non miror ut aues sonitu terrentur. Rure enim nunc Italico habitanti, unum hoc ex multis æstius tædijs esse cæperit, sic mihi ad uesperam & insultus uolucrum, & lapidum collisio, & uillici clamor durat. Ad hæc quid cricus uindemiæ, quid ærgo herbas, crucea frondibus, talpa radicibus? quid postremo areis horreisque.

Curculio: atque inopi metuens formica fenestræ.

Ut ait ille, quis feruor & perexigui animantis inquietudo, ut dum brumæ suæ consulit, nostram turbat ætatem? Taradus effera ad credendum alijs, expertus scio, quantò non solum tædio sed & damno sit puluerulentum illud, ac trepidam semper expeditione festinum agmen, ut non tantum agros, sed arces & thalamos & promptuaria populentur. Iam credere incipiam, Pisanis in sinibus, castrum quod haud longè à nauiganibus ostenditur, formicarum scatebris ac diluuiio desertum: tale aliquid Vincentinis quoque memorant in sinibus, & ego uel utrobique, uel ubique fieri posse crediderim. Sic me nuper non ægesti quidem, sed urbana paulominus pepulerunt domo; ut ignis & calces, ad extremum fugæ rerum remedio opus esset, Apuleioque fidem habeam, consumpsum ab his hominem, & si desit mel: mirarique me non negem, quid est, quod quidam sollicitudinis exemplum proposuere formicam, alij de hac longos textuere sermones, parsimoniam, atque industriam predicantes? Bene hercle, si omnis sollicitudo laudabilis esset, exemplum forrasse igitur prædonibus idoneum, non his quibus de suo uiuere, siue cuiusquam iniuria mens est. At sollicitum animal, quis nescit, sed improbum, sed iniustum, raptò uiuens, nullius industrie, nisi in malum, nullius usus, ac incommodi tædijque multiplicis. Cur igitur hoc exemplum dederit, cur hoc animal laudauerint, dico iterum miror, præcipuum cum adesse apud industriam prouidentissimumque animal, nulli noxium multis utile, sibi que alijs arte quadam naturaliter insita, & suo illo nobili labore subueniens. Quid nunc ego damnosam eloquar ueritatem, & excessentium luxuriam filiorum, cõtra quam peruigil excubat, & præduris unguibus armatus agricola, & ultrici succinctus falcis frondator? quid lappas & tribulos, atque annuam tempestatem, renascentium stirpium ac radicum, litium ac laborum materiam immoralem? quid imbrum bella furentium, & moles niuium, & uredinem prunarum, & asperitatem, & uolentiam glaciæ, & torrentium repentinos impetus, & uaga fluminum incrementa, totas sæpe regiones & magnos populos, sed in primis rusticorum septa quassantium, quorum in tot malis, uix terrestris, & in terra semper acclius igitur uita? Atque ut delicatiorum ac diuitum de tædijs aliquid dicam, quis nocturna aurium bella non pertulit? bubones strigesque & oblatrantium limine canum superuacuas excubiæ, & catas in tegulis nudinantes, ac tranquilla silentia horrendis occentibus, & clamore tartareo instantes, & mæsti foricorum occensus, & quicquid inter tenebras importunum strepit? His accedunt & nocturna ranarum coaxatio, & matutini plantus hirundinum ac minæ, adesse itum putas ac Tereum: nam diurnam auram quietem & cicadæ stridula, & procaces corui, & rudentes impediunt a felle, & balatus pecudum, & mugitus bouum, & magno pretio parua oua uendentium gallinarum concentus inconditum sine carens. Super omnia uero uel fauillus grunnitus, uel uulgaris clamor, & stultorum risus, quo incepto res inceptio nulla est, ut Catullus ait: & ebriorum cantus ac gaudia, quibus nihil est tristius, & litigantium querelæ & anile cõuitium seu garrulus: & puerorum nunc prælia, nunc lamenta, & nuptiarum uel conuiuia turbida, uel choreæ & uxorum uiros arte lugentium leti fletus, & parentum uerinatorum in mortibus eiulatus. Adde his fori turbas, ac strepitum, altercationesque mercantium & ementium, hinc contemptus, hinc uendentium iuramenta. Adde hinc artificum laborem uoce mulcentium mœstos cantus, hinc fidibus lanas ac uellera conglobata pulsantium, iniucundam musicam, & telas pedinis pererrantis, hinc folium fabrilium raucos flatus, & acutos sonitus malleorum, quibus scissa æquis partibus hyberna nox additur, uel nullum uel quieti datum tempus, litibus sit immunè. Ut uero insensibilium rerum genus attingam, quid uel cum ferro magnes habet, uel cum magnete adamas, quorum & si causa litis occultior, lis aperta est. Magnes siquidem ferrum trahit, adhibe adamantem, trahere desinet remittetque si traxerit, utrobique uis mirabilis, seu quod pigro & informi lapidi natura, quasi manus atque uncus dederit, aduersus rigidum ac preualidum metallum, seu quod illos sibi de lapide altero astante surripuerit, quæ non primæ litis finis, scilicet noua lis est. & si hoc ultimum multi negent. Mihi enim experiendi hætenus uel occasio defuit uel uoluntas, itaque nihil affirmo: primum uero notum aded, ut ne affirmari quidem sit necesse. Verum ego breui nimis in tempore & angusto in spatio, opus iam gens, magno impetu aggressus, iam hinc uideo, ad hanc rem plus mihi animi esse, quæ uirium: nec mihi nec cuiquam fauè unum hoc agenti, ex commodo facile futurum, singula prosequi, ex quibus appareat, omnia secundum litem fieri, quæ seu magna, seu parua magno miraculo fiant, licet nondum tamen illud maximè stupendūque inter summa & extrema naturæ prodigia numeratū attingi, sed attingi paucis. Echineis semipedalis pisciculus, nauim quamuis immensam uicis, undis, remis, uelis acta, retinet, solus elementorū atque hominū uim retundens, nullo quidem actu alio, quæ nauigij postibus adprehendo, nullo demum conamine sed natura ipsa. quod & si scriptis illustribus insitū, è numero tamè incredibili haberetur, si de oceano Indico fortassis aut Scythico scriptū esset, & nõ potius in nostro mari monstrū hoc Romanis imperatoribus accidisset: Animaduersa enim more causa, quod tota classe, prodente, nauis una uelut in anchoris staret, neque prorsus loco moueretur, dimissis pelagi expertis, manu ut dicitur, comperta ueritas, & limacis instar piscis, clauo insidens inuentus atque ostensus est principi indignanti, tatum in se potuisse tantillum animal, idque unum præcipuum

Præfatio.

præcipuum admiranti, quod nauigium receptus, tantam illam exterius inhaerenti efficaciam amisisset. Nam illud al- terum monstri genus, non siluisse equidem quam affirmasse maluerim, cuius apud nos nescio, quam uerax, sed noua utique, & ob id ipsum suspecta mihi est fama. Esse circa mare Indicum inaudite magnitudinis uem quãdam, quam Ro- chum nostri uocant, quæ non modò singulos homines, sed tota insuper rostro præhensa nauigia secum tollat in nu- bila, & pendentes in aëre miseros nauigantes, aduolatu ipso terribilem mortem ferat. quãta uerò uis auaritia est, quæ neq; alijs multis, neque hoc uno tam immani periculo à nauigatione deterretos, sequaces suos præde audios prædã fa- cit? Iam uero ut de inuisibilibus aliquid ad inceptum traham, quanta commixtione contrariorum fit notua tempe- ries, inter quas contrarietates aduersantium extemorum ad medium uirtutis, per quas differentias, quantãq; discor- diam uocum ad musicam concordiam peruenitur? denique quæcũque sunt excute, & percurrere animo cælum, terras, maria æquè in summo æthere & in fundo pelagi, inq; inis terræ certatur hiatribus, æquè in syluis & in agris, æquè in de- sertis arenarum, & in plateis urbium lis æterna est. Ne enim uarietate rerum ab incepto deuiem, taceo quod iam in- de ab ipso mundi primordio inter æthereos spiritus, in ipsa cæli arce pugnatum est, hodieq; in hoc tractu caliginosi aëris pugnari creditur. taceo, quod in illo cælesti congressu, uisiti angeli uisitoribusq; iam suis facti impares, dum in nos mortales terræ accolæ ulcisci, student immortale nobis bellum temptationum uariarum, durumq; negotium atque ambiguum peperere. taceo quod ut omnia, & quæ sensu carent, & quæ sentiunt in unũ cogam, à supremo cæ- li uertice, ut dixi, usque ad infinitum terræ centrum, & à principe angelo, usque ad minimũ & extremum uermem, iugis & implacabilis pugna est. Homo ipse terrestrii dux & rector animantium, qui rationis gubernaculo solus hoc iter uita, & hoc mare tumidum turbidumq; tranquillè agere posse uideretur, quàm continua lite agitur, non modò cum alijs, sed secum de quo mox dicam. Nunc de primo agendum: siquidem nihil mali est, quod non homo in homi- nem machinetur, ut cætera hominum mala undecunq; uenientia seu à natura, seu à fortuna, huic una collata, le- uia quædam incommoda uideantur, id enim uerò, si ad plenum aperire uolueris, id quod nolum, quodq; à proposito longè est, & omnis humanorum aduum scena retegenda, & omnis xui historia retexenda erit, hoc unum dixisse satis sit, quia si nulla unquam alia quàm Romanorum bella toto fuissent orbe terrarum, abundè bellorum esset & litium. adde sententiarum dissonantiã, & inenodabiles rerum modos, quis sectarum uarietates, aut philosophorũ bella denu- meret? Populorum & regum prælia quieuerẽ, Philosophi non quiescunt, & pugnant illi de eo, quod cum huius esse cœ- perit, esse desinit illius. hi de uarietate litigant, quæ una simul omnium esse potest, neque hanc litem aut quæsitæ ueri- tatis splendor, aut Academicus unquam ualuit finire Carneades, philosophicæ sequester pacis anxius sed inuitus, ut non ineleganter mihi quidem dixisse uideatur, Annæus Seneca, ubi horologia Philosophis confert, quod scilicet pat- utrisque discordia est. idq; quàm uerũ sit, quisquis & Philosophus animum & horologijs aurem dedit, intelligere potuit. Nec uerò aliorum doctrina tranquillior, quæ grammaticorum adhuc sub iudice lis existens: qui conflictos Rhetorum, quæ Dialecticorum altercationes: quæ denique arrium omnium discordiæ: qui clamores inter Causidicos: quàm benè conueniat ipsarum causarum immortalitas probat. De concordia medicorum testimonium sit ægorum, uitam certè quàm breuè dixere, sæpè suis litibus fecere breuissimam. quanta est præterea de sacris & de religione discor- mitas animorum, non tam literatorum uerbis hominum, quàm populorum armis, & campo sæpius commissa quàm scholæ, ita cum una sit ueritas, unumq; sit in rebus uerum, cui, ut ait Aristoteles, omnia consonant, de hoc tam disso- nã pugnantescq; sententiæ, ipsos ueri agitant professores. Quid de communi uita deq; actibus mortalium loquar? uix duos in magna urbe concordēs, cum multa cum maxima ædificiorum habituumq; uarietas arguit: nam quis un- quam tam locupletis delicatq; patrisfamilias nactus est domum, ut non ibi multa mutauerit, ut quod uni studium fuit extruere, alteri sit uoluptas euertere. Testantur muratæ sæpius fenestæ, obtrusa ostia, passimq; uetustis: in parietib- bus nouæ indicat cicatrices, Neque in alienis id tantum, sed in nostris patimur, sua dum cuiusq; sententia secum pugnans: quod ait Flaccus:

Druit, ædificat, mutat quadrata rotundis:

Quo luce clarius fiat, quis nostrum quisque cum alijs, quis se secum sit. Iam qui uestigium modus, quide habitus tri- duum totum nostris durat in urbibus, quæ municipiorũ seita, non ut longeva essent cum suis laboribus deserunt. Adhuc quænam ducum in ordinanda acie, quæ nam magistratum in ferendis legibus, quæ nam naturarum in capi- endo consilio disparitas, quæ ue discordia est? Didici hoc ego ultimũ magnis sæpè periculis meis, dum mari cœloque mortem minantibus, nocte simul ac nubibus cuncta terrarum ac stellarum signa tegentibus, puppe iam fatiscente, & semioppleta fluctibus, nauis de summa rerũ, media in morte, contrarijs studijs atque opinionibus obstinatissimè litigarent, adde in quibus sine aduersario lis est. Quæ scriptorum prælia cum membranæ, cum atramento, cum cala- mis, cum papyro? quæ fabricorum cum malleis, cum forcipibus, cum incude? quæ aratorum cum stina, cum uomere, ipsiq; cum glebis & cum bobus? quæ militum, non dico cum hoste, sed cum equis atque amnis proprijs, dum & il- li rebellant, & prægrauant aut comprimunt? quid distantibus scribentibusq; negocij est, dum hos in explerum loqui, multa cogit intentio, illos uel expleta percipere uetat, hinc inscira, hinc uolatilis & inconstans animus, semperq; ali- ud cogitans quàm quid ait? sed quid singillatim ago? Nulla mechanicarum difficultatibus suis uacat, reliquæ uerò, ut quidam note dulcedinis, sic latentis amaritudinis multum habent, nilq; eorum etiam quæ delectare sine lite agitur. Iam quæ infantium bella cum lapsibus, quæ puerorum rixa cum literis amarissime serentium, quod prædulciter me- tant? quænam insuper adolescentium lis, cum uoluptatibus dicam uerius, immò quanta secum lis affectuumq; colli- sio? cum uoluptatibus est nulla lis, penitus, sed consensus est omni lite functior. Credo expertus, nulli hominum ge- neri, nulli ætati plus litigij esse, plus inextricabilis, laboriosiq; negocij, nullos hominum tam lætos uideri, nullos esse tam miseros aut tam mœstos. Postremo quænam feminis puerperij difficultas, quantumq; discrimen? quænam uiris cum paupertate atq; ambitione lustramina? quanta uitæ plura quàm expedit fatagentis anxietas? quod deniq; illud se- uum cum ætate ac moribus propinquante morte, quod omnium ipsa cum morte, quidq; ipsa quoq; est morte molesti- us, cum perpetuo mortis terrore certamen? Possent hunc sermonem mille rerum argumentis extrudere, sed si ut libro su- periore uolueris, sic epistolam quoque hanc, prologi locum obtinere, & libri huius partem esse uolueris. Iam hinc uide- o, quantum hæc ipsa præfatio libri modum excedat, itaq; frenanda curiositas, & cohibendus est stilus: Ad summam ergo omnia, sed in primis omnis hominum uita lis quædam est. Verum hæc externa lite interim ommissa, de qua paulo antè diximus, & quæ minor uinam, & ob id minus omnibus nota esset, lis interior quanta est? neq; enim solum con- tra aliam, sed contra suam, ut dixi speciem, neque contra aliud indiuiduum, sed contra semetipsum, Idq; & in superfi- cie ista corporea, quæ nostri pars uilissima atq; ultima est, & in intimis animæ penetribilibus quibq; secum se assidue bel- lum habet, nam & corpus hoc, quàm contrarijs æstuet ac turbetur humoribus, ab his quos Physicos dicunt, quare ani- mus quàm diuersis quanque aduersis secum pugnet affectibus, uuisquisq; non alium quàm sese interroget, sibi que respondeat,

Præfatio.

respondeat, quàm uario quàmq; reciproco mentis impulsu, modo huc rapitur, modo illic, nusquam totus, nusquam blandus, secum ipse dissentiens, se discerpens. Nam ut silëam reliquos motus, uelle, nolle, amare, odisse, blandiri, mi- nari, irridere, fallere, fingere, iocari, flere, misereri, parcere, irasci, placari, labi, deijci, attolli, titubare, subsistere, progredi, retroverti, inchoari, desinere, dubitare, errare, falli, nescire, discere, obliuisci, meminisse, inuidere, contemnere, mirari, fastidire, despiciere simulq; suspicere, & quæ sunt eiusmodi, quibus utiq; nihil incertius fingi potest, quibus sine ulla reque ab ingressu usq; ad exitum fluctuat uita mortalis. Quenam tandem, illa passionũ quatuor tempestas ac rabies, Sperare seu Cupere & Gaudere, Metuere & Dolere. quæ rerum inter scopulos, procul à portu miserum alternis flaribus animum exagitant, quas alij fortasse, immò certè, aliter sub uno ne integro quidem uersiculo, & ut Augustino placet, notissima ueritate Virgilius strinxit, de quibus ad utramque partem, & plura quidem & pauciora dici posse scio. Ve- rum ego nec breuitati admodum studui, nec copia, sed quæ de communi uita hominum, quo se obtulerunt ordine scriptis inserui, ne legentem, uel inopia uel fastidio fatigarem. Neq; uerò te moueat fortunæ nomen, non tantum in ipsis inscriptionibus sed operæ repetitum, sepe quidem ex me, quid de fortuna sentiam audisti, sed cum his maximè qui doctrina minus fulti essent, hæc necessaria præuiderem, noto illis & communi uocabulo usus sum, non inscius, quid de hac re latè alij, breuissimèq; Hieronymus ubi ait: Nec fatum nec fortuna. cõmunis ergo acies suũ hic loquedi morè recognosceret. Docti autem, qui perrari sunt, quid intendam scient, nec uulgari cognomine turbabuntur. Bipartiti sanè operis, passionũ ac fortunæ, de parte altera, quæ uisa sunt diximus, de altera quæ dehinc uisa fuerint, dicemus.

FRANCISCI PE- TRARCHÆ V. C. DE REME- diis utriusque Fortunæ, Liber II., AD SPLENDIDVM NA- TALIBVSQ. CLARVM VIRVM AZONEM CORREGIVM, PRIN- cipem Parmensem, amicũ suum. DE DEFORMITATE COR- poris, Dialog. I. Interlocutores, DOLOR, RATIO ET METVS.



Dixisse mecum nimis illiberaliter naturam queror, quæ de- formem genuit. R. O quot faces extinxit, quod occur- rit incendijs. D. Deformem genuit natura. R. Non de- dit quod delectet, si quod p̄sit dedit, satis est, mitte querelas. D. Non dedit formæ gratiam natura. R. Dare noluit, quod ægritudo corrumperet, quod senectus eriperet: dedit fortè quod nec mors ipsa contingere audeat. D. Formam corporis natura negauit. R. Si formam animi largita est, ma- ximi debitor, exigui repulsam, alta mente despicio, & offen- sam speculi conscientia solare. D. Inuidit natura formam corporis. R. Non inuidit, sed erubuit dare, quod quotidie minuatur & pereat, uera libe- ralitas mansuro munere noscitur, putria & caduca auari etiam donant. Forma fugax & fragilæ naturæ donum, paucis ad utilitatem, multis ad perniciem, nulli ad salutem ueramq; gloriã data est. D. Forma mihi corporis negata est. R. Raro admodũ forma, insignis honestasq; uno sub lare habitant. Benè tibi accidit, si petori exclusa, hospes melior tecũ est. D. Nullum

De adysa fortuna. vi. in alia pl. 83. col. 1.

D. Nullum formæ decus obtigit. R. Quid hinc doles, aut quid penitus sancti pitiq̄ animo uoluis; in quod tibi necessariam, aut omnino usui, & nō potius impedimento esse corporis formam pures; multos forma facit adulteros, castum nullum; multos per lubrica uoluptatum duxit ad infamem mortem, qui deformes sine dedecore periculoq̄ uixissent. & quid multos dixit; Innumerabiles in discrimen, ferē omnes in citamen trahit. D. Cur me deformem genuit natura? R. Ut ipse te ornare, ac formosum faceres, ea forma quæ tecum esset in senio, in grabatulo, in feretro, in sepulchro, essetq̄ tua non naturæ laus aut parentum. Pulchrius est pulchrum fieri quàm nasci. illud enim casus, hoc studij est. D. Corporis multa deformitas me premit. R. Deformitas quidem hæc, apud quosdam infelicitatis quædam portio est, tu crede dicentibus, non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Non te hoc igitur inhonestat ut premit, sed honestandi animi materiam assurgendiq̄ aditum per uirtutes aperit. D. Deformem natura parens genuit. R. Si deformem Helenam genuisset, uel ut uiros loquar, si deformem Paridem, fortasse Ilion adhuc staret. D. Deformis in lucē editus quæro. R. Pauci boni, formam corporis amarūt, nullus optauit, quidam etiam proiecerunt, quod fecisse laudatur ille Tuscus adolescens, qui præclari uultus eximiam spem, quàm suspectam multis aduersamq̄ famæ lux lenserat, & pudicitiz alienæ illatis sibi sponte uulneribus deformauit, quàm tibi dissimilis qui id optes quod ille sibi obtulit, & quo rari nunquam innocuē uisunt. D. Forma careo. R. Tutius est caruisse, quo in experimentum tui anceps, ac laboriosum sæpē uenturus sis, multis forma nocuit, cunctos exercuit, quosdam post insultus uarios molliuit, & uinci faciles dedit, atq̄ ab honestate transuersos in culpam trusit. D. Deformis & breuis nimium statura est. R. Non est ut reris prosequendū quærelis, incōmodum, longē conspectior est statura, breuis expeditior agilitior. D. Statura per breuius est. R. Quid uetat, ut in parua domo, magnum uirum, sic in paruo corpore magnum habitare? D. Corpus exiguum est. R. Id scilicet lamentaris, quod te ipso non es ornatus sed leuis & facilis & ad cuncta uersatilis. D. Perexiguū est corpus. R. Quis unquā de exigua conquestus est sarcina; iuxta herclē dolendi causa, quod non pressus mole corporea sed indutus, neque ipse tibi tædio sed usui sis. D. Contemptibili sum statura. R. Ut gloriosum nihil nisi uirtus, sic contemptibile nihil nisi uitium, nullam uirtus respuit staturam. D. Exigua corporis statura est. R. Non staturam corporis uirtus exigit sed animi, hunc, si longa, si recta, si ampla, si magnifica, si decora est, sit illa altera qualiscunq̄ que, nihil ad rem, non solum domi, sed ne militiz quidem, nisi magis obesse uideretur. No sit ut Marius summus dux, non longus, sed torosos & ualidos milites eligebat, id quàm fœliciter, quàm consulto faceret, crebræ & ingentes iudicant uictoria. Habet corporū proceritas maiestatis plusculum, non uigoris. D. Breuis est statura. R. Hæc non impedit, quin uir bonus & magnus esse possis, insuper & rex, si fors tulerit & imperator, & si enim Africanus Scipio celsus corpore, Iulius Cæsar statura fuerit excelsa, breui tamen Alexander Macedo, & Augustus Cæsar, nec eorum magnitudini breuitas obfuit, nec detraxit famæ. D. Vellem esse altior & maior. R. Assurge animo, cresce uirtutibus, maior eris atq̄ altior, hoc utilius, hoc facilius incrementum. D. Cuperem esse formosus. R. Disce amare atq̄ optare meliora, Stultum est amare periculum suum, stultum optare quod nullo studio quæri potest, nempe si contra naturam formosus fieri studeas, nil ultra proficies, quā ut deformior uideare. D. Formosus esse ne quicquā nitor. R. Nitere autē bonus esse, id nō frustra enim facies, hoc inter multa præcipuum uirtus habet, quæri potest eripi non potest. Cum reliqua in arbitrio sint fortunæ, nec obstante illa quæri ualeant, nec seruari. Sola uirtus fortunæ legibus libera est, atq̄ illa oblectante clarius nitet.

De imbecillitate. Dial. II. DO.

Natura me genuit imbecillē. (R. Ut in putri uagina ensis ferreus, sic in fragili corpore fortis sæpē animus latet. D. Imbecillis natus sum. R. Nō eris idoneus uectandis oneribus)

oneribus, aut auro fodiendo, sed honestis studijs, sed iustis imperijs, sic in nauī robustior quisque remum agit, at prudentior clauum regit. Vita quasi nauis rerum fluctibus, & mundi pelago iactata, suos remos habet, suamque gubernaculum, a uisioribus repulsus officijs ad nobiliora conuerrere. D. Imbecillitas genuit natura. R. Quid si robustissimum genuisset, an perpetuum robor erat, an non robustior ægritudo? (Ut si leam casus inuermos, qui repente totum hominem debilitant, at que eneruant, animi robor oprabile est, quod nec dies minuit nec fortuna.) D. Corpore imbecillis sum. R. Animum foueat que exercere suis artibus, quas meliores esse, diuturnioresque non ambigis, laborem corporis linque ruricolis, nautis, fabris. D. Nullæ mihi ab origine fuere uires. R. At id ipsum non habuisse, quàm perdidisse tollerabilius est, nempe si fuissent, non mansissent, nam & Milonis senuerunt uires, & Herculis senuissent, non sic Socratis, non Solonis, nō Nestoris, non Catonis. Melioribus utere. Nil potest delectare magnum animum, quod non duret. D. Corpusculum imbecille est. R. Si organum inhabitanti animo sufficiens fuerit, satis est uirium, corpus namque propter animi seruitium fecisse naturam, nemo tam corporis seruus est, qui nesciat, id si proprio munere fungitur, quid accusas, seu quid amplius requiris? Nam qui ingenio fragiles, corpore præualent, hi belluis proxime accedunt, & sæpē quod miserum est, alijs seruiunt, sæpē uero quod miserrimum, atq̄ ubi humanæ miseriz summa est, animum ipsi suum seruire corpori suo cogunt, seruitute fœdistima. D. Corpus inualidum est mihi. R. Vera & generosa uis hominis in animo est, Corpus est quasi quædam domus animi, quàm robusta, quàm fragilis, nihil ad hospitem, paucorum præcipue dierum, modo ne corruat, tunc migrandi necessitas in illud, idque perpetuum domicilium, hinc exclusos transfert. Plus dicerem si plus capere posses, nec uulgari strepitu prorsus obsurdisses, corpus ipsum non animi domum esse sed carcerem, nec amicam certè, sed domesticum hostem, cuius tibi fragilitas sit opranda, quo tu liber maturus sis ac uictor. D. Nullæ sunt mihi uires. R. Nullæ penitus dum ualeas, non sunt, quod si non uales, alia est quærela. Non ergo nullas uis dicere, sed paruas uires: Non es robustus, ut ille cœtaneus tuus, neque is, ut ille alius, neque ille ut bos, utque elephas, suus cuique uirium modulus est, cui que quod fat esset, indulgentior natura distribuit parens optima, & suorum foetuum amantior, quàm quisque sui. Non potestis de defectu quæri, de imparitate quærimini, turbidum genus & quærum, qua sublata mundi decore intereat necesse est, sic quod optimum est in rebus, id fertis egerime.

De aduersa ualitudine. Dial. III. DO.

Aduersa ualitudo est. R. Quod expectabam audio, cognata etenim sunt quere læ, at si caro spiritui hostis est, uicissimque contra se militant, quod in se expertus ille magnus ueri amicus, in omnibus uerū dixit, consequens est, ut quod alteri obest, proficit alteri, quod si spiritus carne nobilior meliorq̄ est, cui maxime sit fauendum uides, ac fortassis intelligis ualitudinem, quam aduersam dicis esse prosperrimam. D. Inualida ualitudo est. R. At est ualida hortatrix parsimoniz, dehortatrixq̄ libidinū, & magistra modestiz. D. Mala est ualitudo corporis. R. Si ualitudo animi bona est, pone sollicitudinē, quicquid corpori euenerit, saluus es. D. Corpus ægrū infirmūque est. R. Multi ad salutē animæ profuit corporis ægritudo, ille uir altus ex humili, ex aquis uectus ad sidera, cœlique clauiger effectus, cuius umbra sola morbos corporum molestias que pellebat, interrogatus aliquando, cur filiā suam graui morbo præssam lineret, respondit. Sic expedit ei, tu quid scis, an & tibi sic expedit? D. Diu corpore sic affectus sum. R. Ille idem de quo loquor, filiā mox ut tuto sanam fieri posse cognouit, & sanauit, & sanandis alijs habilem fecit. & tu facito ut secura tibi sanitas tua sit, fortasse sanabere, Denique quod tuum est, animum cura, cœlestique medico curandum offer. De reliquo unum hoc intrepide dixerim, & si nō quod iuuat, at profectō quod expedit spera. D. Valitudo anxia est. R. Est que obliuionem somnumq̄ discutiat, & torporem abigat. D. Valitudo infirma est. R. In infirmitatibus gloriare, & uirtutē perferre, duo hæc unius magistri ore didicisti. D. Valitudo

vitium ann quæ
nauis q̄ Rex fluctibus
et diuersor casuum
fidie quærit?

Robur animi oprandum
potiq̄ corpore.

uires corporis senescunt
nō sic uires animi

corp̄ facti est natura
p̄pter seruitium animi

Corp̄ carcer animi et
domesticus hostis.

nā ad decore uis
tinet tot abarichites Rex
animalium. G. b. a. p. l. a. b.

s. petrus. umbra san
bat egros. altu. s. c

Valitudo misera est. *R.* Comes iniucunda, sed fidelis, quæ te crebro uellicet, iter signet, & conditionis admoneat, optimum in periculis monitor fidus. *D.* Valitudo corporis extrema sine remedio est. *R.* Sile & gaude, ruinoso carcere uinctum te, egrediêre) facilius ac citius.

De ignobili patria Dial. IIII. DO.

Ignobilis patriæ ciuis sum. *R.* Esto tu nobilis, nam nil uetat, nihil cum patriæ nobilitate tua nobilitas mixtum habet. *D.* Paruæ urbis incola sum. *R.* Et magnæ urbes paruos ciues habent, immò ferè ex his constant, & paruæ magnos quosdam habuere. quia in syluis abiectus ac nutritus Romulus, omnium urbiũ reginam urbem Romam condidit, quam euertere uoluit, in maxima urbe genitus Catilina. *D.* In exigua patria natus sum. *R.* Magnificare illam stude: nihil æquè ciuitates amplificat, ut ciuium uirtus ac gloria: qui hoc ædificijs aut fertilitate melius atq; opibus fieri putat, fallitur, ut singulos uiros, sic & urbes & regna & imperia, non uetustas, non turre ac moenia, non plateæ, non palatia ac templa marmorea, non statuæ, non picturæ, non aurum, non gemmæ, non campi legionum, & classium pleni portus, non peregrinis referta mercibus emporia, & lucri amore equor omne sulcatum, non postremo ciuium forma uel numerus, non rerum copia exundansq; cibus forum, non purpureæ chlamydes uirorũ, onustaq; miris cultibus, non fastus, non deliciae, non uoluptates, sed uirtus sola nobilitat, gestarumq; rerũ fama, quam uiri pariunt, non muri. *D.* Paruũ municipij ciuis sum. *R.* Nescis Bianrem Priæneum fuisse, Pythagoram Samium, Anacharsim Scytham, Democritum Abderitem, Aristotelem Stragyritem, Theophrastũ Lesbium, Tullium Arpinatem. Chous Aegeimaris breuis insula, & poëtam non ignobilem Philitem tulit, & medicorum patrem, & sculptorum ac pictorum principes, Hippocratem scilicet & Phidiam & Apellem, ut intelligi possit ingeniorum magnitudini locorum angustias non obstare. *D.* Ignobilis est patria. *R.* Nobilitate tu illam pro uirili parte si uelis, potes, cum te illa facere non possit ignobilem. nec Numæ quidem Pompilio ad Romanum regnum, nec Septimio Seuero ad imperium obstitit soli natalis humilitas, summo hominum Augusto, & si recens Romana, quia ipse scilicet in palatio natus sit origo, tamen gentis antiquior Veliterna est, Caio Antias, Vespasiano autem uici incogniti Reatini: contra uerò Larissæ famã uulgauit Aeacides, & Pelleum à seculis fulcum nomen, atque humile, quod Philippus erexerat, Alexander ad coelum tulit. Non satis est ciuibus obscuritatem patriæ non nocere, nisi ciuium claritas patriæ profic. Asylum ignobile atque opus pastorum Roma fuit, quæ nõ antè claresceret, quam res illam gesta & suorum uirtus excellens ciuium illustrasset. *D.* Obscuræ patriæ sum additus. *R.* Lumen uirtutis accende, quo inter tenebras nitescas, in quibus hoc saltem boni erit, ut uel parua luce clarissimus uideare, sic uel illa te clarum faciet, uel tu illa. *D.* Humilis patriæ habitator sum. *R.* Esto & tu humilis habitatorq; tui animus humilis sit, habes publicæ matris exemplum, ne te nido latius extendas, nisi his tantum quas tibi uirtus alas fecerit: his enim uti licitũ, uosq; foeliciter cõplures modò diximus. Proinde mortalis hoc saltem insolentia frenum tene, quidã de sola patriæ nobilitate superbiũt, stultũ genus.

De originis obscuritate. Dial. V. DO.

Obscuris parentibus natus sum. *R.* Non est forsã ut tureris odiosa conditio, nescio an & optabilis, ignobilem nasci, utramuís uitæ uiam spectes. nam seu uoluptatibus obsequi, uulgicq; tristigis tritum iter sequi statuis, excusabilior fiet, uerũ ducibus domesticis carens error, cessabitq; improprium illud acerrimum, degenerantium à parentibus claris, eo quòd nulla tibi domi sit claritas quam obscures. sin uirtutis semitam raro pede signatam eligis, eò clarior fies, quò maioribus tenebris præssus ac circumuentus emerferis, tota claritas tua erit, rerum particeps tuarum ullus occurret. nullam partem gloriæ decerpura erit imitatio, nihil tibi parentes eripient, nihil aui proauicq; nihil consiliarij ac magistri quicquid bene gesseris, solus inde famã meres, solus inde laudaberis, solus auctor generis fundatorq;

fundatorque uocaberis, quod non fieret si nobilis natus esses. Vides ne igitur quanta tibi nouæ laudis occasio data est, nobilem per te fieri, & nobilitatem dare non accipere, dabis hoc posteris tuis, ut nobiles nascantur, quod parentes tibi non dederunt tui. Plus est multò nobilitatem fundare, quam fundatam ab alijs inuenisse. *D.* Noua & rudis origo est. *R.* Atqui clarior est habitus ille pastorius urbis Romæ conditor, quod in syluis arcem posuit, & facili culmo exiguam ac squallentem regiam texit, quam tot postea principes, qui ingentia moenia testudines quæ marmoreas atq; aureas erexere, tanta semper nouitatis egregia ac magni principij laus est. *D.* Ignobili primordio genitus sum. *R.* Stude ut fine sis nobili, de principijs enim labor, de fine fructus, qui si immaturus carpitur, longæuus esse non potest. *D.* Radicem gloriæ præcidit ignobilitas. *R.* Non præcidit quidẽ, sed insedit altius, ut ualidior licet ferior surgat, ceterum non ignobiles modò, sed ignotos ex omni genere hominum dabo, qui uirtute atq; industria euasere notissimĩ. Et sanè si uerum nobilem uirtus facit, non intelligo, quid quæ uolentem fieri nobilem impediãt, aut quid ita facilius sit nobilitate alios quam seipsum. *D.* Ex ignobilibus parentibus descendo. *R.* Quid Socrates, Euripides, Demosthenes, quorum primus marmorarium patrem habuit, obstetricem matrem: secundus matre patreque, ultimus non solum humilibus, sed incertis. Vester ille Virgilius rusticanis parētibus fuit, nec se libertino ac præcone patre natũ Flaccus erubuit, ambo tamen ad insignẽ gloriã, & summi principis gratiam peruenere, usq; adeò, ut cui reges omnes colla submiserant, cuius è manibus magna poscebantur, atque unde omnium fermè mortalium præcipueque nobilium spes pendebant, cuius demũ familiaritatem promeruisse notitiã summis licet hominibus summum erat, ipse horum duorum ignobilium, quos Romam scilicet, Mantuanum Venusinumq; rus miserat, amicitiam & conuictum ceu grandè aliquid, blandis ac dulcibus epistolis flagitaret, & quã multos tunc in palatio nobiles ut sæpè sunt inutiles atque indoctos credimus fuisse, quibus horũ nobilitas ignobilitas atq; inuidiosa, nec immeritò uideretur. *D.* Parentibus sum obscuris. *R.* Non mouent animum hæc exempla. altioribus agam, Marcus Cicerò, ut de illo scriptum est, ex ordine natus equestris, de radice humili, per egregias artes, perq; honestos gradus, ad Consulatum uenit, quo nescio, an alter unquam salubrior Reipub. Consulatus fuerit. *D.* Rustica & ignota patrum series est mihi. *R.* Sordent hæc ut uideo. altius etiam nunc aspiras. Certè & Marius rusticanus uir, sed uerè uir, ut conciuis suus ait Cicerò, diu arator apud Marfos fuerat, Romæ septies Cofs. tanta gloria, ut bis Italiã obsidione & metu seruitutis liberasse eum, compatriota licet idem suus, uerè dixerit: & Marcus Cato plebeæ uir originis, paruicquẽ oppidi diu quidẽ obscurus incola, post in maxima urbe clarissimus aduena, mox ciuis eximius & Cofs. & Cens. fuit. Sine id quidem satis est, & fortasè regnum cogitas, profectò neque illud sperare suffragio meritorum, humilitas uetat originis. Tertium & quintum & sextum Romanorum regum ad memoriam refert Tullius Hostilius, ut probati perhibent auctores, & si apud alios de illo tale scriptum sit, infans in agrelli tugurio educatus, in adolescẽtia pastor fuit. Tarquinius Priscus, patre negotiatore aduena, nec Italicæ sup originis. Seruius Tullus, serua, quamuis ut alij uolũt, captiua quidẽ, alioquin uerò nobili matre natus, uirtute regnũ Romæ meruit: nec miraberis si Platoniciũ illud tenes. Neminẽ regẽ non ex seruis, neminẽ seruum non ex regibus descendere. sic res hominũ, lōga atas, ac fortuna permiscuit, sileo caterarũ reges gentiũ è pecudũ gregibus uilissimarũq; artium tabernis, ad inopinum subito diadema subuectos. Alexander Macedo hortulanũ in Asia regem fecit, et fuit ex illis actibus laudatis iste nõ ultimus. Contraq; alios sileo è regni fastigio ad seruitium usque prolapsos, sic suas res fortuna moderatur, tamen plurimum potest uirtus, per illam tuto conscenditur ad supremos gradus, cuius calle deserro, sciant reges se in tremulo stare, neque descensum modò instare sed ruinam. Quæ nam igitur ut ad te redeam ista calamitas nascendi, cui nec spes regnandi eripitur nec successus? *D.* Obscura de radice prodeo. *R.* Omnis radix obscura & squalida est, unde tamen & floridi & frondẽtes ramĩ prodeunt, nõ unde quicquam prodiderit, sed quale sit queritur. *D.* Parentibus infimis natus sum. *R.*

Sentio summum ad imperium stilum uocas. Septimius Seuerus, de quo supra diximus, equestris & ipse ordinis Aelius Pertinax, & ipse libertini filius, & lignorum uilis utique negotiator mercis, uterque Romano praeuit Imperio, cui & Philippus pater, ac filius, Arabes, humillimi generis, & Maximinus & Maximus praefuere. Obscurissimis ille parentibus ac barbaris, quorumque cum arrepto imperio, puderet, hic ferrario an lignario patre genitus incertum. Certè Vespasianus inter bonos principes numeratus, è non clara stirpe clarissimus, & rempublicam gessit eximie, & duos ex ordine filios successores imperij uirtutis unum habuit, quid minora prosequimur, cum super ipsius Augusti Caesaris origine ambiguitas multa sit: summa est, humanae cursum sortis origine non praeteriit, undecumque licet asurgere, seu fortuna manum porrigat seu uirtus. D. Humile nimis atque infimum genus est. R. Quod ad humanae potentiae gradum spectat, exempla posuimus, quibus iam iri altius non possit, unum restat, non imperio aut regno, sed suapte alia quadam maiestate memorabile. Ventidius Bassus Asculanus, matre humili, patre ignoto, capta patria, iam pubes in triumpho Gnei Pompeij Strabonis, qui Pompeij Magni genitor fuit, inter captiuos alios ductus, idem postea uariante fortuna, dux P. R. contra Parthorum regem, & antiqua potentia & recenti uictoria insolentem, foelicissimo pugnavit euentu, & filio regis interfecto, caesisque hostium legionibus, quae ad eum diem nulli Romanorum ductu fata miserant, insignem illam Romanorum stragem & Crassorum mortem magnificentissimè ultus, ipsum in quo uictus alienos currus orauerat, ac carcerem uinctus intrauerat, uictor ac triumphans Capitolium proprijs curribus honestauit, & Romanum carcerem acie captiuorum hostium impleuit, et quod gratius spectaculum esset mirabiliorque uictoria, eodem ipso die parta erat reuolutis annis, quo clades illa terribilis apud Carras accepta fuerat. quis ambitiosus adeo tamque audax regni est, non hanc gloriam sine regno, quam inglorium regnum malit et quid, oro, nocuit Ventidius ad foelicitatem & ad summum decus, quod humiliter natus esset, & prima aetate fortuna humili usus ac miser: certè uirum Asculi despectum, Roma suspexit, & claris suorum ciuium nominibus, illud peregrini fuscum nomen inseruit. Haec sunt ad ascensum scalae, hi uirtutum gradus, quibus non ad gloriam modo altioremq̃ fortunam nitendo, sperando, uigilando, sed ad caelum usque peruenias, proinde & tu natus humiliter, ut conscendas enitere, primum & ultimum uirtutis in uestigio pedem figens, nec declinans alicubi, nec subsistens. D. Humile principium fuit. R. Illud praeterijt, quae sequuntur cogita, nec me latet ut primus & ultimus uitae dies, quibusdam uisi sunt humanae conditionis statum maximè moderari, siue ut ipsi dicunt, continere, de ultimo nempè consenserim, de primo autem non ita. Et si enim ut ipsi uolunt, plurimum inter sit, quibus auspicijs inchoetur, et si cum his sentiens Satyricus, ubi de ipso loquitur Ventidius ita scripserit:

disiat enim, quae

*Sydera te excipiant, modo primos incipientem
Edere uagitus. & adhuc à matre rubentem.*

Nos tamen ista respuimus, & haec auspicia, & hanc tantam syderum uim negamus, conditori almo syderum omnia relinquentes, à quo creatum nullum penitus ab hoc uirtutis & foelicitatis & gloriae calle secludimus. D. Humilitas generis multa est. R. Quid tu autem, multam ne superbiam esse malles? aut quid hinc tibi nunc deesse sentis, nisi ne fumosis imaginibus atrium, truncis que statuis bustumque familiae semesis plenum titulis, spectaculo praetereuntibus, tibi infaniae sit, quam in triumphis de his quos non noueris elato supercilio fabuleris? D. Ignobilis natus sum. R. Ignobilem non nasci tantum, sed & uiuere quibusdam foelicitas uisa est, an in Tusculano saltem à Cicerone positum, non legitur illud potentissimi regis anapestum, qui laudat senem & fortunatum esse, dicit quod inglorius sit, atque ignobilis ad supremum diem peruenturus.

De obscena origine.

Dial. VI. DO.

ORigo non tantum humilis sed obscena est. R. Vera & summa obscenitas una est animi, illam si dempseris pulchra sunt omnia. D. Male natus sum. R. Qui bene

benè uiuit, benè nascitur, benè moritur, at qui male uixerit, benè natus esse non potest, nā quid refert quam fulgido tramite caecus inceserit, aut quid refert, unde uenias, si in miseriam & in culpam uenis? D. In peccato genitus sum. R. Deslet hoc quidem ille uir maximus, et profecto nemo non in peccato nascitur, cauete autem grauiora superaddere, quanquam ne his quoque purgatio sua desit, sed prima illa deformitas, in ipso saepe uitae limine sacris undis abluitur, niueusque animam candor subit. D. Male me parentes genuere. R. Quid ad te quisquis male genuerit, tu benè genitus fuisti, nisi alieno flagitio tuum iungis. D. Foeda pudet originis. R. Iam quod alieno tumescitis non miror, & alieno simul erubescitis, et omnino ubique potius, quam in uobis bona & mala uestra reponitis, quae alibi tamen, quam in uobis esse non possunt. Quod nisi pudendum ipse aliquid poenitendum ueregeris, quod tuum crimen, aut quis pudor impudicus patere tu modo ne paterni dedecoris hereditatem adeas caue, atque illi dissimillimis hac in parte fieri stude, quis te ignarum genuit, inuito tibi suas maculas impressisse non potuit, in te sit, & ex te prodeat nece esse est, unde obscurus aut clarus fias. D. In honestis parentibus in lucem ueni. R. Omnis parens honestus filio uideri debet, sed non ut uerendus, sic sequendus omnis filio parens. Est ubi deseruisse consilium sit, eia igitur, in diuersum abi, si uerus est parens, deserui uolet, sed non suum uitium amari optabit. Unus hic inuentus est modus, quo parentum nomen premere & calcare gloriosum filijs ac decorum sit, uiuendo aliter, castius scilicet ac sanctius. De parentibus inhonestis lingua filij taceat, dissimilitudo uitae, morum, actuum non taceat. Pulchra laus filij, cui a tergo dicitur: O quantum sene suo modestior adolescens, contraque nulla grauior senilis nota lasciuiae, quam admodum illi prudentia iuuenilis. Equidem si parentum gloria filijs male uiuentibus ostensa est, quanto false uerecundiae filiorum laus patrum male uiuentium premit infamiam. D. Damnata de Venere procreatus sum. R. Atqui male debes impudici patris honestus filius esse & dici, quam honesti impudicus, in omni enim seu laude seu uituperatione, illa praecipue estimanda sunt, quae cuiusque sunt propria. De alieno nemo iuste reprehenditur seu laudatur, et si ut dixi uestrum, quicquid id est, conspectus fiat, suo contrario admotum, ceterum ut cuiusque propria laus aut infamia est, sic laudis aut infamiae propria causa sit oportet, neque uero ut unius gladio alter perit, utque unius flammis res alterius uritur, sic unius culpa etiam fama perit alterius, eo quod animi bona solidiora sunt quam corporis aut fortunae, ut inuito nequeant possessore uiolari. D. Contra fas contraque leges genitus sum. R. Nil tu contra leges sed parentes tui egerunt, tu secundum leges age omnia, in hoc quidem nullum penitus tuum crimen fuit, de ortu tuo alij, tu de moribus tuis rationem reddes, & quamuis odio uagae libidinis immerentes filios ultio legum ciuilium extendatur, Deus tamen quenquam suis finibus metitur, nec filij iniquitatem patri imputat, nec filio patris. Ipsam quoque Philosophiam iudicare aliter solitam, quam leges ab ipsis Philosophis accepisti. Legibus ergo oppressus, diuino simul ac philosophico iudicio releuatus, habes animum unde soleris, neque enim tibi ut priuati patrimonij, sic publicae uirtutis hereditas interdicta est, illa enim institutis hominum, haec meritis datur, & antequam nascereris, ut nil gloriae, sic profecto nihil infamiae meruisti. D. Origo illicita & incesta est. R. Quid de incestu? quid uere de adulterio nasci queat, indicio sunt Romulus & Alcides, Perseus Macedoniae, Iugurtha Numidiae Rex fuit, uterque legitimis fratribus regno exclusis, malo quidem more, pessimis que artibus, sed exclusis tamen. Alexander Macedo Philippi dictus, cuius uere sit creditus audisti, denique Philippum extremo uitae, Alexandrum non suum filium praedicare solitum, idque sibi ultro confessam Olympiadem, hancque ob causam repudio dimissam scriptores rerum prodidere. Constantinus ipse, ex concubina genitus, licet insigni, praeter legitimis fratribus ad imperium uenit. Adderem his Arcturum regem, nisi quod historijs miscere fabulas, nihil est aliud quam mendacio ueri fidem imminuere, ad summam uero, non est quod te desiciat origo, undecumque ortos uirtus extulerit, satis est gloriae. D. Male natus sum. R. Benè uiue, benè morere, qualiter natus sis, nec tuum est, nec meminisse quidem potes, nec

magnoperè inquiras, quod ad te non pertinet, nisi forte, ut humilior mitiorque, non tu mœstior sis. D. Turpiter natus sum. R. Morum candor & claritas uitæ, non maculas modò, sed memoriã omnem fœdæ originis delebunt: hoc remedium dum licet arripe, aliud mihi crede nullum est. D. Pudet infamiam parentum. R. Pone hunc pudorem, unus omnium pater Deus, una omnium mater terra.

De seruitute.

Dial. VII. DO.

Seruus in hanc uitam intraui. R. Ne doleas, liber egredere uelis modò, sicut multi qui ex aduerso intrarunt liberi, serui exiunt. D. Seruili ter natus sum. R. Liberaliter uiue, meliore tui parte liberum esse nil prohibet, una est peccati seruitus grauissima, sed quæ premere nescit inuitos, illam excute liber eris. D. Seruum fieri uoluit fortuna. R. Potest uelle contrarium, et si moribus suis utitur, scis quid speres, nosti monstrum illud, nosti ludos & præstigia, non liber modò, sed domini tui dominus fieri potes, quanquam quid uelit aut quid nolit, nihil ad rem, ut sit inexorabilis, quod interdum est, nullum ita tamen in animum ius habet. In omni autem aduersus illam certamine, ab illius hoste poscendum auxilium, sæpè quem fortuna seruum, liberum uirtus fecit. D. Seruitio premor graui. R. Iugum qui fert uolens, leue efficit, ostendam tibi leuimen unicum ac peculium immortalè, domini quæ tui quamuis potentis arbitrio exemptum, quod te liberum atque ipso domino ditio rem faciet. Sapientiæ studio incumbere, illa te in libertatē afferet, dictum Catonis est, à Cicerone firmatum: Solus sapiens liber est, ea scilicet libertate, qua certior nulla est. D. Sub durissimis dominis uitam traho. R. Nullare melius quam fide & obsequio mollientur, & fortassis adeò, ut quod multis accidit, inde tibi uentura sit libertas, unde te seruū lugens, forsitan & aliunde, hunc siquidē temporalis dominus liberat, hunc æternus. Scis quāto periculo Malchus minas heri p̄sequentis euaserit, sed euasit tamen: interim de domino sic cogita, hic te nutrit tuique curā omnem in se trātulit, cū libertate sollicitudinē amississe, quid nisi utile damnū uoces: Multis serua libertas, multis est libera seruitus, nō tam graue iugū hominū, quā curarū est quod hoc excusserit, illud ferat æquanimis. Huic tu seruus, huic unī es deditus, immò hic tibi, hic tuus est dominus, immò p̄curator est tuus. Nō habebis honores equidē nec labores publicos, nō simulatū studijs, nō forēsbus p̄cellis, & cōsiliorū uolubilitate rotaberis, nō nauigij tarditas, nō agri sterilitas, aut annonæ caritas te torquebit, has molestias domino tuo linquens, sæpè illo dormies uigilāte. D. Difficilis & imperiosus est dominus. R. Nō sine causa illi in fortē obuēnisse in animo tuo pone, quicquid igitur iustū iubet, Deū ipsum iubere credito: sin iniustū aliquid, maioris domini meminisse cōueniet, quod ut te ad honesta quāuis difficilia seruū patit, sic ad inhonesta uult liberū. Sic intelligo quod gloriosorū terræ ueræque fidei principū, alter seruos dominis carnalibus obedire per omnia, alter uerò subditos esse in omni timore dominis præcipit, illud adijciens: Ut hoc non tantum bonis & modestis exhibeant, sed etiā discolis, neque enim de domino iudicare seruum decet, sed mores eius qualescunque perferre. Quò enim immitior dominus, eò clarior patientia serui est, et hæc est gratia, cuius apud horum alterum fit mentio. Nec tamen ut mores pati, sic & imperia & exequi semper oportet, sunt enim quæ iustissimè recusent, nisi imperio domini superioris aduersa sint, cui si conferat hic tuus dominus, nō dominus sed conseruus habebitur, sic ergo per omnia dominis obediant serui, si iusta p̄cipiunt, non difficultas retrahat, non labor, non obsequia uel negata præmia, uel quod est tu rebus amarissimum, irrogata supplicia, in omnibus obediant modò iniustitia atque inhonestas abfuerit: alioquin contumacia & libertas, atque ipsum pectus & iugulus iniquis præceptis ac turpibus opponendus est, seruandumque memoriter, quod præmissorum alter ait, qui conseruos obedire per omnia dominis præcipisset, addidit: Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Dominum. ex his uides status tui conditio quæ nam sit, non totus est seruus, qui ad indigna imperia cogi nequit. D. Superbo domino seruo. R. Quid scis an ille superiori domino seruiat? Forsan uxori, forsā meretriculæ, forsā his ipsi quibus imperat, quot suorum seruorum

seruorum seruos undique cernimus: postremo quæ durissima omnium est seruitus, forsā & ipse sibi, hoc est uitij & passionibus ac uiolentis affectibus suis seruit. quid uis dicam? Pauci in ueritate sunt liberi, & si qui sunt, eò illis laboriosior uita est, quò altior. multò enim citius multo quæ facilius fidelis serui, quàm iusti regis impleretur officia. Diocletianus tam priuati & de præterito iudicantis, & experientia edocti, dictum memorabile est: nihil difficilius quàm bene imperare, propter quod uideri potest, ipsum quidem imperium dimisisse. tu igitur fortem tuam lætus amplectere, fuscā fateor atque humilem, sed facilem ac tranquillam, nisi forte foelicio rem in spectaculo anhelantem, quàm in cubiculo qui escentem. D. In seruitū mea me fors impulit. R. Libens facito quod oportet, est & illud quoque notissimum, ac necessitatibus humanis aptissimum consilium, cupias quod cuique necesse est, sic uim ipsam necessitatis eluseris. Fer fortunæ sarcinam patienter, quam quidam etiam sponte subire, ut quæ alios seruitio liberarent, sibi seruitium delegere: in quibus est clarissimum Paulini nomen Nolani præsulis, cuius spontaneæ seruitutis exitus foelix, ut debuit, fuit. quidam paruo pretio uendidere, ut serui effecti, suos dominos peccati uinculis absoluerent, atque ad ueram reducerent libertatem in quibus Serapion quidam Aegyptius, hæremicola nobilitatus est. Hæc tibi magis exempla profuerint quam lamenta. Experire & tu tale aliquid, quo uel utilis alteri, uel facilis tibi saltem seruitus tua sit, non id quidem quod nō habeas optare, sed eo quod habeas bene uti sapientis est. Illud omnibus contingit, hoc paucis. D. Mortali domino mortalis seruo. R. Immortaliter seruire incipe, ille tibi & libertatem spondet & regnum, quamuis & in hoc statu nec honestis artibus operam dare, nec sperare meliora sit ueritum. Et Terentius seruus fuit & didicit, haud seruili quidem ingenio, & Comœdias scripsit haud seruili stilo, quo & libertatem & inter Poëtarum duces meruit locum. Quomodo ergo uirtutem solidum animæ bonum seruitus impedit, quæ nec aduentitia studia, nec externam gloriam impedire potest? Plato ipse in seruitum delatus, tamen ut scriptum est, quia Philosophus maior emente se fuit. Generosa profectio, quæ maiorem domino seruum facit. Et est haud dubiè seruus eruditus eò maior indocto domino, quò fortuna qualibet maior est animus, & in libero corpore serua mens habitat, & in seruo libera. Obstarè seruitus potest fori actibus, non animi, curia seruū respuit, at non uirtus, non industria, non fides. Tyro Ciceronis seruus fuit, sed his artibus libertatem adeptus, elegantem de patroni iocis librum posteris liquit. Non potest seruus imperator exercitus aut senator esse, at Philosophus, at Orator, at uir bonus potest, aliquando etiam discussio seruitio imperator & rex quoque. Neque ad regnum modò & imperium ab hoc gradu peruenisse aliquos nouimus, sed ad cœlum ipsum. Non potest seruus militare homini, Deo potest, eiusque militiæ stipendium est regnare, Dei seruus rex est omnium, socius angelorū, horror dæmonum, Dei autē seruus & seruus hominis esse potest, atque ita cœlesti foelicitati, terrena seruitus nihil nocet. D. Seruus sum. R. Si semper fuisti, cōsuetudo luctum leniat, si minus, spera posse te iterū non esse, quod quandoque nō fueris. D. Seruus sum. R. Si speras mali finem, minuat spes dolorē, si desperas, patientia, neque malū malo cumules, neque te angas superuacue sciens uolensque, quæ totius humanæ dementiæ summa est. Sed certe nihil est desperandum, si cuncta defuerint, mors aderit, quæ te inuito domino dissoluat ac liberet.

De paupertate.

Dial. VIII. DO.

Paupertate pressus sum, assurgere nequeo. R. (Sæpè quidē paupertas modestiam) persuasit reluctanti animo quodque nequaquam Philosophia repræuerat, hæc impleuit. D. Paupertas meum limen obsidet. R. Non obsidet sed custodit, neque hoc illi nouum aut insolitum (ut quæ urbem Romam multis olim seculis custodiuit, inter tentoria equidem paupertatis sobriæ atque sollicitæ, luxus iners, sopor marcidus, ac uitia languida & eneruata, non subeunt. D. Domum meam paupertas inuasit. R. Vtrò illi ut occurras consulo, ueniente læto animo bipotentibus ualuis excipiens atque amplectens, prima enim fronte rigida ac subtristis, nec immeritò uiatori ac uiro armato exæquata, eò quod

v. Senec. pag. 278

quod celer minaxque sit aduentus eius: at cum in familiaritatem admiffa fuerit, & minime sumptuosa & fecura ac facilis hospes erit. D. Foribus meis paupertas insultat. R. Aperi ocys antequam uectes subita ui contringat, atque ostij uulsis a cardine uictrix introeat, ut enim resistentibus permolesta, sic cedentibus periuocunda est. D. Domum meam paupertas irrupit. R. Aduersus fures, & peiores furibus uoluptates, peruigil excubatrix, aduersus uulgi morsus & infusa iudicia, atque auaritia seu prodigalitatē infamiam, quæ raro alibi quam locupletum sedet in limine, ab his malis nullo melius ingenio custodi ri potuit domus tua, quam illam custodiret paupertas. Ut diues & si largus sit, si quid tamen sibi referuat, auarus uulgo dici solet, sic pauper cupidus quoque largus habebitur, inuidet opibus uicinia, pauperem miseratur, illas cupit ac uituperat, hanc horret & laudat. D. Domum meam occupat paupertas. R. Iam nullus tibi superbiae locus erit, nec inuidia, nec damnis insignibus, nec damnorum metui, nec suspicionibus mille, nec insidijs, nec nauseæ, nec podagrae diuitum hospitibus: quibus exclusis habitatura latius, tecum quies & tranquillitas & uirtus, cui eò plus loci erit, quò fortunæ minus. D. Lares meos dura subiit paupertas. R. Quid quæraris scio, mollius diuitiæ subiissent, sed paupertas tutius (nullæ autem opes sunt, quibus non sit anteponenda securitas.) Cum ad foelicitatem enim omnia quæcunque agunt cupiuntque homines disponantur, esse illa sine opibus quidē potest, sine securitate non potest. D. Paupertate importuna diu premor. R. Ut nihil importabile diu fertur, sic nihil breue difficile, sed hoc dicis grauius: Excute autem illam cum diuitijs, an plus auro tribuis quam uirtuti: an & hoc in Paradoxo Stoicis non legisti, quod solus sapiens diues est. An legisti forsitan, sed spreuisti, quod plerique faciunt legentes, ut fabulentur ornatijs, nō ut melius uiuant, nihil ad honestatem, omnia ad scientiam atque eloquentiam referentes, quo nihil est uanius.

De damno passo.

Dial. IX. DO.

Opes cunctas trux fortuna præripuit. R. Non tibi fecit iniuriam suum tulit, sed uetus & nota hæc ingratitude est, dari immemores, meministi ablati, itaque raræ ac tepentes gratiæ, crebræ ac feruidæ sunt querelæ. D. Fortuna ferox, uitæ quoque necessaria subtrahit. R. Necessaria subtrahere potest nemo, quando quidem uerè necessarium est, nihil sine quo bene uiuitur dico autem bene, non uoluptuosè, non insolenter aut splendide, sed prudenter, sed sobriè, sed honestè, in quibus nullum sibi ius esse quamuis insolens fortuna fatebitur. Et certè cum nec toto quod est usquam atro, neque omni gemmarum pompa atque omnigenum rerum copia, cupiditas expleatur, paucis admodum, & si desint, leui linguæ uel manus artificio comparandis tollitur, aut lenitur necessitas naturalis, sic uirtuti modicum, uitio nil sufficit. D. Victum uestitumque necessarium auara fors negat. R. Aliunde petendum. Virtus liberalior quam fortuna est, nihil negat, nisi quod & permissum noceat & negatum prosit, nihil eripit nisi quod habuisse damnosum, amisisse utile sit. Non differt, non imperat, non retrahit manum, non rugat frontem, non attollit supercilium, nullum despicit, nullum destituit, nullum fallit, non seuit, non irascitur, non mutatur, una semper & ubique est, nisi quod magis magisque degustata dulcior indies, & propius conspecta sit pulchrior. Ut sis igitur uerus diues, ab hac poste non te fastidiet nec repellat, quauis exerceat, difficilis habet aditus primos, cætera prona, iucunda, facilia. Semel uerò ubi ad illam peruenieris, nō senties paupertatem. D. Spoliavit me bonis meis omnibus fortuna. R. Fallit te opinio, malum commune mortalium: nam profectò non bonis, & ut bona permiserim, non tuis, sed quæ tua forsitan uulgi more credideras. mirorque si nondum intelligis aliena. D. Fortuna me nudum liquit atque inopem. R. Virtus te uestiet ni respuis ac ditabit, nisi fortè pluris aurū & purpuram quam decorum generosæ mentis habitum facis, quod si faceres, tunc uerè inopem nudumque te dicerem. D. Cōtra fortunæ impetum, & inopiæ molestias, nullo satis artificio tutus sum. R. Quid miraris: artificio tuum omne, & arma quibus te tueri cogitas, in manibus hostis sunt, illa capulum tenet, in te cuspis obuersa est, si consilium quæris, his omisis,

omisis, age aliud, artibusque illis ingenium applica, in quibus fortuna ius non habet: non diuitijs uirtus, sed uirtute diuitiæ quæruntur. Virtus una contra fortunam omnem, contra pauperiæ ars optima. Legisti ut ad litus Rhodiū naufragio eiectus Aristippus, & ipse nudus inopsque rerū omnium, quas dare potest fortuna uel auferre, dum locorū nouitate caprus, ut sit, oculosque circūferens, fortè illos in quasdā descriptiones Geometricas defixisset, exclamans cōsolatus est comites, et bono animo iussit esse, neque enim desertis locis applicuisse, cernere se hominum uestigia. Inde oppidum introgressus, ad gymnasium literarum recto calle contendit, atque ibi Philosophicis disputationibus admirationem primò, dehinc amicitias optimarū & munera meruit, quibus non tantū sibi, sed etiam socijs uictum ac uestitum, & perfectioni necessaria ministraret: cūque digressuri quærent, quid ille nunciari domi uellet, hoc unū iussit, nūciarent eas opes filijs paradas, quæ naufragio nō perirent, quas nec maritima, nec urbana, nec bellica tempestas eriperet præclare. D. Rerum atque animi inops sum. R. Primum te expeditū, secundū planè inopem facit & miserum. Sed ut Aristippi cōsiliū, sic & Theophrasti dictū te legisse arbitror, quid uerò lectio sola profuerit, & meminisse oportet, & in usus tuos lecta conuertere. D. Domo, familia, necessarijs atque ornamentis omnibus spoliatus, quid agam, quo me uertam? R. Ad eas opes quibus spoliari nequeas, quæ te undique comitarum diuitem & ornatum præstent, et quoniā ut uideo, excitanda memoria est, Theophrasti quoque memorabā dictū, ad hunc se habet modū. Doctū ex omnibus solū, neque in alienis peregrinū, neque amisis familiaribus & necessarijs inopem amicorū, sed in omni ciuitate esse ciuem, difficileque fortunæ sine timore posse despiciere casus: at qui nō doctus inuicem, sed foelicitatis præsidijs putaret se esse uallatum, labidis itineribus uadentem, nō stabili, sed infirma cōsiliari uita. D. Patrimonium paternum habui, perdididi, quid cōsiliū capiam. R. Patrimonium paternum duplex: alterum ex rebus pereuntibus, quod fortuna moderatur, ex uirtutibus & doctrinis alterum, quod extra fortunæ regnū procul in tuto positū, lædi nequit. hoc est illud quod in primis amatissimi patres filijs tradunt, quod nisi repudiet, eos in finē & post finē uitæque exitū, exornat possessoribus suis, & non æquæuum modò, sed uiuacius multo quæ perennius, idque attendēs illa nobilis morum & eloquentiæ & legū parens Athenarū ciuitas, cū Græcarum omnium leges urbium, indistinctè, filios ad præstanda parentibus alimēta cōpellerent, eos solos statuit alii oportere, quod liberos erudissent, quod hi soli patrimonium certum suis stabile relicturi essent. D. Multa mihi ad uitam desunt. R. Cui pauca sufficiunt, quomodo desunt multa nō uideo: sed deesse uitæ dicitis, quod auaritiæ deest, ita sit ut nō multa tantū, sed omnia uobis desint, & quæ habetis, & quæ cupitis, quod & illa tangere nō audetis, & hæc assequi non ualeatis, utrobique par uel miseria uel egestas. D. Nimum pauper dego. R. Solare animum comitibus magnis & illustribus, Valerius Publicola unus, & Romanæ libertatis auctoribus Menenius Agrippa Romanæ sequester pacis, unde sepelirentur, quia de proprio non erat, de publico habuere. Paulus Aemilius Macedonum regum uictor, finitorque regni famosissimi & antiqui, tam diues gloriæ, tam pecuniæ inops fuit, ut nisi agello tarti uiri uendito, restitui coniugidos non posset. Attilius Regulus, Gneus Scipio, Quintius Cincinnatus Romani imperij defensores, tanta rei familiaris inopia fuere, ut primus in Africa maximas res gerens, secundus in Hispania, ille propter uillici mortem, hic propter filii dotem, missionem à Senatu petere cogerentur, & obtinissent, nisi Senatus reipub. consulens, optimorum ciuium succurrisset inopiæ. Quintio autē quaterna agri iugera aranti, Senatus & Populi consensu, rebus in extremis summū imperium deferretur. His accedant Curius hortulo diues, & Fabricius paruo potēs, qui oblatas contempsere diuitias, & nihil præter ferrum dextrasque & animum habentes ditissimum, Græciæ regem ac potentissimum Italiæ populum domuere, auro ipsi æquæ ac ferro inexpugnabiles & inuicti. Et quid loquimur ciues, cum & ipse P. R. omnis eximia fons atque exemplar historiæ, tam diu bonus fuerit, ut dicere coeperam, quam diu pauper fuit: at libidinibus probriisque Nero obrutus, opes suas metiri ac dinumerare nō poterat: at Varius Helioabalus effœminatissimus turpissimusque hominū, at uestri pudor imperij, uentris onus, dictu foedum & auditu, se pro foeda

cupiditate mortalium forsitan non silendum, non nisi auro excipi dignabatur, cum non superiorum modo talium uirorum coenas, sed Deorum sacra fictilibus agi soiere meminisset. O urbs misera, ad tam turpes manus satis lapsa uoluentibus, sed aurum auaritia uorum ingens. O spes ultima & laborum terminus humanorum, in quos usus oculorum stupor ac mentium uertebaris, laudare factum, aut certe non arguerem, quod errori hominum tam obsceno nulla aptior esset irrisio, si ab homine sanæ mentis id fieret, nunc præclaras optandasque diuitias, quis negare audeat, quasi si ferro ac scelere peti uelint dum sic speritis optimis, sic pessimis affluunt. D. Pauperem in laboribus uitam dūco. R. Cleantes hauriendæ aquæ & rigandis oleribus, Plautus sarcinas molæ mantariæ locare operas, urgente inopia coactus est: quātus ille philosophus, hic poëta simulque quā paup ille hortulanus, hic pictor reliquias temporū necessariæ debitas quieti, tāta animi uis erat, philosophicis ille uigilijs dedicans, hic scribendis quas uenderet Comœdijs. Lactantius Firmianus uir doctrinæ multiplicis, rarique inter suos eloquijs, filij quoque summi principis magister, idē summa rerum omnium etiā cōmunium egestate uitam egit. Pauper natus est Flaccus, inops uixit Paucius, inops Statius, uterque uictus causa, fabulas uenditauit, inops demū aliquando Virgilius, donec propter suū morem, opes ingenio accesserent. Multa sunt talia quolibet hominum in statu. Et omitto illos, quoniam nimis multi sunt, qui cœlestiū opū desiderio, non inopiam modō, sed famem, sitim, nuditatem & extrema omnia in terris non æquis tantum, sed lætis atque exultantibus animis elegerunt. Si his quasi exemplis humilibus atque terrestribus non moueris, ipse cœli dominus Hic paup fuit, ut exemplo doceret hanc inopiæ uia esse, qua tamen ad ueras diuitias pergeretur. Ipse inquam, per quem reges regnant, pauper natus, paup uixit, nudus obiit, cui cuncta interim obsequabantur elementa, tu hominum cio domini tui fortem fers molestiæ, nec ineptæ pudet insolentiæ. Certè quisquis illū cogitas, se uirtute uallauerit, in ipsa paupertate ditissimus, nulliusque egens rei, opes regias non requirit. D. Nulla mihi opū copia est. R. Ut animo inopi ac deiecto nullæ sufficere opes, sic diuiti atque erecto nulla non sufficit paupertas, nempe ille alieno nititur, hic proprio fidit. Aedificare in alieno iactura est, quātus in proprio. D. Pauperrimus sum. R. Si necessitatibus obsequeris, pauper nunquam esse potes, si cupiditatibus, nunquam diues. D. Hactenus pauper, immo mendicus sum. R. Fortuna hominum non stat, & ut summis ex opibus ad inopiā extremā, sic a paupertate ultima ad diuitias magnas creber est transitus. Legisti reor apud Quintū Curtiū historicū, ut Abdolominus quidam Alexandri iussu seu pmissu, ex hortulano inopi Sidonis rex, & cōceptu regni maior est habitus quā regno. Certè quod non legisse non potes, et Romulus ē pastoralis tugurio, tantæ urbis cōditor Romanū primus diadema suscepit, et Regū Sextus ex humillima, utque aliqui crediderunt ē seruili fortuna ad ipsum regni culmen ascendit, nec Alexandri Priamidæ, nec Cyri, illius inter Persarum reges famosissimi inter opulentiora primordia, aut alia ferè sunt rudimēta, quā Romuli. Gaius Marius qui fuisset, & futurus sæpè esset Romæ Cōs. honorū gradus ullos attingeret, mercenarius arator, primos in aruis uitæ annos egerat, & deinde post tot uictorias ac triumphos, inter quæ illos suos septem Consulatus, præter latebras palustres ac carcerem exiguum quoque mendicauit panem. Iulius Cæsar, futurus mundi dominus, & testamento dominos mundi relicturus, adolescens pauper fuit. tu hac talium comitiua non potes aut sperare opes, aut contemnere. D. Solito pauperior sum. R. Benè habet, & solito eris humilior, expeditior, liberior. uacui amat incedere, quod arduum iter agunt. carebis solitis opibus, simulque solitis muribus ac furibus & proteruis feruis, hisque quibus solent abudare diuitiæ, fictis amicitijs, sequacibus atque tenacibus parasitis, totoque illo grege domestico ardentium, tibi teque ridentium atque rodentium. Denique si amissas opes, cum amissis tædijs cōferas, lueris, uoces, certè ut securitatem sileā, humilitatē, sobrietatē, requiem, modestiam paupertatis comites, si nihil boni aliud illa secum afferrer, quā quod & fallaciū gregibus adulantium, & seruorum tyrannide superbiorum liberat, abundè erat causæ, ut non ferenda modo esset, sed optima, immo etiam arcessenda pauperies. Sed si satis sit. Maior enim quā pro re quærela est, quā in te mirarer, nisi olim fermè in omnibus notassem nullum grauius, nullum

nullum crebrius lamentum, adeo nihil inter homines paupertate melius, nihil odiosius. D. Pauperior sum in uita. R. Eris lætior in morte, nemo tam pauper uixit, ut moriens nollet uixisse pauperior.

De tenui uictu.

Dial. x. do.

Tenuis uictus est mihi. R. Et tenuis uoluptas & munda sobrietas: an tu gulæ studio contrarium malle? D. Asper est uictus. R. Aequanimis fer gulæ illecebris caruisse, cum ad manum sint alia dulciores, & quæri faciliores & seruari, habet & suas uirtus illecebras, Ciceronis uerbo, has gustare & ruminare cum coeperis, illas magnopere non requires. D. Durus est uictus. R. Durities amica uirtutibus, molities uoluptati. quorū autem magni uiri ultrò se uoluptatibus abdicantes, hunc quem tu fugis uictum eligere, quorum aliqui cum possent laute uesci, panem & aquam in delitijs habuere. An uero uoluptati quenquam sic obnoxium opinemur, ut non illa ualde oderit, si adiunctum illi dedecus intueri oculis possit, sed funesta suauitas, uirtutum hostis acerrima & titillatio bestialis, quæ qui sequitur, homo quidē uideri potest, uerè autem animal brutum est. Ad hæc & familiaritas contracta cum uitijs, & consuetudo rerum pessima, mortis præstringit obtutum, ut discerni nequeant, quā decorū sit, quod torqueat foedumque quod mulceat. D. Nimis angustus est uictus. R. Immo nimis ampla, nimiumque capax gula est, unum uisu angustum, re autem, unum omnibus in animam irruentibus uitijs patens iter. Hac flamma libidinum, hac torpor ingenij, hac irarum & iurgiorum feruor ingreditur, hac imperiosa cupiditas, omnia pati iubens, atque facere, dum necessaria creditis, quæ damnosa sunt & munimen uitæ dicitis, quod ruina est. Hac inuidiæ faces & æmulatio implacata indignatibus animis, tam gulæ alium obsequentiæ, quā uos esse gloriāmini, idem laudem sperantes, unde pudor metuendus erat: hac postremo superbia dum inflatus, ne se capiēs uenter, animo suum affricat tumorem, & persuadet illi esse se homine aliquid maius, quod ambrosia & nectare passus sit. Vides ut uictum unum est omnibus aditus, neque hunc si aliter nequit, inopiæ uectibus clausum cupis. O paupertas amabilis, quæ continentia tibi sumis officium, utile est cogi ad id, quod facere tua sponte debueris. D. Tenuis me uictus extenuat. R. Malles ne igitur tumescere, hæc tenuitas podagram tuis pellet è sinibus, dolorē capitis auferet, cerebrique uertiginē, uomitumque & ructū & nausea, & sudorem tædiūque & fastidium, cuiusque pallorē alternum ac ruborem: odorem quoque & oris & corporis, tibi atque alijs importunum silet. præterea pedes instabiles, manus tremulas, nutans caput, quodque est optimum, animū ipsum moderabitur frenabitque. Et quid igitur tam multa corporis atque animi bona, paruo cibi desiderio, ac momeraneo gustus incommodo, tibi parta cōquereris, dignus his perditus gustui deseruire. D. Tenuis uictus me fatigat. R. Contrarius fatigaret, nisi forte onus requiem uocas, num legisti lautioris uitæ tædia magna esse, ita ut quinque diebus continuis, non possit sine fastidio tolerari ab hominibus temperatis, & altiora spectantibus, quā pallatum & uentrem. D. Supra modum uictus est tenuis. R. Fuit ætas, quando hic fuisset, & est ad huc gens aliqua, ubi esset uictus amplissimus. Verū mundo in deterius lapso, uos deterrimi omnium esse nitimini, publicæ semper principes ruinæ, ut quod optimi omnium fuistis, uersis usque quaque uestigijs sitis omnium pessimis & in temporū uitijs ac locorū præcipuū teneatis gradū. D. Uictus tenuis mihi non placet. R. Uictū tenuē & uirtutis & uoluptatis amatores ac patroni laudat, tu quæ hæresim sis amplexus nescio, Plato Syracusias damnat, nec ullo modo sibi placere ait, bis in die saturū fieri Epicurus in oleribus suis uoluptatē ac delitias ponit, & hunc quæ tu fugis uictū, rebus ac uerbis probat. Denique ut ait Cicero, nemo de tenui uictu plura dixit, tu duarū nouissimos si uiarum duces spernis, quod est reliquum nisi ut impetu tui erroris & uirtutis hostem, ne amicam uoluptatis onerosam sequeris ingluuiem, foedum finem nec tam hominis qui iumentum, quodque indignatē ac dolentē dixerim, iumenta multū quidem, sed pro captu suo uertingerunt, soli uos animarū domini, mensurā uestrā & nescitis & frangitis. Neque de nihil est quod multi mirant, quia patrum & auorum memoria, uitæ multo pauciores essent, I s homines

o vfinā ego te
nui uictū capiam
incanabulis assu
cerē. tot morbis
nō laborare. ex
ptus loquor.

homines autem totidem aut plures, uina tamen uiliora erant: Sic indies creuit ebriorum sitis D. De lauto uictu ad tenuem sum redactus. R. Bene habet quod modestia neglexit, implet inopia. Optimum est sponte agere quod debeas, proximum uel coacte.

De originali inopia. Dial. XI. DO.

In paupertate etiam natus sum. R. Quis non nudus utero matris egreditur? nil hic precipuum habent reges. D. Antequam nascerer pauper fui. R. Bonae memoriae es si meministi, delicatissimus si sensisti. D. In paupertate sum genitus. R. An tuae tibi quaerimoniae parum sunt. haec non tua quidem, sed parentum fuerit. D. In paupertate natus sum. R. In paupertate moriturus, similis principio finis manet, nisi forte morietis languoribus mederi auricles, quod in arcula fundo est. D. In paupertate uitae mihi principium fuit. R. Medium falsae saepe diuitiae, at principium & finem uerae paupertatis tenet, nudum nati, nudum mori, humana uere conditio est. Nam quid quaeo purpureum cubile, quid funeralis lectus aureus, & quaecumque sub ipsum uitae finem mortalis ambitio meditata est, quid ad febrem, quid ad mortem ipsamque de qua loquimur morientium nuditatem? An ut equum phalarae, sic parietem aulae delectant, mulcere ista oculos possunt inuentium, sensu carentibus delectabile, aliquid inesse potest, delectatio autem nulla est. D. Nudus inops natus sum. R. Humanas res penes omnes alterna fors uariat, eadem quaedam aequat, quo reliquarum soletur imparitatem, harum prima & maxima est ipsa haec originis ac mortis aequalitas. Multi & uarij uiuentium sunt amictus, nuditas una nascentium atque morientium, nisi quod illi multa reperiunt ignari, hi omnia deserunt scientes, ut exigui damni sensum debeat ipsa rerum pereuntium lenire cognitio. D. Nudus in hanc miseram uitam ueni. R. Id recolens, animo aequiore abibis nudus.

in diu vite tenet diu... no prim capiu y...

De numerosa prole grauistarcina. Dial. XII. DO.

Numerosa prole praegravatus sum. R. Auro etiam atque opibus imbecilles humeri praemi possunt, nemo tamen id quaeritur sed sic praemi gaudet, at qui prima inter uestra foelicitatis dona numerantur filij, his ne te igitur praegravatum & non potius subleuatum dicis? D. Multos inter filios inops sum. R. Immo uero filij diuitiae tuae sunt: quo modo inter diuitias sis pauper uideris, id enim non nisi & auaritia & bonorum suorum ingratia accidit. D. Filiorum in turba egestate fordida laboro. R. Filij non labor, sed requies sunt parentum lenime laborum, atque omnis solatium fortunae si boni sunt, alioquin non de numero sed de moribus est quaerenda. D. Filiorum acie coartatus sum. R. Cur non potius comitatus & uallatus & ornatus? certe non tantum patres, sed & matres ornamenta sua filios uocant, non audisti, ut Cornelia Africanae magni filia, dum praediuces mulier Campana, quae forte in domum eius hospitij rure diuerterat, muliebriter gloriabunda, sua illi longe pretiosissima ostentasset ornamenta, generosam uelut ad aemulationem prouocata, colloqui de industria produxit, donec a scholis filij eius remearent, parui tunc pueri, qui magni post fuere uiri, quibus illa conspectis uersa in hospitam. Ornamenta mea, inquit, haec sunt, praecclare quidem, & ut tanti patris filiam decebat. Tu autem ornamenta haec tua uocas impedimenta. D. Quis tot pascet filios? R. Is qui te a iuuentute tua pascit in senium, qui non solum homines, sed pisces & quadrupedes pascit & uolucres. D. Quis tot natorum corpora uestiet? R. Is qui non tantum animantia, sed agros herbis ac floribus & frondibus syluas uestit, & quid scimus adhuc forsitan hi filij te non modo pascunt ac uestient, sed etiam tuebuntur, sed etiam honestabunt. Humanarum rerum ut a uoluptate aliae incipiunt, in laborem ac dolorem desinunt, sic econtra aliae amaro principio inceptae, dulci fine clauduntur. Qualis est fors uirtuosarum omnium ferere actionum, quae ingressos cruciant, ac progressos mulceant. D. Pauper cum filijs multis sum. R. Miraris quia fecundam uirorum non legeris paupertatem, diuersa sunt operum genera, & uaria dona fortunae: nulli omnia contingunt, alijs uaga merces, alijs rigens tellus exanguis, alijs metallum, uix tibi diuitiae obtrigere filij, an uero boues & pecudes & asini, cameli & profugae, apes &

Cornelia filios ornamenta uocabit.

apes & columbae & pulli & pauones, serui denique & ancillae in diuitijs habebuntur, soli filij excluduntur. D. O quam multi mihi sunt filij. R. O quam plures alijs, quin quaginta fuere Priamo, triginta Orodi Parthorum regi, centum quindecim regi Persarum Artaxerxi, Septingenti autem Erothinio regi Arabum, quorum fiducia fines hostium alternis aggressus incurisibus, Aegyptum, Syriamque uastauit. Et est sane potentiae genus quoddam multos filios habere, scio autem quid dicturus sis, hi quos memoras, magni omnes reges fuerant longe alias fors est. nunquid uero rex fuit Appius Claudius profecto ne diuus quidem prisco illo seculo, uidelicet quo propria diuitiae habebant, & paupertati caeci accesserant, ac senectus, & tamen de eo scribens Cicero: Quatuor, inquit, robustos filios, & quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & caecus & senex. Neque id mirari est, quod priuata bene regebat, cum tot obsessus incommodis, ipsam quoque rem publicam gubernaret. Humanorum defectuum magna pars in moribus, non in rebus est: non erat Appio fors regia, sed nec optabat sua sorte contentus, exiguos non lautitijs sed uirtutibus adornabat lares, & uictu tenui amplam familiam nutrebat. Quodque multi reges moesti faciunt & queruli, laetus ille & aequanimis faciebat. Non enim fortunam appetitui, sed fortunae aequauerat appetitum. Non erat Appio fors Cracesis regis, nec conciuis quidem sui Crasi, sed foelicior quaedam alia, quamuis angustior sua fors, nec ad alienam sortem, sed sicut boni omnes faciunt, ad suam propriam se formabat, ac suos. Certe nec ego exigua tu sorte alia, quam tua in tuis utaris, & inter neque ut cibo aut amictu regio tuos pascas aut uestias. Uelcuntur lautius regij iuuenes & uestiuntur insignius, sed non uiuunt melius, nec diutius nec laetius, & quod constat, nec securius, nec honestius certe nec sanctius. Pro his omnibus unum habent quo excellant, pomposius, hoc est stultius uiuunt. Suus quoque uiuendi modus, sua est mensura: nec idcirco melior quo maior, unde fit ut in tugurio saepe laetos uideas, moestos in regia. Non est omnium una capacitas, sed unus est fons gratiae, unus ille cui dicitur: Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione. Quid ad rem uasorum seu magnitudo seu paruitas, ubi par est omnium plenitudo? sed multa desunt pauperibus, quanto plura desunt regibus, cum sit illud Flacci uerissimum expertumque:

obpbeio

Multa petentibus Desunt multa.

D. Laboriosum negotium multos filios genuisse. R. Quid sub caelo mihi non laboriosum dabis praeter unam, ut creditur, uoluptatem, qua tamen nihil est in fine laboriosius, nihil quod tot in animis linquat aculeos, an non legis apud Flaccum:

Nil sine magno Vita labore deum mortalibus.

At non audis, quid Poeta alius non ineleganter, hac in parte luserit: cum enim bona omnia gratis nobis donata esse diuinitus, pijs omnes uno ore fateantur, non donata dicit ille, sed uendita, & pretium statuit labores, sic enim ait:

Laboribus uendunt Dei nobis omnia bona.

D. Molesta est tantorum sollicitudo filiorum. D. Non inter ueras sententias illa est. Non posse inueniri uitam hominis carentem molestia: Nec minus illam. Omnem uitam esse tormentum. quid filij meruere qui si desint, curae illae subibunt? credemini, quocumque te ueras, quemlibet fortunae, gradum arripas, & labores & molestiae difficultates tuae aderunt. quid lamentis inanibus opus est? D. Filijs multis premor. R. Sic dicis, quali foelicitate deprimaris tua, & uota prima mortalibus tibi cumulatius obuuisse fers grauius, mirum genus impatientiae. D. Quid uero tot faciam filiarum? quis tot dotes expediet? R. Unus est, & foeminarum Deus & marium, is & filios tibi pascet & filias. utque illis ingenium & uiuendi artes, sic is suas dotes dabit. Itaque sic scriptum est: Spera in eo & ipse faciet. Quod in te est, optimum dotis genus fuerit, sic filias formare, ut uel absque dote recto iudicio placere ualeant atque amari. Dotem habuit Romanum imperium Faustina,

uorados filiarum q sit: sibi & tuis.

*Faustina, & quot reris indoratz castiores, eaq; foeliciores fuerint. Non facit faultum con-
iugium dos, sed uirtus, fac si potes, ut tuarum non pecunia optabilis sit, sed pudor, sed in-
tegritas, sed modestia, patientia, fides, humilitas. His ornatæ gemmis filiz tuæ, hoc onulta
auro, his ancillis comitatæ, limen adeant coniugum non diuitem, sed proborum, ubi tutor
sæpius pudicitia uitæq; dulcior, quam in thalamis atq; atrijs regum fuit.*

De amissa pecunia. Dial. XIII. DO.

Pecuniam amissi. R. Et cum illa curas multas, periculumq; perpetuum. D. Perdi-
di pecuniam. R. Et laborem custodiæ, & perendi metum. sic perdendo pecu-
niam, duo bona, unumquodq; & præstantius amisso, securitatem & quietem inuenisti.
D. Pecuniam perdidisti. R. Bene si te illa non perdidit, quod iam multis possessoribus suis
fecit: noxia enim pecuniæ forma est, uenenosus fulgor ac pestifer, itaq; uelut serpens squa-
mis aureis placens, mulcendo oculos, animam ferit. proinde si hinc sanus es, gaude tibi ab-
latum, unde infici posses, teq; illæsum inter pericula transiuisse, latus stupensq; recogita. sin
infectus extirpatam mali causam scito, quò facilius ad salutem reditus sit. D. Amisi au-
rum atq; argentum. R. Quid cœlesti animo cum terrestribus purgamentis? qui uiri-
lius philosophantur, argentum atq; aurum inter bona non numerant, qui mollius, bona di-
cunt, sed non animi. horum quicquid elegeris, siue non bonum, siue non tuum fuit, æquæ
nulla tibi materia est quærelarum. Nā ut omnino bonū dici uelis, quod multi magniq; ne-
gant uiri, nō tuum certe sed fortunæ bonum uel inuitus dices, ita nec tu de tuo aliquid, nec
de suo illa quidem perdidit, sed transtulit. D. Amisi pecuniam. R. Ut non amississet
si tua esset, sic si tua non erat amittere nequiuisti, uerè autem non tua, sed illius erat quem se-
cuta est, immò ne illius quidem, sed fortunæ, ut dixi, quæ eam cui uisum fuerit, breuem ad-
usum magno sub foenore mutuat. Disce iam tandem à proprijs aliena secernere. D. Pe-
cuniam amissi. R. Si te adeò non tuæ, quocq; cruciant iacturæ, tibiq; uel alienum aliquid
demi doleas, disce illa cōquirere, quæ tua sint propria atq; perpetua, quorum & acquisitio
facilius & possessio nobilior certiorq;. Virtutem si quaeris non amittes. Vos autem sapi-
entiz contemptores, cultores quæ & amatores pecuniæ facti estis: obforduisse uidemini sa-
lubribus consilijs ac monitis, quæcunq; per sanctos atq; eruditos uiros, contra hanc præfer-
tū humanæ partem insanitæ dicta sunt. Audistis Satyricum uestrum protestantem. Nam
diues qui fieri uult, & cito uult fieri, atq; his dictis addentem:

Sed qua reuerentia legum?

Quis metus aut pudor est unquam, properantis auari?

Hanc sententiam Hebræorum sapiens quàm paucis absoluerat: Qui festinat ditari, inquit,
non erit innocens. Audistis alium ex uestris, seu Satyricus sit ille, seu Lyricus dicentem:

Non domus, non fundus, non aris aceruus, & auri,

Aegroto dominū deduxit corpore febris:

Non animo curat.

Dixerat hoc externus sapiens ille breuissimè. Non proderunt diuitiæ in die ultionis. & ad-
diderat quod prodesset. Iustitia enim, inquit, liberabit à morte. Cum ergo pecunia quæ
amissam luges, in necessitatibus summis, nec corpori possit opē ferre, nec animo, mirum,
cur tantopere uel optari absens ualeat, uel amari præsens? His atq; alijs motus Orator ue-
ster, nihil est, inquit, tam angusti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. At Orator Ecce-
lasticus: Auaro, inquit, nihil est scelestius, nihil est iniquius quàm amare pecuniā. Et quàm
multorū in hoc unū consentit, immò quàm nullius dissentit auctoritas. Frustra quidem præ-
ualuit sapiētum sententijs uulgi furor, itaq; ut nullum iniquius, sic nullum ardentius uotum
quàm pecuniæ est, ut ex qua pendere omnia quæ optantur persuasum sit. Clamant ab ad-
uerso doctissimorum uoces hominum, clamat experientia & ueritas, clamat uetus & re-
cens exemplorum turba, magnam pecuniam nulli utilem, multis fuisse pestiferam, cum pec-
cato ac labore quæredam, cum sollicitudine ac pauore seruandā, cum quærelis ac mœrore
perdendā. Dicant pecuniæ amatores, quid uel in his uerbis falsi, uel in suis operibus boni sit.

Et ut uera

Et ut uera sit æstimatio tam laudatæ rei, qd de hoc qscq; uiderit aut legerit integrū ac sincerū
spretis uulgi clamoribus sepositisq; fulgoribus metallorū, ad memoriam reuertat: quia ue-
ro nō esse omnibus uidendi experiendiq; fors eadē fuit, illa animū subeant, quæ famosis ab
auctoribus scripta, nulli unquā docto legēdi audiendiq; defuit facultas. Nonne ergo pecu-
niā peregrinos mores intulisse, & molles diuitias turpiluxu, sæcula prius integerrima frē-
gisse? nonne ipsas quocq; diuitias, auaritiā, & abundantes uoluptates, desiderium per lu-
xū atq; libidinē pereundi perdedicq; omnia inuexisse, & scriptum, & re ipsa sæpè compertū
est: nonne auarum semper egere? nonne uoces ferrum ferroq; nocentius aurum, sacrāq; au-
ri famem, nil non mortalia, pectora cogere, pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus? Nonne
aurum per medios tre satellites, & perumpere saxa potentius ictu fulmineo, atq; pudicitie
simul ac uitæ insidias prouenire? lumbre aureo Danaës expugnata uirginitas, ac uatis Amp-
phiarei, Argolici casus probat, auaræq; simul coniugis una siquidem ruinae duplicis causa
fuit aurū fatale, qd bene spretū, Argiæ Eriphilæ male optatum, male partū illius poenates
irripuit, scelerūq; ingenia seminauit, nonne opes falsas & caducas, neq; præstare posse
quod spondeant, neq; lenire animi sitū sed accendere, neq; curas fugere sed arcessere, neq;
necessitates tollere, sed augere, uerissimèq; & proprie dictum:

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Et illud: Neminem pecunia diuitem facit, immò cōtrā, nulli non maiorem sui cupidinem
inculsit. Neq; illud minus.

Crescentem sequitur cura pecuniam,

Maiorumq; famem.

atq; illud: *Multa petentibus*

Multa defunt.

Et permultis eos indigere, qui permulta possideant. Deniq; quicquid sint, nō esse perpetu-
um, nec longæuus quidē, ut quod positū sit in manibus fortunæ, sine intermissione uolubili-
bus subiectū casibus, & saltem morte perdendū. Diues enim cū dormierit nihil secū aufe-
ret, Aperiet oculos suos & nihil inueniet, neq; id ipsum suū nihil in quem uolet transferre,
quia in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbat, thesaurizat, & ignorat cui con-
gregabit ea. His ac mille similibus circumquaq; sonantibus doctorū uocibus hominum, ob-
struxit aures infinita cupiditas, ut iam frustra diuitibus huius sæculi præcipiatur. Non subli-
me sapere nec sperare in incetto diuitiarū, sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abūdē
ad fruendū, benè agere, diuites fieri in operibus bonis. Nam qui uolunt diuites fieri harū
scilicet quæ uulgò optant diuitiarū, incidunt in tentatōnem & laqueum diaboli, & deside-
ria multa & inuilia & nociua, quæ mergūt homines in interitū & perditionē. Radix enim
omniū malorū est cupiditas. Non magis hunc audiunt consultorem, quàm qui ait. Nolite
sperare in iniquitate & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.
neq; hūc magis quàm ipsius filiū dicentē. Qui cōfidit in diuitijs suis corruet, neq; rursus his
omnib. magis illū q sup omnes est, cuius doctrina cœlestis, nisi ab insanis planeq; furib.
contemni nequit, qui profecto diuitias & diuitiarū comites, uoluptates atq; sollicitudines
spinas dixit, semen uerborum salubrium suffocantes. Dixit hoc cuius in ore non est inuen-
tum mendacium, uia, inquam, hoc dixit ueritas: ueruntamen putas inuenit fidem in ter-
ra? nullam profus aut ratam. Quas igitur ille spinas, suauitatem unicam atq; dulcedinem
mundus uocat, & quod ait quidam, gemmas & lapides, aurum & inutilem summū mate-
riam mali, summū omnis materiam boni putant, certatimq; omnes ut summum bonum
præ omnibus appetunt. Iamq; in urbium plateis haud ironice proclamatur:

O ciues ciues quærenda pecunia primum est.

Virtus post nummos.

atq; illud alterius:

Vende animam lucro, mercare, atq; ex cunctis solers.

Omne latus mundi,

Sic nondum intellectum Dei munus, sed magnum Dei pauperies opprobrium iubet,
quid uis & facere & pati. Verumq; quotidie cernitur, quod ab alio dictum est:

Pars u

Pars uilissima rerum Certamen mouisset opes.

Quis enim quæso non hodie sceleris insigni præmio, & occasione proposita,

*Fas omne abruptum Polydorum obruncat, & auro**Vi potitur?*

Pone fidos fratres, pone unanimes amicos in consilio, in conuiuio, in chorea, dehinc modicum inter illos non dicam pomum aureum, sed pomi frustum iaciat discordia: his olim armis uti solita, gladijs serua iocibus frangentur. Sicut autem auro nihil scelstius quæritur, sic, ut ad rem redeam, nil moestius perditur. Peccatum nempe ingens animæ iactura contemnitur, proximumque illi fame damnus spernitur, & amissum tempus inter leuia numeratur. Lente flentur fratres perdit, lentius parentes, lentissimæ coniuges, sæpe uero lætissimæ: solæ opes flentur acriter, uerissimumque est illud:

Ploratur lachrymis amissa pecunia: ueris.

Sed multa iam diximus, de quo nunquam satis, nunquam parum, semper minus dicitur, quia pecuniæ ad amorem obstinatis animis, nil dicendo aliud quæritur nisi odium aut contemptus, quicquid uulgatis obstat erroribus, uel simulatum creditur uel insanum. D. Perdidisti pecuniã. R. Experrectus es, te diuitem somniabas. D. Pecunia quam amabam perijt. R. Pecuniæ neque amorem neque odium, sed frugalitatis studium auaritiæque fugam, laudo. ut amare enim pusilli animi, sic pati non posse aurum, infirmi est parumque sibi fidentis, atque auro succumbere metuentis. Magnus ille est, inquit Anneus, qui fictilibus sicutitur quemadmodum argento, nec ille minor est, qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus: ut intelligas, seu uitium, seu uirtutem, non in rebus esse, sed in animis. Nec amato rem pecuniæ nec osorem, sed absentis contemptorem præsentisque dispensatorem egregium, magnum putes. Hanc sententiam me dictante scripsit Cicero. Cum amorem enim diuitiarum angusti paruique animi dixisset, adiunxit: Et nihil, inquit, honestius magnificentiusque quam pecuniã contemnere, si non habeas, & si habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Vtor in re certa claris testibus, & O' utinam mihi simulque illis omnibus fides esset, nusquam enim humanum genus tam incredulum, seu tam surdum esset. inextinguitus labor hominum quærendique ardor terrasque & maria uersans, probat auaritia, atque amore cultuque diuitiarum non modo uirtutibus, sed uitæ odium indictum. D. Pecuniã magnã amisi. R. Magnum pondus, & durum & graue simul custodis officium, ut incipiens dixi. nempe de dominis uos custodes imperiosa cupiditas fecit, omnia facere atque omnia pati iubens, sola ut pecunia cumuletur ac seruetur, itaque in opportunitates ususque hominum inuenta erat, in metum ac sollicitudinem uersa est, timere & angere & circumspicere domorum incendia, furum insidias, & seruorum fugam, neque alijs prodesse neque sibi, sed exanime tantum & inutile aurum incubare, hæc diuitiæ uestræ sunt. D. Pecuniã domi dimissã, abstulit nescio quis. R. Vile & caducum est, & certè non proprium quod furto uel ui eripi potest. D. Pecuniã in loculis consignatã, non inuenio. R. Dicam tibi non antiquam rem: Fuit nuper apud Italos nobilis & egregius quidã uir, possessionum antiquarum diues satis, ditior uirtutum, sed pecuniæ non ita, ut cuius non cultos, sed dispensator ac dominus esse didicisset. erat illi filius primogenitus, forti negotijs apertè industris, qui uigili cura & parsimonia ingenti, magnas opes multumque auri quaesierat, & erat mirum uisu, in patre sene iuuenilis largitas, & in iuene filio senilis tenacitas. sæpe illum pater hortabatur, ne suum ingenium fraudaret, ne pietatis obliuisceretur ac famæ, ne uel in comparationem auari, & decus & debitum, & naturalia sibi iura uilescerent, denique ut sibimet & annose matri, & fratribus paruis, & consanguineis, & amicis, & egentibus prodesse aliquando diuitias suas uellet. In hos enim usus, non custodiam tantum ac supplicium partas esse dicebat: hoc pater, sed frustra uel surdo canitur uel avaro. Contingit tandem pro Rep. filium abesse, & cum electis uiris ad Romanum pontificem proficisci, quo digresso, statim pater occasione arrepta, nouis thalami arculeque clauibus introgressus, thesaurum nulli utile, è latebris eruit, seque coniugem & filios familiamque omnem exquisitissimè induit, emit equos ornatissimos, uasa argentea, suppellectile speciosã, ultimo domum

amplam,

amplam, sed minimè cultam, nouis auxit ædificijs, & picturis insignibus adornauit muniuitque rebus omnibus, quas liberalis & lauta & abundans uita exigit. multa præterea pauperibus dedit: Sacculos uero in quibus aurum illud filij fuerat, harena lapillisque flumineis plenos obstructosque & obserata, omniaque quo prius in statu fuerant dimisit. quæ cuncta breuissimo tempore gesta sunt, quod & uoluntas egregij senis & pecunia prompta esset. Redeunt dehinc filio fratres obuij fuere, quorum ille occursum hæsit, indumenta atque habitum miratus, qualem antea non uidisset, quaesiuitque cuius essent equi, unde illæ uestes, læti atque omnium ignari simplicitate puerili domini patris esse, multosque alios domi in stabulo substituisse dixerunt, utrunque etiam parentem multiplici ac regio esse uestitu: magis ille magisque singula cœpit mirari, inde ubi paternæ domus limen attigit, uix parentes, uix ipsos parietes recognoscens, nec admiratione iam simplici, sed stupore plenus atque extasi thalamum atque arculam festiuus adiit, ubi cum exterius nil mutatum cerneret, parumper animo conqueuit. Et quoniam collegarum præsentia ac festinatio amplius non sinebant, raptim arculam aperuit, sacculisque conspectis solito more turgentibus atque obstructis, iam securus abiit, mox negotio publico expedito domum rediens, in thalamo se inclusit, arculam aperuit, sacculos introspexit, aurumque in harenã uersum reperiens exclamauit: Accurrit pater, & quid inquit rei est filij? quid quæris, aut quid fles? Amisi inquit ille pecuniã, quã multis quaesitam uigilijs, multisque laboribus in his sacculis dimiserã, spoliatus tuam sum in domo pater. Ad hæc genitor, quomodo ait spoliatus es? nonne sacculos omnes plenos uideo? ille autem gemens. Harena, inquit, pater non pecunia est. simul hæc dicens, apertus patri sacculos ostendebat. tunc senex fronte nihil mota, quid, inquit, refert filij apud te harenã ne an pecunia plena plenisint? Memorabile dictum, præclaræque sententiæ: siquidem apud multos ociosa pecunia est, nilque ait aliud nisi quod locum occupat atque animum, apud plures malè atque improbè operosa, apud paucos demum fructuosa est. D. Amisi pecuniã quam amabam. R. Turpi amore relaxatus es, nam amor pecuniæ auaritia est, minus hanc amabis, minus hanc optabis: nam & illud Satyricum, experimento cognitum, quod minus hanc optat qui non habet, optanda autem amissio est. Magni etiam boni, cui inseparabiliter malum maius adiunctum sit. D. Amisi dulce uitæ præsidium. R. Quid scis an amarum potius excidit, plures multo propter opes quam propter inopiam perire.

De Vadimonio

Dial.

XIII.

DO.

Vadimonio exagitor R. Amissam pecuniã quærebare, iam porrectã quæreris, Nonne te ultro obligans pecuniã proiecisti, uulgaris insanã plurimorum, qua per facile & pecuniã perdideris & amicum? D. Pro altero fidem obstrinxim meam. R. Pro teipso eam soluës, & nil debere, ac sine compedibus agere, quã iucundum sit tuo disces incommodo. D. Vadem pro amico dedime. D. Da posthac amicis egentibus, aurum, argentum, uinum, oleum, frumentum, uestes, domos, prædia, consilium, solatium, cum amicis demum omnia partire, unam tibi habe, nullique unquam tuam dederis libertatem. D. Promisi pro altero, en soluendi dies adest. R. An tu affuturam ignorabas, an te uicturum non sperabas, an non hæredem saltem tuum cogitas, quem spontaneis uinculis inuolueres? Bene autem habet quod in caput errantis poena redundat erroris, sentio autem, dilatio te fefellit: Media promissionis inter ac solutionis diem spatia, uana mente meti mini. quæ ut reliqua tempora longa uident, dum spectes, dum præterire breuissima. uolant enim horæ, dies, noctes, hebdomadæ, menses, anni, lustra, secula & quæ distantissima iudicantur, in foribus sunt, itaque quod in paucorum interstitio mensuratur tunc stupetis. si aperti essent oculi, clare quidẽ multis in seculis uideretis. Sed uos quasi tempus desiderio uestro pareat, non naturæ suæ, non euenturum uobis terminum, nec ituros dies fingitis, atque hac spe uelut oculis clausis, præcipitum præteruecti. uerbo placidi uobis esse uidemini urbani, pro alio promittentes, quasi non uerba hæc & promissa clædestina mox in publicum eruptura, tumultusque rerum

maximos

maximos allatura sint. D. Despondi pro meo amico. R. Amicorum indigentis sis praesenti, si quod adest remedio succurrendum, non te illaqueas utque in craftinum nihil promittas, quod non dicerem, si succurri aliter, quam promittendo non posset, nunc quid atinet promittere, quod si implere non possis, stulte facias, at si possis superuacue, sed uos rerum auarissimi estis, & prodigi promissorum, quasi uero res ipsas promissa illa non exigant. Quod si dicas defuisse in tempore ferendae opis facultatem, fuisse autem de futuro spem, qua postmodum destitutus sis, nondum ergo didiceras, ut fallacissima rerum omnium spes est: nihil inuenias quod tam crebro uos fallat, nihil est tamen cui tam cupide credatis, tam subdola & tam blanda est, ita se dulciter ac latenter insinuat, sic inuita diuellit. D. Vadimonio me addixi. R. Credo oblitus illud Thaletis Milesii celebre documentum: Vadimonio adesse noxam, & quid de hoc ille uir sapiens dixerit, quod memorasse non inutile crediderim, quodque in latinum uersum ab Aufonio: ad hunc modum sonat.

Sponde inquit, noxa praesto tibi est.

Per mille possem currere exempla, ut probem predes uadesque poenitudinis reos, sed nolo nominatim quenquam dicere, sibi quisque uerum dicat & secum putet, spondere quantis damno fuerit & malo. D. Memetipsum sponte obligans erraui. R. Error hic purgatorio igne post obitum non egebit, ubi admissus est purgabitur, de illorum enim genere est, quae suum supplicium secum ferunt. D. Promissione me obstrinxi. R. Solutione teli bera, & quae lingua uinculis innexuit, manus soluat, proderit uinctum fuisse cum euaseris, laqueos semper horrebis.

De amissione temporis.

Dial.

xv.

DO.

Temporis amissionem fleo. R. Esset haec eo iustior quam superior querela, quod leuior est pecuniae iactura quam temporis, quod nec necessaria ad bene uiuendum est pecunia, & amissa restaurari potest, tempus & necessarium & profus irreparabile est, nisi quia nolenti pecunia, uolenti autem tempus eripitur, quamuis illud fatear, grauiora damna esse quae culpam patientis exaggerant, iustam tamen querelae causam nego, ubi qui patitur, uolens patitur. D. Nolens ego tempus amitto. R. Quis uolentem cogit, nisi cupiditas occupationum mater? Solum hoc unum uitium, ait Comicus, affert senectus hominibus, Attentiores sumus ad rem omnes quam fat est. Senex hic quidem notat: omnes uero iam senes, in hac attentiores facti sunt, omnem aetatem, omnem statum, omnem sexum in uasit auaritia, haec tempus miseris & aspectum uitae breuis hominibus eripit, in hanc unam rem solliciti, auum omne consumitis uestri & uestrarum penes iam immemores uoluptatum, quae pestis si nolentes inuaderet, posset & nolenti tempus eripi, & iusta esset super pretiosissimae rei amissione querimonia. D. Non mihi cupiditas tempus extorquet sed necessitas. R. Quae nam quae necessitas ista est, quae tibi praeripiat, quod unum ex omnibus tuum est: ita dico diuitias, honores, potentiam, clientelas, imperia, & quae sunt huiusmodi suo iure dat atque eripit fortuna, tempus inuito non eripitur, sed ipsum per se sensim defluit, non utenti paulatimque consumitur, nec ante perperditis quam consumptum est, tum quae reae sonent ferae & inutiles, fletur temporis amissio, sed fletur culpa. D. Me necessitas sola cogit tempus amittere. R. Quare iterum quae nam haec tam uiolenta necessitas: nisi si forte dominorum negotiis implicitus, tua negligis, quasi uero non ad haec te sola cupiditas & inexplibilis lucri spes impellat: pone cupiditates proprias, dominorum cupiditatibus non parebis, sed hoc uirus immedicabile uenis infusum & pererrans uiscera, sensum hebetat, & non solum tempus, sed libertatem uitamque ipsam non sentientibus eripit. Quod si forte nec tuis nec alienis cupiditatibus, sed curis honestioribus, tuae Reipublicae tempus impenditur, non haec temporis amissio, sed laudabilis est impensa, rem caram rei omnium carissimae quae in terris sunt largitus, & uiri boni & ciuis egregij functus officio es, quamuis non ignorem homines, quicquid praeter auaritiae studium agitur, uulgo tempus perditum uocare, cum id demum maxime uereque sit perditum, quod illi studio tribuitur. Et quid scimus, an tu quoque

an tu quoque populariter perditum tempus uoces: quod si crederem, ommissa incurabilis morbi cura, non iam tempus, sed teipsum male perditum faceret: nam si tempus quod maluerim, Deo tuo, non dicam donas sed restituis, quod sine uera non geritur pietate, ingens atque inextimabile lucrum scito, pro paruo enim temporis impendio, aeternitatem quaeris, quis unquam mercator permutatione tam prospera usus est? D. Prorsus alia mihi perditum temporis causa est. R. Non intelligo quam tu mihi causam dicas, nam si propter moestitiam, propter amorem seu aliam animi passionem cogi credis, Falleris, omnium eadem est ratio: quam auaritia diximus, omnes uoluntariae, nulla est uiolenta. quod & sano patet intellectui, & a Cicerone multis in locis disputatum, & creberrime repetitum est. Si nihil horum in causa, quod aliud est quam torpor & ignauia: sic ad id reuertimur quod ait Seneca: Turpissima est iactura quae per negligentiam uenit. D. Ut amittam tempus, moesta necessitas me cogit. R. Nondum capio quid rei sit, nam si te hostis in uinculis habeat, si mors instet, possunt fateor actus bonos impedire, sed non pios sanctosque cogitatus qui maxime in eo statu eminent atque affulgent, quibus enim curis tempus certe non perditur, scio an alibi usquam minus. Quae profecto & in dolium Reguli, & in taurum Phalaridis introire possunt, & in crucem Theodori Cyrenensis ascendere. sic quocumque uerteris, in te unum omissi temporis culpa reflectitur. At uos ex more naturam accusantes, quae uolubile tempus fecit, cum hic non esset aeternitas, in omnibus uos metipsum absoluitis, cum rei omnium soli sitis, omne enim fere tempus perditis immo proicitis, & quasi rem uilem abiectamque contemnit, quod utinam in uirtute saltem aut gloriam poneretis, non in summa semper infamia in expiabilique dedecore, quanquam uere, quicquid non in eos usus quaeritur in quos datum est, perditum dici possit. Ad hoc sane nasci hominem, ad hoc tempus dari constat, ut creatorem suum colat, amet, cogitet, quicquid hinc excidit, perditur haud dubie. Videte igitur, quantum perditum temporis, quantumque non perditum.

De aduerso ludo taxillorum.

Dial.

xvi.

DO.

Taxillorum in ludo perdidit. R. Non ne tibi dixeram, dum uinceris foenus id esse non lucrum? D. Ludo exhaustus sum. R. Hic est ludo illi mos, qui medicis per exiguo ingestio plurimum exhaurire: Crede autem mihi, nunc potius gaudendum, quam dum falso gaudio exultabas. melior est acris castigatio, quam blanda fallacia. Illud te lucellum ad luduoraginem uocabat, hoc te damnatum inde retrahet, satius est turpi freno rectum iter agere, quam habentis aureis praecipit in deum agi. D. Amisi in ludo taxillorum. R. Vicisti in ludo morum, si quid egeris profundius attendisti, alioquin morbo insanabilis frustra remedia cogentur, si ab hoc baratro nec te damnatum reuocat nec pudor, ubi rebus nil proficitur, nec quicquam uerbis aggrediare.

De sponsa alteri adiudicata.

Dial.

xvii.

DO.

Spousam mihi, sententia iudicialis eripuit. R. Ast alius fraus, alius uis aperta. D. Iudiciali sententia sponsam amisi. R. Quidam dolis, ferro alij, quidem quod foedissimum genus auro ipsas coniuges amiserunt. nihil proprium est homini, hinc furta & insidiae, hinc rapinae, hinc preces, hinc pretia, hinc ultima rerum mors. per hanc rotam temporalium bonorum, dominia uoluuntur, quodque est unius sit alterius, mox ad alios transiturum, quod si in rebus utilibus ferendum, in damnosis ac grauibus plaudendum est. quid miri autem uolui humanae? Homo ipse uoluitur & non stat, sed ut scriptum est, quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Tu sponsam quaereris amisisse, qui fugiendo & in horas decrescendo, assidue te amittis. D. Sponsam in iudicio amisi. R. In campo alij, tutius est iure congregi quam bello, legibus decertare quam gladijs: Legisti apud Virgilium inter illos Lauinae competitores quata lis, & quis belli finis, Victorem sponsa sequitur, uinctum mors, tibi sponsa perdit, salua est uita. D. Iudex me priuauit sponsa. R. Adulter aut raptor forsitan te priuasset, leuius est sponsam amisisse quam

quàm coniugem, in illa enim spes perditur, in hac res. minor est autem sperare, quàm possessæ rei sive ut aliter idem, leuior spei iactura quàm rei. D. Amisi sponsam in iudicio. R. Non amisisti, sed tuam non esse didicisti. D. Amisi sponsam. R. Qui amittit coniugem, multiplici ægritudine liberatur, at qui sponsam, præseruatur, utrunque bonum, sed secundum melius. quid nisi autem sit melius, nullum pati uulnus, quàm inflicto uulnere remedium inuenisse: sed uos animorum impulsu, ut Satyricus ait, & magna cæcæque cupidine ducti, coniugium optatis, quod adepti perpetuis tedijs & immortalib. ageretis querimonijs, & tum facti pœniteat, cum non factum esse nō potest, cunque inefficax pœnitentia & inanis est. D. Sponsam & spem proliis amisi. R. Noli lamenta miscere, illa enim pars est altera præcipitis mortalium troiti, sic enim ait, coniugium optatis, partumque uxoris, at non semper placitura, sed profutura dant superi. Tenes apud Apuleium Madurensē, ut latronum lapsa in manus misella illa uirguncula, unam triujs in partem, ubi periculi plurimum loro flectit eum, cui infederat asellum, ille in aduersum nititur, quæsecurum iter erat, & incautam puellam in sua damna tēdentem tacitus arguit. quibus ita luctantibus, latrones quos euasisse uidebantur interueniunt, à quibus in captiuitatis miseras uirgo, in suam perniciem studiosa retrahitur. haud absimilis inter diuinam providentiam & humanam stultitiam, de itinere uitæ huius est quæstio, illa futuri præscia, eò uos agit, ubi dulcia & secunda sunt omnia, hæc obnititur cæca quidem, & miserijs suis fauens. inter moras sæpè quæ uitari poterant, obsequendo & credendo, inopina uos mala corripunt. D. Succubui in iudicio & amisi sponsam. R. Dignus es uicisse, nam duobus de una muliere certantibus, qui mulierem habet is perdidit, qui uicit is est uictus, qui uincitur is est uictor ac liber.

De uxoris amissione.

Dial.

XVIII.

DQ.

VXorem heu perdidit. R. O' præpostero ingenitū stupendumq; hominē, qui uxoris in funere lugeat, saltet in nuptijs. D. VXorem perdidit. R. O' demens. Himeneum cane: nunc tempus coronatum, uinctum: uidimus dignioribus iam sertis accingere, magno prælio uicisti, & longa obsidione liberatus es. D. VXorem perdidit. R. Sic dicis perdidit, quasi qui febrem perdit aut scabiem, interdum lūcri species est perdere. D. VXorem perdidit. R. Nunquam tibi fortassis optimiorem quæstum uia lux attulit, quantis compedibus elapsus es, quanto naufragio enatastis? D. Sed uxorem bonam perdidit. R. Solent id quidem omnes dicere, & qui contrarium sciunt, ego autem & si bona uxor, uel omnino mulier bona, rarum miserumque animal sit in terris, uitandæ tamen altercationis causa, permiserim uxorem tibi qualem dicis amissam. neque ideo respondebo, quod olim dum hæc eadem quæstio ageretur apud Senecā, respondi: posse te aliam bonam, uel si feceras facere, uel si inueneras inuenire. muto sententiam: nolo te sapius rem periculossimam retentare, quod & si semel benè cesserit stultè repetitur, citius centum sui similes mulier mala, quàm unam bonam reperiet, quam obrem qui malam habuit, similem timeat. at qui bonam, similem ne speret, sed uterque pariter, ille aduersitatem cumulare, hic prosperitatem suam deformare caueat, sic in omnem casum secundo coniugio abstinendum. Tu nunc ergo, si ut ais bonam coniugem amisisti, præterito potius gratulare, quàm futuri spem conspicias, neque quod puppe integra litus attingeris, crebrò nauiculam uentis credas. D. Coniugij uinculum quo tenebar, mors dissoluit. R. Noli te rursus innectere, cogita quàm optabilis, quanque incomparabilis sit libertas, et consilium Ciceronis amplectere. qui uxorem uiuacissimam, & aduersus quam frustra mortis auxilium expectandum esset, dum repudio dimisisset, hortantibus amicis ut aliam duceret, non posse simul se uxori & sapientiæ studio dare operam respondit. D. VXorem bonam perdidit. R. Quid si hoc etiā nō iactura sed lucrū, & magni fuga periculi

periculi est, ut enim sit bonā aperire, constantem ubi quæreremus. notū illud summi uatis:

Varium & mutabile semper femina.

D. VXorem bonam ac iuuenili æuo floridam amisi. R. Parum ne igitur noti scemine mores sunt, quàm multas pudicissimas adulescentulas, impudicas ac lasciuas anus uidimus & ardor nempè libidinis, quotiens uetula ossibus incubuit, quasi ignis in ligno arido uinolentius æstuat, uel instantem ergo uitæ mutationem, uel ut inde periculum non esset, uenturæ utique senectutis pondus ac fastidium, declinasti. graue iuuenibus coniugij iugum senibus grauissimum, durum, importabile. D. Amisi iuuenem uxorem. R. Seu proles ex coniugio quæritur, seu uoluptas, quorum alterum mariti est, alterum adulteri, ad utrumlibet aptior iuuentus, siue his autem ab uxore præceptis siue horum altero, eò illam peruenire optabas, ubi inhabilis ad utrunq; esset, siue ad hæc natura inhabilem senio fieri posse habilem sperabas, quid nisi uotum superuacuum, spes inuisa est? D. Amissa dulci coniuge solus sum. R. Inuidiosa uerò solitudo est, magis caruisse comitibus, uacuo nihil mollius est cubili, nihil durius occupato, animis dulces somnos, & uigilias honestas, amantibus honestumq; aliquid altumq; uersantibus. Nil egregijs coeptis infestius muliebri consortio, nec me fugit, qd aduersus hæc dici soleat, ab his quos miseræ delectant suæ. Matrimoniorum, inquiunt, expertes, matrimonia condemnant. & ut est in prouerbio uulgari: VXorem uerberat, qui non habet. Ego contra nullos de coniugio quæri solitos audiui, nisi qui sarcinam coniugij pertulissent. D. Coniugem amisi optimam. R. Et quæ optimæ, quæq; uirorum amantissimæ uidentur, zelo ac suspicionibus aliquantò cæteris acrius inardescunt, quo incendio conflagrare, pacem domesticam esse necesse. quorsum igitur quærelæ? Perdidisti uxorem, inuenisti libertatem, cælibatum, pacem, somnum, requiem. iam tranquillam sine litigio noctem ages. D. Sine uxore sum. R. Et sine aduersario iam, tui rerumq; dominus tuarum esse incipis, ante lucem lectulo matutinus domo egredi, uespertinus regredi, solus aut cum quibus uoles totos dies agere, nullo rationum exactore permittis. D. VXorem perdidit. R. Perdita dudum ac repudiata requies, in cubiculum reuocanda erit, illa tibi uxore qualibet utilior comes. D. VXorem bonam ac decoram perdidit. R. Stulti est cōpedes suas quauis aureas amare.

De importuna uxore.

Dial.

XIX.

DO.

VXorem patior molestam. R. Fœlicius amisisses, at qui modo perditam quærebare. D. VXorem patior inquietam. R. Primo labori uenia forsā aut miseratio, secundo non nisi odium debetur, & quem una uxor non castigat, dignus est pluribus. D. Infestam patior uxorem. R. In alijs utcunq; fortunam culpes, In uxore autem & præsertim altera, non alium quàm te ipsum, hoc tibi malum tu fecisti. D. VXorem patior procacem. R. Vdas succendæ paleas, regulas frange, de reliquo tibi prouisum est: ita uerò cumulatæ quæ te domo pellant aderunt, fumus, stillicidium, atq; uxor. D. Perfida patior uxorem. R. Iam periculo res non uxor Agamemnonem, uxor Aphricanum morti dedit, ut Amphiareum, ut Deiphœbum, ut Sāsonem sileam, aliosq; quos numerare longum est. illi quidem prorsus innumerabiles, quos uxores nec mori cogunt, nec uiuere patiuntur. D. Mala mihi nouissima explicas, remedium quæro. R. Erunt qui suadeant ut castiges, & prauos mores ad rectum reuoces, totum te huic uni negotio impendas. ego autem castigandam uxorem si castigando, quid proficias, non nego, si id frustra est, sola restat patientia, hanc amare quidq; inuitus faceres uolens fac. Est Varronis Satyra, Menippæam uocant, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti uiri consilium breue, sed efficax his uerbis expressum leges:

Vitium coniugis aut tollendum est, aut ferendum.

hic tollendum ponit pro corrigendum. & dicitur

breuis quoq; sed elegans ratio hæc afferitur:

Qui tollit uitium commodiorem coniugem præstat,

Qui fert se ipsum efficii meliorem.

K

2

Quod

Quod dictum scriptores alij sic interpretati sunt. Eiusmodi uitium uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse, quid fieri a uiro salua possit honestate, quod uitia nepe flagitijs leuio-
ra sint, eam que non aliam sententiam fuisse Varronis. D. Procax & morosa est uxor. R. Fer mores, si immutari nequeant, & qualiter foris uiuas domi disce cum Socrate, & si ille duas simul pertulit, alij plures, uni ne succumbas sarcinæ. D. Molestam uxorem habeo. R. Cui uero non possit uxor molesta contingere, nisi qui se nuptijs constanter abstineat, cum & Hadriano principi, & quo nil altius nil mitius Augusto, Sabina illi, huic Scribonia, utraq; coniunx dura ac peruersa, moribus que asperis digna repudio. Et Catoni Censorio tam rigida tam que inuicti uiro animi, cum Paula quaedam uiolenta uxor ac superba contigerit, quod mireris, humili etiam orta progenie, ne quis hominum speret ignobilitate uel inopia, uel omnino aliter quam perpetuo celibatu coniugij subterfugisse molestias, sed quas fugas non euaserit, patientia perferendas sciat, nec luctando nec calcitrando se torqueat, ac iugum sponte susceptum, iactabundus exasperet. D. Importunam pro-
sus & indomitam ferro uxorem. R. Bene agis, ferendum est etenim, quod deponi nequit, & si premat. D. Molestissimam habeo uxorem. R. Habes unde patientiæ laudem quaeras, unde discas requiem optare, unde peregrinari ames, reditum que oderis, tibi uocem exerceas ac bacillum.

De raptu coniugis. Dial. xx. DO.

Vxor mihi præripitur. R. Violentum omne molestum, patienti fateor, at res ipsa si per te illam æstimes, quam quæso tantæ molestiæ causam habet, cum profecto si importuna est uxor, eius amissio magni oneris sit leuamen. D. Rapta est coniunx. R. Si incommodum corporis curanti premium debetur, quid non leuanti animi angores ac molestias debeatur? si quis tibi medicus tertianam febrem abstulisset, & gratiam illi haberes & pretium dares, quid nunc facies continuam auferenti. D. Rapta est uxor. R. Nescis quid raptori debeas, cura ingens indecisum que litigium, una cum coniuge, forsitan & graue periculum, tuæ domus limen excesserit, multi perierunt qui uixissent, si uel rapto uel aliter coniugibus caruissent, inter uitæ mala nihil peius quam intestina discrimina. D. Rapta uxor abiit. R. Si coacta iuit ignoscito: at si uolens, uno actu duplex tibi quaeritur uindicta, nam & adultera suum ad raptorem abiit, & ille tuum uirus, suam transtulit in domum, qualem enim mæcho speret, quæ talis fuerit marito? D. Vxor cum raptore libens abiit. R. Sine paululum, alteri quidem alterius fastidium non longa dies attulerit, si ante flagitium cogitarent homines, non eousque præcipites ad peccandum essent, nunc feruidos appetitus, sera damnat poenitentia, nil nisi post factum cernitis, à tergo oculos habere potuere, & Syphaci Masanissa, Philippo Herodes suam abstulit. D. Rapta est mihi coniunx. R. Quod semel tibi, bis accidit Menelao.

De impudica uxore. Dial. xxi. DO.

Impudica uxor domi est mihi. R. Mallem rapta esset, aut etiam importuna moribus que asperis, potius quam lasciuis ac turpibus, ferenda tamen omnia ingenti nitu ingentique animo, & rerum mortalium contemptores, innumerabiles sunt hominum miseræ, quibus omnibus una uirtus obijcitur. D. Impudica est mihi uxor. R. Pudicitia insignis, imperiosas efficit matronas, nihil metuit quæ sibi nihil est conscia, huic malo igitur, hoc saltem boni inest, esse iam molesta minus incipit, minus que insolens. Læsa enim conscientia, foemineum premit animi tumorem, & sæpe obsequentior in reliquis uiro est, quæ se meminît impudicam. D. Lasciuia est uxor. R. Non mirandum si formosa, non curandum si deformis. D.

Vxor

Vxor impudica est. R. Pulchra dum limen uxor subit, subire debet animu illud Satyrici:

*Rara est adeo concordia forma,**Atq; pudicitia.*

Nam si turpis infaniat, propè gaudedum est, causam adesse diuortij. D. Adultera uxor est. R. Adulterium sæpe quidem æque ardentius expetiti coniugij, sæpe unum alterius adulterij poena est, eoq; iustior si multorum. cogita tu, unquam alij feceris, unde hoc tibi fieri, ab alio, nunc dignum sit. iniusta enim atq; impudens est quærela, pati quod fecerit indignantis. et ab alio expectare, alteri quod feceris, lex moralis iubet. et, Facere alijs, quod tibi ab alijs fieri uelis, sanè adeo digna est, ut illud prophani etiam cogente sententiæ grauitate atq; æquitate laudauerint. Sed mortalis petulantia licentia, legum salubrium abrogatrix, omne fas nefasq; confundit, itaq; passim adulteri occurrant, qui cum thalamos uiciorum coniugia que foedauerint, suas interim coniuges, uel in publico cerni nolint, et si quis in illas oculum deflexit infaniat, sic seuerus alijs, sic indulgens sibi, sic iniquus rerum arbiter quisq; est. D. Coniugalis mihi fides frangitur. R. Vide ne tu hanc alijs, non maritis tantum sed uxori tuæ fregeris, nam sunt qui ab uxore exigunt, quod non præstent, qui lasciuia suam titulo urbanitatis excusent, alienam ut grauisimum scœlus seuerissime punientes, qui cuncta sibi permiserint, cuncta negent iniquissimi iudices, qui de pudicitia iudicent impudici, impunè passim agunt omnia, & ceu soluti legibus, uaga libidine rapiuntur. Vxor si oculum parumper inflexerit adulterij rea fit, quasi uero domini non mariti ipsi quidem, illæ autem non uxores, diuinæ atq; humanæ domus sociæ, sed captæ ex hostibus aut emptæ pretio sint ancillæ, cum & si obsequij plusculum, fidei nihil, plus tua tibi coniunx debeat, quam tu sibi, par debitum, æquus amor, mutua coniugij fides est. non excusato uxores, uiros arguo, primamq; illius culpæ partem tribuo, persæpe enim uxori dux atq; exemplum lasciuia uir fuit, & inde mali processit initium, unde remedium debebatur, quamuis autem pudor foeminae proprius, uiro certè prudentia atq; constantia sua esse debet. Itaq; omnis in uiro, quam in muliere dementia animi leuitas, eo est foedior, quo uiro debita magis est grauitas. D. Coniugis adulterio moestus sum. R. Usitatus dolor, uetus iniuria, nec minus crebra, uix crebrior coniugij quæ adulterij usus est. denique hoc est, quod ut ait quidam, nec permitti, nec prohiberi potest, quia scilicet alterum honestas, libido alterum fieri uetat. Tu ne tibi ergo foeminam unam, tuam totam atq; integram uoluiffes, quod nec ferocissimus tyrannorum, nec regum maximis potuit tuæ ætate contingere, nec priore potuerat: mitto recentia, ne quos fortè præsentium offendam: tutius est Herculem ferire quam uillicum. Nec uero cuncta ueterum attingam, formidatissimorum summorumq; hominum famæ parcam, nosti aut hisq; uel in silentio gemitum tuum frenata, alioquin urbem Iustria, scrutare uiciniam, dextera læuaq; aderunt, qui uel neglectum genium calcantemq; thori fidem Iugeant, uel ignari soli uulgo noti decoris rideantur. Crebriora illa quidem nunquam quæ non auribus modo, sed oculis quocumq; terrarum perrexeris defutura, at maioribus maior inest consolatio. Reges cogita quos uidisti ac terrarum dominos, de hinc scriptis famaq; cognitos recordare, respice & Arthuri fabulam, & historias reliquorum, in mentem redeat Olympias Philippi, Cleopatra Ptolæmei, Agamemnonis Clytemnestra, Menelai Helena, Pasyphæ Minois, Phedra Thelei, ne uel ipsam urbem Romam, olim quoq; dum quoddam quasi pudicitia templum esset, mali huius expertem credas. redeat ad memoriam Metella uxor Syllæ, illius qui si eius noscet adulteria, non tantum Romæ, perq; omnem Italiam uulgata, sed quæ Athenis etiam per Græciam cantabantur, minime ut arbitror scœlicis nomē sibi prorsus indebitum usurpasset. Post hæc Iulia Agrippæ, quam hinc à flagitio uiri uirtus, hinc maiestas patris absteruiffes debuerat, simulq; huius filia & nomine & lasciuia matri par, harumq; seu uitæ seu fortunæ uestigijs hærens Iulia Seueri, non sat pudicitia Faustum nomen. Quid Domitiani coniugem Domitiam? quid Herculanillam Claudij, seu quædo hic adulterarum fortunatus coniugum princeps fuit, eiusdem Messalinam summum imperij probrum loquar, quæ secorem uirum ac cæsare-

K ; um

um deserens cubile, noctu lupanaria circuibat, illa faciens quæ referri etiam pudor prohibet: quid has ego, quid uel alias stringam, seu quis tam fornix angustis meretricibus non angustus sit, quarum commemoratio fateor, nec honesta est, nec ulla ex parte adulterij crimen leuat, quin potius grauat: Habet tamen haud spernendam consolationis efficaciam, similitudo inspecta miseræ ac paritas erumnarum, non quod alieno quisquam, nisi maliuolus delectetur malo, sed quod humilioris fortunæ homine, indignanter pati quæ totiens mundi dominos passos nouit, uel non ferenda mollities, uel superbia uideatur. Toleranda cuius sua fors, illa æquius, quam communem paruis constat ac maximis inuidiosissimisq; mortalium. Proinde non hominibus tantum nuptas, sed deo etiam desponsatas, in hæc flagitia labi solitas uides: ac prohi pudor, nec tanti sponsi reuerentia, infœlicem præcipitemque animam frenat, cui autem parceret effrenis ac rabida libido, quæ nec celo parcat, nec cœlestem metuit uindictam, seu quibus abstineat, quæ nec deo sacris corporib; abstinentum censet: Nec uerò tantum hæc ætate, monstra hæc tam fœda libidinum cernuntur, quamuis nulla unquam recto iudicio fœdiora esse potuerint, læsique maioris iram merita, sed uero illo, quo ita prodigium scœlus erat, ut nunc uirtus uisa, equidem ac punita noscuntur. Virgines ipsæ Vestales, quarum exactissimæ castitati, Tribunitiæ ac Censoriæ potestatem celsisse non puduit, quas suorum triumphantium curribus infedisse, ne quoquã forte triumphus impediretur, quas postremo noxios casus obuio à supplicio retraxisse, legumque & capitalis sententiæ uim fregisse, sola uirginitatis maiestate comperimus, quarum præterea ex diuerso non facinus tantum turpe, sed habitus aut sermo liberior, pœna graui atque infamia non carebat, & honoris tamen & decoris immemores, & terroris incestiue damnatæq; & defossæ sub terrâ, uix per historias occurfabunt. I nunc, tot exemplis & tam claris & sacris obrutus, in tanta pudicitie ruina, tot probris illustrium, concussam paululû humilioribus cubiculi fidem desse. D. Vxor adultera est. R. In nonnullis mutandæ in melius uitæ causa fuit, qui maritali compede liberati, reiectoq; graui fasce ire altius, ceperunt, quid te uetat coniugis fœditatem primum, quoque tibi gradum facere ad uitæ liberioris ascensum? sæpè & pondus, sæpè & comes pedes expeditissimos retardauerit, ibis o cuius quocumque decreueris solus ac uacuus. D. Turpitudine uxoris infamior. R. Ex alieno peccato damnus dolorq; nasci potest, non infamia, sicut ex aliena uirtute gaudium, non gloria, tua te uirtus aut uitium gloriosum efficiet aut infamem. D. Coniugis uxor infamia. R. Vel fuge, uel ulciscere. Medium fecit ille uir sanctus nactus de simplicitate cognomen, & profecto primum molle nimis, tertium prædurum, medium honesti humaniq; consilij uideatur, his præsertim quorum media itidem est fortuna. Nam superbis potentibus frustra lex ponitur, uoluntas, libido, ira, impetus, hæc potentis insolentiz leges sunt. Omne uulnus ferro rescindendum putant, multa sunt autem quæ non ferro egent, sed fomentis. D. Impudica est uxor. R. Si pari eligis, ætas fortassis illam franget, & labor & filij, & morbi & rei familiaris angustia, quibusdam frenum utile pudor fuit. D. Vxor infamis abiit. R. Opta ne redeat, ne abierit seruum uotum. D. Vxor adulterum est secuta. R. Malles ne tuum in cubiculum adulterum induxisset? hic saltem pudor impudicæ fuit, turpem uitam procul agere, pepercit oculis erubuitque præsentiam tuam, impudicitiam potes accusare, non fugam. D. Fœda uxor abiit. R. Si de hoc doles, dignus es ut manserit, dignus ut redeat.

De uxore sterili. Dial. xxii. do.

Sterilis uxor est mihi. R. Vnum coniugalis incommodi remedium, sterilitas sobsequiosas facit atque humiles: quæ plurimos parit, iam non uxorem se credit esse sed dominam sterilis aut flet & tacet. Annam Helcane meministi. D. Vxor mihi sterilis obtigit. R. Modò de coniugis impudicitia quærebaris, nunc de sterilitate cõqueretis, atqui, si ea querimonia iusta fuit, hæc iniusta est. Expedit impudico uiro, ut sterilis

uxor

uxor sit, non pascet filios alienos, quod est in omni uxoris iniuria ac fœditate durissimum, si miserum uxor adultera, miserimum & fœcunda. D. Vxor est sterilis? R. Quid ergo tu pæperam eiulantem audire, & nutrices litigantes, & uagientes infantulos malulises? sterilitas omnia tædia hæc submouit. D. Sterilis uxor est. R. Vide ne, quod multum faciunt, uitium tuum alteri obijcias. multæ uni uiro nuper uisæ steriles, nuptæ post alijs peperere. D. Sterilis est uxor. R. Quid scis qualem tibi filium pareret, si fœcunda esset? quarundam partus fœcunditatem odiosam, & sterilitatem fecit optabilem. Non tulisset imperium Romanum portenta illa feralia. C. Caligulam, Neronem, Commodum, Bassianum, si Germanicus, si Domitius, si Marcus Antoninus, si Septimus Seuerus, aut nullus uxores aut steriles habuissent.

De filia impudica. Dial. xxiii. do.

Delicata nimis est filia. D. Duas se habere filias delicatas, sed ferendas tamē, Rēpub. scilicet & Iuliam dicere solitus fertur Augustus Cæsar, Iulixq; animum lætum quidem usq; ad speciem procacitatis, sed reatu liberum. in utraque tamen ita sentiens princeps sapientissimus fallebatur. Nam Respub. iam pridem ab illa sua prisca uirtute fornicari ceperat, & non tam delicata quam probris solum patrem latentibus deformata erat, quam tandem serò licet erumpere: Secundum tamen hanc sententiam, delicata potest esse filia sed pudica, quod ut permiserim, negari illud certè non potest, pronum & breue iter ad impudentiam esse delicias. D. Filia lasciuire incipit. R. Occurre principijs, dura ferro, tenera digitis conuelluntur, qui sibi uel alteri habitum quærit, à teneris annis incipit, facile & tractantur mollia & flectuntur. D. Lasciuire incipiat filia. R. Laudas dapes & uestes illi molles ac fulgidas, anulosq; & armillas detrahe, & quicquid est aliud, quo & ipsa sibi placeat & placere alijs studeat. Obijce illi domesticas curas, pensa, acus & colos, & liquidum est operis, quod suaues ac molles manus in callum duret, seduc eam à spectaculis, à cõkursu populi. Festis etiam diebus illam domi confine, nulli uagis ac discolis cogitantibus tempus linque, occupatio & labor, & incultior habitus & uictus asperior & secessus, inque unum aliquid iugis intentio. Ad hæc testis charus ac uerendus frequens admonitio, dulces minæ & si quando res exigat asperæ, hæc sunt castitatis aduersus impudicitiam seræ ac uectes qui & insultantes ocioso animo passiones arceant & ingressas eijciant. D. Filia impudica est. R. Ecclesiasticum consilium, Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium uenire. Et si autem nihil penè tristius pati possis, modò tamen paterni officij nihil omiseris, est unde mœstum te soleris, tuus enim potest esse dolor, sed non pudor quidem nec crimen. Nam præcipitem in libidines animum frenare difficile est ualde, & nisi deus ipse manum adhibeat, impossibile homini. Tantus est enim impetus tanq; effrenis, ut contra eum frustra sæpè numero parentes, frustra & fratres, frustra etiam ipse uir labore, neq; id mirum cum sit scriptum: Aliter non possum esse continens nisi Deus det. Ne uel hinc pudicitie excusatio ulla sit, dat hoc Deus pia fide poscentibus, quodque in se est annitentibus, ac sciētibus cuius sit donū, riteq; & ipsum æstimantibus, & auctore. D. Filia adultera est. R. Si nupta, habes participem generum doloris, Habes & ipsum Cæsarem Augustum & iniuriæ comitem, & ultionis exemplum.

De aduentitio dedecore. Dial. xxiiii. do.

Alieno crimine infamior. R. Dicebam modo & sic est, alieni te criminis dolor attinere potest, non infamia. uerum loquor, Falsa enim ut sit dura, durabilis non erit & infamiam & gloriam ut longæua sit, tuo tu quidē ex agello animi propria uitam falce mesueris. D. Alieno crimine mœstus sum. R. Credo hercle, esto autem tua lætus innocentia, nisi magis alieno tangeris quã tuo, non patrimonij hæreditas sic & famæ est, & si esset repudiari posset. onerosam & infamem hæreditatem adire nemo cogitur. Nunc ut dixi, set repudiari posset. onerosam & infamem hæreditatem adire nemo cogitur. Nunc ut dixi, set repudiari posset. onerosam & infamem hæreditatem adire nemo cogitur. Nunc ut dixi, set repudiari posset.

K 4 clarum

clarum tibi, seu tu fuscum nomen optaueris, à te illud non ab alio petendum erit, tuis opus est meritis. Est quando quidem alienis nec cedari potes nec ornari. quid tabellionem aspicias, quid testantem, quid amantissimo clarissimo quæ seni tuo fidis, seu quid horres obscuri, nec uerum decus inde nec dedecus; non legatur fama sed quaritur. D. Meorum grauior infamia. R. Immo quidem tua te premit opinio, humanæ miseræ radix ingens, pone illam, falso fasce leuaberis. D. Meorum criminibus infamor. R. Nego id quidem fieri posse, sed ut fatear, præstat tamen alienis te flagitijs infamem esse, quam alios tuis. multo est enim grauius peccati pondus quam infamæ, ubi peccatum, illic miseræ uera est. contra autem falsa infamia, ueræ miseræ nihil habet falsa gloria, plebeios licet animos, illa pungat, hæc mulceat. D. Meorum infamia non tangi nequeo. R. Tangi pium, sterni miserum, proinde dum reliquæ spei sunt, summo studio tuorum famæ, atque inde susceptæ perturbationi tuæ consule, si spes omnis abierit, illis omissis, sollicitudinem atque angores deponendos censeo, nam & incassum niti, & tristitiæ materiam aucupari par dementia est. D. Seruilibus probris notor. R. Meritam patiētis poenam luis, cū diluere notam possis scelerum pulsus auctoribus. D. At meorum qui tam facile peli nequeunt uxor probris. R. Quorum quæso; iam parentum castigatio, filijs nullo iure permissa est, inde tibi igitur nihil infamæ, quin potius recto iudicio, quasi quidam fulgor ex tenebris nasci potest. Nā cum uirtutis proprium difficultas sit, multo difficilius est obscuris, quam claris ducibus rectum iter tenuisse. Sin uxoris, quid hic uerò te agere oporteat, & quorum pro remedio meminisse, paulo supra monui. si natorum respice qui uiri, quos filios habuere Fabius Maximus ac Scipio Africanus & Pōpeius Magnus (non enim imperij atq; opura; sed ætatis & gloriæ sequor ordinem) quem aut Vespasianus ultimum, aut Aurelius Antoninus unicum, aut Seuerus primum. quos in genere alio Hortensius ac Cicero, quam postremo filiam Augustus Cæsar, aut quem filium Germanicus; magna de luce magnas tenebras uidebis & intelliges hoc prolis infortunium, nescio quidem unde, sed in maximam quamq; familiam suo iure familiaris scādere, & cuiq; suas Comicas domi esse, uel ignotas uiciniæ uel neglectas, Nec fratrum nepotumquæ deerant exempla, illa posui, quorum propior & grauior uideri pudor solet, omnium una est regula, alterius quis quis ille sit maculas, in uito alterni nec affigi posse nec hære.

De infamia. Dial. xxv. DO.

MEa premor infamia. R. Timui tua ne conscientia premereris. D. Infamia premor graui. R. Si iustam, non infamiam, sed infamæ causam desle. si iniusta, errores hominum alto animo proculcans, tua te conscientia solare. D. Graui infamia laboro. R. Ventoso fasce suspiras, sic suapte natura leuem sarcinam ferentis imbecillitas grauem facit. D. Grauis in meum nomen surgit infamia. R. Refert quibus orta radibus, si ueri utuet, augebitur, alioquin mox arefcet ac defluet. D. Magna mihi infamia conflata est. R. Bene ais, Flatus est enim fama, sæpè etiam impurius qui uos adeo quatit ac territat, at qui magna infamia, magnæ famæ principium multis fuit. Puduit uulgi, & ut iure suo errori adhæret, errorem rebusquæ modum cunctum excluderet, modicam infamiam immodicis laudibus tandem uicit. D. Multa undiq; pulsor infamia. R. Circūstantibus uentis in portum redi, & ab aurium procellis, in cubiculum cordis ingredi, cui si tranquillitas sua est, habes ubi surgiorum fessus requiescas, & ut dici solet, in sinu gaudas. D. Fusca fama, conscientia clara sum. R. Tu ne igitur fama esse clarissima, conscientia turpi cuperes atq; obscura, ita ne penitus uerum est illud Flacci:

Falsus honor iuuat, mendax infamia terret.

O rem uanam, uera quidem & iuuare possunt & terrere, umbras metuere non est uiri. D. Infamæ sarcina ingens est. R. Si flagitio collecta, grauis fateor. si casu facilis, si honesti studio gloriosa. si quidē bonis artibus, qua sita infamia laus est, insulcēt fatui, tu exulta lucro nobili

bili, uirtutem nempe rarissimā mercem, magno licet, & quo nullum maius famæ pretio comparasti. Is uirtutis cultor uerus est, qui in illa nihil penitus præter illam cogitat. Sed cum reliquorum clarus, tum clarissimus est contemptus famæ, uirtutis studio susceptus; cum profectò fama uiris fortibus, non auro tantū, sed uita etiā sit charior, qui amore uirtutis hanc spreuerit, is spreurus omnia credi debet, quod præclarum, sed perrarum scito, quando quidem magna pars eorum, qui uideri uolunt uirtuti operam dare, fama eius apprehensa, sic confestim in actione lentescant, ut intelligi detur, unum hoc illos quod apprehenderint intendisse. D. Multi grauior me infamant. R. Plures olim Fabium, & grauior plures etiam Africanum, quæ res illis eximiam in gloriam uersa est: communē cum talibus sortem quæri desine, paucissimis accidit omni semper infamia caruisse. Delicatissima res est fama hominis, & quæ sæpè rubiginem leuibus contrahit ex causis, & ad summam, ut nil clarius fama est, sic nil obscurari pronius, nilquæ peregrinarum, ut sic dixerim, capacius impressio. D. Grauior infamia. R. Pestis hæc uerendis maximè infesta nominibus, uiris quoque sanctissimis non pepercit, quorum princeps omnis expers culpæ, & ipse tamen ab impijs infamatus, ostendit mali huius immunitatem, quæ nec Deo obtigisset hominibus non sperandam. D. Dura atteror infamia. R. Virtutem inuidia non temptari uix possibile dixerim, sufficiat non conuelli, siue gloriam cum obreftatione collidi, si pura, si solida est, splendescet attritu. D. Acruexor infamia. R. Vulgaris aura cæcis ignorantia pulsa turbinibus, summa rerum cacumina uerberat, sed non quatit, uel si quatit non euerit, excellentiæ tibi cuiuspiam signum sit, in uulgi linguas quasi scopulos incidisse, humilia enim & circa terram depressa nomina, nec præclaræ laudis lumen excipiunt, nec magnæ infamæ tempestatem. Sæpè quod spernitur & quiescit. D. Malè de me uulgi loquitur. R. Bene quod in linguas, non in calamos incurristi, uehemens sermo uulgi est, at minime diuturnus, leuibus aut falsis orta causis, breuia sint oportet, tacebunt cum multa la-trauerint, fatigari citius solent qui cœpè referuentius. D. Vulgi linguis exagitor. R. Quid si oratoris aut poëtæ insignis in stilum impegisses; ut multi olim, quos infames posteritati traditos inimici eloquentia uidemus, ut sicut nobile mihi suspitium Alexandri regis Homerum Aeacidem inuidens, sic moëtus nobilis Alexandri principis uideatur, literatos disertosquæ uiros, ne quid de se asperum scriberent formidantis, quam nec literatis obreftationibus succumbendum, sed uel pari stilo refellenda calumnia, quod Tullius Crispo, quod Demosthenes Aeschini, quod innumerabilibus fecit Cæto, uel insigni fiducia & omne theatrum superante animi testimonio resistendum esset, dicendumquæ quod Caluo Vatinius perorante. Non quia ipse disertus, idcirco ego damnandus sum, at nunc periculi nihil est, siquidem uulgi ut multum strepat, quadiu tamen id faciet, cito, uel uolens, uel coactum desinet, ueniet dies quæ strepidulis his cicadis loquacibusquæ silentium paucis ponat. D. Malam famam apud uulgi habeo. R. Ut apud te ipsum ut que apud bonos bonam ac perpetuam ueramquæ habeas enitere, nempe ista quam quæreris euanescet. Inane genus ac trepidum mortalis, quid ad uos uel adulantium uel detrahentium, breue istud & obscurū murmur uenient qui liberius iudicent atq; æquius, & qui sunt, inquires, hi iudices. Nosse illos non potestis, sed ab illis nosci, illos dico, qui post uos nascentur, quos nec uestri odium, nec litior, sed nec amor, nec spes torferit aut moëtus, si uestrarum æstimationem rerum ac sententiam incorruptam uultis, hos iudices expectat breuis est mora. Properant ecce moxquæ aderunt. D. Infamiam factis egregijs & uirtute contraxi. R. Est ubi amor damnis alitur, crescitquæ laboribus inq; amaro, dictu mirum, & maligno solo radices agit altius, unde fit ut factionum amantissimos, sæpè illos uideas, qui multa & grauiora pro factionibus passi sunt. Nota quidem & nimium trita res, uestris in urbibus. Proinde nemo uel iustitiæ uel ueritatis amatior, quam qui pro hac flagellis sese obrulit ac morti, & tu igitur uirtutē ama, magisq; ac magis illā cole, pro qua famam, rem pulcherrimā atq; charissimam amisisti, pro qua, nō leue supplicium fers infamiam, perditisq; & spreis omnib. eam ipsam quæ tibi nemo unq; eripiet uirtutē so-

lam solus amplectere, atq; illi dicito. Hæc quidem o regina, pro te uolens patior, ut me in integrum restitues, aut certe una mihi pro omnibus satis es. tu me sola sinu piu refoue, sic non famæ tantum, sed uitæ quoq; damna non sentiam. D. Vulgò passim in triujs la ceror. R. Boni consule, notum te uulgus faciet, clarum uirtus, conscientia securum.

De quæsito ex indignis laudibus pudore. Dial. xxvi. do.

LAudasse arguor indignum. R. Malum quidem è bona sæpe oritur radice, boni enim & innocui quales ipsi sunt, tales alios opinatur, hinc ad laudandum æquo etiam proniores sunt, & quamuis indignum laudare, malū fatear, uituperare tamen immeritum, malo est peius. D. Laudau indignum. R. Si id sciens, reprehensibilis, at si ignorans, excusabilis, minus est malum falli, quam fallere, falli enim alienū, fallere autem proprium fallentis est crimen. D. Aliena laus in meam uergit infamiam. R. Immò quidē tua, uel culpa, uel ignorantia, ex alieno enim ut laus, sic infamia nulla est. D. Laudasse indignum ualdè doleo. R. Vide ergo ne id ipsum sæpe doleas: caue ne temere ad laudandum uituperandumq; prolixi, est enim utriusq; rei libido, & ut dicam proprie, morbus ac pruritus quidam linguæ mobilis, & quietis insciæ: cuius frenū ac custodia, inter opera perfectionis eximie numerantur, dicite scriptura: Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. qua in re nimis sæpe fallimini, & heu nimis illud eiusdem Apostoli uerum fit: quod linguam nullus hominum domare potest inquietum malum. ad mentiendum ergo quotidie uos illa præcipit, quos hinc suus urget impetus, inde falsa rerū species trahitur: sunt enim qui aspectu uel eloquio uitia morum tegunt. quod de Alcibiade accepimus de multis uidimus. Sunt qui uirtutes uelo occultant cōtrario, seu id natura uultus scilicet, aut sermonis austeritate insita, seu etiam arte quadam studioq; aduersus id quod uulgò concupiscitur adhibito. Nam ut multi qui se bonos, sic aliqui qui se malos fingerent sunt reperti, quo uel humani fauoris pestilentem auram, uel inuisam honorum temporalium sarcinam declinarent. quod de Ambrosio lectum est. Accedit amor atq; odium, accedit ira & inuidia, spes & coetus affectusq; animi uarij & occulti, hisq; ipsis interdum, quorum sunt incogniti, semper autem iudicij ueri hostes. Accedit quod uiuentis laus, diuino eloquio propter uitæ mortalitatem inconstantiam prohibetur, quanto igitur magis uituperatio: Deinceps itaq; ad laudandum tardus, ad uituperandum tardior ueni, cum uterq; enim ut dixi malus error sit, peior est ultimus. D. Laudando immeritum errauit. R. Errando dicitur, & sæpe error unus multis obstat erroribus, dumq; errasse semel pudet, ne similis iterū error obrepat occurritur. Laudasti incautè, linguam frena. hoc boni saltem illi insit, malo. D. Indignum laudasse pudet aut poenitet. R. Pudor & poenitentia, & dolor scalæ sunt & gradus quidam, ad respicientiam & salutem: Pauci sunt qui ad rectum iter, nisi per deuia multa cespitando perueniant, multosq; ideò uoluptatis seruos, in iuuentute uidimus, qui uirtutis amici in senio euaserunt.

De amicis infidelibus. Dial. xxvii. do.

DE amicis quæror. R. Quid hic hostibus faciat, qui de amicis quærimoniam insti tuit. D. Amicos experior infideles. R. Impossibilem rem narras, ne forte autem amicos credideris qui non erant, nempè id non modo possibile, sed commune est. D. Infideles sunt amici. R. His quærelis plenus est orbis terræ, uerum amicitia infidelitasq; non coeunt, qui infidelis esse incipit desinit esse amicus, seu quod potius ut crediderim, nunquam fuit, cumq; omnis uirtus immortalis sit, omnis fictio xui breuis, nō fides est sublata, sed fictio. D. Infidos experior amicos. R. Amici falso habiti, si nūc primum infidelis animi latebras pandunt, erroris tui finem lætus aspice, & caueo interim, ne morbi contagia in te serpāt. Sed quicumq; illi fuerint, ut amicitia fidem serua, & si non propter immeritos, at propter te meritum aliena peste non infici, quod libentius facies, si quantum tibi displiceat illorum perfidia, ipse tecum acriter excusseris. Sæpe uirij odium, calcar ad uirtutem fuit. D. Immeritus amicorum odia traxi. R. Odiosi ciues, odiosi socij, odiosi cognati,

nihil cōquidū de hoc qz nullus uerus amicus est nisi temporibz qz nunc sunt motus hominum

cognati, odiosi coniuges, odiosi fratres, odiosus demum patri filius & filio pater, & ad summam, nulla necessitudo est, quæ non odijs esse possit infecta, sola quidam amicitia sincera mali huius ignara est, interq; hanc & reliquas hoc interesse diffiniunt, quod illæ omnes ad iuncto odio durant, nomenq; suum retinent, huic unī non modò si odium accesserit, sed amor abscesserit, amicitia iam non est, neq; uerò magis odiosus amicus esse potest, quam amor etiam odiosus. D. Perfidos patior amicos. R. Si quid spei reliquū perfer, dum in fidem redeant & ardentè ama, multi enim tepido amore amicitias extinxerunt; aut parum fidendo perfidiam docuere. si nec ita proficis, spesq; omnis interijt, utere consilio Caronis, qui amicitias quæ non placent, sensim diffuendas censuit, non subito discindendas, ne geminum graue damnum simulq; & amici perditū uideantur, & quæsitū hostes, nisi fortè acrior casus ac more impatiens maturo consilio uti uetet, qui si incidat, inter ærumnas amicitiarum ultimas numerandus erit, ferendus tamen alto animo, ut reliqua cedendumq; necessitati, & pendendum tempori. Sed hic casus ueræ uix amicitia nunc notus est.

De ingratis. Dial. xxviii. do.

Multos experior ingratos graue uitium. R. Ingratitudinem uituperare superuacuum, omnium nempè mortalium hanc sermo condēnat, non est laborandū ut suadeas, quod omnibus persuasum est, & inextirpabiliter insitum, est qui solum in uirtute bonum locet, est qui neutri, sed in uoluptate uirtutis hoste ponat omnia, sunt qui castitatē pulcherrimum ornamentū uitæ dicant, sunt qui hanc ipsam in se spernant, in alijs uerò uel ridiculam, uel difficilē certè longeq; laboriosam putent, quod Augustinus tantus uir futurus, in se sensit, ubi Ambrosij cælibatū laboriosum sibi uisum ait, qui alijs non laboriosus modò, sed damnabilis uitæ status uisus erat. Vnde illud Platonis, qui cum cælibē castamq; uitam diū tenuisset, ad extremum sacrificasse legitur naturæ, ut sibi illam placaret, quam sic uiuendo uiolasse, & in quā grauiter peccasse uideretur. Mirum id tam docto homini uideri potuisse, sed uisum esse non est dubium, erunt quoq; qui fortitudinē eminentissimā clarissimamq; uirtutē ducant, uulnera aduersis excepisse pectoribus, campū rutilo sanguine cruentasse, intrepidusq; demū animis mortē oppetisse, erunt qui hæc omnia summæ tribuant infantiæ, & nil melius securo atq; imbelli ducant ocio. Veniet deniq; qui Iustitiā gubernatricem rerum humanarū, & uirtutū matrem censeāt, qui religionē iter ad æternā uitam credant & ad coelū scalam, uenient cōtra, qui iustitiā ignauitæ, religionem auaritiæ ac superstitioni ascribant. Hi sunt de quibus scriptū est, quoduis habet in uiribus, qui omnia uirorum fortium esse confirmant. Neq; solū ex hoc genere uiolentorū hominū raptorūq; sed ex ipsa doctorū acie, quātos oppugnatores habeat iustitia facile est in libris Reipub. Ciceronis ad uertere. Sunt qui fidē & promissorum obseruantia magnis & meritis laudibus effert, sunt qui fidem frangere non fallere dicant esse, sed plus scire & esse ingenij, quæ licet uulgò multorum hodie sit opinio & multorum uox, apud Lactantium nominatim Mercurio tribuitur dicenti, sicut ille ait: Nō fraudis esse decipere, sed astutiæ. Pulcher enim ingenij Deus & eloquij, & ad summā, nulla uirtus tam laudata est, quin uituperatores inueniat. Gratitude nullam barbaries gentium, nulla morum immanitas non laudabit, nemo usquam non uituperabit ingratitude, sit fur, sit sicarius, sit proditor, sit ingratus uitium suum excusare non audebit, sed negare, quæ quamuis ita sint, nihilominus tamen innumera biles sunt ingrati. Nec est ferè uitium aliud quod tam multis uerbo damnatum, tam multo rebus ipsis amplectantur ac teneant. Quid concludam? Damnandum utique non solum uerbo, sed animo maxime atque iudicio & in se, cuique bono fugiendum ac uitandum, in altero tolerandum, sicut cætera quibus humanum scætet genus, quibus mali abundant, boni exercentur. Perfer igitur & gaude potius ingratum ferre, quam ingratus fieri. D. Ingratos multos inuenio. R. Vide ne quid in te culpæ sit, multi enim dum benefici dici uolunt, iactatores sunt, atq; exprobratores. onerosum genus, quorū beneficia plus offensæ præferunt quam gratiæ, id quæ nihil est aliud, quā pretio odium parere.

Mercimonium insanum. D. Bene meritis, multos male memores & ingratos patior. R. Tu ne hoc illis inuides, tuamque cum illorum sorte commutatam cupis: noli obsecro cuiuscunque sit uitium, uirtus tuam ueniat in partem. D. Multos habeo ingratos. R. Quid expectas audire, benefacere ut sinas, de que alterius culpa tuum ipse damnum facias: quin tu potius contrarium fac, & qui multos habes, cura nunc etiam ut habeas plures, habebis autem si multis benefeceris. Multi enim semper ingrati, sed plures hodie, uereorque ne confestim gratum esse portentum sit, ita indies retro eunt omnia. Ea petentium improbitas, & ea debentium obliuio atque superbia est, neque ideo desistendum neque cæcorum æmulatione erudiendi oculi, quos potius facere debet aliena cæcitas chariores. D. Mihi multi sunt ingrati. R. An tu multis idem fueris recordare, una enim ingratitude aliam punit, sicut in reliquis unum sæpe peccatum alterius poena est. D. Multis in gratis profui. R. Multis indignis profuisse fatius, quam uni digno defuisse, proinde perge, neu malorum odio bonos mores exuas, nec prodesse alijs cesses, quod ab alijs male sit cognitum. Cognoscent hi fortasse melius, si hæc id quidem, nosse Deum, nosse te satis est. Non est uera uirtus cui conscientie præmium non sufficit. D. Profuisse multis infeliciter celsit. R. Caue ne unius crimen obsit alteri, quodque est grauius tibi experire alios cedit forte foelicis. Quidam præterea diu ingrati, urgente animum pudore, tandem fuere gratissimi, magnoque cum foenore spes amissa redijt. Ad hæc sæpe quod requisitus debitor negauit, ultro non dubitor obrulit: nullum bonum opus unquam perijt, qui bene agit ante alios se cogitet, una quidem uirtus multis prodest, sed prima & maxima pars uirtutis in agentem redijt, ita que ut mali omnes & ingrati sint, non idcirco uir bonus beneficio cessabit. Namque in multos spargit, in se cumulat, sibi ipse beneficus uni saltem non ingrato. D. Proieci beneficia in ingratos. R. Atqui gratis dare nec auarus metuat, eò autem liberalitas maior, quò spes præmij minor est.

De seruis malis. Dial. XXIX. DO.

Malis seruis obsideor. R. Nunc recte ais obsideor, olim tibi circumfalsus uidebare, sed obsessus eras, non familiari solum exercitu, sed hostili. D. Indomitis seruis præmor. R. Tuæ acies contra te militant, insuaue negotium. D. Superbis seruis obsessus sum. R. Eosque qui te obsident pascere cogere, in amœna necessitas. D. Seruis obsideor pessimis uoracibus, furibus, mendacibus, impudicis. R. Quid seruorum epithetis affluere est opus: seruos dic, omnia dixeris. D. Seruis obsideor quid consulis. R. Quid consulam, seu quid dicam nisi Terentianum illud:

*Here, quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potest.*

Nota sunt tamen hac in re Senecæ consilia: Viuendum cum seruis familiariter, comiter, clementer, familiarem esse iubet. At quibus, nempe his quorum familiaritas contemptus est genitrix, addit: Non uerberum, sed uerborum castigatione utendum, erga surdos, scilicet, torpentes dominicamque mansuetudinem duro pede calcantes: admittendos, præterea in sermonem, in consilium, in conuictum. Et quos quæso: utique procaces, stultos, ebrios, perfidos, insolentes, non neque sermonem teneant, neque consilium habeant, & conuictum foedent, salutis uitæque domini & patrimonij & famæ segnes, gulæ autem propriæ atque libidinis uigilantissimi curatores. Verum ille ideo fortassis hoc consuluit, quia in seruo uerum opinatur, quòd iam ante de amico dixerat. Fidelem si credideris facies, credo, non cogitas ex optimo genere hominum amicos esse solitos, seruos ex pessimo, equidem non si male agnis lupum agnum credideris, agnus fiet. D. Obsideor à seruis, quid consilij affers. R. Nunquam aliunde quæsieris quod in te est, non obsideberis nisi dum uelis, neque uerò nunc obsiderent, nisi quod in urbibus male pacatis accidit, una pars animi, quasi factio seditiosorum ciuium obsidentibus faueret. Vis hoc malo liberari, purga animi tui statum, seruos enim castigare, neque his Senecæ consilijs, neque alijs potes, te si uelis componere, nemo uetuerit, pompas abige, pelle superbiam, ita enim, uel fugabis seruum

rum inimicam aciem, uel imminues. D. Multis seruis obsideor. R. Bene, si strepitus uel inanis quæritur iactantia, sin obsequium aut iucunditas nil peius. Serui & si boni sint, quod inter prodigia numerè, nunquam tamen multi bene seruiunt. inter se enim dissident, murmurant, alter cantur, alter ad alterius respiciens manus, ipse interim ociosus, complolisque suis sedens manibus, domini habitum induisse, suum decus existimat, & nil censest honestius, quam nihil agere, cuncta pollicitus. De his namque nunc loquimur, qui falsa professione, uetris ignaui negotium agentes, seruitio humili, non tantum uoluntarie, sed importune sese offerunt, innumera bilis turba sed uilis, qui cum tot pateant artes abiectissima elegerunt, alieno uiuere, & id ipsum nulla alia re mereri, quam titulo famulatus, nempe illorum quos non uoluntas propria, sed aliena uis & sua fors, ad seruitium traxit, ut numerus rarior, ita crebrior uirtus & notior fides. Nimirum aliud est seruire uelle, aliud cogi. Hi ergo fortunæ memores, ut eosdem se in omni statu prebeant, neu uirtutem cum libertate perdiderint, quod inuita faciunt, aliquando foeliciter faciunt, cum id nequeant, quos uolentes somnus, uenter, gula, cui cupiditas mali ducens in seruitium deduxere, in quo mirum non est, si ducibus suis studeant, atque id agunt quod secuti falsum simul atque humilem titulum seruitutis assumpserant: Contra, hi qui tale nihil quod sequerentur habuere, naturam secuti ac fortunam, sæpe quod liberi fuerant, serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexit, possum in offensis auribus Senecam audire. D. Multi domum serui occupant. R. Multæ igitur lites, multa bella, de re qualibet pugna erit, noua quotidie crimina proferantur ac purgantur, & tu medius inter partes sedeas oportet, iudex factus ex domino non potes litigium domo expellere, litigantes potes. D. Obsideor famulis sine quibus uiuere nequeo, quid agam. R. Si eousque peruentum est, ut sine hostibus tuis esse non audeas, paucitate illorum ac uilitate tibi consule, pelle formosos, pelle comptos ac callidos, pelle uel facie sibi placentes, uel ingenio uel genere, inter paucos eosque hebetes atque inultos tutius ages, non quia meliores, sed quia minus aufuri, quos uelut hyeme serpentes coacta uis uenenat, atque uilis inertia torpor obstrinxerit, denique hæc summa est, ut in seruo sola quidem, aut certe prima fides æstimanda sit. Si quid hac in parte prætuleris, crede mihi, magno cum foenore uitiorum, qualiscunque illa breuis tibi ueniet uoluptas, quia sanè perrara est fides, proximum remedij genus, ipsa quam dixi paucitas uilitasque, non plus habes boni, sed minus audaciæ.

De seruis fugitiuis. Dial. XXX. DO.

Discesserunt serui. R. Quorum molesta præsentia erat, gratus debet esse discessus, nihil ferme displicet, cuius contrarium non delectet. D. Abierunt serui. R. O si redeant uideasque oculis, quod animo iam uidisti, quot illos uitia circumstent, quot nequitie, quot doli, quot mendaciorum artes, quot scelerum species, quot furtorum, quid ni horreas comitatum, limenque redeuntibus obstruas, meritoque gaudeas, tuam domum malis exhaustam, leuatamque ponderibus. D. Serui simul omnes abiere. R. Simulque cum illis curæ graues molestæque sollicitudines, metusque perpetui. cogita quot implendi uentres, quot tegendi humeri, quot armandi stringendi que pedes uagi, quot acuti ungues obseruandi, duro te negotio liberatum dices. D. Fugerunt serui. R. Et cum his odia in dominum, & contemptus & murmura, & querelæ, quin & execrationes tacitæque deuotiones immeriti capitis, quibus immerito seruitio caruisse, quis tam ambitiosus ut nesciat ascribendum lucro. D. Diffugerunt serui. R. Quis unquam de fuga hostium questus est: Iulio Cæsari tribuit superbiæ, quod hostem quem intercipere cogitabat, fugientem moestus aspexerit, at modestius uictoribus terga hostium uidisse satis est, quin & idem ipse alibi fugientibus parci iubet, sola hostium contentus fuga, idem facito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent, fugisse sufficiat, atque illorum fuga, tam metire uictoriam ablatamque tibi necessitate uindictæ seuerioris intellige. D. Serui fugiere. R. Sponte igitur fecere quod cogendi erant, gratiam habeto, depellendi immanes belluas tibi demptas est labor, hinc quæreris, fugierunt qui nisi fugissent, tu fugere debuisses, fugierunt qui

aut fugiendi erant aut fugandi. Nunc tu liber, nunc securus, nunc domus tuæ dominus remansisti. D. Fugerunt serui. R. Fugitiuos iudicadius est domino, tu te dominum dissimula, ne hoc iure utere, si boni essent non fugissent, malos amisisse non iactura, sed questus est, uenosa animalia tutius est uitare quam capere. D. Serui me solū reliquerunt. R. Verè solum, uereq; inopè, si ne solus sis seruili ægeas comitatu, ita nec amicos habes, nec te ipsum, quid autem, serui ne igitur tui sine te esse cupiunt, tu sine illis esse non potes: tude, ne hoc ipso seruis tuis ipse miserior sis, quod si forte non seruos cogitas, sed pretium non desiderium inane, sed turpis auaritia castiganda est, de quo satius est dictum, dum de amissa pecunia loqueremur.

De uicinis importunis.

Dial.

XXXI.

D O.

Vicini importuni sunt mihi. R. Vide ne tu illis importunior. R. Graues uicinos perfero. R. Multū cunctis in rebus ualet opinio, leues finge animo, leues erunt. D. Vicinos malos habeo. R. Multi suam culpā proximis imputant, acutius aliena cernuntur, discutiuntur exactius, seuerius iudicantur, suarū rerum nemo non & mitis arbiter & pius est iudex. D. Acres amarusq; patior uicinos. R. Ne fortassis in gustu sit uitium non in re, fastidiosus etiā dulcia amarescunt. D. Vicinos duros ac superbos quaeror. R. Multum sibi quisq; permittit nihil alteri, hinc in iudicio rerū multiplex obliquitas & iuges offensionū causæ, & sæpè unde culpa est, inde primum oritur querela, quid nunc scimus, an tu illis qui tam duri tibi uidentur, durus & terribus, & intractabilis uideare? D. Asperos patior uicinos. R. Duplex est remedium. Patientia & fuga, primum probō, ferendi artificio omnis mitescit asperitas. D. Vicinos pessimos ferre non ualeo. R. Si nec ita proficis, quis te tenet, migra illic, non ut procaces, ita & sequaces erunt, quod ferre non potes pondus excute, & quem pugnando hostē pati nequis, fugiendo euade, quid refert quo te tramite in tutum eripias? Nullū iter ad tranquillitatē animi difficile iudicandum est, quod si sæpè idem feceris nec profeceris, scito culpā tuam esse, nec minus forsitan alienam. Magna pars litiū uulgaritū duos fontes, & si forte nocentiorē alterum, nullū habet innoxium, quāuis nempè politicū & sociale animal dicatur homo, si uerū tamē inspicitur nullum minus, uerūq; est illud Satyricū: Maiorē esse serpentū ferarumq; concordia quam hominū. Si quidē ursi, apri, tygres ac leones, deniq; uiperæ, aspides, crocodili & ad summam omne animal præter hominē, utcūq; in sua specie quiescit, interdū autē nunq; homo hominem premit semper atq; atterit, perpetuis bellis ac litibus inquietā uitā sibi præstat ac proximo. Sic enim se res habet, ut ubi maior est locorū uicinitas, ibi uideas maiorē distantiam animorum. Rara sine iurgijs ac rancore uicina est, nemo uesterū, si fallor Arabum aut Indorum regibus inuidet, Lippus est liuor, longinqua non aspicit. D. Vicinis obfideor infestis. R. Si penitus ab hac peste uis absolui, in solitudinem te reconde.

De inimicis.

Dial.

XXXII.

D O.

Inimicitias habeo. R. Fac ut iustitiæ sis amicus, nullū certius præsiditū, uerā uirtus fortunæ minus calcat ac despicit. D. Inimicitia mihi sunt. R. Et cautior eris & notior, multos inimicitia illustrant, qui obscuri mansissent si hostibus caruissent. D. Hostes undiq; mihi sunt. R. Obstabunt ne inuisibiles animorum hostes, subeant uoluptates, non tã hostes tibi fors obtulit, quā custodes, malo malū maius arcebitur. D. Hinc illinc hostib. premor. R. Illi quoq; suis premuntur affectibus, estq; apud illos ultor tuus, isq; non unus, pro te partes faciunt ira, metus, odiū, inquietudo, nec dum peracti pœnam criminis exigūt, sic interdū ultio præit offensam, & fortasse nō securā. armabuntur, laborabunt, sudabunt, astuabunt, anhelabunt, trepidabunt, & fortassis horū nihil ad te. multi sæpè grauib. odijs sibi non alijs nocere. D. Est mihi pugna cū hostibus. R. Et illis secum, & tutius aliquādo cum hostibus, quā cū uicinis pugnatur, quisquis alium odit, primū animæ suæ uulnus infligit, proximum nonnunquam suo corpori, nimia nempè cupiditas ferendi nocendiq; multos incautos nudatosq; dedit hostibus. sic semper prima pars malorū in suum

suum auctorem uertitur, interdumq; nouissima, cum sæpè interim sit illæsus, in quem pernitens parabatur. D. Undiq; mihi bella consurgunt. R. Nunquā clarior sanctiorq; fuit P. R. quā dum multis ac grauib. bellis occupabatur, pax initium mali fuit, secum namq; subijt libido, blanda hostis ac pestilens. D. Graues inimicitia mihi sunt. R. Magnæ inimicitia plerunq; magnarum amicitiarum fuere principium. D. Habeo inimicos. R. Habe & fidem simul & clementiam, de reliquo quicquid euenerit, cura saltem ut humanitate sis ac uirtute superior. sunt & sua iura cum hostibus, cum quibus ita rem gere, ut amicos fieri posse non dubites. Atq; hoc sanius consilium scito quā Biantis, qui sic amicos diligi iubet, ut inimicos fieri posse memineris. Quod dictum, quamuis ab alijs laudatum, nec mihi certè nec Tullio probatur, est enim uerū amicitia uenenum, in odio ergo cogitandus amor, nō odium in amore, longeq; Aristotelicum illud in rethoricis Bianteo consilio præferendum: Non oportet, ut aiunt, amare tanquā oditurū, sed magis odire tanquā amaturum. Quod profecto scribens Aristoteles Biantē ipsum, callidamq; eius & malio-lam sententiam notabat. D. Inimicitias habeo. R. Sed inuitus habe, & armato semper in pectore cor amicū pacis habiter, atq; ita bellū exerceas ut coactus uideare, nō forte odio succumbat humanitas, neu tam uindictæ studeas quā gloriæ aut salutis. Scis ut Romanis inuisior est Hannibal quā Pyrrhus, cum uterq; hostis & prior Pyrrhus Italiā inuaserit, at non dolendi. Omnibus euitandum modis, aut in actu quolibet uera uirtus emineat, sic ut nihil bello quaeri aliud quā pax honesta uideatur.

De prærepta facultate uindictæ.

Dial.

XXXIII.

D O.

Optatæ facultas eripitur ultionis. R. Cui peccatū eripitur, nihil eripitur, multūq; tribuitur, quædā habentib. eripi lucrū est, ea ne habeantur obstare lucrū maius. D. Facultatē ultionis perdidit. R. Fœlix iactura q; noceat amisisse. D. At optata & sperata ultione prohibeor. R. Primū erat nolle male agere, proximum prohiberi. D. Necessè est occasione ultionis ommittere. R. Si pulcherrimū uindictæ genus est nolle ulcisci, pulcherrima est necessitas non sinī, ultrō uirtutē amplecti optimū, proximum est cōpelli. D. Erepta mihi uindicta doleo. R. Veniet tēpus citò forte, quo gaudeas, neq; alter accidisse ullo uelis modo, quidā ad te coacti ueniunt, uelle incipiūt & amare, & de necessitate consensus oritur, dumq; uoluntas fieri incipit, desinit esse necessitas. D. Videbar ulcisci posse nec potui. R. Non possum malū agere, potētia magna est, nempè quæ omni potentis est propria. D. Uindicta mihi præfens excidit. R. Colubrum tibi ē manibus excidisse credito, uide ne iterum surrepat. Nil homini tam contrarium quā inhumanitas, per hanc enim homo esse desinit, idq; sic esse, ipsum nomē indicio est: nullus morbus tam contrarius, nec mors quidem, illa secundū naturam accidit, hæc autē contra. Satiare in hominē inhumanū est, quāuis meritū, non oportet exulcerati animi motū sequi, & priuati memoria doloris naturæ cōmunis obliuisci. D. Me ulcisci ueritū in perpetuum dolebo. R. Forfan in perpetuum gaudebis, quotiens putas post inimicitias depositas, & in gratiam reditum corruisse, aliquos amicorum in amplexibus cogitantes, hūc ego perditum uolui, & interdum à successu impio parum absui: o fors optima in quam piā partem consilium crudele uertisti. D. Iustam iram exequi non sinor. R. Iustā iram uix inuenias, cum sit scriptum: Ira uiri, iustitiam Dei non operatur, & rursus ab altero:

Ira furor breuis est.

Optimum igitur non irasci, proximum non ulcisci, sed frenare iram ne animum rapiat quo non decet, tertium est ulcisci non posse, etiam si uelis. D. Pulchra mihi præripitur uindicta. R. Pulchrior uenia relinquatur, & pulcherrima omnium obliuio. hæc inter omnes principes Iulium Cæsarem illustrauit, innumeræ & ingentes uiri huius uictoria, gloriosissimi sunt triumphus, incomparabilis rei militaris excellentia, altissimum ingenium, præclara eloquentia, nobilitas generis, forma corporis & inuicti animi magnitudo, cum cuncta colligeret, nil in eo clarius clementia, & offensarum obliuione reperies, quæ quanquam sibi mate iam mortis attulerit, ut iure Pacuianum illud in funere caneret:

Men

Men' seruasse, ut essent, qui me perderent:

Ex quo tamen necessario moriendum erat, potest quodammodo tali ex causa optabilis mors uideri.

De odio populari. Dial. xxxiiii. do.

Populus me odit. R. Habes quem prædixeram popularis finem gratiæ, pro dilectione odiū. D. Populus gratis odit me. R. Miraris quod sine causa odit, quod sine discretionem dilexerat, cōsequens hoc illius, unde modestia exulat, ibi regnare impetum est necesse. D. Odit me populus. R. Hæc bellua iniuriæ prompta est, segnis officio, uulgi amor leuis, odium graue. D. Populus mihi succensit. R. Ab amante plausus, ab irato populo pernitias, impar periculum ac spes. D. Populo odiosus sum. R. Nihil impetuosius stultorum turbis, ubi insaniam singulorum publicus furor, & furorem publicum singulorum rabies impellit alterq; alterum trudit, nihilq; periculosius quam incidere in illorum manus, quibus pro iustitia sit uoluntas, pro maturitate præcipitatio. D. Odit me populus. R. Non amasset utinam, ne nouisset quidem. Amor malorū odio finitur, utrunq; anceps, sola ignorantia pura est. D. Populo sum inuisus. R. Populus odiosus leniendus aut linquendus.

De inuidia, passiue. Dial. xxxv. do.

Inuidetur mihi à multis. R. Præstat inuidiosum esse quam miserabilem. D. Inuidia exerceor æmulorum. R. Et quis unquam uirtutis amicis exercitio hoc caruit; percurrere animo omnes terras, omnia secula, cunctas historias euoluere, uix insignem uirum hac immunem peste reperies, nolo nunc narrationem ingredi, quæ nos longè nimis à proposito distrahat, sed si aliquid meministi omnium, quæ legisti, non possunt ignota tibi esse, quam plurimi quorum comitatu non tantum consoles, sed etiam glorieris. D. Inuidetur mihi. R. Linque honores & officia publica, desine incessu elato & superbo comitatu per ora ciuium uolitare, sequestra te ipsum, quantum potes, ab oculis malorū inuidorum, nec uultu, nec uerbo, nec habitu, digito te notandum prebeas, Vulgus & liuor in plateis habitant, sicut & mala ferme omnia, quidam hostes nullo melius modo, quam fuga uincuntur ac latebris. D. Et profugū & latentem liuor insequitur. R. Tolle mali materiā, malū omne sustuleris, nimis opibus modū pone, quicquid eximia specie inflāmare animos potest, uel abijce uel absconde. Si quid est quo carere nolis aut nequeas, modestè utere, inuidiam quā insolentia exasperat, humilitas lenit. Sunt qui illam extingunt efficacitā quidem, sed morbo ipso peiora remedia, miseria, scilicet, & infamis uita. De quorū altero dictum est, miseriam solam inuidia carere. de altero Socraticū illud, interroganti enim Alcibiadi, quibus modis inuidiā declinaret; respondit Socrates. Et uiue, inquit, ut Theristes, cuius uitam si nescires, in Homericis leges Iliade, Ironicum planeq; Socraticū responsum, non est enim consiliū ut inuidiā uites, uitare uirtutem, fatiusq; est Achillem esse, cum inuidia, quam Theristem sine: quāuis illud constat, magnos interdū uiros, ut securi uiuerent, & uirtutem ad tempus & ingenium occultasse. D. Inuident mihi multi. R. Inuidiam nisi uel ignauia uel miseria uix euades, quam si sic euaseris, in contemptum incidet, utroq; caruisse difficillimum. D. Inuidia multorum premor. R. Est ut perhibet calandæ aliud iter inuidiæ, per excellentem gloriam, sed perrarō uestigio signatū, ita ut plures hoc calle gradientium, in id quod fugiunt relabuntur.

De contemptu. Dial. xxxvi. do.

Sed contemnor. R. Si iniuste quidē est, non inficior quod doleas, feras tamē, alioquin est, quod rideas, nihil est enim ridiculosius, sed nil crebrius, quā contemni sapientem ab infanis. D. Spemor. R. Circa hoc uerbū unū, quatuor bona esse dixere aliqui: Spemere mundum, spemere nullū, spemere sese, se spemere, hoc tibi ultimū opus est. D. Spemor à multis. R. Si à maioribus fer, si à paribus patere, illi suo iure utuntur, ferē namq; contemptui sunt minora maioribus. Hi se contemptui offerunt, & maiores fieri quando aliter

aliter non possunt, hac temptant uia. Sine minoribus, sine illos insanire, neq; magnificias contemptū, qui illis infamiae sit, tibi gloria. spreuit Achillē Theristes, de quibus modo diximus, Homerū Zoilus, Augustum Antonius, Virgilium Euangelus, Ciceronem Caluus, & q; ex Euangelio didicimus, quod quē est maximū, Herodes pessimus miserimusq; hominum *CHRISTVM* spreuit, quid uel contemptis hoc nocuit, uel cōtemptoribus profuit; D. Spemor & irideor. R. Irrisuum nescio quid & histrionicum etiam esse animis solet, eoq; magis quo minoribus, q; minus est opus alter alterū ridet. D. Spemor ab alijs. R. Recordare, an tu alios aut spernas, aut spreueris. hic est mos humanus, spernere & sperni, mutuo uos uicissim odio, mutuoq; premittis cōtemptu, & uultis alijs esse uenerabiles, neminem uenerantes. Placere uultis Deo, cuius operum nullum uobis placet, eo quo placere debet modo, in quo præclare quidem noster Cicero, si præclarum aliquid sub Deorū nomine dici posset. Minime, inquit, conuenit cum ipsi inter nos uiles neglectiq; simus, postulare ut dijs immortalibus charissimi & ab his diligamur. Illud ergo præclarus Malactiæ propheta: Nunquid non pater unius omnium nostrum; nunquid non unus Deus creauit nos; quare ergo despicit unusquisque uestrum fratrem suum? D. Spemere grauitè ferro. R. Et si nemo sperni uelit, multi cupiant timeri, multo tamen est sperni securius quā metui. Itaque quod ait Anneus in epistola quadam, Non minus contemni quā suspici nocet. Nō admitto, illud ab eodem a tibi dici rectius æstimo: Periculosius timeri esse quam despici. Proinde cum ueteri sapientū edicto, tria hæc uitanda didiceris: de quibus totidem continuis tractatibus egimus, & sint hæc uitanda didiceris: de quibus totidem ultimum quamuis ignobilis, nec deest suam omnia, haud dubiè tamen malum minus, hoc uel timor modestia, contemptus amicitijs illustrium, & honestis artibus ac uirtute. Nemo primum Bruto contemptior Romæ fuit, nemo minus postea. Age & tu bonum magnumq; aliquid, quo contemni nequeas.

De promissi muneris tarditate.

Dial. xxxvii. do.

Sero promissa cōplent. R. Quid singulariter de hoc quereris, q; omnibus est cōmunito uultis accipere, tardè aut dare, ad illud alacres, ad hoc moesti, ad illud præcipites, ad hoc segnes. Ingratitudinis duplex radix, duplex materia q; relarū, dū & illos mora, & celeritas hos cōstringat. D. Multa mihi promissa sunt nihil implet. R. Magnis promissoribus minimū fidei esse debet, nota uanitas, nota blanditiæ, nota hominum mendacia. multa tibi unus aliq; promissit, sufficit promississe, quare alium q; promissum impleat. non potest unus omnia facere, fecit hoc promissor ut eū interim diligeres. D. Quod mihi promittit nō fit. R. Duarum cupiditatum, potentior est quæ tenet, quā quæ poscit. D. O quot ille pollicitis abundabat. R. Aut iridebat, aut ad tempus diligi uolebat, ut dictum est, & forte dum tibi multa promitteret, unum aliquid à te poscebat, quod uel magni pretio mendacij benè partū æstimaret. Sæpè autem qui diuites sunt uerborum, esse inopes rerum nosse debueras. D. O quā multa mihi promissa sunt. R. Si mihi credideris, multa promittentibus nihil credas.

De repulsis.

Dial. xxxviii. do.

Repulsam passus indignor. R. Vis ne igitur quicquid poposceris adipisci, ita ut negari tibi nihil possit, uide ne intollerandæ superbæ sit hoc uelle. meminisse Magni Pompeij decuerat, quo nescio an quis maior unquam fuit, de quo tamen scriptum est:

Quæq; dari uoluit, sibi posse negari.

Quam multa Cæsaribus supra humanam magnitudinem summo etiā imperio gloriosis, negata cognouimus, & tu grauitè unam aut alteram fers repulsam; Denique quā multa quotidie Deus poscit ab homine nullius rei indigens, nec impetrat. D. Non possum equo animo repulsam pati. R. Cur petendi tibi arrogas licentiā, & negandi alijs carpi

L libertatem;

libertate? quid quod sæpe indigna petitio, digna repulsæ præbuit materiã, quid quod sæpe etiam petenti repulsæ utilis fuit, cui quod petierat impetrasse, dānosum erat. D. Iniustā patior repulsam. R. Si iniusta est repulsā, iusta ergo petitio, gaude cuiuscumque potius culpā esse quā tuā. D. Vnde nō merui repulsam tui. R. Multi se magna meritos putant, unde penitus nil meretur, hinc repulsæ dolor, hinc quærelæ istæ, quibus orbis terræ & omnis uita hominum plena est. D. Pudendam patior repulsam. R. Pudendū nihil præter culpā, quæ pudorem tibi inferre potuit, quod tu non erat arbitrii. D. Repulsam patior unde non credidi. R. Credulitas incerta est, certa autem res, non posse quod petitur negare, non est liberi, sed serui, non posse repulsam pati, non est ciuis sed tyranni. D. Optatæ speratæque rei passus sum repulsam. R. Si quicquid sperant cupiuntque homines assequerentur, dii essent omnes, tu uero ut indignationes multas ac dolorem fugias repulsarum, disce optare possibilia & honesta, non assequi uelle quicquid inconsultus & inexplebilis appetitus optauerit, quicquid spes una suggererit. D. Non tantum repulsus ego, sed indignus mihi antepositus fuit. R. Et quotiens indigni dignissimis præferuntur, & quotiens indignos indignissimi iudicant, alienarum seuerior, suarum quisque fauorabilis rerum iudex, multi se indignos dicunt, pauci credunt. D. Paruæ rei patior repulsam. R. Multis parua negata magna ultrò oblata uidimus, si repulsis compensentur munera, fortunæ lances æquabunt, sed uos illas indignatione augetis, hæc obliuione atque dissimulatione minuitis. D. Dignus eram, ut arbitror non repelli. R. Ut sit ita, an tu omnia pro dignitate hominum dari existimas ac negari? utinam ita esset, ut & plures bonos spes præmij, & pauciores malos faceret metus pœnæ, sed non ita est. Amor, odium, spes, cupiditas, affectus incōditi, cuncta permiscuere. In te uno fortunæ stilū publicū uis mutari, & nō te potius ad cōmunē cursum humani moris inflecti. D. Quanto indignior mihi anteponi cōpetitor. R. Et Lucius Flaminius mox ob indignū facinus iudicandus, & ordine Senatorio amouendus, Scipioni Nasicæ prælatus fuit, uiro omnium optimo, Senatus & populū sententijs iudicato, et Vatinius Catoni, illaudatus laudatissimo, non solum populū amicorum simulque hostium iudicio, sed toto etiam Ciceroniano uolumine, quid hic dicis: ut sint grauia, non sunt noua quæ pateris. D. Multum sperabam, modicam non mereor. R. Ut multum quoque merearis, dixi iam, non omnia pro meritis dari, quid quod semel negatum, eidem idipsum mox concessum uidimus, quod in ipso de quo loquor Scipione accidit, repulsarum duritiem sæpe pertinax uirtus infregit, testes sunt Aemilius Paulus, Metellus Macedonicus, Lucius Mumius, qui Cōsulatus repulsam passi omnes, iidem speciosissimis consularibus ac triumphis postmodum honestati, suis ciuibus quibus contemptui fuerant, spectaculo fuere, nunquam ad id peruenturisi repulsas populū lamentis potius acerbare, quā uirtutibus superare uoluissent. Lucius Sylla, quamuis in finem ciuilibus discordijs irritatus, famam suam nota crudelitas infecerit, nobilitate tamen & gloria insignis ciuis, non Cōsulatus sed Præturæ, tanto minoris rei repulsam cum tulisset, summam Reipub. post adeptus, & præturas & Cōsulatus & imperia, non tantum consequi potuit, sed donare. Non debet repulsam spem auferre, sed asserre sollicitudinem ac uirtutem acuire, quæ nil tam asperum quod non leniat, idque etiam si quando non fecerit, non tamē idēo deserenda est, ne propter se ipsam suumque propriū finē culta uideatur. denique hi repulsas suas forti animo tulere. At Publius Rutilius repulsam fratris audita, quam erat passus in petitione Cōsulatus, statim morte obiit repentina. Elige utrum sequi malis.

De iniusto domino.

Dial. XXXIX. D O.

Iniustum dominum patitur Respub. R. Sed fortassis id merita, & id sceleris scelus est debitum, non solum apud inferos, sed ubique fieri iudices, ubique iustitia suum opus exercet, & si sapius cunctetur interdum properat, uerumque re ipsa fit quod scribitur, utique est Deus iudicans eos in terra. Dæmones ex hominibus fieri, quidā opinati sunt, perpetua criminū licentia peccandi que libidine, quod ut fortē tollerabiliter dictū sit, malarū uoluntatū similitudo effecit, qua homo malus, atque in malis obstinatus penē dæmonē æquat.

Cui

Cui sententiæ, si recipitur, illud fortassis nō dissonū fuerit, ut permissu diuinæ iustitiæ dæmonē dæmon premat. qua in re illud duntaxat, ut uidetur, est miserū, quod nōnunquā sceleratorum supplicijs miscetur innoxij, & nimis uerum crebrumque cōprehenditur illud Flacci:

*Sæpe dies pariter neglectus incesto,
addidit iniegrum:*

quod ipsum non sine certa, licet uobis occulta iustitia Dei, fieri, indubitata fide credit. D. Crudelem dominū perpetimur. R. Crudelitas mala quidem, & naturæ hominū aduersa, sed utile uitij, & lasciuienti populo, frenū, pauor, undecumque oriens. Amare in seipso expedire timere, quicquid quidē sit: nemo tam trux dominus, ut nō truculētior sit uoluptas, prosperitatis comes ac filia, malè agentibus nihil peius quā securitas ac libertas, qui nihil metuit, proximus est ruinæ. D. Iniquum dominum infausta plebs patitur. R. Nullus, mihi crede, misera in plebe miserior quā Tyrannus, quod si dubitas Dionysium contemplant, ille uir improbus nec indoctus, de seipso suaque Tyrānide quid sentiret, aptissimè pendens supra amici uerticem gladij cuspidē, declarauit. Nota est historia. Timet plebs Tyrannum, & Tyrannus plebē, sic reciproco pauore se cruciant, hoc refert, quod misera plebis apparet, & Tyranni latet. Non minus tamen affligit purpureo uelamine tectum uulnus, neque minus aureæ grauāt compedes quā ferreæ, eit & lina, ut in sordibus, utque in fumo, sic lautitij ac splendore miseria. Aurea quidem tyranni uestis extrinsecus, obuerte illam, ardentibus intus aculeis plena est, ita ut uides non penitus aut impune sauiunt tyranni, aut inulta plebs premitur. D. Inclementissimus nobis est dominus. R. Non tot passim essent domini, nec tam late furerēt, nisi populū insanirēt, & cuique ciuū pro se charior foret res priuata quā publica, uoluptas quā gloria, pecunia quā libertas, uita quā uirtus. D. Vnum dominum serua fert patria. R. At non unum, sed triginta simul, illa legum nobilis mater Græciæ quæ lumen alterum Athenæ. D. Patria dominum unū fert. R. Multos autem Roma, quis Caligulas nesciat ac Nerones, & Domitianos ac Commodos, & Heliogabalos & Bassianos & Gallienos, ac ne singula imperij probra exequar, Maximinos & pietatis hostes Iulianos ac Decios, Sardanapalum Assyria pertulit, Cyrum Persis, Alexandrum Græcia, atque Asia, Reges dictos, Verè autem tyrannos acerrimos & immites tulit, & Dionysios Sicilia, Phalaridem, Agathoclem: Lacedæmon Cleomenem Nabidemque quæ Argi quoque perpersi, foemineamque uxoris auaritiā, quæ uiro ipso rapacior in sexu suo tyrannidem miris modis exercuit, sed quo feror? quis aut ueteres aut nouos numeret tyrannos? qui tam multi hodie, tamque altè, hinc suis opibus ac potentia populorum, illinc moribus atque dementia radicati sunt, ut nec numerari iam ualeant, nec conuelli, neque minus apud uos quā apud Aegyptios aut Medos libertate pessundata ac sepulta, uersa seruitus in naturam sit, sic ut pars maior populorum Tyrannum si non habeat, quæ situra precario seu pretio emptura uideatur, usque ad eō patres uestros esse quod nati erant puduit, uos enim penè omnes in seruitio nati atque educati, ut doloris antiquæ, sic nouæ quærelæ materiā non habeatis. D. Potentis domini graui premitur iugo. R. Aristophanis Poëtæ utilis fabella, quæ monet non nutriendum in urbibus leonem, tamen si nutritus fuerit, obsequendum illi esse, nec Tyrannidis naturale malum impatientia cumulandum, quanquæ ipse feceris potentiam detractandum, raro equidē tyrannis absque culpa ciuū surrexit in populo. Vetus est autem uerbum. Ede quod in tristis. D. Dominum importunū patimur. R. Si omnis potestas à Deo est, seu ad bonorum exercitium, seu ad malorū pœnam, par est ut diuino imperio te subiectum sentias, nō humano, cuius si minister immittior uidetur, patientia fortassis efficiet ut mitescat. Vix est enim ullū tam ferox ingenij, ut nō obedientia & obsequio leniatur, uel ferendū denique, uel ponendū est omne quod premit, nempè nihil est tertij præter impatientiā, quæ ut dixi, molesta nō minuit, sed acruat. D. Malus nobis est dominus. R. Omnes uos unū habeatis notū hostē, unus ille multos habet incognitos, periculosior status. D. Dominus nobis est pessimus. R. Sed nō erit diū si bene Philosophis uisum est, uolentū nihil esse diurnum, et sanè si uel unū patriā ciuem bonum habeat, malum dominum diutius non habebit.

L 2 De indocto

De indocto præceptore. Dial. XL. DO.

Est mihi præceptor indoctus. R. Et si doctum facere non possit indoctus, uerumque sit commune illud signum, scientis est posse docere, sub indocto tamen præceptore, doctus aliquis fieri potest, uel per seipsum, uel quod est uerius, influentia coelesti atque inspiratione. & ut Ciceronis utar uerbo, aliquo afflatu diuino, sine quo nec doctum certe, nec bonum uirum fieri posse credendum est. hoc enim non solum uera religio sentit, sed gentilis quoque Philosophia consentit auctoritas. D. Indoctum præceptorem nolens audio. R. At coelestem præceptorem audi libens, qui fecit aures tibi, non has tantum quas uidemus, sed inuisibiles alias intus in anima, illum audi, qui docet hominem scientiam: sicut scriptum est. quo insuper tacente, frustra præceptor, quicumque mortalis, quamuis doctissimus laboraret. D. Præceptorem indoctum ægre fero. R. Vel ab illo fugiens alium quaere, uel ad teipsum redi, & memento Epicurum sæpe à Cicerone licet irrisum, uisum tamen Senecæ magnum uirum, non indoctum modo præceptorem habuisse, sed nullum, ut gloriabundus idem ipse commemorat. Augustinum uero quod de seipso testatur, cui non omnia credere nefas est, et Aristotelicas cathedras, quæ inter difficillima numerantur, & artes liberales quas singulas à præceptoribus didicisse magnum ducitur. nullo hominum tradente, ut idem ait, omnes intellexisse. nouissimumque Bernardum, utrum doctrina & sanctitate clarissimum omnes suas literas, quarum inter cunctos sui temporis abundantissimus fuit, in syluis & in agris didicisse, non hominum magisterio, sed meditando & orando, nec ullos unquam alios, ut de se etiam ipse ait, præceptores habuisse, quæ quercus & fagos. hæc si facta sunt, cur non iterum fieri possunt? quod nisi sic esset quid fecissent primi hominum, quibus nec præceptor ullus erat, nec reperti aliqui? mirando igitur, cogitando, assurgendo, & ingenium acuendo, ea ipsa quæ uos cum omnibus præceptoribus uestris uix intelligitis inuenere. Aude & tu aliquid, teque magnis inferere ne diffidas, si mortalis defuerit, æternus aderit præceptor, à quo sunt omnes, & omnia ille fecit, & ingenia & scientias & magistros.

De discipulo indocili ac superbo.

Dial. XLI. DO.

Discipulum habeo indocilem. R. Perdis operam, littus aras, femina proijcis, natura non uincitur. D. Discipulum indocilem fors dedit. R. Terræ aridæ colonus, solue boues, quid te torques? illi parce & tibi, cum tot sint labores necessarij & inuitabiles, superuacuos quaerere stultitia est. D. Discipulum habeo literarum indocilem. R. Si docilis est uirtutum, illic instat, melioribus illum artibus ornaueris: quod si neutrum capit, uacuum sine, neue quid in pertusum uas effuderis, quod neque ibi subsideat, teque iugi tædio exhauriat. Sic habeto enim. omnes qui sunt, qui que erunt, aut fuerunt uirtutibus aut doctrinis clari, non posse unum ingenium accendere, nisi aliqua intus in animo scintilla sint, quæ præceptoris spiritu excitata & adiuta, generosum disciplinæ fomitem arripiant, alioquin algidum in cinerem, ne quicquam flabis. D. Intractabilem discipulum ac superbum habeo. R. Superbia hostis ingenij est, dumque subesse dedignat, & discere negligit discipulus insolens, ægre manum ferulae subiiciet, doctrinæ animum reprehensionibus aurem, collum iugo. D. Habeo prosperitate tumidum discipulum. R. Sicut tumor oculorum uisui, ita tumor animi ingenio nocet, ut disciplinæ aditus fiat, comprimenda est omnis elatio. Scis ut Alexander Macedo, cum aliquando Mathematicis animam applicasset, & Geometrica sibi quædam obscuriuscula traderentur, difficultatibus offensus præceptoris imperat, ut id ipsum clarius tradat. & quid ille respondeat. Hæc, inquit, æque omnibus difficilia sunt, ut scilicet omnem illi spem regij fastus excuteret, sic est enim hercle, nullæ sunt fortunæ partes in ingenij rebus, quisquis doctus ac sapiens fieri uult, obliuiscatur interim se potentem. D. Discipulum rudem elatumque habeo. R. Contra uentum aduerso flumine nauigas, contrahe carbasa, terram pete. D. Contumacem habeo discipulum proteruumque. R. Non harenam tantum

tantum fodis, sed serpentem nutris, aconitum excolis, hostem doces. D. Duræ discipulum certicis instruo. R. Surdo canis, sed sic est, hos clamor, hos silentium delectat. potentissima semper in rebus omnibus consuetudo est, uide ut piscator tacitus, clamorosus uenator, at clamorosior aliquanto scholæ arbiter quam syluæ. D. Duricordem discipulum natus sum. R. Sæpe facilis uris caput mollis quam hominis, quid uis autem? est in fabulis lupum ac uulpeculam literas didicisse, nam elephantis studiosi non anilis fabula est, sed naturalis historia. et hic tuus forsitan studio naturam leniet, apud me autem, una feræ pastoris ac præceptoris uita est, mirum nisi uterque tandem à conuictu mores traxerit. Ille belluas regit, hic pueros.

De nouerca.

Dial. XLII. DO.

Nouercam habeo. R. Ergo & patrem, sic sunt feræ res humanæ, ut tristitia lætis, & amara dulcibus temperentur, atque utinam ex æquo impermixtum hic dulce non habitat. D. Iniusta mihi est nouerca. R. Non inepte Virgiliano epitheto uteris, quæ tamen illa iniustior tibi, tantò in illam ut sis iustior enitere. D. Nouerca mihi superbissima est. R. Et foeminae proprium superbia, & nouercæ est, si geminae causæ unum pariunt effectum, non est quod stupeas, est quod feras teque & priuignum simul & filium bonum probes. D. Superbissima est nouerca. R. Nulla remelius quam humilitate uincitur superbia. D. Nouercam ferre nequeo. R. At fer patrem, si hunc ualde diligis, facile illam fers. D. Nouerca impia atque importuna est mihi. R. Esto illi pius ac patiens, pietatem patri debes, patientiam foeminae, reuerentiam nouercæ. D. Insolens est nouerca. R. Noli pati ut potentior sit illius insolentia, quam pietas tua. nihil durum, nihil arduum est pietati, hæc ad Deum homines erigit, Deumque ad homines inclinat, quotiens nouerca saeuierit, non tu illam, sed patrem cogita. G. Iniuriosa est nouerca. R. Muliebres iniuriæ contemptu melius quam ultione plectuntur. D. Grauem patior nouercam. R. Bene ais patior, succumbere enim, & mulierculam pati non posse, non est uiri. D. Odit me nouerca. R. Ipsam ama, nam & inimicos diligere, Diuinum est præceptum, & amare ut ameris, Philosophicum est consilium. D. Nouerca me odit. R. Si patrem tuum amat satis est tibi, odisse patris amatricem filio non licet, sin & illum odit, quem non oderit? nam & si alterum plus quam uirum amat, tu ille ne fueris. D. Nimis me odit nouerca. R. Minus malum forsitan nouercæ odium, quam nimius amor, Phædræ nostri & Hippolytæ, certe odium quod ulcisci nefas leniendum, aut fugiendum aut ferendum est, nihil est quartum, querelæ sæpe odium exaggerant.

De duritie paterna.

Dial. XLIII. DO.

Durum patior parentem. R. Durities patris sæpe filio salubris, semper damnosa mollicies, non linguæ tantum, sed nec uirgæ parcendum docti consulunt. His duobus animorum iuuenilium constat in primis cura, quæ si frustra sint, grauioribus morbis, grauiora remedia adhibentur, abdicatio & carcer, quin & more ueteri Romano, ad extremum supplicia & mors, quod non Consules modo & duces, quibus imperium in omnes publici consilij præstaret auctoritas, sed priuatos illos præcos ac seueros patres, quibus sola patria potestas ius in filios daret, sæpe acerrimè obseruasse legimus, in quibus maxime Cæsij ac Fuluij nobilitata seueritas. I tu, nimis blandum patrem, dic durum. D. Patrem patior durum. R. Quale putas ille te passus est puerum, qualem uide deinceps adolescentem? difficile id quidem persuadere his sibi ualde placentibus, sed crede mihi, nihil durius, quam ætatis illius inconditos mores pati. D. Patior durum patrem. R. Quid si durus es filius? dura duris efficacius leniuntur, & sæpe medici mollioris deformior est cicatrix. D. Patrem durum habeo. R. Si pater uerus est diligit, & si diligit non quæ mulceant, sed quæ profint cogitat. D. Durissimus pater est mihi. R. Quæ tibi durissima, illi forsitan utilia uidentur, cui & certius iudicium & incorruptior est effectus. Adolescentia non nisi quæ sub oculis sunt metitur, ætas maturior, multa circumspicit. D. Pater est mihi

est mihi durissimus. R. Vide ne tu illi durior, ut dū ille dedecori tuo obstat, tu illius uitā perditis moribus inquietes. D. Perdurus pater est mihi. R. Qui salutē filij negligit, ille demum durus est pater, & si fronte mitissimus, at qui filium ad rectum iter trahit ope consilioque adiuuans, & sæpē uerborum, sæpē rerum stimulis impellens, sæpē uel tardum increpitans, uel inuitum cogens, quāuis seuerior sit aspectu, durus est minime. Fru. ctuosior filio seueritas, patris solet esse, quā comitas. D. Durus est pater. R. Su. percilium paternum, zelus, dolor, metus, ætas exculant. D. Durum patrem ægrè fero. R. Quid si quod multis sic affectis iure accidit, ferre duritiam cogaris alterius, quid si ipse contumacis filij pater esse incipias? tunc intelliges quā suaue patris iugum, & quā iustum sit imperium, nunc non nisi unum intelligis quod delectat, in quē hoc uno, iudicium tuum habes, non delectatione animi, sed titillatione sensuum circūuentum. D. Durus mihi pater est. R. Ut sit durus, illū tibi non te sibi iudicē dat natura, quā secuta lex ciuilis, castigatores parentū filios erubescit. Pudeat te audere, quod ulli filio licere legē puduit, sine de te iudicet, qui te genuit aluitque, tu de illo iudicium linque alijs, patremque si ueræ laudis non est capax, decoro saltem silentio. D. Durus pater est moribus. R. Nō arguendū mores patrum, sed ferendi sunt, nihil turpius in Alexandro sonat, quā quod nō dicā patrē cōiūctis attemptasse, sed paternis laudibus inuidisse uisus est. De patre uel gloriosè loquendū, uel tacendū. D. Habeo durū patrē. R. Habes ubi amorē, ubi pudorē, ubi patientiā, ubi obedientiā tuā, pbes, nullū in terris imperiū iustius quā patris, nulla honestior seruitus quā filij, nil tam suū cuique est, quā filius patri, nil cuique indignius eripit. Sed uos precipiti ac intēpestiuo desiderio subesse nati cōtēnitis, pesse cōcupiscitis, sic & patribus uos aufertis, & patrū ante uobis imperiū usurpatis. Duplex indignitas, ita fit ut insolentia iuuenilis undique rerum turbet officia. Hinc fortē prohibiti de patrum asperitate quærimini, uestro digni iudicio, quibus omnia liceat, ob id unum, quod nati estis, & placere uobis ad speculum didicistis, tum demum cū præesse cœperit sensuri, quā id uobis turpiter ante tempus optatū esset. D. Rigidus pater est mihi. R. Quid si pius est rigor, pater filio rigidam pietatem, patri filius obsequium reuerens, obedientiamque humilem debet: de Manlio Torquato in historijs, & apud Marcū Tullium legisti, ut perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium fuit, uulgi fortē iudicio reprehensus, in altero ab incorruptis æstimatoribus in utroque laudatissimus: tanta diuersitas rerum est. D. Pater durus est mihi. R. Serò bona uestra cognoscitis, o mortales, at cum nosse cœpistis, nimis agnoscitis, hinc & p̄sentia fastiditis & amissa lugetis, alterū superbe nimis, alterū nimis humiliter, & ubi agēda grates, & ubi habēda patientia, utrobique querimoniarum, nusquam æquanimitas, sic in Deū atque homines grati estis? D. Durus est pater mihi. R. Veniet tempus quando hūc ipsum patrem suspires, nec respōsurū uoces, et qui nunc uidetur saxis durior, plamis mollior uideatur. D. Durum patrem habeo. R. Patrem dum habueris non agnosces.

De contumaci filio. Dial. XLIII. DO.

Habeo filiū contumacē. R. Aequū est ut qui patrē ferre non poteras, filiū feras, uti que sarcinā grauiorem, magis animum premit pūgitque acrius superbi filij uerbū tuū irreuerentius prolatum, quā seueri patris quæcumque durities. Ille enim iniuriam facit, hic iure suo utitur. D. Filium habeo rebellantem. R. Impudenter de minorū rebellionē conqueritur, qui maiorum iusta contempnit imperia. D. Filius contumax est mihi. R. Tandē fortassis intelligis, quod tuus ille tā durus pater uisus est tibi. D. Filiū patior insolentē. R. Si ætatis est, uitiū, cū ætate trāsit, multorū ferox adulescētia, progressū rēporis, ad uirtutē mirificis protractibus flexa est. D. Rebellem filium habeo. R. Non solus, et Dauid, & Mithridates Ponti rex, & Seuerus imperator Romanus rebellantes filios habuere, & multis post seculis Britānici pacē regni ut fama loquitur, turbauit regij adulescentis in patrē concitata rebellio, sed quisquis sua deflet incōmoda, nullus aliena uel publica. D. Impius ac rebellis est filius. R. Magna tibi portio paternæ molestiæ dempta est, mortem filij timere. D. Habeo ignauum & inertem filium. R. Nescis ut

Africanus

Africanus ille uir magnus, dissimillimum filium sibi longeque degenerem amauit unice. et profecto maior non dicam amor, sed miseratio debetur ei, quem minus adiuuat natura. nullius rei eget qui uirtutum diues est, quarum indigentia uere miseros ac proinde misericordiarum egentissimos facit, tu in filio & si non uirtutem, ama quod filius, si ne id quidem, at quod homo est, postremo si nihil est, quod ames, miserere. Proprium patris, ut seueritas, sic misericordia est. D. Perdite filius est uitæ. R. Ponderis infaustum, eoque grauius, quod dum ferri potest, nequit abijci, perfer, & qua datur corrige. sic enim aut filium curaueris, aut certe patris officium egeris, hoc tibi debitum, illud optabile. D. Impius, inhumanus, intractabilis est filius. R. Siquidem mollities ac uoluptas in perfidiam ac scelus eruperint, uenenosum animal exigendum domo est, neque ubi, sed quid natum æstimandum, & in syluis ortas auiculas pascitis, & domi natos scorpiones occiditis. D. Impius filius est mihi. R. Periculosa seponere, antequam noceant sapientis est, non te pietatis umbra decipiat, nulla impio debetur impietas, est ubi sit crudelitatis species pium esse, sed dum aliquid uel minimum spei est, semper ad misericordiam inclina, mementoque te patrem esse, non iudicem, neque hic tibi Terentianum illud excidat:

Pro peccato magno paululum supplicij satis patri.

De discordia fratris. Dial. XLV. DO.

Habeo discordem fratrem. R. Quid autem ille? ne igitur te concordem habet, una nimis fraternitas. quæ unum ex duobus facere debuit, in duo non iam diuersa, sed contraria penitus que pugnantia scissa est. Graue sed antiquum malum, quod & mundus, & mundi caput ab initio habuere, siquidem uetus urbis Romæ, sed uetustior orbis infamia est, fraterno sanguine maduisse. Tu quod in singulis paribus fratrum uides, & altero, quin etiam adhuc solo, in uno tot millium, quid stupeas non habes. D. Est mihi discors domi frater. R. An & hoc miraris esse magna in domo, quod in ipsius materni uteri fuit angustijs, ubi olim, & si maioris mysterij uelamentum esset, certe non discordes tantum fratres legimus sed bellantes? Est ne igitur nouum, si armati faciunt, quod non nati solent? D. Nulla mihi apud fratrem gratia est. R. Multo prius hoc in scholis edoctus, quā domi expertus esse debueras, prouisa uero nec quærimur nec miramur. D. Odiosum fratrem habeo ac discordem. R. Ut ferme nullus amor æquior fraterno, sic nullum ubi inceperit iniquius odium, nulla acrior inuidia. sic paritas incitat animos atque incendit, cum cedi pudor, & amor excellentiæ, eo ardentior quō incunabulorum recordatio, & quæcunque beneuolentiam paritura uiderentur, ubi semel à recto calle deflexum est, odium et contemptum pariunt: hic natura rebellantis ardor animi, optime quidem pro obsequio atque humanitate placabitur. Vix est enim tam immitè nullum, tamque asperum ingenium, quod non tandem molliat uera, ac iugis humilitas uerborum & rerum omnium lenis & non ficta retractatio. Sin id seruum atque inualidum deprehendas, seorsum huc tu cogere, tuum ipse animum non potes, quo honestè quidem atque utiliter cogere, tunc antequam in prinitie res erumpat, ultimo remedio utendum erit, extirpanda mali radix, & discordiarum mater appellenda cōmunio, in quo ita te facillè præbueris, ut quantum iuri tuo demptum, tantum uirtuti famæque additum inuenias. Impiæ ac superbiæ cupiditatis aculei, nulla re melius, quā pia & miti liberalitate franguntur. Bonum aurum quo pax domus & charitas fraterna redimitur, uetus ualdè, nec uerum minus est uerbum, magnam discordiarum bellorumque materiam, duo hæc esse pronomina, Meū & Tuū, quæ si de uita hominum tollerentur, haud dubiè tranquillius uiueret.

De amisso patre. Dial. XLVI. DO.

Patrem amisi. R. Iustum est ut quem præsentem quærebaris, absentem quæras nec inuenias, nihil æquius quā fastidita imperia frustra optari. D. Pium patrem amisi. R. Pium ille filium dimiserit, gratulare autē seni tuo, illud tandem illi accidit, quod semper optauerat, te incolumi rebus humanis abijit. D. Pium patrem perdidit. R. Pius filius, nullā magis ob causam fortuitos casus timet, quā ne qua sibi incidens calamitas patris ani-

L 4 mum

mum mœrore cōficiat, tuo iam tantū periculo securior uiues, non erit quē rumores de te impugnent, quē tua frangat aduersitas, quem tuæ debilitat ægritudo, quem tua mors perimat. D. Patrem amantissimū amisi. R. Incipias de alijs curare, q̄ de te curet amplius non erit pietatē ab altero tibi exhibitā repende alteri, rarō illi rependitur, cui debetur. D. Piū patrē miser pdidi. R. Si pietatis ratio tibi cōstat, solare fortunā tuam recordatione p̄teriti tēporis, coluisti parentē, & dum licuit pia semper in illū officia cōgelsisti, pater obiit, pietas uiuit, alioquin est fateor, unde perpetuo mœstus sis. D. Pater me moriens destituit. R. Fer naturæ ordinem prior, exijt qui prior intrauerat, nec te ille destituit, sed præcelsit. D. Amisi patrem. R. Nescis quid sit patrem amittere, nisi filium habuisti.

De amissa matre. Dial. XLVII. DO.

Matrem perdidit. R. Altera tibi superest mater quam non pdes, & si uelis ex illa ueniens, in hac pergis, illa tibi paucorū mensium domum dedit, hæc multorum dabit annorum, illa dedit corpus, hæc aufert. D. Mater obiit mitissima. R. Mater subsistit durissima, quæ te & matrem quam requiris, in uno gremio seruabit, cuius in utero tecum erit, te & illam ut credimus, die ultimo paritura. D. Pia me deseruit mater. R. Deseri metuens festinauit, gratam quē illi suam mortem fuisse credibile est, tuam non uisura amplius, atque unde maximè metuebant securitate parta. D. Defuncta est mater optima. R. Fœliciter hæc excelsit, te superstiti, quo præmissio, ut fœminei sunt affectus flebiliter abiisse. D. Obijt mater. R. Obeundum erat, id quē ambobus, nec de morte quæri potes nec ordine.

De amisso filio. Dial. XLVIII. DO.

Sed amisi filium. R. Melius dic, præmissio, securus cirò quidem, & fortassis hodie, & quid scimus an hac ipsa hora, nulla fides uitæ est, cū tanta sit fides morti. securus dixi, sequens dicere debui, continue sequeris, nisi quā in uitā pedē figere permissum homini, uno semper gradu itur ad mortem, mirum dictū, seu ille uinctus, seu solutus, seu stās, seu ambulans, seu sedens, seu sanus, seu æger, seu uigilans, seu sopitus ad metā fertur, atq̄ illorum more qui uehuntur nauibus uel quiescens properat. D. Amisi filij desiderio ex crucior. R. Cōpescce animū, quoniam quē cupis inuenies, nulla est mora, non posse pati desiderū parui tēporis, puerile seu fœmineū est, uiro enim nihil breuē, difficile. Nostri credo quibus uerbis desideria huiusmodi apud Platonem Socrates, apud Ciceronem Cato & Lelius consolentur, uirtute quamuis & gloria supremi uiri, hac spe tamen longè impares. Nostri præterea quid animi Aemilius Paulus, quid Cato ipse, quid Pericles, quid Xenophon ille Socraticus condiscipulus Platonis atque æmulus, quid innumerabiles alij natorum in mortibus habuere. Nec te præterit, ut Propheta idem & rex, filium quē languentem fleuerat, non fleuit extinctum, cogitans quod irrecuperabilia lugere, superuacua dementiæ uerius quam pietatis est. Quibus se uirilibus exemplis interlerit, Spartana illa mulier, apud scriptores quidem innominata, sed non pariter illaudata, quæ audito quod filius in prelio excidisset, Ideo ait illū genui, ut esset qui mori pro patria nō timeret, par Liuiæ uirtus maioris quē Cornelie, sed clariora sunt nomina, quarum prior ingentis nati, & ad summum spectantis imperium, ut terræ traditus fuit, luctum mox deposuit, nunquam uerò memoriam intermisit: altera filijs multis, immò omnibus amissis, quorum aliquos à populo interfectos inhumatos quē conspexerat, commiserantibus & illius sortem fœmineo more deplorantibus, miseram quē uocantibus: Non se miseram, sed fœlicem esse, respondit, quæ tales filios genuisset. Insignis mulier, nec plentibus misera, & p̄terito etiam fœlix, q̄ contra publicā opinionē & cōsuetudinē miserorū, se fœlicitate p̄terita, & læti tēporis memoria solare, grata quē habuisset, quæ amississet æquanimis, ob hoc unū digna uti p̄speciore successu, et illa quidem mulier, tota grauibus fortunæ uulneribus inconcussa p̄mansit, tu uir unico deiectus lugens. D. Amisi filium. R. Amisisti simul & metus multos, infinitam quē materiam sollicitudinum & curarum, quibus ut careres, uel tibi uel filio moriendum

moriendum fuit, securum patrem sola mors facit. D. Filium amisi. R. Si pium, nil est quod illi metuas, in tuto est, at si impiū, tuorum numeratorem annorum, tuæ stimulum senectutis extulisti. D. Filium perdidit. R. Si uirtute præditum, gaude quod habueris, at si uitio præditum, graue saltem quod amiseris, utrobique naturæ beneficium agnosce, seu quod talem dedit, seu quod talem abstulit. D. Ante tempus mihi filium mors rapuit. R. Non sit antè tempus, quod in omni tempore fieri potest, in omnem ætatem multi sunt aditus morti, in adolescentia infiniti. D. Sine filio remansi. R. Et sine angoribus, & sine paucibus, iam nō erit cui noctes insomnes, cui sollicitos dies agas, cui spes longas atque inextricabiles ordiare, qui canos tuos rugas quē consideret, hæreditatem ætati met, sumptus arguat, moram mortis inculcet. undique tibi securitas & quies, geminum bonum ingens, titulo licet mortis asperius. D. Acerba filij morte deiectus sum. R. An non Anaxagoram audieras, an oblitus eras, te genuisse mortalem, an id potius forsan iuges, quod qui sequi debuerat antecessit, e quidem cum in multis inordinata uita hominū sit, nullum penitus mors habet, & senes decrepiti cunctantur, & festinant iuuenes, & præcipitant pueri, & infantes primo uitæ de limine retrahuntur. hic tardius licet, ille ociosus, hic maturus, ille acerbus, nemo non moritur. hæc summa est, ubicunq̄ uerò hoc qualibet ætatis parte, quis obierit & si acerbus fuerat, morte maturuit. D. Extinctum fleo filium. R. Si fleturus eras morientem & nascentem flectes, tunc mori cœperat, tunc desijt. noli autem tuam & illius sortem optimam lugere, ille iter ambiguum a tergo habet, tu securum ante oculos, non iam amplius, aut caro oneri timens, ut Maro ait, aut alteri. D. Cum filio uitæ dulcedo omnis extincta est. R. Magnum fateor ac dulce solatium patri filius bonus, sed sollicitum ac graue, & sæpè dulcissima offendunt, & charissima impediunt, & pretiosissima rerum premunt. Et fortassis hic filius obstabat altiora animo uoluenti, iam mœstior licet ac liberior factus, assurgē bona de malis elicere sapientis est. D. Mors me filij mœstum fecit. R. At quod restat alacer exige, illi uixeras, uiue iam tibi.

De infantis filij casu misero. Dial. XLIX. DO.

Infantis filij miserabilem casum fleo. R. Humanum nihil flendum, homini præmeditata omnia esse debent, si non sunt. Non casum filij, sed inscitiam tuam desse, & conditio nis obliuionem. D. Filij infantis miseram mortem quæror. R. Nulla mors misera, quam mors animæ non sequetur, à quo periculo infans tuus immunis est. D. Infans meus præcipitio periit. R. Qualiter quis pereat, quid refert, modò ne turpiter pereat & perire turpiter non potest, qui sine peccatis periit. D. Præcipitio periit infans meus. R. At Archemorus serpente, alij grauidæ lacte nutritis, alij morbis, quæ penè plures illā in ætatē, quā in senectutē incidūt. D. Periit infans meus præcipitio. R. Repentina mors innocētibus optanda, nocētibus metuēda est. D. Infans meus ex alto præceps periit. R. Languidæ pereuntibus, mors durior, sæpè & angustia longiores, dolor omnis eò tolerabilior quò breuior. D. Periit præcipitio infans meus. R. Præcipitari & ruere illius ætatis est proprium, fecit infans tuus quod faciunt omnes, & si non omnes casu pereant. At tu sine illum perijisse, pereundum erat, & fœliciter secum agitur, prius pereundo, quam uitæ malis implicaretur, quæ quàm multa sint, sciunt experti & intenti, nemo enim non expertus est, non intenti autem, multi qui quasi somnium uitam agunt, cuius reminisci nequeant experrecti. Periit innocēs infans tuus, qui fortasse si uiueret, nocentissimus perijisset. Noli illū in tuto positū deslere, fortunæ minas omnes euasit, & præoccupauit. D. Lupus meū deuorauit infantē. R. Ista iam uermiū est querela. D. Infantis miseri corpusculū, lupus rapuit in cauernam suam. R. Fœlicis animam infantis, in cœlum angeli rapuere.

De filio qui alienus inuentus est.

Dial. L. DO.

ET (quod morte grauius) qui meus credebatur alienus est filius. R. Si ad cōmunem spectaretis patrē, Comici consilio, humani nihil à uobis alienum putaretis. D. Diu

alienum filium ut meum pavi. R. Suum filium pavisse natura fuerit, alienum charitas, modò post factum non poeniteat sed delectet. D. Filius ille meus dictus alienus apparuit. R. Aperta tibi ad magnum & singulare meritum uia est, si hunc ipsum, ut hactenus, sic deinceps quasi tuum paueris: id illi quidem longè gratius atque acceptius Deo erit, solent enim ingrati filij, ceu sibi naturali quodam iure debita patrum alimenta contemnerent, & præterea scelus est amare filium, qui ex te genitus sit, & à Deo creatum hominem non amare, ita undique apud Deum atq; homines pietatem, eximiam tibi quaesieris ex alio no flagitio. D. Pavi pro filio qui non erat filius. R. Paviisti ut filium, pascere iam, si nò ut filium, at ut fratrem omnium qui sunt, qui que erunt, fueruntque, unus est parens, unus rector. Noli te per insolentiam dissimulare, aut per inuidiam atque odium sacrum naturæ uinculum rescindere, omnes inuicem fratres estis. D. Filium què putabam meum non esse audio. D. Vide à quo audias & cui credas, multi enim malis stimulis impulsì, falsos rumores studio confingunt, alij linguæ fluxu quodam effreniq; impetu, & quæ sciunt & quæ nesciunt pari loquuntur audacia, difficilis est autem de filiatione sententia. D. Filium qui meus dicebatur alienum esse audio. R. Cur hoc alijs potius quàm uxori credis, qua hoc unum saltem nemo certius nouit? Illa tibi certè filium dedit, quem nunc alij nituntur eripere, audisti credo ut patrum memoria, uir illustris fuit, cui forma & genere par uxor obuenerat, sed fama pudicitia ambigua. Ex hac unicus infans pulcherrimus natus erat, quem cum die quodam in gremio habens mater, grauem curis & suspirantem uiram animaduertisset, quæsiuit quæ tanti causa suspirij, rursus ille suspirans: Vellem inquit, dimidia domini mei parte pacisci, ut ita mihi constaret hunc puerum meum, sicut tibi constat esse tuum. ad hæc illa nihil fronte mota uel animo: Enim uero, inquit, nequaquam tanto pretio est opus. Da mihi centum prati iugera ubi greges meos pascam, de hoc ipso certum ego tefaciam. Cum ille impossibile prorsus id diceret, conuocatis qui propè aderant proceribus, & sponione interposita, natum illa ulnis extulit. Et est ne, inquit, hic uerè meus? cun que uir annuisset, illa brachijs protentis, ei puerum porrexit: Et accipe ait, dono eum tibi, iam haud dubiè tuus est. Risu astantium oborto, pro uxore diffinitum, & uir omnium sententijs condemnatus est. Crebræ nimis inter homines huius generis lites aclamenta sunt, proni in nuptias, immò lubrici acruentes, uix uidere diem creditis quo mariti, hoc est uiri sitis, quasi aliter non possitis, dehinc præfusi in gaudia, seu uerius in furores, coniugij dies primos, in strepitu inter epulas & choreas agitis, inter epithalamia & iocos & cantus & tympana, reliquam uitam omnem inter suspensiones & iurgia: utrobique reprehensibiles. Nam neque rem adèò ancipitem sic amare, neque tam inseparabilem sic horrere, neque tam amabilem sic odisse decuerat, coniecturis quæ fallacibus apud homines, sanctissima diuinæ atq; humanæ domus iura cõfundere, atq; artificiosa uitæ huius uincula dissoluere. D. Quid quod meū uxor nò esse ipsa confessã est. R. Singulare uelut aliqd narras, quotidiana sunt hæc. Aliæ uiuentes hoc fatent, aliæ morientes, quarum aliquæ nunciandum uiris post obitū reliquerunt. D. Non esse meū filium ipsa mihi fassa est, coniunx. R. Fassa est idè Olympias Philippo, magno uiro, magni filij iacturam, nec fletum, nec suspirium, nec querelam legimus. Nunc fabellam accipe ridiculam, sed materia non ineptam. Circalittus Oceani, quod Britanniam ab aduerso conspicit, ante non multos annos, fama est, fuisse mulierculam inopem, sed forma appetibili, & insigni lasciuia, hæc duodecim paruos filios, totidem ex uiris genitos habebat, annuis ætatū interstitijs inter se distantes. Instante antè mortis hora, uocari, propè uirum iubet. Et non est, inquit, amplius ludi tempus, nullus horum puerorum ad te spectat, præter maiorem solum. primo enim anno nostri connubij casta fuit, sedebant tunc fortè pueri omnes humi circa ignem, more gentis aliquid manducantes, stupente igitur uiro, atque illis rei nouitate suspensis, illa singulorū patres ordine nominat: quod audiens omnium minimū minus, qui triennis erat, panè què dextera, & rapam quam habebat in manu altera, in terram posuit, at tremens desiderio & ambabus manibus in altum erectis adorantis in morem. Da inquit, quaeso, mihi genitrix aliquem patrem bonum, cum quæ illa in fine uerborum patrem paruuli nominasset, & famosum quendam diuitem quæ

uitem quæ hominem, reassumpto in manibus cibo, benè habet, inquit, bonus est pater.

De amisso fratre. Dial. LI. DO.

FRatrem perdidisti. R. Nondum audio propter quod ualde lugeas, nimis enim uerè ait Naso: Rarum esse fratrum gratiam. D. Fratrem amissi. R. Fieri potest enim ut & fratrem & domesticum simul hostem amiseris, en iactura, rem malam, boni nominis perdidisse. D. Fratrem perdidisti. R. Perdidisti forsitan, qui te perditum optabat, qui quæ in rebus obstabat tuis, multis quidem magnæ laudis aditum fraternus obstruxit liuor. D. Amissi fratrem. R. Filiorum fortassis ætatulæ, quod sæpè uidimus graue iugum, uitæ tuæ æmulum, gloriæ obicem, id quod constat patrimonij participem amissi. Fratre impio nullus hostis infestior. D. At amissi pium & beneuolum. R. Sed mortalem: non tutela corporis est uirtus, uerum animi ornamentum, illi gloriæ immortalæ præstat corpusculum mortis imperio non eximit, immò quidem sæpè illud ante tempus in mortem trudit, quod si naturæ suæ linquitur, æquè boni pereunt malique, quia & uulgo imbecilles bonos, & uiuaces malos cernimus, immortalæ nullum. D. Bonum & gloriosum fratrem perdidisti. R. Si frater perijt, superstes est gloria, uirtus anima, præter quas humana omnia, pari mors turbine propellit, ac dissipat: Has tu igitur ceu totidem filios fratris amplectere, atque his bonis immortalibus mortalia damna compensa, quod si filij superfuerint, alij uera illos pietas tuos facit. D. Amissi germanum optimum. R. Auidè illo uti debueras, id si lentius egisti, nò mortis iniuria, sed segnitias tua est, illa ius suum exercuit, tuum tu neglexisti. D. Mors me lussit, non putabam tam citò moriturū. R. Omnia quæ nolentibus accidunt, citò fieri uidentur, quæ optantibus autem serò. D. Vix illum mori posse credideram. R. Cuncta sibi uehementissimus amor indulget, nil quæ sibi non spondet, amarus quæ cogitatus, & quicquid est gustui aduersum uitat, ac refugit. Vnde & qui amant penè sibi æternas delicias suas fingunt, tu si fratrem natum noueras, & mortalem nosse debueras, & idcirco si prouisam mortem inopinam uelut aliquid doles, longè erras, si improuisa autem fuit, errasti. D. Sciebam mortalem, sed de morte non cogitabam. R. Inconsultè, sed hæc dissimulatio uestra est, uix unquam mori creditis mortales, cum & contingens mori semper, & aliquando etiam sit necesse, immò uerò cum nò mori nunquam, mori autem semper uestre lex immobilis sit naturæ, sed uos assidue morientes, sensum à præsentibus, animum à fine diuertitis, uulgare malum, quod quid est aliud, quàm ultrò oculos claudere, ne radios solis aspiciant, tanquam luci ut oculis damnum sit, illam non uidere, nec minus clarum, quod nò uideas, nec minus uerum esse, quod nescias. Quis tam cæcus ut non uideat, quis tam hebes ut nesciat, ueritati rerum nihil detrahit, sensuum aut intellectus infirmitas, uos equidem neque infirmi neque obtusi, sed quod excusatione careat, dissimulatores eximij, & ad fallendum, uosmetipsos ingeniosissimi, qui tanto studio inutilia discitis, necessaria nescire nitimini, ne quicquam tamè, clausis nam que sese oculis ingerunt, & nesciendi audum ingenium irrumpunt, & obliuiscendi cupidam memoriæ interpellant, & multa indies fert uita hominum, quæ uos cogitare adigant, quod nolletis, quæ uerè dissimulationes uestras aut proprijs, aut externis excitent argumentis. Sed ad plenum fateor: figmenta mortalium, sola mors discutit. D. Et mortalem & moriturum fratrem sciuisti, mortuum tamen fleo. R. Magna pars humanorum actuum superfluit, quid fles mortuum, aut quid illi, quid tibi, quid uerè alij tuus hic fletus prodest, ut sit malum mors, quod docti negant, quod nemo negauerit, mali irreparabilis est fletus inutilis. Et certè si quid præter animi uitij miserum decet, si quid penitus in rebus est flebile, flendum potius dum impendet, quàm dum transit. quod Regem profecto illum non latebat, cuius paulò ante meminimus. D. Optimi fratris morte afficio. R. Nullus affectus intensior quàm paternus, quam obrem, ut quæ in morte filij dicta sunt, fratris ad interitum transfer, & quæ utrobique dici solet, amicorum etiam in morte profuerint, quæ iactura par summis est, ferenda tamen ut reliqua. Vno enim animi robore toleranda sunt omnia, quæ uidentur graua, & si creditur oppressura sunt. D. Amantissimum

Amantissimum fratrem amisi. R. Inuisum amisisse peius fuerat, illius enim amor, huius autem ipsa quoque memoria dulcis est. D. Gratissimum ipsis ab incunabulis uitæ comitem perdidit, solus sum. R. Non est solus, cum quo uirtus & honestas habitant, inter quas affixam præcordijs fratris imaginem esse, nec mors ipsa uetuerit, sic nec frater tuus perditus, nec tu solus.

De morte amici. Dial. LII. DO.

AMisi amicum. R. Si ut debes, in amico uirtutem amasti, illa certè non perditur, nec amoretur, ideò ueras amicitias immortales dicunt, quod nullo unquam dissidio amicorum, nec ipsa demum morte soluuntur, sic discordiam uitiumq; omne uincit uirtus, ipsa uerò nulla re uincitur. D. Amicum amisi. R. Cætera cum amiseris non habes, amicos caros uè omnes, tū maxime habeas, dū uideantur amissi, præsentia enim delicata, ne dicā fastidiosa itidem ac superba, minimis rebus offenditur amicorum, recordatio iucunda & suauis est, nil amarum retinens, nil dulce non retinens. D. Amicum optimum morte amisi. R. Si commoditates perditas quæreris, utilitatis mihi tu calculum, nō amicitia quidem ponis, si conuictum, cogita, quàm parua pars temporis uiuentium, quoque præsentiam exhibet amicorum, quantum curæ, quantum morbi occupant, quantum sopor ac uoluptas, quantum quoque peregrinantium discursus, sollicitudinumque diuersoria, & secessus, quantum denique studia, quantum ocia, quantumq; negotia, nūc aliena, nunc propria, & illa rerum multiformium iugis atque inuicta necessitas, cui nulla prosperitas eximitur, conuictui detrahunt exoptato, quod congressus rari, quàm breues sollicitæq; moræ, quàm duri digressus, quàm reditus feri, qui obices, quæ nam impedimēta, qui laquei. His ac similibus uitæ difficultatibus amicitiaq; compedibus ad memoriam reducti, intelliges quantumque est quod tibi mors abstulerit, nam si id in amicitia solū libras, quod unum illi perpetuum ac stabile fundamentum est, prorsus nihil ibi mors potuit auferre. Audisti apud Tullium, se solantem Lelium, ut illi Scipio suus uiuit, ut in memoria eius, nec extincti amici fama, nec uirtus extinguitur. quid Scipionem tuum tibi nunc uiuere prohibet? Sed uos quoniam Scipiones & Lelij non potestis esse, nec uiri quidem esse uultis, & quia summa non præhenditis, media desperatis aut spernitis, quasi ut possim, sic uirtutem mediocre nec Diij nec homines sint laturo. D. Amicum mihi mors eripuit. R. Amici corpus eripere mors potest, non amicitiam nec animum, sunt enim ex illorum genere, quæ nec morti nec fortunæ subiacent sed uirtuti, quæ humanis in rebus libera, & quæcunque illi subsunt, libertate donare potens est. non esset tanti pretij amicus, si tam facile perdit posset. D. Sine amico remāsi. R. Si ritè colis amicitias, nec tibi ueteres defunt, nec noui unquam defuerint amici, quin ex hostibus tibi amicos ea quidem reddit opinio: nihil magis Augustum Cæsarem conciliauit Herodi, quàm quod is hosti suo amicissimum, sequē illum inimicissimum se fuisse professus est, sua dignum amicitia iudicauit eum, qui tanta fide, sui licet hostis amicitiam consulisset. Tanta est uirtutis & amicitia pulchritudo, ut etiā in hoste delectet cogatque illum quoque amare, qui se oderit. D. Amicus mihi fidissimus obiit. R. In memoria tibi splendidus est tua, ubi clam sæpè tecum sit, & nunquam totus obierit. qui si tibi fortè aliter quàm morte perierit, non tu amicum, sed opinionem falsam amicitia perdidisti.

De absentia amicorum. Dial. LIII. DO.

AMicorum torqueor absentia. R. Solet id quidem euenire: sed qui amici mortem ferre didicerit, aliquanto facilius ferret absentiam nec franget abitus, quem non fergerit obitus. D. Abest mihi optatissimus amicus, dextra manus dexterq; oculus meus abest. R. Et si irredituri abessent, nihil tamen non ferendum uiro dicerem, nunc redibunt, & tuatibi restituetur integritas. D. Abest amicus dimidia mei pars. R. Dimidium animæ suæ Virgilium uocat Horatius, quod à multis postea usurpatum, iam pridè in pro uerbiū uenit, sed si amicus non naturaliter tantum, sed ciuilitate possidetur, quid amicitia nocet

nocet absentia, quo minus tecū ubicuncq; sit amicus, sedeat, ambulet, colloquatur uel iocosa, uel seria: & qd p̄sens fortè non faceret, absens faciat. Nā si nil aliud uideritis, nisi q̄ sunt ante oculos, & sola uos præsentia delectaret, breuis admodū uisio, & angusta delectatio uestra foret. D. Amici absentis dulci desiderio laboro. R. Atqui amaris soliti estis laborare non dulcibus, accipere uerò nunc, quod uulgiaures uix capiant, dici nequit, quàm tenera, quanque fastidians præsentia sit interdum etiam amicorum, sæpè paruis offenditur, ut quos ualde dilexeris, quorum uè præsentiam uehementer optaueris, non amicos modò, sed fratres aut filios, quod fortè sollicitudinis studio, uel occupationibus tuis obtent, abesse nonnunquam malis. In absentia nil amarum, nil quod pungat præter desiderium, quod dulce tamen, ne tu ipse quidem negas. D. Dilecti absentia me affligit. R. Est id fa-teor commune mulierum, atque omnium muliebriter amantium, quorum delectatio omnis in sensibus est: nihilominus de ijs ipsis Poëta loquebatur ubi ait:

illum absens absentem audiūq; uideūq;

Id si ita est, cur non amicus absentem quoque amicum audiet & uidebit, nisi fortè purgati-ores ad huiusmodi uisionē lasciuiæ sunt oculi, quàm uirtuti, aut plus aliqd dignitatis inano quā casto tribuitur amori, cui præter honestos ac uolucres cogitatus, quos pro libito uagari, & esse ubi uelint, nulla distantia, nulla uis prohibet. epistolari quoq; remedio cōsultū est quo nescio an præsentia ulla sit gratior. Romæ quidem erat Marcus Cicero dum ad Quintum Ciceronem fratrem suum proconsulatum Asiæ administrantem scribens: Cum tua, inquit, lego te audire, cum ad te scribo tecum loqui uideor, & mox eum ad gloriæ excellentiam exhortans: efficacissimum id dicit, in dictis factisq; suis omnibus fraternam sibi animo definxisse præsentiam. Nescio an Athenis an ubi esset Epicurus dum amico scribens, Sic fac, inquit, omnia tanquam spectet Epicurus. certè in Campania erat Anneus, dum Lucilium suum in Sicilia degentem literis alloquēs, ut secum studeat, secum cœnet, secum ambulet hortatur, quæ facere ille non posset, nisi animo fierent, et non oculorum neque aurium, non manuum, neque pedum ministerio indigerent. D. Oculi mei absentem amicum anxie requirunt. R. Non possum negare quin oculis aliquid per absentiam de trahatur, animo autem nihil, immò, nec oculis quodammodo, ut prædixi, si tamen amicitia uera est. unde & illud apud eundem Poëtam & legimus & laudamus: ubi de Euandro ac Pallante eius filio agit: quem senex Aenæ comitem belli contra Turnum adiunxerat, atque abeuntem dimittens Poëta inquit:

*Stant pauida in muris matrem oculiq; sequuntur,
Puluerem nubem.*

quasi in ipsis omnia sunt oculis. & Cicero ipse in epistola quadam, Balbum amicum suum in Gallijs sub Cæsare militantem, non solum in animo habere, sed in oculis ferre, se dicit. D. Amicus abest meus. R. Interdum non cognoscitur amicus, nisi abesse coeperit, sicut cunctis in rebus, sic in amicitijs, copia ingēs gustum hebetat, penuria acuit. Quod si magister amorum intermissionem amantibus uilem dici, quibus omnibus in præsentia est uoluptas, cur non eadem utilis sit amicis, quorum in uirtute iucunditas tota est, quæ absentia nullum sentit incommodum, cum ubilibet præsens sit. Noli ergo desiderio succumbere, sed amicum mente complectere, quem tibi nec discessus eripiat, nec mors ipsa. D. Amici dulcis absentiam amare fero. R. Perfer modò, & molliores partes animi præsentia uirtute consolida, amariuscula enim hæc quam desles absentia, forsan in tempore chariorem tibi amicum, & amici præsentiam effecerit dulciorem.

De graui naufragio. Dial. LIIII. DO.

Graui naufragio iactatus sum. R. Maris tu mihi memoras naufragium, animi autē siles, quasi uerò uel grauius uel crebrius ullū sit: ibi est tempestas illa cupidinum & affectuū, ceu uentorū repugnātia, quæ uos tenetis concupiscentia ipei que uelis, gubernaculo mētis excusso, cōstātiaq; ancoris in alto perditis, per omnes littorū fluxus perq; omnia maria circumuolauit. illud naufragium in hoc traxit, tolle cupiditatem, nauigationem ipsam aut certè periculum nauigandi, magna ex parte sustuleris. Illa non in naues solum, sed in

sed in scopulos & in mortem cogit miseros; itaque ferè omnes, qui in suis auspicijs in mari perierunt, prius in animo perire, priusquè illos avaritiæ demersit unda quàm pelagi. Rara est quidem sine præcipitatione cupiditas, quicquid enim uult, confestim uult, moras omnes & illarum comites summè odit, ea breuis in exitum uia, & crebri prima naufragij causa est. D. Magno naufragio uexatus sum. R. Didicisti Deum orare, uotaque facere, & pacisci multa, quorum & si metus causa fuit, tu tamen agnosce fidem terræ redditus, non impune Deus luditur, odit ille fidefragos. D. Fœdum naufragium passus sum. R. De naufragio non queritur, nisi quid euasit, gaude igitur saluus & doctior, transacti periculi grata solet esse memoria, sicut ex diuerso finitæ prosperitas amara recordatio. Quãti uerò olim faceres uidisse tritones æquoreos, & montes spumeos aquarum, atque assurgentes fluctus pelagi monstra natantia? Habes unde brumali nocte ante focum fabelas horrificas nares, attonitis, trepidulamquè familiam admiratione suspendas, iam quid sit Poëtica tempestas intelligis, & qui malè credulus stupor fuit, iam notitia certa est, quàm benè uel metu mortis, uel iactu mercium sis adeptus. D. Duro naufragio laboraui. R. Sine labore nihil discitur, hoc si sapias, perpetuum documentum tibi erit, ne quando amplius credere uitam uentis in animum inducas. D. Passum sum triste naufragium. R. Si primum, caue ne secundū a deas, si secundum sile. scitum est illud Publij mimographi:

Improbè Neptunum accusat iterum naufragium facit.

D. Terribili naufragio uix euasi. R. Nescio quid terribilius adeò sit in aquis mori, quàm in terris, quando quidem in alterutro moriendum est, seu quid optabilius uermium cibus esse quàm piscium, postquam tamen enatasti, cura ne iterum fracto uitam remo, aut laceræ credas tabellæ, discere terrenū animal terrā pati, & coelū potius ambire quàm pelagus.

De incendio. Dial. LV. DO.

EX incendio uix abiij. R. An ne igitur euasisse fortunæ trahis ad iniuriam? sine quæri Alcibiadem, qui hostili ex incendio non euasit, quanquam & terrestre præuideris, coelestibus quis iam obstat ex incēdijs? Romanus mihi rex Tullus Hostilius & Romanus respondeat Imperator Carus, quorum primus Romæ in regia, alter in castris Tygrim amnem, si communibus historijs est fides, igne arsit æthereo. D. Bonis meis omnibus amissis nudus, ex incendio euasi. R. Quando precor hoc diceret seu Bias ut omnes uolunt, seu Stilbon, ut uult Seneca, qui incēsa patria admonitus seu increpitus, quod nihil suorum bonorum ex incendio efferret ut cæteri: Bona, inquit, mea omnia mecum porto. Præclare siue horum alter id dixerit, siue uterque, quamuis hæ uoces ex ore primi semper auctoris clarius sonent, sed omisso auctore, dicti ueritas utiq; nota est. Hærent nempe præcordijs uera bona, uiuocq; nihil eripitur possessori, sed ne mortuo quidem, in anima enim sunt, quo nec fortunæ nec mortis dextra porrigit, tu saluus & incolumis perisse tibi aliquid eorū doles, quæ si tua fuissent, proculdubio tecum hodie salua essent. Mihi etenim crede, uera bona non pereunt, non est aurum uirtute nobilius, ne par quidem, quod non igne consumitur sed purgatur. D. Magnum me afflauit incendium. R. Cæculus nescio quis famā diuinitatis igne quæsiuit, apud Virgiliū Iulij comas flamma corripens, prima dubia spem salutis attulit, Seruio caput arsisse, non poëticum sed historicum regni omen fuit, constat ex flammis Iliacis prodijisse Romani Imperij fundatores, deniq; & Heliam incendio obijisse, Deumq; ipsum in flamma ignis apparuisse, sacræ loquitur historia, ut non immerito uestris in urbibus index hic soleat esse lætitiæ, qui tibi materia est doloris. D. Domus igne subito conflagrauit mea. R. Et templum Dianæ olim arsit Ephesie, quo nil secula illa formosius uiderunt: arsit & templum coeli Deo sacrum Hierosolymis, ipsi etiam qui illud incenderant miserandum hostibus, & ætate hac Lateranensis arx illa religionis ac decus eximium orbis terræ, bis flammis exusta est, euidens & apertum, ut mihi uideretur, sic coelestis indicium, nō mirabile fateor, sed tremendum. Ad extremum ut minores raceam, Saguntum, Numantiam & Corynthus, innumerasq; alias, & sæpè tentauit Romam & nonnunquam penè ad ultimum, & Carthaginē, semel & bis Troiam flamma combulsit.

Arsere

Arsere urbes, arsurumquè mundum ipsum credimus, tu in tuam domum ausum ignem, qui in coelum ac terras arsurus est, quæreris. D. Ex incendio uix euasi. R. Euasisti igitur, an id doles? nisi euasisses siluisses, nunc autem uiuus cinis, cinerem fles extinctum.

De graui negotio ac labore. Dial. LVI. DO.

Graui negotio defatigor. R. Nulla sine difficultatibus gloria, nulla nō uirtus in excelso habitat, haud facile adeunda, confragosum huc durumq; & scrupulum est iter. D. Nimio labore fatigor. R. Labor area est uirtutum, requies uoluptatum; nil sine labore laudabile, nil excelsum. Proinde laudis Herculeæ fundamētum, labor: nulla rem magis Vlyxes quàm labore cognoscitur, quantalibet prudētia fingeretur, si ociosa fuisset, ignota esset. Labor Romuleos duces, Scipiadas & Camillum, labor Fabios, labor Curios, labor Fabritium & Metellos, labor Magnum quoq; Pompeium, labor Hannibalem, labor Iulium Cæsarem illustrauit, Labor Caronibus, labor Mario famam dedit, Papyrium Cursorem ac Fescennium Nigrum laboriosa milita claros fecit. Ut Philosophos, ut Poëtas si leam, quorum uita omnis, quid nisi clarus ac delectabilis labor est? quid de artificibus dicā, quibus ipsa qualiscunq; est gloria, quo studio quærenda sit nostri, à quibus industria & ante lucana uigilia præueniri, deq; hoc quæri solitum Demosthenē accepimus, qui profecto nō paruus stimulus esse potest magna tractantibus, quando minima, quoq; sic animos acuit atq; exercent, proinde omne genus hominum percurrere ubi famæ multum & plurimum est laboris, & omnino uirtutum amatoribus amandus est labor, sine quo ad eam quā amāt & quam cupiunt gloriam peruenire fas non est. D. Labore exerceor cōtinuò. R. Parum profecerit magnus labor nisi sit iugis: nam & ipsa quæ labore quæritur gloria, nisi sit perpetua nec magna uidebitur. D. Nimis crebris exagitor laboribus. R. Nimis & parum pro uarietate patientiū accipitur, ignaui labor omnis est nimis, nullus industrio. D. Multi me cruciant labores. R. Non te cruciant si uir es, sed acuiunt & exercent, uis autem nosse quid inter laborē & delicias intersit, Sardanapalum cōfer cum Alcide, Sergium Oratam cum Attilio regulo, Apitium cum Caio Mario. D. Labor me iugis extenuat. R. Multis pro remedio labor fuit, & quos quies infecerat, defecauit, dete: sitq; nam curare illum animos constat, & orientibus uitijs obstat, & radicata conuelleret. Deniq; inter præsertim uirtutis ac seculi exemplaris causas, hinc labor à scriptoribus ponitur, hinc paupertas, oprabiles corporum molestiæ, quæ medentur molestijs animorum. D. Durus est labor. R. Dura uirtus, durus labor, mollis uoluptas, mollis inertia, similia benè cohabitant. Inter diuersa diuortium est. D. Nimium laboriosa fors est mea. R. Oneratum te ingrate accipis, nescis ut nocte media dum dicatæ Deo uirgines stratis surgunt, argent, uigilant, diuinis obsequijs exercentur, adulteræ suis interim perfruuntur illecebris, dum pro defendēda patria miles in castris, pro augenda dux in tabernaculo, pro ornāda studiosus inter libros excubat, leno infamis inter suas acies, inq; suis tentorijs conuiescit, quibus uerò sit melius diffinire, nemo cui uel modicum ingenui sit pudoris, hæsitet. D. Labore urgeor acerrimo. R. Benè spera, causa tantum laboris honesta sit, honestus est labor, quo ué uno claris ascribare nominibus, omnes quidem qui ad gloriam nituntur, laboriosus atq; arduus trames agit, ad ignauiam deuexa & facilis uia est, denique quisquis nascitur, ad laborem nascitur, nec regum filios excipio. Labor & uirtus uestræ artes sunt, non ocium & uoluptas quibus quise applicant, hi demum à natura hominum degenerant, atque in pecudem se transformant. D. Graui atteror labore. R. Idem cedentibus grauis labor, qui nitentibus leuis est, perfer modò forti animo, & assurge præsentiquè molestiæ finem confer. Multos quidem labor extulit, multos industria, sopor nullum.

De duro itinere. Dial. LVII. DO.

DVrum iter pedibus meis ago. R. Quid tu igitur alienis malles? atque neque alienis manibus operari, neque alienis oculis uidere, neque alienis auribus audire, neq;

alieno

alieno palato degustare, neque alienis naribus uultis olfacere, quid hoc unum singulare habet, ut tantum pedibus ambulare delectet alienis? D. Pedes eo. R. An uero in hunc mundum intraſti eques, an exibis, quid per mundum ire niſi eques doleſt? O principium humile, & o finis humilior, quā ſuperba iter utrunque ſunt mediā, & in breui curſu, quanta prorsus obliuio terminorum, nec unde certē, nec quo pergitis meministi. D. Longum cogor pedes agere. R. Cogi quidem durum fateor, cogi autem uolens nequit, indignatio & dolor neceſſitatis pondus exaggerant, patientia & conſenſu animi fortunæ cuiſpis obtunditur. uis non cogiſſet ſponte quod cogeriſ. uis ut iter longum breue fiat uolens I. D. Equitare uellem, pedes ambulo. R. An inſanix parum eſt, unū ob qua drupedem, cuius uſum neſcis, quam diū tibi fortunæ cōceſſerit naturæ numerum obliuisci: quod multi faciunt, qui uilis atque intractabilis & caduci equi fiducia dedit ſunt pedibus ſuis ire, quibus quæſo, quid aliud quā diuitem cupias podagram, hoc eſt pedes inutiles, equos multos. D. Longum iter pedes ibo. R. Ibis pro libito, nemo te tranſuehet, nemo morabitur, nemo concuriet, nemo deſiciet, nemo aget in præceps, unus tibi labor uix, unum opus ire, nil tibi tuo cum uectore negotij. Non cogeriſ enim equum frenare, non pungere, non adaquare, non ſubſternere, non circunducere, non fricare, non paſcere, non aut tergum ungere, aut arentem pedis ungulam & tractare digitis ancipites clauos, aut nocturnos ſudibus arcere concurſus, & ſomno exciri, trepidus ſemperq; ſollicitus, quid bellua peruigil, cum uicinis agat, ſaltem noctibus quieſces, nam qui equitant noctu etiam laborant. D. Pedibus longum iter ago. R. Calceatus forſitan, ſancti autem patres nudis pedibus deſerta luſtrabant, nunciij Dei omnipotentis Apoſtoli, mundi climata circuibant, hic ad orientem, ille ad occidentem, hic arcton, ille ad meridiem, nauigantes interdum raro id quidem, neque aliter quā cogente locorum ſitu, ſed quem precor equidem legis, præter unum ex omnibus Ioannem: neque id amplius quā ſemel, id quē per exiguo uix ſpatio, dū quod Clemens ſcripſit, & eccleſiaſtica habet hiſtoria, ad recuperandam perdidit adoleſcentis animam, pia illū feſtinatio perurgeret. quomodo autem equitarent, quorum dominus pedes ibat? Vix a ſellum ſemel quidem, ille mox in crucem aſcenſurus aſcendit. quod ſi ſanctitate inaccessibili hæc exempla te prægrauant, at Romanæ legiones, quæ orbem terrarum ſubegere, magna ex parte pedestres fuiſſe noſcuntur, in quibus non ſolum atque arma ſuis pedibus quiſque portabat, ſed multorum panem ac uiatum dierum, uallum quoque, quo in ſinibus hoſtium caſtra indies circumſepta nocturnis ab inſultibus tegeantur. Vnde eleganter Cicero noſter, quodam loco de militibus Romanis agens, cum fortibus uiris cæterarum gentium, arma, non impedimenta, ſed quaſi ueſtimentum eſſe dixiſſet, hoc præcipuum illis dedit ut diceret: Romanis ſolis arma non ueſtem eſſe, ſed ut humeros ac lacertos: at cū eas quas dicebam militares ſarcinas ſubiſſent, tū demum uideri ſibi eſſe ueſtitos, neu quis moderni ſermonis conſuetudine labi poſſit, militum appellatione pedites accipi, eoſque ab equitibus, quamuis uterque militet, hoc ſecerni nomine ſolitos, multis Romanæ hiſtorix locis aduertere eſt. proinde magnum tibi lenimen ac ſolatiū laboris horum recordatio præſtare poteſt, non inermi tantum ac uacuo & duro, licet turo tamen caile pergenti, ſed amaro etiam atq; onuſto & periculoſo tramite peditanti. Si quidem nihil ad tollerantiam aſperarum rerum efficacius, quā cogitare eadem multos fortibus animis fuiſſe perpeſſos, pudet enim generoſum ſpiritum, non poſſe unum, quod innumerabiles potuere, quæ cogitatio non in laboribus modo qui difficileſ, ſed in his quoque qui miſerrimi uidentur cruciatibus, in doloribus corporeis, maxime in ipſa demum morte profuerint. D. Longum ego durumque iter pedibus moeſtus ago. R. Nihil æquē durum iter lenit, moeſtum animum ſerenat, ut nobiles ac ſuaues curæ, quæ niſi boni & docti uiri peccus incolere, uiaſque omnes comitari neſciunt. His ſi gratia ſocietas, amici læti & eloquentis acceſſerit, non tantum leue iter, ſed & breue uidebitur. Multos iucunda conſabulatio, ſic affectit, ut & uix duritiem non ſentirent, & de breuitate longi licet itineris quererentur, neque uiſſe, ſed uectos eſſe ſe crederent. eſt & illud enim

illud enim inter Mimos Publij notiſſimum:

Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.



De ſterilitate annua. Dial. LVIII. DO.

Sterilitate premor annua. R. Iam tibi fertilitas grata erit, optime res omnis contraſtatione cognoscitur. D. Feſellit ager meam ſpem. R. Non te ager fallit, ſed improbitas cupiditasque animi. Cuncta uobis ad nutum ſucceſſura promittitis inſolentes, ueſtro digni iudicio, quibus ipſa rerum pareat natura, quæ ſi ſuum ius ſeruare auſa, profundam ſemel auaritiæ ueſtræ perruptamq; uoraginē, cui nihil eſt fati inexpletam liquerit, inſolens uobis & auara atque iniurioſa uidebitur. Non ſunt hæc autem iuſtæ nec modeſtæ ſpes, ſed immodici fragmenta deſiderij, ea quidem fingitis euentura quæ cupitis, ſi quid de eſt damnum dicitur. Tuus ager ſuum morem tenuit, & tu tuum tenes, terræ etenim ubertas & ſterilitas alterna, ſed cupiditas ueſtra perpetua eſt. Vos iniquiſſimi omnium interpretes, cum illam gratæ & ſobrietatis, hanc patienter ac fortiter ferre debueritis, illam contemnitis, hanc deſectis, illa tumidos facit, hæc queruloſ. D. Ager meliora pollicitus me feſellit. R. Terram bobus ac raſtris, cœlum uotis ac precibus fatigatis; uentorum ſpiritus, opportunitas imbrum, germinum decor, agri ſpecies, puluis hybernus, lutum uerum, æſtiu ſoles, maturitas autumnalis, omnia cupidos in ſpem trahunt. Ut arentem ſtupam flamma omnis incendit, ut inanem puluerem ſtatus omnis impellit, ſic auarum animum lucrum omne ſuspendit atque erigit, omnis que nō rei modo, ſed uel tenuis ſpei ſactura confundit ac deijcit. Sed frenate miſeri motus inconditos, inſinitam concupiſcentiam coërcete, & ſpem credulam mille tandem deluſam ſucceſſibus caſtigate, quid nunc cœlum terramq; reſpiciſ? Non aliunde fertilitas quā a Deo eſt. Illum mortales agere ſinite, & uidete quid agitur & laudate, ſinite opificem operari, & unius artiſtici perito homini exhibendam reuerentiam non negetis, Deo pudeat terrea uacula, cœleſtem figulum arguere, ſed in omnibus illi uoce atque animo gratias agite, qui neceſſitatum conſcius ueſtrarum, neque cupiditatum neſcius, illis ſuccurrit, his occurrit. Utrobique miſericors; utrobique terribilis, In conſilijs ſuper filios hominum: ut de illo ſcriptum eſt. Sperate iam tandem non in agris ueſtris, ſed in domino & facite bonitatem, & inhabitate terram, & paſcini in diuitijs eius. Delectamini in Domino & dabit uobis petitiones cordis ueſtri, quæ ubi coeperitis in Domino delectari, auaræ eſſe non poterunt, neque iniuſtæ. Reuelate Domino uiam ueſtram, & ſpectate in eo, & ipſe faciet. Iactate ſuper Domino curam ueſtram, & ipſe uos nutriet. Quid cœleſti manu æditi, non niſi terram cogitatis? terram que diligitis; nolite has ſacras uoces ut ſoletis ſpernere. nolite auras p'uiuasq; & tempeſtates idoneas aucupari aut precari, nolite in terram ſpem habere, ſed in illo qui reſpicit terram, & facit eam tremere, qui de ſaxo durifſimo fontes liquidos elicit, qui te denique ab agello tuo falli paſſus eſt, ut in illo ſpem poneret qui non fallit. D. Multum ſolita de copia demptum eſt. R. Id modo ſubducitur quod plus æquò uel dederunt anni præcedentes, uel ſequentes dabunt: modeſtiæ quantulumcunque ſat eſt. Auaritia lucro creſcit, eoque fit pauperior, quo plus habet, magna uitioſæ genitrix, magna nutrix atq; hortatrix eſt copia, patere malis tuis demi aliquid, quo minus copia, minus erit inſolentiæ, minus que libidinis. Adde quod hæc tui ruris iniuria, apud multos beneficium ac largitas haberetur, tu que ipſe ſi aſſueuiſſes inopia, ubertatem hanc & copiam iudicares, tantum in iudicio rerum ſemper conſuetudo præiudicat, tantam que uim habet, nunc quid mirum ſi temperata ſatiſciunt, qui ſuperuacuis aſſueuere, quā nulla maior procella modeſtiæ eſt. D. Sterilitas urget inſolita. R. Sæpe quidem fortiores uiros plaga fert ſterilis, fertiliores molliores, neq; fert modo, ſed facit atq; alibi natos, durat aut molliſ, ſic molliuit Gallos priſtum, poſt Romanos Aſia, Alexandrū Babylon, Hannibalem Capua. contra uero Romanam indolem durauit & cotis in morem acuit illa arens & ſcopuloſa pars Ligurum, te quem copia mollebat, duret. Sobrietatem te doceat ager tuus, & quod libri uberes ne-

M

quiuere,

qui uere, glebæ faciunt aridulæ. Nemo despiciendus est magister disciplinæ utilis, discere bene uiuere, discere uel senex, discere uel nolens, discere uel indignans.

De uillico malo & superbo.

Dial. LIX. DO.

Villicum insolentem patior. R. Insolentem tantum & non furem, bene tecum agitur. D. Villicus malus est mihi. R. Malum fer æquanimis, uillicus nisi pessimus, bonus est. D. Villicum durum ægrè fero. R. Mollè delicatumq; ferres ægrius, durities rusticorum epitheton est, duris cum bobus, cum stiuæ & uomere, cum ligonibus & rastris, dura deniq; cum tellure lucrantur, quid nisi ipsi etiam duri sint, si nil aliud est quam durus, bonus est uillicus. D. Rusticum importunum ferre nequeo. R. Atqui uel feras uillicum, uel ipse uillicus sis oportet, uel incultum rus elige: dura sunt omnia. D. Rusticus intractabilis, indigestus est mihi. R. Nil horum impræmeditatum tibi esse debuerat, mox ut terram habuisti, labores uarios prælagere, sterilitatem & uillici fastidia debuisti. Dixi dum rure gloriareris, excultos rusticos, ultimos hominum terris abeuntem iustitiam reliquisse, si unquam genus humanum reuiuisceret, eosdem illos puto ultimos reperturâ, ita quos sequebantur præcesserunt, maiorumque omnium pessimis facti sunt. D. Asperimus uillicus est mihi. R. Vbi ueritas dixit, quod terra homini spinas & tribulos germinaret, subintelligendum fuit, & rusticos tribulis cunctis asperiores. D. Villicus est mihi nequissimus. R. Aut uillici nequitiam tolerare condiscere, aut famem perpeti, mutare enim uillicum non proderit, ad unum modum ferre omnes facti sunt, nisi quod semper peior est ultimus. D. Villicus fur est mihi. R. Dixisti tandem quod dicturum præsolabar, ita enim furtis addicti sunt, ut eis aliquanto sit dulcius, id modicum quod furantur, quam quicquid ex omni iusto labore percipiunt, & hoc ipsum tandem est ferendum, nec queri minus debet, quod omnibus est commune. Profectò autem & si Poëta rusticos ultimos à iustitia derelictos faciat, ut bis dixi, apud uos tamen hominem primum humano semine genitum, & agricolam fuisse constat & parricidam, ut fuisse semper pessimis uideantur, dumq; id recolis non mireris fures. D. Villici culpa rus perditum ac desertum est. R. Hoc quotidie multis clarioribus Anaxagoræ accidit, & Architzæ, uterq; credo doluit, neuter excanduit.

De furtis.

Dial. LX. DO.

Id modicum quod superest à furibus uix defendo. R. Rure te uillicus tuus patientiam mali huius edocuit, quamque in urbibus exhiberes. D. Me fures infestant. R. Contra hoc malum nil querelis agitur, supplicij opus est, interim custodia proficit uigilanti. sunt qui nihil custodiant & accusant fures, cum uetus sit prouerbiū: Occasio furem facit. D. Limen meum fures obsident. R. Claude ostium, obdeseram, aperi oculos atque intende, si neglexeris temetipsum culpa, raro fur intentis obsuit. Illi iustius queruntur, quibus non sunt domus, quales sunt quidam populi sub meridem & sub arcton, & ideo apud Scythas, ut scriptum uides, nullum scelus furto grauius, & sequitur ratio, quid enim inter syluas superesset si furari liceret? D. Fures mihi subtrahunt res meas. R. Suas fieri uolunt, nec tu uetas, puta ergo negligentiam tuam plecti, rerumq; te tuarum custodiam hoc pretio doceri. Vtilia non discuntur gratis. D. Mihi molestissimi fures sunt. R. Importunum planè genus hominum, iure optimo bonis omnibus odiosum, non modò ut pestilens, sed ut uile, sic enim habet, non enim aliter quam summa animi utilitate aliquem ad hoc trahi. haud immerito igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis, sed bonus, tanto furum odio flagrauit, ut de illo scribat Aelius Lampridius, si quem talium uidisset, paratum digitum habuisse, ut illi oculum erueret: tantiq; eum stomachi fuisse in furorū infamia laborantes, ut si eos casu aliquo uideret, comotione animi cholera euomeret, toto uultu inardescente, ita ut nihil loqui posset. Nobilis prorsus indignatio generosi animi,

animi, uerè ingens furum fœditas, quæ uiro forti & sublimi sic subito nauseam extorqueret. Quinimmo cum quidam ex honoratis aliquando furti reus, ambitiosè tandem fauore quorundam amicorum regum ad militiam aspirasset, & statim in furto deprehensus esset, (uix enim illi uitio assueti desistere, unquam sciunt) quæsiuit Alexander à regibus qui illum promouerant, quid apud eos paterentur fures? cunq; illi respondissent: Crucem. illico eum de illorum sententia crucifixit. D. Furtis infestor. R. Contra furta bona est uigilantia atque custodia, sed optima est paupertas: quamdiu aliquid erit quod furibus dulce sit, eorū uel manus certè uel oculos non euades, uis fures non metuere: pauper esto.

De rapinis.

Dial. LXI. DO.

A Prædonibus spoliatus sum. R. Quamuis civili lege, nisi fallor, scriptum sit. Quod nullus fur improbius quam qui ui rapit: sunt tamen clandestini fures me iudice uiltores, illi enim fraude agunt, hi autem ui. Et ideo iuxta sententiam Ciceronis, illi uulpeculis, hi leonibus assimilantur. adde quod fures rebus spoliant, ingeruntque suspiciones, at prædonibus spoliasse ferè fat est, suspicionibus non relinquunt locum. D. In prædones incidi qui me nudum reliquerunt. R. Incidit in prædones Cæsar, à quibus non spoliatus modò sed captus, magno se tandem pretio redemit, futurus rex dominus, quamuis huic damno solatium ultio mox secuta præbuerit, non exiguum lenimen iniuriarum. Incidit in manus hostium Regulus totiens iam uictor, qui magno cum imperij uestri damno atque discrimine, eundem immani supplicio peremerunt. Incidit in hostes quoque Valerianus Imperator, qui eum multo cum imperij dedecore, fœdo senili seruitio confecerant. Tu si nihil ultra quam spoliatus es, & fortunæ tuæ & prædonibus gratiam habes, qui tibi libertatem uitamque reliquere. Non est enim aliud beneficium latronū, quam quod Cicero ait in Philippicis, ut commemorare possint, his se uitam dedisse quibus non ademerunt. Fer tu igitur sortem tuam communem, tibi cum magnis his atque alijs claris, & si comparet, faciliè etiã atq; optandâ, neq; fœlicior esse uelis his, qui dicuntur fœlicissimi.

De dolo malo.

Dial. LXII. DO.

A Circumscriptoribus sum deceptus. R. Miraris: Mirarer ergo, si inter homines cõseruando illæsus euaderes, quis homo enim hominem non decipit: Fides exulat, regnat fraus, hoc ne nunc nouiter perpendis? non tanto studio, neque tot laqueis uenatores atque aucupes feras ac uolucres captant, quot uerfuti homines alios quosque simpliciores, quod si unquam uerum fuit, uestra xrate uerissimum est. Monstrantur digito fraudū magistris, & ille pudentior iudicatur, qui peritior est fallendi, uis ne igitur non decipi? Aut morere, aut fuge hominum confortia. D. Dolo malo unde non timui circumuentus sum. R. Si timuisses deceptus forè tam facile non fuisses, & nunc cogita, an tu quenquam aliquando fefelleris: Estis enim ferè omnes ad fallendum proni, feres autem facilius ab altero tibi fieri, alteri quod feceris: sed uos & quæ facitis alijs non sentitis, & quæ ab alijs fiunt uobis, pati non potestis, rerum omnium iniquissimi iudices. D. Dolo amici damnum tuli. R. Erras ut in multis: nullus in amicitia dolus est, sed in hac etiã uulgò erratis, amicos creditis, qui non sunt, amicitiamque rem inextimabilem atque sanctissimam facili probatis experimento, usque adeo rerum utilium curiosi, leui commestatione, aut breui confabulatione queritis amicum, nec citius queritis quam perditis, si tamen quod non habetur perdit potest. Postea ab amicis uos deceptos dicitis, & hanc infamiam amicitie inuitis innocenti. D. Dolo damnificatus sum. R. Multis profuit falli, eris cautior in reliquis, quidam paruæ rei damno, maximarum rerum pericula declinarunt. D. Circumscriptor iniquissimus me fefellerit. R. Immo tuum exercuit atque excitauit ingenium, docuitque non fidere nisi expertis & probatæ fidei, enumerarem exempla, quibus casum tuum solareris, nisi essent innumerabilia, quis enim uiuens non decipitur? quicquid mali mortalibus accidit, minus est quam quod homo patitur ab homine, et quoniam sequi omnia nec possibile nec necesse est, memento Canini, qualiter Syracusis fuit dolo malo

M 2 quondam

quondam à Phitio circumscriptus. Habet tamē Caninius quo solari queat, eques Romanus ab extraneo & uiuente deceptus, cum Augustus Cæsar Imperator Romanus, à romano ciue moriente delusus sit. Notares est, ut Marius quidam, qui ipsius Augusti beneficio ab infimo militiæ gradu ad summos honores atque opes ascenderat, semper publicæ prædicare solitus se illum unum hæredem habiturum, eique bona sua omnia relicturum, à quo omnia percepisset, id ipsum cum pridie quàm obiret eidem affirmasset Augusto, fraudulentum spiritum emisit, tandem nulla Cæsarei nominis, uel tenui mentione in testamento habita. Dignus uerè cuius cadauer unco in Tyberim traheretur, qui dominum ac benefactorem suum fallere, nec morte dedisceret.

De habitatione angusta. Dial. LXIII. DO.

Angustè habito. R. Angusta domus ad multa est habilis, inter alia contra fures utilis, de quibus paulo ante quærebaris, qui in ea latebras non habent, sicut ex aduerso de magna domo rectè dicitur, quod dominum fallit, & prodest furibus. Artam sanè uel amplam domum pro numero inhabitantium accipio, tu nunc ut tibi uideris angustè habitas, at quantò habitat angustius anima tua, quanto què foediùs inter saniam & cruorem, nec migrare illam inde si fieri possit unquam uelis. D. Arta domus est mihi. R. Domus lutea coelestem animum non angustat, sæpè parua domus magnæ gloriæ capax fuit, cum magna interim multæ infamiæ plena esset, non format domus animum, sed ab illo formam accipit: ut lata igitur atque honesta pauperum tuguria esse possunt, sic infames mœstæ què regum arces diuitum què palatia. Nulla tam parua domus est quam non amplificet magnanimus habitator, magno què hospiti se præstet idoneam. D. Parua domus mea est. R. Parua Euandri regia, magnum cœpit Alcidem, modicis ædibus, futurus mundi dominus natus est Cæsar, pastorali casa, Romulus ac Remus, tam magnæ urbis auctores educati, non amplis atrijs habitauit Cato, uolubili dolio Diogenes, angusto tugurio Ilarion, tmis terræ specubus sancti uiri, in exiguis hortulis magni Philosophi, sub diuo modicis uè sub tentorijs summi duces, in stupendis palatijs Caius & Nero, tu cum quibus habitare malles elige. D. Angusta est mihi domus & humilis & inculta. R. Mari fures uentos què submoueant, & utriusque peiora uulgi tædia, tecta, frigus, æstus, soles, imbres arceant, turres aëreæ uolucris, domus ampla superbiæ, ornata luxuriæ, referta cupidini, nullum uirtus spernit habitaculum, nisi uitijs occupatum. D. Per angustè habito. R. Vis ne tibi domus omnis amplissima uideatur, sepulchrum cogita.

De carcere. Dial. LXIII. DO.

Carcere claudor indigno. R. Melior est indignus carcer, quàm indigna libertas, quamuis nec mala illa dici debeant, neque hæc bona, sed loquor ut uulgus, quod dolorem malum ingens, uoluptatem summum bonum iudicat. D. Carcere clausus sum. R. Quis non carcere clauditur, aut quis inde digreditur, nisi dum moritur? Vetus hæc tua omnium què fors est, unde propriæ, unde nouæ igitur querelæ? Ita enim scito, ex quo die natus es, & antequàm nascereris in carcerem atque in uincula missum te, illius imperio, cui omnis cœli ambitus exigua domus est, & si quid summo creditur Poëtæ, tenebrosum utique carcerem & cæcum. Illius carceris exitum, si foelicem cupis, huius angustias non horrebis, sicut nec supplicia, nec mortem, nec humani aliquid, ad quorum patientiam & contemptum nisi præparatus armatus què erit animus, in quacunque fortuna calle graditur ancipiti. D. Turpi carcere claudor atq; angusto. R. Nullus carcer turpior, & angustior nullus quàm iste corporeus, quo usque adeo delectaris, atq; unde tantopere solui times. D. Carcere detineor importuno. R. Multos periculo instanti, atq; hostiū manibus carcer eripuit: multis limen carceris pro clypeo fuit, & quod intrasse p̄fuerat, exisse nocuit, ut exitu admoniti, quod horruerant utile, quod optauerant miserum, faterent. D. Carceri

Carceri m̄cipatus sum. R. Quid scis an fortasè non carcer, Sed ut dicitur custodia sit? quotiens uinculis explicitos hostilis mucro, siue hoste sauior paupertas, inualit? quotiens euasisse p̄cinitit? & carcerè quæ diuturnam quæri cœperant, non fuisse perpetuū questi sum? Vidimus in carcere quosdam laute uiuentes, mox inde digressos tenuem ac difficilem uitam, mœsto sine clausisse. D. Miseram in carcere uitam dego. R. Quidam libros in carcere texuerunt, tu querelas texis inuitiles, quidam literas in carcere didicere, tu patientiam dediscis. D. Carcerali custodia uinctus teneor. R. Plerique caueris ac speluncis, alij se murorum angustijs inclusere, carcerem spontaneum, uel Dei amore uel mundi odio uulgi què fastidio eligentes. Tu si hoc animo non es, tu què carceris finem cupis, expecta, aut te hinc homo eruet, aut mors, quæ clauem carceris alteram habet, unus quidem introitus, exitus multi sunt, alium misericordia, alium ius eruit, alius innocentia sua, alius custodum negligentia euasit, alius pretio, alius ingenio, & uel subterraneis cuniculis, uel tenebras amicæ noctis elapsus est, quibusdam parum memoria terræ motus & ruina carceris uitam fecit, ad postremum quos nihil emisit, mors absoluit. Nec minus uarij euadentium euentus, Marium Consulatum carcer dedit, Iulium Cæsarem Pyrratarum custodia summum misit ad imperium, hac ætate quidam de lumine carceris ad dominium transiire, & catenam sibi excussam iniecere alijs, denique Regulum & Socratem multos què alios, non tam carcer extinxit, ut uisus est, quàm carceri clarus finis eripuit, et ad summam, quosdam carcer ad insignem gloriam, alios ad extremam fortunam, ad regnum alios, multos ad cœlum misit, ad sepulchrum omnes, nullum cœpit quem non redderet.

De tormentis. Dial. LXV. DO.

In iuste torqueor. R. Quid nunc diceres si iuste? nullum nempè tormentum conscientia inaus est, illa incolumi, hæc externa despicio, intra te est consolator tuus. D. Torqueor proorsus indignè. R. Tortoris miserere tui, ille te grauius torquetur, quamuis enim mundus obstrepat, minus mali est pati iniuriam quàm inferre. D. Torqueor. R. Nouum mali uereris lamentum, nunquid enim non antea torquebaris, inter tormenta moriturus, quid nunc noui accidit? Mutantur tormentorum species tormenta non desinunt, excute totum tempus ætatis, quem sine tormentis diem egeris recordare, aliqua falsis forsan gaudijs adumbrata reperies, ueris autem plena tormentis, quibus si acriter æstimes, nullam uitæ partem uacare fateberis. Vnde non immeritò quibusdam omnis uita supplicium uisa est, sed uos nihilominus quàm hæc philosophicæ uoces tangunt, hærent quidem aurium uestibulo, mentis claustra non subeunt, hic ad omnem corporis offensionem ingemiscitis, animi iuge mortiferum què supplicium non sentitis, illic impatientes, hinc hebetes. D. In aculeum leuor. R. Quid refert in aculeum an in lectulum torquendus ascenderis? te carnificis nodus premet, at hunc febris, hunc podagra, hunc uxor, hunc filius, hunc amica, hunc diuitia, hunc paupertas, hunc medici manus, hunc magistri ferula, hunc nequam seruus, hunc dominus insolens, hunc infinita cupiditas spes què anhela, hunc tortore quolibet peior metus. Perquire mortalium status, uix ullum inuenies non in aculeo pendentem, sed cum mille sint aculei, nisi ligneum non timetis? D. Torqueor. R. Aut innocētia in tormentis, aut iusticia te ipsum consolare, nam si iniuste torqueris, gaudendum est, experimentum tibi atque alijs, & fulgor quidam tuæ uirtutis accesserit, attractati ac sublatis fragrantior, ac notior fama erit: ut bene oleant, teruntur aromata, & pulcherrima rerum ne lateant atolluntur, sin id iuste petris, acquiesce remedio, & concretæ sordes flammis aut asperitatibus eluantur, & magni mali medicina tristior sit oportet. Quem morborum tædet, amara non respuat, quem scelerum p̄cinitet, supplicia non recuset. D. In aculeum tollor. R. Si immeritus, habes unde ex alto sauitiam alienam despicias, at si meritus, unde à terra

diuulsus, ipse tuum clarius aspicias crimen, quodque commissum, doles non doleas plecti. D. Torqueor. R. Aut temptatur uirtus: aut punitur uitium: alterum sæpe utile: alterum semper expediens. Bona exercitatio iusti est, pessima nocentis impunitas. D. Torqueor. R. Disce iter ad patientiam & ad mortem.

De iniusto iudicio. Dial. LXVI. DO.

Iniusto iudicio damnatus sum. R. Vnius iudicis, aut paucorum uoce testium damnatus, populi uocibus, aut tacito iudicio, quodque est melius conscientia ipsa, quodque est optimum diuina sententia absoluendus, siquidem ad tribunal æternum iudicis iusti pro uocatio salua est, soletis perperam iudicata rescindere. D. Iniuste iudicor. R. Vnde iustitia iniustos, sic iniustitia iustos premit, ubi igitur iniusta damnatio, ibi iustus est reus. Nemo autem tam demens, nisi insaniat, ut hæc peruersi sequæ iniusto iudicio premi uelit, nemo tam pavidus, nisi sit pessimus, ut non potius damnari eligat iniusto iudicio, quam absolui. Tanto enim id satius, quãto est melior oppressa iustitia, quam imperiosa nequitia, quantoque est optabilior mens bona, quam propria fortuna, quamuis illa laboribus, hæc delictis affluat, plus dicam, tantò est melius iuste etiam damnari, quam iniuste absolui, quanto est peius, impunitum quam punitum crimen. in hoc enim scelere iuncta iustitia est, malo quidem magno, bonum ingens. In illo autem scelus & impunitas, quæ nescio an scelerum ipso peior sit una certè & iustitiæ hostis & multorum radix est scelerum. D. Iudicio grauior iniquissimo. R. Mens in solido fundata & bene sibi conscia, humeros habet inexpugnabiles, superimponere quantumlibet damni, infamiae, supplicij, nullo fasce curuabitur, & uiribus suis & multò maxime coelesti ope consistit. Erunt præterea quorum sese paribus soletur euentibus, haud spernendi comites, Romæ Furius Camillus ac Liuius Salinator, Athenis Aristides atque Melciades, multiq; alij, inter quos quidem quod mireris Cicero & Socrates, an te horum alicui, an Publico Clodio similem fieri malis, atque horum quisque ciuis optimus, & in sua urbe clarissimus, sed iudicio damnatus, & uel in exilium, uel in carcerem, uel in mortem actus. ille uerò scelestissimus, & inter multa flagitia notissimè quoque conuictus adulterij, uiolentiarumque religionum concordibus omnium iudicum sententijs absolutus est, quisquam ne adeò falsæ metuens infamiae est, qui non illius absolutioni, Ciceronis hostis sui, damnationem atque exilium anteponat? Sed humana hæc atque communia, sin altius aspicias, uidebis pressum falso iudicio cœli Regem familiamque eius electissimam, tanti uestigijs hærentem ducis, & qui hunc postea secuti sunt, tanta innocentia tantisque uirtutibus in hos ipsos iudicarij turbini in cursu ac scopulos incidisse. D. Falso iudicio offendor. R. Est qui te iudicet, is qui facit iudicium iniuriam patientibus, qui que ait: Mea est ultio & ego retribuam eis in tempore. est & ubi non cogitas, ipso iudicis aut testis in pectore, magni ibi habitant ultores, nullus belluæ morsus est acrior quam conscientia. D. Iniusto iudicio læsus sum. R. Illatis iniurijs bene uti, ars non ultima est, qua instructo sæpe profuit iniquitas aliena, cum sua cuique semper noceat, profit nunquam. D. Innocens damnatus sum. R. Quid igitur nocens malles? Sic enim Xantippe coniugi, Socrates moriens respondet mulieriter lamentanti, quod is innocens moreretur. Atqui & si aliqui contrarium opinati sint, longè tamen est innocentem condemnari tollerabilius, quam nocentem. hic enim solum supplicium graue est, ill'ic & causa supplicij. D. Iniusto populi iudicio damnatus sum. R. Expectas ut populus in te rectum uideat, quod nec in se nec in alio unquam uidit: magnū tuæ innocentia argumentū fuerit, à nocentibus condemnari. D. Populus immeritū me condēnat. R. Idem, hercle, nō immeritū, sed multa & magna pmeritum Camillū, de quo nūc loq̄bar et Liuiū ipsum, deniq; Scipionē Africanū, aliosq; Cornelios tales uiros, iniustis iudicijs agitados ad uoluntariū coëgit exiliū. D. A Rege innocēs condēnor. R. Et regū plerūq; sententiæ nō iustitiæ, sed uindictæ sunt, q̄ quis liberius uerbum

contra

contra licentias regias emiserit, cuicumque in intuitu libertatis frons obductior fuerit, is læsæ reus erit Maiestatis. D. Sed condemnor à iudicibus. R. Iniquo iudice nullum uenenosius est animal, à serpente læsos se dolent quidem homines, non queruntur, fecit enim serpens quod suum erat, quamuis non quod placitum patienti. Certè iudices erant, qui eos etiam de quibus dixi Socratem condemnarunt, Clodium absoluerunt, quorum utrum esset iniquius, dubitari potest, proinde in populis, aut sub regibus, atque iudicibus degenti, propositum animo esse debet, aspera quælibet & iniusta patienda si ueniant, non deslenda cum uenerint.

De exilio. Dial. LXVII. DO.

Exilio pellor iniusto. R. Quid tu igitur iusto pelli malles exilio? nempè q̄ ad iniuriæ cumulum, animum in diuersum trahit: habes enim iniusti exilij solatium, comitem iustitiam, quæ iniustos ciues destituens, te secuta tecum exulat. D. Iniusto exilio pulsus sum. D. An te rex expulit, an tyrannus, an populus, an hostis, an tu ipse? Nam si rex, aut iniustū exilium non erit, aut ipse non iustus, atque ita nec rex quidem. si tyrannus, ab illo te pulsus gaude, sub quo boni exulant, fures imperant, si populus, moribus ille suis utitur, bonos odit, & his quoque multiceps tyrannus nunquam sui similem pepulisset. Non te igitur patria, sed malorum coctibus arceri, neque in exilium, sed in partem bonorum ciuium cogi putes. At si hostis, agnosce iniuriæ leuitatem, non hostiliter scuit, qui omnia cum posset, patriam abstulit, spem reliquit, sint tu ipse, mores populi perosus, aut Tyranni Habitum elegisti, non modò ne doleas, sed etiam gloriare uirtutem patriæ prætulisse, non tu flebilem sed honestam & prorsus inuidiosam bonis atque optabilem, non iam exilij, sed absentia causam habes. spontè Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedæmona, Romam Scipio. D. Exilio damnatus sum. R. Multos exilium honestauit, multos acrior aliqua fortunæ uis atque iniuria notos reddidit & illustres, quid te uetat illis inseri, qui quasi ignem de silice claram famam collisionibus quæsieret? D. In exilium agor. R. Habes in historijs magnos rei huius socios, quorum speciosissimus comitatus, non sensum modò doloris imminuat, sed obliuionem afferat. Non minor in exilio Camillus fuit, quam fuisset domi, quantus ciuis, quantus exul, qui uictorias ac triumphos, non iustitia minus, quam prosperitate conspicuos, in Capitolium duxit: mox hinc pulsus, pro accepta iniuria, ingrata salutem patriæ rependit. Non facile aliud tam clari exulis exemplum fateor: sed Rutilius & Metellus tam nihil exilio fracti sunt, ut Rutilius reuocatus ab illo, cuius nutui non parere capitale erat, exilium amplexus, reditum contempserit, seu ne ulla in parte Senatu in iustis que licet legibus patriæ obstaret, seu ne forte exul iterum fieri posset: at Metellus eodem quo in exilio profectus erat uultu atque animo remearet. His Marcellus accedat, hic ultimus, qui in belli ciuili tempore incidit, pulsus nempè, non solitam modò constantiam honestarumque artium studium non omisit, sed strinxit artius, & publicis liber curis, uni excolendo animo tam ardentem incubuit, ut ad scholas missus honestissimas, non ad exilium uideretur, quod quidem in Cicerone, conspectius operum splendor & literarum copia maior facit, non exilij modò sed carceris dulce solatium. D. Exilium patior. R. Exilium breue citò te patriæ tuæ reddet, longum uerò aliam tibi patriam dabit, unde exulent qui te exulem uoluere, dedisset que nunc, si ad naturam rerum non ad opiniones hominum aspiceres: ualde enim angustus est animus, qui sic ad unum terræ angulum se applicat, ut quicquid extra sit exilium putet. multum abest exilij deplorator ab illa animi magnitudine, cui totus orbis carcer exiguus uidetur. Interrogatus Socrates: Cuias esset Mundanus, inquit, sum. uerè Socraticum responsum, Atheniensem se alius respondisset, Socrati autem patria omnium Mundus erat, non hic solum, quem uulgò mundum dicunt, cum pars ultima mundi sit, sed cœlum ipsum, quod hac rectius appellatione com-

M 4prehenditur.

prehenditur. Illi patriæ destinati estis, ad quam si suspirat animus, qualibet in parte terrarum peregrinum atque exulem se nouerit, nam quis patriam uocet, ubi non habitat nisi ad breue tempus: illa uerè cuiusque patriæ dicenda est, ubi quisque perpetuò securus ac tranquillus deget. quære hanc in terris, puto irrita erit inquisitio. Vt naturæ autem lex est data mortalibus, ac præscripti fines, dum hic uiuitur, terra omnis patria uestra est, intra quam, qui se exulem facit, non tam rei, quam animi uitio laborat. Non habemus hic manentem ciuitatem, dixit Paulus:

Inquit Naso: *Omne solum forti patria est.*

Ait Statius. *Omne homini natale solum.*

His te uocibus armatum uelim, quibus ubique unus, & uel nunquam uel semper in patria tua sis. D. Ire in exilium iubeor. R. I spontè, peregrinatio erit non exilium, & memento quibusdam exitum, quibusdam uerò reditum pro exilio fore. D. In exilium cogor. R. Cupiendo quod cogaris, efficies ne cogaris, omne uolentium patientia uincitur, & desinet esse uolentium quod uolenti fit. D. Ire in exilium est necessè. R. Tu fac uolens, quod uel nolens faceres, fac lætus omnia, nequid mœstus patiaris: ita omnem uim necessitatis, omnes clauos quos adamantinos illi tribuunt, catenasque, omne tædium molestiamque discussis, sed uos impossibilia cupitis, necessaria fugitis, utrunque ne quicquam. D. In exilium eo. R. Immò forsan in requiem, sub obtentu falsæ miseræ uerae foelicitatis, iam saltem ab inuidia tutus eris, prospera mixtamque cum gloria securitatem arripe, tutis & honestis latebris nihil est dulcius, nullæ his conferri possunt urbium plateæ. D. Pellor è patria. R. Pulsus te pessimis, optimis inferre, neque te patria, sed patriam te indignam rebus proba, sentiat illa quid perdidit, tu nihil perdidisse te sentias, mali ciues tui, tædio simulque præsentis odio ac suspitione careant, boni autem amore absentis ac desiderio teneantur, sequanturque oculis atque animis abeuntem. Illi se solos linqui dolent, tu te comitatum gaudeas proficisci, neque te in tergum respicias, neque reditum cogites, neque cum illis esse cupias, qui te cupiunt abesse: neque demum quod à te fieri debuit, ab alio factum ægrè feras. Deuisti cedere ciuium inuidiæ, utque illam fugeres ultrò in exilium ire. Huius ego consilij dux eram: nec exempli duces deerant clarissimi, nam in primis tres magnos Scipias id fecisse noueras, tamque perseveranter, ut patriam sua præsentia, qua nil clarius habebat, spoliatam indignam quoque cineribus defunctorum, quidam insuper, famoso dignam epigrammate iudicarent. Nomina sunt immortalis memoria, quæ tibi per famam perque omnis historiæ fidem ignota esse non poterant. Africanus, Nasica, Lentulus. D. Mittor in exilium. R. Immò in experimentum tui, uideris quem tu in exilio præbeas, si succumbis exul uerus, si consistis exilio clarus, ut multi olim qui inuicti & fulgidi per asperitates inceserunt, ut sequentibus rectum iter ostenderent. Sine tyrannos sauire, sine populum furere, sine hostes ac fortunam fremere, pelli potes, capi, cædi, periri, uinci autem nisi manum extuleris non potes, neque ornamentis tuis spoliari, cum quibus quocumque ieris, & ciuis & patriæ principum unus eris. D. Exulatū pergo. R. Perge alacer, I securus, nescis quam longa sint brachia tui regis. Nihil illi longè est, ubique te proteget qui protexit in patria.

De obfessa patria.

Dial. LXVIII. DO.

Obfessa est patria. R. Obfessa fuit Troia, obfessa Tyrus, obfessa Carthago, obfessa Hierosolyma, obfessa Numantia & Corynthus, euerseque omnes, quæ iam pudeat obfideri: Ipsa urbiū caput Roma, obfisione tēptata est, sed cū ita Roma esse desisset: quid Capua, quid Tarentum, quid Syracusas, quid Athenas, quid Veios minores uel alias loquar: sunt & sua urbibus fata, & pauca fatum obfisionis euasere, sed longitudo temporū, notitiæ rerum obstat, ut ipsis etiam ciuibus suarū fata urbium sint ignota. Tu præsentē sentis obfisionem, nec futuras præuides, nec præteritas meministi, sic est usus, quæ te premittes.

desles. Valdè sensibus dediti estis belluarum more. D. In patria sum obfessus. R. Dicebā te incommodum tuum flere, iam optabile uideri possit exilium, eo quod minus officiat libertati, neutrum tamen officit, si libertas animi uera est. ille & inclusus egredi, & exclusus regredi, & ubi uoluerit esse potest. D. Obfessus in patria mea sum. R. Obfessus & Priamus, non ciuis sed Rex in patria sua fuit, cum tota illa famosa magis quam fortunata familia. Obfessus Argis Antigonus Macedonum rex, & Eumenes Pergami, obfessus hac atate, intra urbem Ianuæ rex Siciliæ Robertus, nullo ueterum regum minor, si quæ ueros reges facit, uera uirtus attenditur, tu homuncio sortem regiam lamentaris, obfessus Ambrosius, obfessus Augustinus, ambo simul intra Mediolani ambitum. Obfessus ad ultimum Augustinus idem, intra episcopi sui muros, quo tempore, miseratus lachrymas suas, Deus à terrena illum obfisione, ad coeleste regnum transtulit. D. Obfideor. R. Et quis oro non obfideatur: hos peccata obfident, illos morbi, hos inimicitia, illos curæ, hos negotia, illos ocia, illos diuitia, hos paupertas, illos infamia, hos laboriosa celebritas, omnes corpus quod tantoperè colitis, & amatis, ille uos carcer, artificiosus circumcingit atque obfider obfisione perpetua. Ipse orbis terræ, ubi fremitis & bellis asiduis insanitis, ubi imperiorum terminos ac regnorum tanto studio prolatatis, qua à uobis incolitur, quid est aliud, quam quod ait Cicero, quasi quædam parua insula, circumfusa illo mari quod magnum, quod oceanum, quod athlanticum appellatur in terris, quod tamentanto nomine, quam sit paruum uides: Vndique obfessi estis omnes, tu te obfessum ut rem nouam narras, uide potius, si quid in te opis aut consilij est, quod possit ad tutelam patriæ conferre. Hoc fac potius ac memento Syracusij Archimedis operosi senis, que relax enim nec tibi nec patriæ profuerint. D. Obfideor intra patriam meam. R. Quid tu igitur an alibi malles obfideri: posses id fateor malles, & quidem piè quo scilicet te obfesso illa non esset. cæterum quod ad te attinet, an solamen exiguum uidetur, quicquid sit in patria tua pati, ut quantum lædit aduersitas, tantum leniat locus ipse. D. Intra muros patrios coartatus sum. R. Ita hoc dicis, quasi nullæ maiores uobis sint angustia quam murorum. quam multi ex his qui in urbibus habitant, sic asidui in curia atque in foro sunt, ut uix toto quam longus est anno semel portas urbis aspiciant. Adde nomen obfisionis erumpere gestient, & uincti sibi compedibus uidebuntur artificiosissimis, non hoc facit obfidio sed opinio, qua nihil est in uestræ mortalis uitæ fluctuatione potētius. Fabulam locus poscit. Decrepitum quendā senē fuisse nuper Aretij fama est, qui nunquā patriam limen excesserat, id cum ad aures præsentium peruenisset, ludendi studio hominem ad se uocant & sibi compertum dicit, illum clam urbem egredi solitum, occulta cum hostibus habere colloquia. ille autem per sanctos iuare, se non solum tunc præsentis belli tempore, sed nec unquam ulla pace, per omnem quamuis longam uitam muros urbis egressum, cōtra illi incredulitatem fingere, & suspectum eum Reipub. dicere, quid multa: Graui ni pareat poena imposita, ne egrediatur imperant. Illum ferunt impatientia prohibitionis irritatum, die postero, quod nunquam antea uisum erat, extra muros patriæ deprehensum. sic inuetitum semper peruicacia animos urgente nitimini, & tu nunc te artatum dicis, & tibi urbs tota non sufficit, cui nisi obfidereris, forte pars minima, domus forsitan una sufficeret quod maxime studiosis euenire solet. Quid quod ferè omnis obfidio breuis est: Ad est loci solamen ac temporis æquanimitas, sola deest ut lugeatis & quæramini non natura rerum, sed mollicies uestra est.

De patria euerfa.

Dial. LXIX. DO.

Quid quæ euerfa fūditus est patria. R. An nō fortunas quarū dā ex his quas paulo ante nominabā, & similes aliarū innumerabilū audiisti: Tyrū & Thebas & Persepolim Persici regni caput eueit Alexander Macedo, quod mireris, ad suggestionē scorti unus. Magnæ urbis tenuis fortuna est, Troiam eueit Agamemnon, Saguntū Hannibal, Carthaginem atque Numantiā Africanus minor, Hierosolymam Titus, aliasque alij, Romam nullus in totū diruit: sed senectus attriuit, ciuilibus adiuta discordijs, & quid refert quis

M s euerterit

euerterit, quam constet euerfam; Ruinæ Mediolanensis, recentior fama est, sub Federico imperatore barbaro & immani. quid tu ergo tuam patriam rebaris exemptam impio fortuna; cui urbes maximæ atque imperia subessent, an usque adeo te fefellit amor, ut urbem unam, quod tu ibi natus esses, fingeres immortalē, cum sit mundus ipse mortalis; Cœlum ruet ac terra, montes & maria mouebuntur, & creata de nihilo in nihilum redigetur, tu ruisse tuam patriam aut miraris, aut quæreris; sunt quod paulo ante dicebam, ut hominibus, sic urbibus mortes suæ, non tam crebræ illæ quidem, quod & pauciores urbes & diuturnioris æui sunt, morti tamen obnoxie, non sunt enim soli homines, sed præter animos, humana cuncta mortalia. D. Patria ruit. R. Resurget forsitan, nam & aliquæ surrexerunt, & quibusdam cecidisse materia fuit foelicius resurgendi: nempè hodie Saguntum & Mediolanum sedibus suis stant, at Mediolano proxima laudem Pompeij ultima ut aiunt, mutauit locum iisdem barbaricis manibus, & sub idem tempus euerfa. Similiter & Hierosolyma & Carthago, Spera ergo si spes cecidit, & de patria actum reris, cauetu succubuisse fortunæ. peior est enim animorum deiectio quam murorum. Virilis non feminea, uirum decet pietas, quamuis doleas patriam cecidisse, nolitamen simul occumbere, quando tua nil iam ruina Reipub. collatura est. Quin te ipsum & si quæ sunt ciuium reliquæ, ad foelicia tempora referuare satage, factis prius non lamentis opus est, ubi sit etiam ipsa fuga laudabilis (audisti ut Terentio Varroni, cuius culpa ac temeritate penè ruerat imperium Romanum, publicæ ab omnibus gratiæ actæ sunt, quod de Reipub. non desperasset, quod fecisse Collega eius uir clarissimus, & culpæ omnis illius expers uidebat) si aliud nihil est reliquum. At tu saltem cum Biante bona tua tecum portans, quamuis nudus muros patriæ tuæ cadentis egredere, & illam patriam aspira, cuius regni non erit finis. quo cum tandem Deo te uocante conscenderis, non obsidionem metuas, nec ruinam, nec eorum aliquid quæ uestris in urbibus metuuntur.

De metu perdendi in bello. Dial. LXX. ME.

Bello uinci metuo. R. Pacem quære. M. Valde uinci metuo. R. Timor modestus cautionem, uehemens uero desperationem parit, quarum altera nil in bello melius, altera peius nihil in rebus omnibus. M. Magni prælij quatuor terrore. R. Quid bellantium timor mali ferat, atque ex timore oriens moestitia, Flaminius ad Thrasumenum, Crassus apud Charras, Pompeius in Thessalia expertus est, quibus in locis, & sæpè alibi uerum Poëticum illud apparuerit:

Pessimus in dubijs augur, timor.

M. Euentum pugnae nimis horreo. R. Differ interim dum spes redit, malè pergitur, unde abstinendum mens terror quæ denunciant. Solet inesse animis præfaga quædam uis, cuius obstare fortassis non sit usquequaque consilium, non est exemplorum numerus, seu ueterum seu nouorum, clarissimis tribus uti satis habui. M. Instantis pugnae casum metuo. R. Excute res tuas, quas te melius nemo est qui nouerit. Vide ne non rei natura, uel uirium defectus, sed prælagium sibi fingat ignauia: cui nihil usquam non formidolosum, ac difficile est. Hæc si libertati igitur, si gloriæ, si salutis tue officit, uirtutis auxilio cōprimenda est, excitandus quæ animus, & monstrandum illi, sæpè pauciora esse et leuiora pericula, quam pauores obuersari, sæpè oculis falsas imagines rerum terribilium, quibus consternati quidam, sine ferro paratam sibi uictoriam tradidere hosti. Non est enim falsus atque inanis, metus uerò lentior sed eò sæpè uehementior, quo pauentem, maiora omnia sibi fingens error quoque præcipitat. atq; itaque Poëta idem ait:

Male cuncta ministrat impetus.

Si nec his attollere iacentem animum potes, sed uirtutis pavor exuperat, campo abstine, uix benè geritur, quod pauide geritur, sic affectus in aciem si descendas tecum erit, qui contra te dimicet, tui enim ipsius aduersus te melior pars rebellat. Malus semper hospes, animi pessimus in bellum comes, metus,

Destu-

De stulto & temerario collega. Dial. LXXI. DO.

Stultū habeo ac temerariū collegā. R. Est aliquid causæ fateor, ut timeas, sed ex aduerso aliquid est ut speres, hoc enim ut quibusdā calamitatis, sic alijs gloriæ præbuit materiam. Temeritas Terentij Varronis, Aemilio Paulo mortem peperit, at L. Furij & Minutij temeritas, M. Furio Camillo, & Q. Fabio Maximo, singularem gloriam quæsiuit. notæ sunt historiae. D. Est mihi collega præceps & inconstans. R. Esto tu constans & modestus, nusquam uirtus clarior eminet, quam suo admota contrario: cur non tu potius illum regas quam te ille præcipitet. D. Est insolentissimus collega. R. An tibi accidit, ut ipsi de quo nunc diximus Camillo tribuni militum consulari potestate, quinque simul collegæ, imperio pares ultrò se submisere. habet hoc uirtus excellēs, possessoribus suis auctoritatem, miratoribus reuerentiam ac pudorem confert, nullo melius modo collegæ insolentiam represseris, quam industria ac uirtute. sic efficies, ut illum tibi parem dici pudeat, sicut puduit Minucium, & aut se spontè subiiciat honestiore suffragio, quam si eum tibi populus subiecisset, aut omnes intelligant, illum tibi parem nomine, rebus imparem, & quicquid benè gesseritis tuum esse, quicquid secus illius. D. Collega mihi stultus obtrigit ac peruersus. R. Quædam per contrarium discuntur, solent magistri tardiusculis discipulis ineptum aliquid proponere, quod cum respuerit discipulis ingenium, ad uera facilius retrahatur: redit ad memoriam obscuri hominis clarum uerbum. Antè non magnum tempus, cum Florentia ciuitas statum mutasset, quod crebrò nimis ac libenter facit, atque ad imam plebē frena Reipub. peruenissent, unus ex insolenti grege, qui diu tenuerat illa, & moestus amiserat, uicini inopis mechanici humilitatem spernens & tu inquit, qui neque literas noueris, neque unquam patrios fines excefferis, uili semp̄ artificio uitam trahens, cum paribus tuis, qualiter hanc tantam & tam mobilem urbem reges; ille autem nihil motus. Et quid negotij, inquit, est? Quid uos egeritis nullus ignorat, si per omnia contrarium agimus, aberrare non possumus. o uerbum dignum docti hominis ex ingenio prodijisse. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi statuas exemplar, cui dissimilimus fieri uells.

De inconsulto & præcipiti magistro militiæ.

Dial. LXXII. DO.

Est mihi magister militiæ inconsultus ac præceps. R. Hoc aliquanto periculosius non negem. legiones uestras interroga iacentes ad Trebiam, ad Thrasumenum, & ad Cannas multis quæ alijs in locis. Si remedium uis, dubiam linque militiam, si forte non datur, at tu fortiter atque industrie ministeriū tuum age, ut inter tui ducis errores, tua uirtus emineat, nec te ruina opprimat aliena, sed tu potius, si qua est uia, publicæ humeros subiicias ruinae. Rem difficilem, sed neque impossibilem, neque insuetam habeo. ut enim sæpè multis militibus obfuit, unius ducis ignauia, sic interdum unius uiri uirtus, & exercituum seruaui & ducem. Ne uis longior quam oportet, tu res suis in locis quæres, mihi nominatim & temporū commemoratio sola sufficet. Publicus Decius bello Samnitico, Calphurnius Flaminia bello Punico primo, Africianus minor bello, Punico tertio, tribuni omnes militum ducumque & exercituum seruatores, tanta esse tua uirtus ac foelicitas potest, ut aliena infamia eximiam in gloriam tuam: anceps sanè negotium, sed extrema in necessitate unicuique. proinde utrunq; alios rotauerit, tu uirtutis gubernaculū si mihi obsequi uolueris, nec in pace, nec in bello, nec in uita destitues, nec in morte.

De infausto prælio Dial. LXXIII. DO.

At prælio uictus sum. R. Iam timor euauit, sperare incipies, hæc est horū series affectuū. Nam cū spes & metus de futuro sint, sicut futurū potest esse, quod speres, sic futurū esse desijt, quod timebas. D. Magno prælio uictus sum. R. Tanto ne animo uictus sis,

uictus sis, nempè ille si cecidit actum est, meministi, ut Marcellus prælio uictus, die proximo in aciem redijt, uictoremq; suum maiore quàm ab illo pridie uictus erat. prælio uicit, & Iulius Cæsar ad Dyrrachium inferior, ad Pharsaliam mox ingenti prælio uictor fuit. multi prælio uicti, bello fuere uictores. Non cadunt animi uirorum fortium unius lucis euentu, non magnanimi tantum, sed longanimes sunt. uictus hodie, cras pugnabis cautius, ducis artem, infausta prælia, quasi tristes fidiq; edocent magistri, atque ubi sit errorum plagis admonent, sic agricolam sterilitas, architectum lapsus ædium, equitem casus crebri, nauis graues acuunt procellæ errando discitur. D. Victus sum. R. Non est uictus nisi qui se uictum credit, cuius spes obruta & extincta est, cuius animus amara deposuit. Aspice Romanos animos, cum superiori tum præsertim bello Punico secundo, non tam defectioe sociorum, nõ conspiratione regum ac gentium, non tot infelicibus prælijs ac ruinis penè ultimis uicti sunt, nulla unquam apud illos mentio pacis, nullum diffidentia ue stigium, nulla denique nisi alta prorsus & inuicta consilia. Hoc sanè quid est aliud quàm uirtute animi fortuna duritiem mollire, atque illam in pudorem sui & amorem tui cogere, tandem igitur ut dignum erat emersere, & millies strati surrexere altius, ut non honestes tantum suos modò tam formidabiles, sed totum mox ex ordine terrarum orbem, uirtus illis ac fortuna subiiceret. D. Victus sum fateor. R. Nunc demum incipis nosse fortunam, & hoc saltem boni fugiens inuenisti, nemo fermè res magnas gratis discit, multos docet experientia, quos schola non docuit, & præceptoribus surdum caput haussit oculis, quod auribus non ualebat. Nulla rerum humanarum certior magistra quàm aduersitas, nulla discutiendis erroribus aptior. D. Magno fortuna uulnere corruui. R. Surge ne iaceas, nusquam clarius quàm inter fortuna uulnera, prominet animi magnitudo. nunc nosce te ipsum, quantarq; sis uirtu ualdè ictus intellige. D. Speratã uictoriam amisi. R. Si insperatam, prudentiã quaesisti, non speranda rerum permutatio uideri debet. D. Victus sum bello. R. Bello uictus libertatem retinet ac uitam, uitio autem uictus utranq; amittit, quisquis igitur illi succumbit uerè uincitur. D. Victus sum. R. Quid scis an illud Magno Pompeio Thessalico dictum, dicere & tibi conueniat?

Vincere peius erat.

Ut damni plus, sic peccati minus solet habere qui uincitur, lucrum ingens, quod optantes quidam non uinci modò, sed mori etiam elegerunt & profectò mercantur egregiè, qui morte corporis quaerunt animæ salutem, sed plerique malis suis gaudet, bonis aguntur, tanta hominum mentes habet cæcitas. D. Victus sum. R. Potest id quidem tibi non scientia militaris inopia, sed fortuito contigisse. Nusquam enim fortunatior, ut ita dixerim fortuna, quàm in prælio cum multa alibi, illic omnia posse illam perhibent. D. Prælio uictus excessi. R. At non continuo nudus, possunt arma uictus auferri, uera autem bona, quæ sunt arma animi, etiam qui uidentur, uicti retinent. ea enim ex incendio ac naufragio, sic aduerso ex prælio efferuntur. Nec illa tantum, quæ in animis abdita ferro tangi, nequeunt, sed illa quoque quæ maximè periclitari in prælijs ac ferro exposita uidentur, itaque non quisquis bello uincitur, bellicis simul spoliatur laudibus, licet etiam armis amissis ex acie fugientem, quodq; est maius, in acie pereuntem, secum ducis eximij nomen ferre. nam & ad Thermopylas Leonidam non tam uictum quàm uincendo fatigatum, inter ingentes stratorum hostium cumulos occidisse, cum suis Græcæ memorant historia, quàm Deiphobos famam Maro approbat, & in campis Aemachijs, si Lucano creditur, stetit ordine certo infelix acies. Et nouissimo prælio quod in Africa cum Hannibale gestum est, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari, ut de uictore uictus, sic & de uicto uictor ipse, confessus est, uterq; ingens rerum talium affirmator. quid amisit autem, qui ueram artis suæ gloriam, & bene gestum rei conscientiam, non amisit?

De bello ciuili. Dial. LXXIII. DO.

Bello quatimur ciuili. R. Nomen hoc à ciuibus tractum, & tu unus es ciuium. uide ergo ne & tu unus sis huic malo fomenta præbentiam, & uirtuti parte culpæ non careas?

careas? hic enim est mos, alter alterum inflammat, donec singuli furorem publicum exciuerint, tum demum furor publicus singulos urget, ac præcipitat, nec unquam publicum malum à se incipit, quamuis accessione auctum, totam infecerit, siue etiam euerterit ciuitatem, si primam tamen quaeris originem, singulorum in erroribus radicatum est. Hoc est autem quod cauendum moneo, ne tu quoque unus fueris ex his, qui uel materia uel flatu ciuile incendium aluerint, multi enim faciunt unde mox quaratur, & quasi ab altero inflictum uulnus suis manibus factum lugent, multi iam sui incendio perire, quod si tibi nihil es conscius, pius est dolor boni ciuis, in calamitate publica, sed quem soletur innocentia. Humanis enim malis, nullum flebilis culpa est, immò quidem, ut quibusdam maximis uiris placet, nullum aliud est malum. D. Ciuili uexamur bello. R. In furore ciuium te sequestrum pacis exhibe, si id frustra est, at tu saltem pro libertate, uel solus pro iustitia partes fac, quod & si patriæ fortassis inuile, at tibi certè laudabile. utriusque rei exemplum, una tibi urbs dabit, Menenium Agrippam, & Portium Catonem hunc nouissimum. D. Im placabile ciuibus bellum est. R. Si nihil opis in te est, ambi alios, increpa, deprecare, obsta, castiga, obsecra,ingere, quibus potes publicam ruinam, quæ priuatas in se continet, & cum nullius propria uideatur, est omnium denique hinc pietate, hinc terroribus animos placasini apud homines proficis, Deum ora, opta ciuium resipiscenciam, & salutem patriæ, modique omnibus boni ciuis officium imple. D. Bello ciuili Respub. in extremo est. R. Nequid uel ciuilibus uel externis bellis inopinum accidat, ne quis imparatum casus opprimat, semper hoc unum uolue animo, non homines modò, sed præter animos, humana omnia esse mortalia, & ut hominibus, sic urbibus & magnis imperijs, suos morbos, nunc extrinsecus obrepentes, nunc ipsum intra corpus exortos, in quibus sunt secessiones, & simultates & discordia & bella ciuilia. esse omnibus constitutum terminum, qui præteriri non poterit, suum finem cunctis quæ uidentur instare, & si paululum differatur, affuturum tamen, ubi sunt urbes clarissimæ, fuisse syluas asperrimas & futuras esse. stulte de se sperare urbem aliquam, quod assequi regina urbium Roma nequiuert. hoc inter facta hominum atque urbium interesset, quod illa propter innumerabilem infinitam que frequentiam, & uitæ breuitatem quotidie in oculis sunt, hæc propter raritatem atque æuum longius, uix semel multis in seculis & cum stupore cernuntur. Hæc te cogitatio firmiter contra omnes casus tam publicos quàm priuatos faciet, hæc tibi demum & si non amoenam atque utcunq; tollerabilem uiam sternet, ad inopiam, ad exilium, & ad mortem, docebitq; hoc proprium patriæ tuæ malum, quod omnibus est commune.

De discordia animi fluctuantis.

Dial.

LXV. DO.

Animi discordia laboro. R. Nullum hoc bellum peius nec ciuile quidem, illud enim ciuibus inter se, hoc homini secum est, illud inter partes populi, in plateis urbium, hoc intus in anima, inter que ipsas partes animæ geritur, itaque cum sit belli quædam species, quæ plus quàm ciuile bellum dicitur, ubi non solum ciues, sed cognati etiam inter se pugnant, quale inter Cæsarem ac Pompeium fuit de quo dictum est, ille locus fratres habuit, locus ille parentes, quanto hoc bellum iustius nomen id uendicat, ubi non pater contra filium, nec frater aduersus fratrem, sed homo ipse contra se litigat, quo durante litigio, nulla quies animo, nulla potest esse securitas. D. Discordat animus & diuersis secum pugnat affectibus. R. Diuersitatem illam abijce, unum uelle incipe tunc composita erit, & immota pax animi, cum discordes affectus, quasi seditiosi ciues in unam conuenerint uoluntatem: alioquin ut contrarij & corrupti humores febrem corporum, sic contrarij affectus febrem pariunt animorum, quæ tanto est periculiosior, quanto & animus corpore est nobilior, & æterna mors terribilior temporali. utrobique tamen adhibitum temperamentum & æqualitas quædam, ad salutem est uia. D. Pugnat animus nec quod uelit eligit. R. Malum simul maliq; causam stringis, quia nempè nõ eligit ideo

eligit ideo pugnat, eligat & confestim pugna cessabit, eligat dico bonum uelle, nam si malum, magis magisque certabit, uicia enim inter se pugnant, Semper uirtutum concordia summa est. D. Animus in partes scissus diffidet. R. Animum in tres partes distinxere Philosophi, quarum prima in arce, hoc est in capite locauerunt, moderatricem uitae humanae, coelestem, serenam, semper Deo proximam, ubi tranquillae honestaeque uoluntates habitant, duarum reliquarum alteram in pectore, ubi irae aestuant utque impetus, alteram subter praecordia ubi concupiscentiae atque libidines, duplex huius pelagi tempestas, quid agendum igitur tibi sit uides. Fac q̄ Menenius ille, cuius paulo ante meminimus, persuasi plebi ut subesse patricijs in animum induceret, quo impetrato, urbem scissam in duas, ad unitatem salubri consilio reduxit, & tu cogere uel consilio, uel ui partes ignobiles parere nobilibus, rum demum, & non aliter animi pacem spera, qua sublata, quid aliud quam uaga semper & propositi inscia, & fluctuans & incostans uita hominum est, & caeca prorsus & miserae multi prius ex hac uita abeunt, quam quid uelint sciant. D. Fluctuo in consilijs, nec quid uelim scio. R. Iam dixi multis hoc accidere, non uno aliquo tantum in tempore, sed & in omni uita & usque post uitae finem, & profecto ex omnibus quae dixisti dicturus ue es uix hoc malo peius aliquid inuenies. D. Fluctuo & in diuersum agor. R. Maximum argumentum male se habentis animi, fluctuatio est, ut enim corpus aegrum saepe thro ro uoluitur, sic aeger animus consilijs agitatur, de quo uix ulla mihi spes salutis, parumper abest, quin melius sperem de homine uitae pertinaciter inhaerente, qui si conuersus fuerit ad uirtutes, in his forsitan constans erit, quam de homine uario, nullis se consilijs applicante, qui & si boni aliquid inceperit non consistet, neque perseverabit docilis instare. Et fieri potest ut de hoc intelligere liceat Senecae illud obscurum: Quod tota uita elabitur aliud agere tibus, modo enim hoc, modo illud agentes, nunquam idem semper aliud agere sunt dicendi, quamuis & alios sensus locus ille recipiat. D. Inter uarias curas iactor. R. Quasi inter tumidos fluctus uitae tuae puppis, consilij inops & magistro destituta concutitur naufragio proxima, ni tu illam dum nondum manu clauus excidit tuto aliquo & salubri sistas in portu, iactis quae ancoris conuiescas, prius quam te animi tempestas oppresserit. D. Fluctuo, propositi incertus. R. Hinc praeter animae periculae, quae innumerabilia & immensa sunt, ipsae quoque aris habitus prodit uariis & inconstans, similis quae animo a quo uultus fingitur, ut ait Cicero, dum quae hoc in statu fueris, nunc laetus, nunc tristis, nunc pauidus, nunc securus, nunc celer, nunc tardus incedes, insigni uarietate conspicuus, quale aliquid traditur de Lucio Catilina. At ubi te primum composueris, atque ad unum aliquid direxeris, unum uelle coeperis, quod bonum utique sit oportet, quoniam natura malorum semper uaria est, ubi hoc, in qua, feceris, praeter animi quietem, rerum optimam, uniformitas quoque uultus ac tranquillitas consequetur, nec spe ulla, nec metu, nec moerore mutanda nec gaudio, res quidem uenerabilis & paucorum hominum, quae apud ueteres Graecos in Socrate apud uestros in Lelio laudata est, postremo uero in principibus uestris, Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

De ambiguo statu. Dial. LXXVI. DO.

Ambiguo in statu sum. R. Quid est quae so de quo ambigis? Moriendum ne mortibus, an speranda quae fugiunt & nullam in prosperis spem habendam, an inueuitabiles casus rerum esse sed tollerabiles, nec flecti quidem sed frangi posse fortunam? at haec omnia certa sunt. D. Ambiguo in statu positus, quid de me futurum nescio. R. Vbi quando, qualiter moriaris ambigere quidem potes, mori autem oportere, nec male mori posse, qui usque in finem bene uixerit, nec cito mori, quibusuis in spatijs uitae uiri boni munus impleuit, uel si id non licuit, at speciem dedit, nec alibi quam in patria, qui mundum omnem sibi patriam fecit, nec alibi quam in exilio, qui ueram suspirat ad patriam dubitare, ni desperis nullo potes modo. Vnde igitur istae ambages? de fortuna forsitan, an tibi fidem, quod uix ulli unquam fecit? an suos potius mores seruat tanquam pelagus procellosum, nunc

nunc ficta tranquillitate fallax, nunc fluctibus altis minax, nunc horrida naufragijs? Ne de hoc quidem ipso, si qua tibi experientia rerum est, dubitatio ulla supererit, quamuis enim euentus ambiguus, ipsa tamen ambiguitas, ipsa & uirtus, quae te inter incerta certum facient certa est, cui cum te totum dederis, prouisa omnia nihil erit ambiguus. D. Ambiguus status est mihi. R. At non ambiguus Deo, id sat est, illi te ipsum fidens crede, & dicei, in manibus tuis sortes meae, id cum pie feceris, pone metum, pone ambiguitatem, pone sollicitudinem, ille scit quid de te acturus sit, nullius rei dubius, parua quidem, sed firma in nauicula magnum sulcas mare. Fidus tuae quae salutis amantissimus gubernator est, quid refert, an uiam uector ignoret, si magistro nauigij nota est.

De uulneribus acceptis. Dial. LXXVII. DO.

Vulneribus crutior grauissimis. R. O si animae tuae uulnus aspicias, quam tibi haec leuia uideantur, sed uos delicatissima corpora, insensibiles pene animas habetis, altera uestri parte nihil, altera pati omnia parati, quodque est funestius non sentire. D. Vulneribus inflatis afficior. R. Hostilis mucro lorica penetrat, non animum, ille nisi ultrò suis se armis spoliat, inuolabilis ferro est. disputatum habes a magno quodam uiro, paruo quidem, sed arguto uolumine, nemine laedi posse nisi laedatur a seipso. Cui sententiae, quam uis ab opinione hominum uehementer abhorreat, pro ueritate subscripserim. D. Grauis simis multisque uulneribus laniatus sum. R. Nullum uulnus grauius esse potest quam ad mortem, talia uero uno corpore multa esse non possunt, si unum ergo grauissimum, reliqua omnia leuia sint oportet. Tribus & uiginti uulneribus confixus Caesar, unum non amplius letale habuit, ut sane fuerint cuncta letalia, plus ne quam semel mori potuit, multa licet ac profunda sint uulnera, unus est uulnerum effectus, quorum saepe etiam in corpore extinctum, inhumana repetitio non uulnerati poena, sed saeuitia uulneratis exaggerat. D. Vulneribus debilitatus sum. R. Sic utinam simul debilitata superbia, cum sororibus suis accesserit uulnerum comes humilitas, ne de nihilo scriptum sit: Humiliaasti sicut uulneratum superbum. bonum uulnus & utile, quod plurimum ac maiorum uulnerum medicina est. D. Vulneribus deformatus sum. R. An adolescentis illius obliuisceris, cuius mentio bis in hoc sermone incidit, sero quidem sponte faceres, quod ab alio factum gemis. D. Transuerso uulnere facies exarata est. R. Non uulnus sed causam uulneris attendo, iusto cicatrix bello parta, miris modis honestat faciem, uiri fortis speciosum pro iustitia susceptum uulnus, multoque speciosior est mors. D. Uulnere accepto claudus sum. R. Dictum tenes Horatii Coditis, qui cum die illo, quo mirabili magis quam credibili fortitudine atque constantia, solus Tusci regis exercitum subicio in ponte sustinuit, testudine suorum manibus a tergo fracta, & collapsa, hostibus clausum iter sentiens, utque erat armatus, et mille hinc atque illinc missilibus circumuentus, ex alto se in Tyberim profecisse, unoque cum uulnere unde claudus mansit, inter ruendum accepto, nando ad suos, corpore reliquo incolumis peruenisset, idque uitium sibi post tempus in petitione honoris obijceretur, sic elusit aduersarium. Minime enim, inquit, claudico, sed ita dii immortales uoluere, ut per singulos passus meminerim triumphi mei. Praeclarum plane factisque par dictum. D. Manum uulnere perdidit. R. Si leuam, damnum leuius, at si dextram, Marci Sergij uiri fortissimae remedio uti licet qui hac manu, bello Punico amissa, sibi ferream fabri fecit, cum qua multis ac trucibus praelijs, non ociosus bellator interfuit: id si parum successerit, dextrae officium in sinistra transfer. Nosti ut Caesareus miles Attilius, bello Massiliensi, cum iniectam puppi hostili dextram amississet, laeua prehensam tenuit, donec pelago mergere. D. Vtraque manus ferro abscissa est. R. Vbi plus licentiae fortuna, tibi plus negotij uirtus habet, fortunae tamen omnis aculeus, uirtute cotundit, hac armatus, etiam sine manibus fortis erit. Memeto Cinigeri Atheniensis qui post Marathoniae pugnae, opus immortale, Miltiadis hostibus ad naues profugis imminens, obtruncata manu dextra, qua una nauium fugae plenam strinxerat, sinistram mox adhibuit, qua rursus abscissa, ferre in morem, morsu post affixo sic tenuit, quos aliter non

aliter non ualebat, nec tibi miles ille Cannensis exciderit, qui uulneribus usu manuum priuatus, contra suis intentum spolijs uictores, quod unum sibi supererat dentibus quidē, pro manibus usus est, ceruicemq; eius arrepta uulnis implicuit, nec laxauit prius, quam auribus truncis ac naribus, os hostis lacerum tuens, seq; ultus moriens iam lætior expiraret. Fero cia hæc, illa suauiora mitibusq; animis aptiora remedia, ut semper ceu rem fragilem cadu- camque teque uelociter deserturam corpus aspicias, ut cum id euenerit, nec concidas nec mireis quidem, sed exteriore membrorum ministerio amisso, in ipsos animæ sinus int- mos te conuertas, ubi inuenies aliquid magnificè loquendum agendumq; nec lingua opus esse nec manibus. D. Vulneribus deformatus sum. R. Dixi iam, immò si causa uulne- rum pulchra est, honestatus ac insignitus, uiri quidem fortis, pro iustitia magnum aliquid aggressi, durumque aliquid propelsi, non foedis frons sulcata uulneribus uideri debet, sed notis stellata fulgentibus, neque uerò cicatrices aut uulnera, sed uirtutis sunt dicenda uesti- gia, & præclaris affixa frontibus signa meritorum. proinde si Cæsar eum illum quoque cen- turionem Cæsum Scæuam miræ uirum fortitudinis, sed iustitiæ nullius, mille lacerum per- fossum que uulneribus hostes quoque uenerati, & propter unius uirtutis admirationem uulnera ipsa deosculantes, armorum fragmina & sagittas, & repenti caduere educas, Deo- rum templis ceu sacrum aliquid affigebant, quid de fortis iustiq; uiri pretiosis uulneribus sentiendum sic intelligis. D. Vuneribus multis infirmus ac deformatus sum. R. Cura- te miseri uulnera, nisi nunc sanentur hæcura perpetuò, de his enim terra uiderit, quæ il- la con- reget consumetq; cicatricosaq; corpora excipiens, plana restituit. D. Inflicto uulnere hac aut illa parte corporis truncus sum. R. De partibus litigas totum illud relicurus.

De rege sine filio. Dial. LXXVIII. DO.

Regnum est mihi, non filius. R. Parum ne tibi igitur sollicitudinum & curarum re- gni onus imposuit, nisi filij insuper pondus accesserit? Sarcinis uestris delectamini, & dulce est uobis iub fasce succumbere, nullum publicum regno grauius, nulla priuata sar- cina grauior, quam filius, etsi nulla charior. D. Cui regnum dimittam, nullus est filius? R. Dimitte ciuibus libertatem, nil illis gratius, nil te dignius potes: fuerunt qui uiuentes, nec successore carentes, hoc ipsum facere meditati sunt. Hiero Syracasius & Augustus Cæsar, quanto uerò satius fuerit, multis benefacere cum possis, quam optare ut unī malefa- cias? quid est autem melius, quid dulcius, quam in libertate uiuere, quid peius, quid pericu- losius quam regnare? D. Non est filius quem hæredem regni faciam. R. Non est tibi materia perpetuandæ tyrannidis, nam quid sunt aliud regna quam uerustæ tyrānides? non fit bonum tempore, quod natura est malum, adde quod per se qui in regna succedunt, à maiorum suorum calle discedunt. exemplo sunt Hieronymus Siculus tyrannus, & Lu- gurtha Numidicus, qui Romanorum amicitiam tanta fide, ab auis tam que fideliter diu cul- tam, cum sua uter que pernitie, alter insolentia, alter perfidia uolarunt. Non habes igitur successorem regni, non habebis tuorum actuum euerforem, sed habebis populum, tui no- minis amatorem & cultorem, tui memorem, libertatis tibi per secula debitorem. Benè te cum egisse fortunam credito, & melius multò, quod filium tibi uel abstulit uel negauit, quā quod regnum dedit. D. Sine filio rex sum. R. Nunc honestius atque liberius regna, sæpè amor filiorum ab amore uirtutis animum deflexit. Legisti ut apud Taprobanem in- sulam ingentem, quæ longè trans Indiam in orientali sedet Oceano, per transuersum dia- metrū obiecta Britāniæ, rex arbitrio populi cōsentientis eligitur, uir ex omnibus optimus, nihil sanguis, nihil opes profunt, omne suffragiū de uirtute oritur, ita ut nunquā iudicio fa- uor officiat. Sancta & foelix electio, quæ ad nostros reges utinā peruenisset, neq; malis peio- res, & peioribus pessimi succedentes, orbē terrarū, tradita per manus nequitia ac superbia corripuissent. illic tamē quantūlibet optimus ac perfectus uir, unanimi sentētia omnium com- probatus, ad regnum tamen non perueniat, nisi & senex & filij scarēs, ne aut ætatis feruor, aut filij

aut filij amor, transuersum quo non expedit animum agat: ita qui & filium habet ad regnum non assumitur, & si post regnum illi forte filius natus sit, statim regno cecidit. Neq; enim prudentissimi uiri possibile opinati sunt, ut idem animus, simul & populum curet & filium.

De regno amisso. Dial. LXXIX. DO.

Regno excidi. R. Iam solatiū genus est filium non habere. D. Regno excidi. R. Vtilis casus, in præcipiti sedebas, saluus in plano depositus, & periculofam altitudinē post terga respiciens, uidebis te regni solito descendente, ad priuata uitæ requiem ascen- disse. Et si nulla est sine securitate iucūditas, nulla foelicitas, aliquāto iucūdius te, aliquantòq; foelicius atq; ita altius esse q̄ fueras cognosces. D. Regno depulsus sum. R. Habeto gratiā depellenti, durū auribus animo, liquidū quod iubeo, depulsus enim es unde erat abe- undū, quod sponte debueras, coactus facis. Optanda uis equidē non deflenda, nam quis pu- dor hominem natum, aut regnum super homines optare, aut se parem factum hominibus indignari, se excellere pulchrum atque optabile, quid ni omnium pulcherrimæ rei excellē- tiæ exoptanda sit, non superbiæ igitur, neque licentiæ, sed uirtutis, ex qua uera diademata regum, non ex gemmis auro que fieri: nemo tam auri cupidus aut gemmarū est qui neget, quis autem quæso hominum non uidet, inter homines principatum humanitati debitum, non opibus quæ opulentum hominem faciunt, non humanum magis, atque ita nec melio- rem certè nec hominibus altiores? Sed hic unus ex multis erroribus uestris, est in excel- lentiæ appetitu, quam in sua sede contentam ubi non est quæritis, non uidentes consequen- tiam rerū uerā & causarū, sicut enim inter diuitijs, inter robustos uiribus, inter formosos forma, inter disertos eloquētia, sic p̄fecto inter homines humanitate præcellitur. D. Re- gia de sede cecidi. R. Si incolumis, perrarū, solent enim qui decidit perire, regnoq; simul atq; anima spoliari, qbus illa relinquitur, tranquillior gratiorq; si sapiūt uita est, qd̄ illos mi- nime latuit, qui nō collapsi, aut depulsi sed & stātes & uolētes, aut Imperio celsere, aut Pō- tificatū, iā sublimiorē regnis & imperijs reliquere. In qbus Diocletianus clarū nomen ha- bet, qui dimissum ultrò, ad Imperiū reuocatus, spreuit opes turbidas, ancepsq; fastigiū & quæsitum ab alijs, quærendum que tantis cedibus, rursus oblatum expertus exhorruit: & Philosophicè grauitertue cum amicis iocans, Oleribus quæ in hortulo suo priuatus sibi ip- se plantauerat, post habendum censuit. D. Regia arce detrusus sum. R. Latentium illa discriminum plena erat, inter quæ dudum cæcus animi, quibusdam uelut aureis nec minus urgentibus, quia fulgidis manicis atq; compedibus, tenebaris, quibus nunc so- lutus, lumine reddito, quod fortuna suis auferre sequacibus solita est, illius circularicis in- stabiles ludos uides. & quis avarus adeò, ut nō auro uisum redimat, eligat que in opem ma- gis integritatem nobilissimū sensus, quam diuitem cæcitatem? At qui non minus nobilis, sed sine comparatione nobilior animi uisus est quam corporis. Illum gaude regni nutan- tis impendio redemisse, rem magnam paruo pretio, neq; rem unam tantum, non modò enim cæcitas cum regno abiit, sed libertas redijt, publico seruitio liberatus es. D. Re- gia exuor maiestate. R. Chlamys regia sceptrum que & diadema, crede expertis, ponde- rosissima rerum sunt multiplici leuatus fasce quæri desine. D. Regnum amisi. R. Im- mò quidem euasisti, & nudus ex ingenti fastigio enatasti, solent terræ redditū querelas premere uotaque soluere. D. Regni foelicitatem perdidisti. R. Seu foelicitatem mi- seram, seu foelicem miseriam dici mauis, hanc fateor perdidisti, seu utranque simul fal- sam foelicitatem ueramque miseriam. D. Regnum simul ac potentiam, regiaque opes perdidisti. R. Gaudendum perditis quæ te perdere potuissent. D. Regni po- testate careo. R. Et regni curis & casibus, quorum tædio atque odio quidam so- lio excedere uoluerunt, quod ut uellet Augustum modestia, Nerone metu impulit, nonnulli etiam excefferunt, ut paulo ante memorauit, id qui uelle non potest (sunt enim peruicaces & indomitæ uoluntates) necessitati saltem uictoriq; suo gratias agat, ad

eum statum uir eductus, quem optasse debuerit. Primum boni animi uotum esse debet, honesta consilia libenter amplecti proximum uel coacte, quod magnum illum Syria regem non praeterit Antiochum, qui omni quaerens Asia priuatus, S. P. Q. R. gratias agebat, quod eum magna nimis sollicitudine liberatum, ad mediocria redigissent. Facere quidem illa si fieret, sapienter grauius si uere. D. Regni est solio descendit. R. Dicebam superbia impudentis, addam & amentia negligentis esse, conditionis oblitum, fastidire, quod scis esse, uelle quod nequeas. non possunt omnes homines reges esse, sit satis esse homines, quid non sui regni uicis sua sordet humanitas, quiescite miseri, bene secum agi putat hi, qui reges esse desierint, cum enim dura omnium mortalium, tum durissima regum sors, quorum & uita innocens labori, & scelerata infamiae, atque utraque periculis exposita quocumque se uerterit difficultatum scopulos, rerumque naufragia circa se uidet. Hinc erupisse tu miserum ducis, nil unquam tibi foelicius accidit, quam quod miserrimum arbitraris. D. Regnum meum ad alium translatum doleo. R. Non tuum certe, sed fortunae, quae si donare illud tibi potuerat: cur auferre cum uelit & transferre non possit. Vide autem ne praeter transferentis uoluntatem, quae sola sufficiens est, alia etiam causa fuerint transferendi, ille scilicet, quas quidam sapiens uir expressit. Regnum, inquit, a gente in gentem transfertur, propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. D. Rex esse desij. R. Homo esse incipis, ea est enim regum insolentia, ut quod esse dignatus est Rex regum dici se homines dedignentur.

De Proditione. Dial. LXXX. DO.

Proditus sum ab amicis. R. Hostibus credo, si amici enim essent, non te proderent. D. A familiaribus sum proditus. R. Ambiguum est nomen & familiaris amicus, & familiaris hostis dicitur, quo periculum maius uita hominum non habet. D. Proditus sum ab eis, quibus ante alios fidebam. R. Vix fallitur qui non fidit, enim uero quod maior quisque, eo minus potest tute fidere, eoque plus fidere ac pluribus est necesse, unde fit, ut cum commune, tum uel maxime regium sit prodi, neque omnino ullum genus tam obnoxium huic malo. Proditus a suis, ut fama est, Priamus, proditus Minos, Nisus, Aethes, Agamemnon, Alexander, & ante ipsum Darius, prodiri ex nostris Romulus, Tarquinius Priscus, Seruius, Tullus, Africanus minor, magnusque Pompeius & Iulius Caesar, & mille alij, uel reges, uel regibus altiores. Et quid proditos loquor quasi quaerendi sint: quis autem non proditur, & in paruis quotidie & in magnis, nisi cui nullus est penitus a quo prodi possit: proditus ad extremum Christus, nec regum peste terrestrium, coelestis ille rex caruit. D. Proditus sum magis quam meorum fraudibus, quam proprijs tangor incommodis. R. Pie id quidem ac magnifice, nam & Africanus ille, cuius proxime memini, se se territum, non tam mortis metu quam insidiarum a suis, apud Ciceronem dicit, uerum tamen neutro nimium tangi debes, quando enim ita iacta sors est, ut lucrum ac perfidia proditoris, bona fides, damnumque sit prodi, elige utrum mauius. D. Proditor me fefellit. R. Plus ille sibi nocuit quam tibi, te prodidit, se perdidit, te pupugit, se confodit, te dum spoliat se perimit, tibi enim regnum forte uel opes, sibi animam, famam, conscientiae quietem, conuictumque hominum eripuit: nil scelestius proditore, nil turpius sol uidet, cuius obscenitas tanta est, ut artificio eius qui egent, exercentur artificem, & qui caeterum scelerum famam quaerunt, huius infamiam reformident. D. Proditus sum. R. Proderit forsitan ne tam facile iterum prodi possis, multi saepe paruis damnis admoniti, magnis occurrere didicerunt.

De amissa Tyrannide. Dial. LXXXI. DO.

Tyrannidem amisi. R. Si utile damnum est amisisse regnum, quanto est utilius tyrannidem amisisse: & si enim, ut dixi, cum de rege sine filio loqueremur, pene omnia regna tyrannides fuerunt, tempore tamen quaesierunt robur, ac obliuione hominum uelum

quod sibi iustitiae texuere, tyrannidis iniustitia simul ac nouitas odiosa est. D. Tyrannidem deposui. R. Sarcinam Reipub. grauem, tibi periculofam, nulli bono utilem, damnosam multis, omnibus odiosam. D. Tyrannidem exui. R. Ne sis nudus, indue iustitiam, modestiam, parsimoniam, honestatem, pietatem, clementiam, charitatem, uestes optimas, quibus comparandis, nullo opus est auro, sed sola animi uoluntate: uestes paratas bonis omnibus, tyrannis uel incognitas uel inuisas, qui margaritis ac purpura obuoluti, humanitate interim ac uirtutibus nudifunt. D. Ciues mihi tyrannidem extorserunt. R. Libertatem sibi debitam receperunt, uitam tibi inde debitum reliquerunt, tu hanc ciuibus tuis debes, qui tibi praeter odium nihil debent, ita pro gratiarum actione querimonia instituis, at iam pridem mos iste percubruit, ut qui fecit iniuriam quaeratur, qui passus est sileat. D. Longa tyrannide spoliatus sum. R. Seruierunt tibi, quibus forsitan te seruire dignius fuit, nunc iniuriam longi & iusti seruitij finem uocas, cum iustitiae principium iniustitiae finis sit, ut si multorum calamitates populorum, unius hominis pauisse licentiam turpe fuit, pulchrum sit pascere desisse, de qua hoc conueni impudentiae sit extrema. D. Longa tyrannide sum deiectus. R. Spontem descendisses melius, optime uero non ascendisses, nunc qualitercunque descendisse, bonum ideo, quia iustum meliorque coacta iustitia, quam uoluntaria iniustitia. Audite impium tyrannum apud inferos exclamantem:

Disce iustitiam moniti.

Audite & me apud superos exhortantem: Disce iustitiam uel coacti. Haec enim tempestiua, hic utilisque ni respicitur, illa sibi admonitio utique sera est, frustra enim discitur, quod fieri amplius non potest. Ponite uero iam tumentes animos, superbiumque & ferox dominandum uotum ponite, & si non prius, saltem post tyrannidem amissam, tyranni esse desinite, & optandi, quod iam assequi non potestis, finem facite, si non iustitiae, saltem uerecundiae hoc praestate, ut mutatis moribus & nouo habitu mentis assumpto, amissione diuitiarum ditiores facti, quantum fortunae detrahatur, tantum animis addidisse uideamini. Nunquam ne igitur aduertistis, ut non solus ille rex regum & dominus dominantium omnipotens, a quo omnis potestas est in caelo & in terra, manum muneribus suis plena & extendit & retrahit, occultis saepe, iustis semper ex causis, sed temporalis quoque rex regum, tyrannus tyrannum, & gens gentem deiecit atque pestundat. An uero non Prophetam illum querulum audiuistis: Et congregabit, inquit, quasi harenam captiuitatem, & ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Coaptate animum fortunae, seu diuinam potius uoluntati, & caute ridiculum foedumque illud exemplum Dionysij tyrannorum pessimi, qui patria pulsus, in exilio puerillum literarum scholas tenuisse dicit, ut quam in ciues non poterat, in pueros tyrannidem exerceret: Trux ingenium affixumque proposito, honestique inscium atque aequum iuris impatiens. D. Tyrannidem amissa ualde doleo. R. Quantum doleres iustae possessionis amissionem, qui tam doleas iniustae, quantum te propria spoliari qui sic doleas alienae. D. Tyrannidem me deiectum grauius fero. R. Feres leuius, si causam liberes, multi quidem tyrannorum, solo nominis odio ceciderunt, plures tamen certas cadendi causas habuisse, notissimum est & quotidie fit notius. Apud Aristotelem quidem legis in Politicis, quod propter uxorum iniurias multae tyrannides perierunt, id quoquo modo, seu actiue seu passiuè acceptum fuerit, uerum erit, hoc est seu propter iniurias a tyrannis illatas uxoribus alienis, seu alijs illatas ab uxoribus tyrannorum. Primi exemplum habes, non modo tyrannidum, sed regnum Troiani scilicet & Romani, secundum uero Agidem Lacedaemoum tyrannum, qui cum ipse sibi subditos spoliasset, ad spoliandas eorum uxores, amantissimam suam coniugem destinabat, quae sibi causa non ultima esse potuit, maturanda calamitatis, quamuis hic Aristoteli notus esse nequiuert, qui aetate floruit Alexandri, neque tam longeuus fuit, ut ad huius aetatem peruenire potuisse uideatur, cum tamen eisdem in libris non sine admiratione quadam, Hieronis ac Gelonis nomen inueniam, qui qualiter sibi non esse potuerint, attenda ratione temporum non satis expedio. D. Nec ego alienis iniuriis uxoribus, nec mea uxor alicui, tyrannide tamen excidi. R. Saepem se nocentissimi innocentes putant, sunt tamen & aliae non minores causa praecipitandae tyranni-

dis, Insolentia scilicet, quæ Julio Cæsari apud Historicos obijcitur, Illa præsertim, quæ senatui se honorificètisimè adertit non assurrexit, quæ hodie nec causa quidem ulla esset. crudelitas quoque, quæ Mezentium apud Virgilium ad supplicium reposcebat, C. uerò Caligulam, & Neronem, & Domitianum ad supplicium traxit. Et:

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni

Maius tormentum.

Flaccus ait, neque uestros hodie maius inuenire res loquitur. Postremo nulla tyrannorum aut maior pestis aut crebrior, avaritia est, itaque reliquæ singulorum, hæc est omnium, reliquæ singulos ciues afficiunt, hæc populum uniuersum. superbia & inuidia ipsos inter tyrannos regant, crudelitas inter paucos sæuit, avaritia inter omnes. quiescit illa non nunquam ac minuitur, hæc semper crescit ac uigilat. Qui præesse igitur in populis uolunt, uitare in primis hoc uitium decet, omnemque uitij huius infamiam omnemque suspitionem, nihil est enim quod odiosum æque faciat tyrannum, æque præsentia ac dominio in dignum, reliqua interdum magnanimitatis aut iustitiæ sese uelo tegunt, hoc unum uilitatem animi miseriamque non exuit, & contra communem humani moris errorem, ut nil miserius, nil uilius avaritia est, sic nil quoque miserius creditur, nil uilius. ideoque hoc uitio laborantes, indignissimi honore & imperio iudicantur. Indignantur homines illi subijci, quæ avaritiæ sit subiectus, atque illi alienum in corpus ius habere, quod suum non habeat in metallo, uelle sibi licitum aliorum uitam, ne dicam pecuniã extorquere, suam tangere non audent. Prima quidem igitur ad securitatem, & quietem uita est, non modo tyrannidis appetitum, sed omnem regnandi cupidinẽ abieciisse, nã quid stultius, quid laboriosius, quidue periculosius, quam uis tortus in se unum populũ sarcinas transferre, fragile forsitan suis proprijs perferendis? Si uerò eligere meliora, consuetudo uerihostis, & opinionum peruersitas non permittat, illud est proximum. Aristotelici dogmatis meminisse, ut scilicet non tyrannum quis se prebeat, sed Reipublice curatorẽ. Introitus, inquit, & oblationes oportet uideri, colligere dispositionis gratia & si quando opportunum fuerit, uti ad bellicas opportunitates, uniuersaliter autẽ exhibere seipsum custodẽ & camerarium, tanquam communium non tanquam propriorum. Et iterum: Praeparare, inquit, oportet & ornare ciuitatem, tanquam procuratorẽ existentem non tyrannum. Et rursum: Oportet non tyrannum, sed ceconomum & regalem uideri esse subditis, & non sui met curantem, sed procuratorẽ mediocris uitæ psequi non excellẽtias. His quidem horumque similibus, ut Aristoteli placet, & mihi, sit durabilior principatus, ita tamẽ talẽ uideri expedit, ut uerè etiã talis sit. Simulatio enim tot sub oculis hominum, quos res tãgit, qualibet arte uel ingenio longa esse non potest: uide nunc igitur, an in parte horum aliqua erraueris, & quæri desine & mirari, neque enim tyrannidẽ his uitijs obnoxiam desinere, sed durare mirabile est. Ad summã, & reges & tyranni omnes, quicumque in potentatu aliquo sunt, debent si regnare diu uolunt, acriter excute re memoriterque dictum illud Catonis apud Luuium: Auaritia & luxuria omnia magna imperia cuerterunt. D. Amisã tyrannide priuatæ redditus sum fortunæ. R. Hostis ciuium eras, factus est cõciuis, æquã disce ciuilitatẽ, & beneficiũ fortunæ humilioris agnosce, cum honestius, tũ tutius inter ciues bonos, quã super omnes ciues uiuatur. Iã tibi tranquillior rerum status, iam securior uita erit, sine metu, sine suspitionibus, sine excubijs, sine ferro quibus in malis, quæ nã uitæ suauitas speranda sit nescio. D. Tyrannide perditã priuatus dego. R. Elige an lamẽtis acerbare fortunam malis, an æquabilitate lenire. profectò enim si non uulgus strepitu, sed animũ ipse tuum & in silentio præteritiquæ memoriã interrogas, multis te explicitum atque elapsum malis inuenies. Iam tutus uiuere, sicusque iam mori poteris, nec sanguine madidus nec ueneno.

De perditis arcibus. Dial. LXXXII. DO.

Validis arcibus spoliatus sum. R. Adhuc ergo tyrannidis supererant semina, quæ iam tandẽ amisissis arcibus abieciisti: non est satis uenenosum stipitem præcidisse, ni radicem uulseris, quæ arcibus fidit, tyrannus esse non desijt. D. Montana arce priuatus sum. R. Vbi que arces sunt cõpedes libertatis, at in montibus nymbi etiã quidã sunt quodãmodo, unde uestra superbia in subiectos tonet ac fulminet, his priuari non modo non flebile sed optandum est.

est. Sunt enim aliqua ex his etiã, quæ bona uulgus appellat, quibus boni quoque modestique animi tenerentur, atque ad illicitum urgeantur, quibus motibus si obfata uirtutis ope non ualeas, quid ni optanda sit amissio earum rerum, quæ hos parit motus? D. Arcem fortissimam amisisti. R. Tu fortissimã dicis, fragilem probat euentus, amisisti potius rem usu ineptã, difficilemque custodiã rem inutilem tibi, uicinis omnibus odiosam, iam dormire noctibus incipies, & dormire alios fines. D. Tutissima mihi arx diruta est. R. Quo modo esset tuta quæ perijt, ipse tecum cogita, ego autem tibi ostendã, munitissimã tutissimamque arcẽ sine muris, sine turribus, sine ullo profluo operoso rerum apparatu: si uis tuto uiuere, bene uiue. Nil uirtute securius, bene autem uiuere, non hoc dico superbe, laute, pompaticè, sed iuste, sed sobriè, sed modestè. Nullis opus est arcibus, que non tutum te præstiterint, sed sollicitum formidabilem ac molestum: Quæ est autem hæc uoluptas, metui nec amari? an illud Laberij notissimum non audisti:

Necesse est multos timeat, quem multi timeant?

Hoc ille dixit in Iulium Cæsarem: quãdo id in alios illo, & minores, formidabiliores, rectius dici potest, nescio quidẽ, cur tam multi cupiant timeri. Nemo enim gratis metuitur, unã & metuit, & periculosius uni est multos metuere, quã multis unum. Non ne satius multo est quæ nullus temetuat, & tu nullum, quã quæ te multi metuant, & tu multos? segregari enim ista nequeunt, semperque metu metus querit. poscis huius dicti causã, illa profectò est, quã Ouidius Naso ait:

Quia quem metuit quisque perire cupit: dictum prius est ab Ennio:

Quem metunt, inquit, oderunt;

Quem quisque odit perijisse expetit.

Eras in tua arce metuendus, sed & metuens. & quos inquires metuebã: Immo uerò quis non omnes metuet, qui metui coeperit, sed illos in primis à quibus ipse metuitur: nã Cicero Ennium secutus. Qui se, inquit, metui uolet à quibus metuent, eos de metuat ipsi necesse est. sæpe idẽ repeto, quia ita se res habet, nec aduertitis in hoc cæci, ut in reliquis dum supra omnes esse utimini infra omne estis: quid est timore depressius, sic conatus omnis uester in aduersum desinit. D. Arcem mihi charissimã amisisti. R. Fac tibi chariorẽ aliã quã non perdes, circumualla animũ pijs intentionibus, honestis uitæ actibus, prudentiam ac fortitudinẽ ante fores loca, iustitiã atque modestiã in propugnaculis, humanitatem ac mansuetudinẽ undique in muris, spem, fidẽ, charitatẽ arcis in medio, prouidentiam supremã turri in uertice, bonã famam in circuitu, Dei atque hominum absit metus, dignos cole, ceteros præteri, neque cultos neque offensos, ita nec te alius, nec tu alium cõtemisces, & in domo humili tutius uiues, quã in arce uixisti. hæc tibi arcem nemo usquã inuadet, hæc tibi nemo poterit aut uolet eripere, hac malos in stuporem, bonos in amorem imitandique studiũ excitabis. o quã facile erat, tranquillã serenamque uitã agere, ni uos eã in quietam ac turbidã fecissetis: omnia ferme & uestra & proximo in perniciẽ conquiretes. at quid enim arces istæ, nisi ad uestrã simul alienamque mol estis am, ut neque uos unquam scilicet quiescatis, & instar aranearum muscas captantium prætereuntibus insultetis, atque cunctis animantibus lustrantibus, lustra sufficiunt ac nidus, solus hominum arces querit, quo nullam animal superbius nullumque timidius.

De senectute. Dial. LXXXIII. DO.

Seni. R. Viuere optabas, & uixisse te poenitet, an quid aliud relictum? D. Seni. R. Sibus assidue & peruenisse te stupes, stupendum potius nisi quod semper res aliquando peruenies. D. Seni. R. Quid ni uiuendo senueris & eundo processeris? an tu ætatem retrogradã expectabas? ut uelox utque instabile, sic & irremabile tempus est. D. Velocissimè seni. R. Dicebã tibi tempus fugere, iã credere incipis, dici nequit, non modo inter opiniones hominum diuersorum, sed unus eiusdem nominis quid intersit. Iuuenis ante oculos ætatẽ habens, longissimã opinatur, hæc ipsam senior à tergo respiciens, uidet esse breuissimã, semper futura præteritis longiora uident, cũ uel æque sint breuiora, quo ad finem properantibus, naturalis motus solet esse uehementior. D. Seni. R. Est unde gaudeas, si tamen non inter uitia senuisti, aut si uel ad ultimũ surrexisti, bona tibi & utilis est senectus, nec exiguum

N 3 diuini

diuini fauoris inditium. Meministi ut Aegyptiū illum senem Cæsar alloquitur, nec ingratum deis ætatis afferit argumento. D. Senui. R. Hæc in re saltē unus ex paucis, ex totē nūm millibus millū eorum qui nascuntur, quota pars illorū est, qui ad senium usq; perueniunt. Ex his plis paucissimi sunt, quibus iustū senectutis spatiū explere datū sit. D. Senui ualdē. R. Prodigū ac stupor ualdē senis occurfus metienti animo, quot ille periculosis passibus huc uenerit, insignis quidem senū raritas, ingēs casū uitæ mortalī argumētū est. D. Senui. R. Durū ac difficile stadium cucurristi, mirū nisi iā fessus & quietis appetēs, lætē proximā metam spectes. D. Cito senui. R. Vitæ cursus nūc breuis, nūc breuissimus, longus nunquā, durus semper asperq; & ambiguus, huius ultima pars senectus, finis autē est mors: quid hic habes querimonie singularis: senuisti, peregrisse iam debes uitæ munus, uenisti ad exitum, quiesce, amens uiator est, qui labore uitæ exhaustus, uelut ad initium remeare. Nihil fessis gratius hospitio. D. Senui. R. Multū tibi placuit uitæ si eū transtulisses grauius. D. Senui. R. Si uiuere delectabat en utxisti, si oportebat paruisti, & quis sanæ mentis, uel quod fieri optauerit factum doleat, nisi malē se optasse sentiat, uel q; necq; omitti, necq; sine multo labore, agi poterat, actum esse non gaudeat: undiq; igitur gaudendum tibi est, seu uoti compos delectabilis, seu necessario & grauiunctus officio. D. Senui & uoluptates corporis fugauit ætas. R. Vtere animi uoluptatibus, quæ nec minores & pfecto stabiliiores sunt, nec unquā fugiunt nisi cū anima huic hærent, hanc sequuntur. At corporeæ uoluptates uenientes, culpā ferunt abeuntes, poenitentiam pudorūq; & dolores materiā relinquunt. His te explicitum ac liberum gaudere debes, & liberatrici tuæ gratiā habere, quæ te manibus tuorū hostium eduxit, tibiq; debitū munus, sed neglectum dilatumq; suscepit. D. Senui, solitisq; uoluptatibus careo. R. Nouis assuesce, habet & senectus uoluptates suas, quas gustare ubi cœperis, quæ nunc doles amissa fastidias & reuerti nolis. D. Senui & incanui. R. Boni senis uerenda canities plus habet, non modò auctoritatis, sed honestæ etiā uoluptatis, quàm feda omnes iuuenū illecebræ. neque tiorò murati coloris te poeniteat: nā quis tā corrupto sensu, tanq; obliquo potest esse iudicio ut non candidorū calathos litorū, quàm nigrantium carbonum cistas aspicere, sequē si trā formadus sit, cygno similē malit esse quàm coruor. D. Senui & squalentes arant uultū rugæ. R. Et tellus arata fructū fert ubertus, & uitæ maturiores fructus benè culta in senectute, pueniūt, rugæ te offendunt oris, uultū animi cōpone, non illū rugæ occupant, non uariāt anni, nisi ut formosior sit indies, deniq; semper te, si nō tu eū neglexeris, honestabit. D. Senui rugisq; & infirmi situ oblitus, uix me ipsum agnosco. R. Hoc tibi iam ab initio euenturū dixi, minus quidē auidē speculo imminebis, minus tuis forsitan, minus haud dubiè mulierularū oculis placebis, quibus placere uelle maior ne uanitas, an libido sit ne scio. at q; fidē, qui constantiam, qui grauitatē, qui prudentiā quæruūt, certius inter has rugas, quàm in planis ac mollib. maxillis, se quod cupiunt reperturos sperent. D. Senui melior quæ post tergum ætas remanet. R. Immo deterior, non semper quæ delectant magis, atque optantur meliora sunt, multi malum suum concupiscunt, quod non esset, nisi quia illud Satyrici uerum est:

Pauci discernere possunt uera bona.

D. Senui & lætiores abiēre dies. R. Omnium ferimè dies temporum inter se simillimi, animi hominum diuersi, quin unus idemq; animus, secum discors, hinc iuuentæ furor, hinc impatientia senectæ, talibus uitam impleuere iuditijs, ut melius putet esse quod peius est, optimumq; quod pessimum. Caterum dies omnes in se boni, bonus enim Rex est & conditor sæculorum, itaq; hic feruidus, hic gelidus, hic siccus, hic humidus, hic nubilus, hic serenus, hic turbidus, hic tranquillus, si ad uniuersi decorem naturæ quæ ordinem aspicias, boni omnes. Ad uos autem uestrumq; iuditium relati, ex æquo propè omnes mali, mœsti, dubij, solliciti, laboriosi, anxij, amari, queruli, flebiles, ærumnosi. In his tu mihi nescio quos nominas lætos dies, qui dum aderant tristes lamentis quæ suis pleni erant, nunc ut læti uideantur, nihil est causæ nisi quod abierunt, quidq; illis pretiū, desiderū tibi augeat

irreditum,

irredituri, multa quæ secum tibi olim segnius forsan armata rapientes. Stultus enim nihil penè amat nisi quod perdidit. D. Senui. O si dilapsa redeat iuuentus. R. O non minus stultum quàm inane uotum ut tu sentis, at si altius aspirēs, non inefficax, redibit enim in tempore, & ut scriptum uides. Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. D. Senui & ætas bona retrò est. R. Omnis ætas ut bona bonis, sic malè uiuentibus mala, utrisq; autem breuis, prorsus & extrema proxima est, ubi uos manet, hinc bonorū merces, hinc supplicium malorū, quæ nā hæc igitur ætas bona, ubiq; aspera semperq; fugax, nisi quantum ad æternitatem uia est. Alioquin & si dulce aliquid inesset, omnem fuga dulcedinem extinctura uideretur: quis enim fugiens degustat: fugiētī Dario scetidæ atq; obscenæ potus atque suauissimus fuit, sitis ut putat Cicero, ut ego sentio, gustum metus extinxerat. Urgebat in tergum Alexander uictor. Vos à tergo rapidum tempus premit, anni celerēs, præcipites. quæ dies, horæ uolatiles. ante oculos autem mors est. nec artis reditus, nec impulsis mora, nec præuentis est transitus. Vitæ huius, tot difficultatibus tantisq; terroribus obsesæ, quæ nam, quæso, pars bona est, sed intelligo, nempè ætatem probris ac libidinibus aptiorē bonam dicitis. Est hic quidem sandi mos, ut bonum dicatur, quod affectui intentis aptissimum est, quamuis effectus ipse sit pessimus. sic catenam prædo captis insontibus, sic tyrannus arcem libertati plebis impositam, sic ueneficus præsentaneum aconitum, sic sicca- rius pugionem, promptum cedibus bonum uocat, sic uos igitur ætatem bonam, quæ ad id scilicet, quod maximè cupitis apta est, uocatis. Ita neminem istorum, qui annos irreduces deplorant, pueritiam quidem uel infantiam uideas optari, quæ pfecto optimæ partes essent, si abesse quàm longissimā à senio bonum esset, ut memorant, sed nec adultam ac solidam iuuentutem, nec incipientem, nec adhuc uir, idem senectam pessimam omnes & periculossimam uitæ partem, adolescentiam requirunt: o quintum uigessimū annū dicūt, ubi te reliquimus, ne quæ lateat, quæ uos præteritarum poeniteat sceditatum, qui nō nisi tēpus apprimè illis idoneum exoptatis. D. Senui, cur non cum Virgiliano rege suspirem:

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

R. At nil tale suspirantem legimus Socratem, nil Platonem, nil Fabium, nil Catonem & fuere senes: sed sunt fateor sapientes regibus rariores, itaque si rex Euander fuit sapiens, nō æquè sanè illud Euandrium suspiriū, iam cōmune nostris senibus uulgatumq;. Surdam stulti senes, & profugā adolescentiā, reuocāt ac suspirāt, nec suspirijs tantū seu tacitis uotis, sed medicaminibus irritis, atque inani artificio naturæ uis affertur indomitæ, qua in re face- te admodum luit Hadrianus princeps, canescenti cuidam, cui aliquid negauerat, eūdem postea ad eandem preces medicato interim crine redeuntem, ita repulit. Vade, inquit, hoc iam patri tuo negauit. D. Senui, o si mea nunc redeat iuuentus. R. Reuersuram modò illam dixi, iam reuersam dico. si tam facile uotorum omnium compos fias, nihil incassum uoles, pauper cerè diuitias optare potest, libertatem seruus, speciem deformis, sanitatem æger, fessus requiem, exul reditum, at iuuentā optare, uerus senex nequit, puerile potius uotum est. D. Senui, heu cur tam citò dulcis me iuuenta deseruit. R. Nunquam non citò deseruit quod iuuabat, nunquam non preproperè affuit quod angebat, uanum autem est optare quod haberi nequit, no cuitq; habitum, & si redeat nociturum sit, sed iam parce suspirijs, dum hoc animo fueris, cito canus fieri potes, senex nunq; desiderū enim iuuentutis in sene, quid est aliud, quàm quædam pueritia senectutis. D. Senui incuruatusq; sum. R. Iam iam terram aspice, unde uenis & quo pergis cogita, hinc egressus, huc redis: natura te principij simulq; finis admonet, poteras aberrare publicū tibi iter ostenditur, sanè id quidem est satis, ingredi uel curuatus intēde. Solēt cæci in uia manu retrahi. D. Subitò senui. R. Immo sensim, pederentim, paulatim, leniter, sed nihil cogitantibus omnia subitò eueniunt, sicut econtra cogitantibus omnia nihil est subitum, quod si flenda tibi fuerat senectus, singuli dies uitæ flendi erant: illis enim passibus ad hunc terminum ibas. D. Heu senui. R. O uotorum instabilitas, huc maximè anhelabas, huc peruenire optabas, huc non posse pertingere formidabas, quo cum peruentum esset ingemisceres, monstrum incredibile, nisi tam crebrum esset, senes fieri uolūt omnes, senex esse uult nemo, immò ue-

N 4 tō senex

ro senex esse ad miseriam, senes dici ad iniuriam trahunt, quasi sit probum senuisse, quod profecto nullis uideri debet, nisi quibus dedecus sit uixisse, quæ ingens non inficior turba est, cui te tamen exemptum esse oportet, ut nostro colloquio frui possis, alioquin ut auribus illabantur, sana consilia in animum non descendunt. D. Tandem senui. R. Et quos ager, & quos æquor, & quos bellum, & quos alea decipit, singula detrimenta dinumerat, tu unus in finem expergilceris, & tu quæri incipis, dum iusta est querelarum finis omnium. D. Senui. R. Stultum est senectutem non cogitare nisi cum uenerit, nam profectio si uenturam, si assidue ueniētem prospexisses præsentem imperturbatus aspiceres. D. Heu mihi iam senex sum. R. Hoc ne igitur desles, durum ac difficile munus impleisse, damno sumq; iter ac scrupulum transisse atq; in amoenam hanc fabulam peregris; at qui Comico more plaudendum erat. D. Senex sum. R. An oblitus es, ut nuper tibi per familiariter notus unus, modernorum sententiā, rei huius ex tempore protulit, non modernam sed antiquis parem; amico enim dicenti: Compatior tibi, nam ut uideo iam senescis, esses utinam qualis eras quando te primum noui: subito ille respondit: Parum ne tibi ergo amens uideor, nisi amplio rem mihi nunc etiam amentiam impreceris; noli quæso mihi compati quod sim senex, sed compatere quod iuuenis fui. o quantum sensum tegit breuis ista responsio, quod metiri nequit, nisi qui ætatis huius bona probauerit, & illius mala meminerit. Bono tuo igitur gratulare, quanquam illud quoq; uerum sit, quod sæpe bona inuitis eueniunt & mala uolentibus, uero autem bono & uirtutum amico, & passionum hosti, pluris est haud dubie dies unus huius quod accusas temporis integer, quam illius alterius integer annus. D. Heu mihi, nā senui. R. Iam si præstas, tibi quoq; cū uulgo iure dicitur non senuisse miserum, sed uixisse, ita ut hæc sub uitæ finem tam ineptè diceres. parcite autem iam lamentis, querulum genus & uolentes ite sub imperium, naturæ nihil flendum, quod illius immota lex statuit. quid naturale autem magis homini nato, quam uiuentem senescere, senem mori; at uos conditionis immemores utrunq; respicitis, cum uel alterum uel utrunque necessario obeundum sit; quod si neutrum uolebatis, & tertio abstinendum erat, nascendū mihi credite non fuit, patimini senescentibus statim membris animos aliquando senescere, neq; semper in uobis prouerbiū uerum sit: Posse unum animum corpora multa consumere, sinite sine murmure corpus, simul atq; animum ad extremum ferri, simul intrauere, simul exeant, neque altero ad metam properante, alter retrorsum niti uelit alterumq; retrahere, frustra tergiverlamini, ire oportet, nec redire licet nec subsistere: idq; uobis facilius debet esse, immortalitatem animæ, & corporis instaurationem expectantibus, quā cæteris quibuscumq; quibus uel horum alterum defuit uel utrunque. Frustra, inquam, oblectamini humanumq; iugum quod nascendo subiistis excutitis. D. Senui & uires corporis imminutæ sunt. R. Si auctæ uires animi, bene est, foeliciter permutasti, maiora enim gesta esse semper & geri posse, animi uiribus quā corporis, nemo nisi animi inops est q; nesciat, sin uires etiam animi ut sæpe accidit, pignauitā decreuere, fateor inutiliter uixisti, tuū crimē non ætatis. D. Senui & res meas agere nequeo. R. Si qd animo sit agendo, tātō id à sene melius fieri constat, quanto experientia illi plus est rerumq; notitia & passionū minus, ac malis uinculis expeditior animus. at res alias non agere senē decet, sed egisse, cui corporeus labor omnis à tergo est, cui si nunc etiā inhæret nec auelli uult, ridiculū illud antiquire nouat Romani senis, qui iussus à principe fori laboribus abstinere, quorum ferias imbecillitas hinc ætas, hinc fortuna opulens merebatur: sic indoluit, ut se quasi mortuum fleret atq; ab omni familia fleri uellet. mirus senex, qui quietem ceu speciem mortis horreret, cum nihil seni apertius quiete, nihilq; sit turpius sene laborioso ac sollicito, cuius uita omnis tranquillitatis exemplar esse debet. Didicisse & potes à Philosophis, quid est illud quanq; optabile, senibus bonis uirere, uita ut memorat peracta, qua maxima tamē pars mortaliū inexplata morit. D. Senui & repete fugit ætas mea. R. Forma, ualitudo, uelocitas, uires, uestra fere omnia fugiūt, uirtus manet nec cessura senio nec morti. illi uno bono stabili ab initio inuictū erat, si neglectū fuit, difficilius ad extremū fateor, sed uirtutis studiū nulla ætas respuit, immo quō difficilior eō clarior uirtus. Multi nosse se ipsos ac sapere uix tandē in senio

coepere,

coepere, quidē at in tepestiuū minimē, & si enim non iam uitæ desinēt ac instātī, saltē mortū uile, cui, hercle, uni horæ ut sine horrore mœstitiæq; transigi possēt, si non ultimum modo, sed totum uitæ tempus impenderetur, bene nisi fallor, impensum esset, nam nec frustra nascitur qui bene moritur, nec inutiliter uixit, qui foeliciter desijt. D. Senui, iam uicina mors est. R. Mors æque omnib. uicina esse potest, & sæpe ibi quoq; uicinior est, ubi uidetur absentior, nemo tam iuuenis qui nō possit hodie mori, nemo tam senex qui nō possit annum uiuere, si nil aliud quā senectus incidat. D. Prorsus senui. R. Immo maturiusti an hoc desles, an poma cum maturuerint quærantur, si sensus illis ac sermo datus sit, & non potius gratulentur se ad id peruenisse, ad quod nata erant. Est ut cæterarum rerum, sic ætatis maturitas quædā, quæ senectus dicitur, quod ita esse uideas, & ætas & mors iuuenum acerba quidem, & dicitur & acerba est, acerbitati autem obiecta maturitas, quæ cum in pomis ac frugibus bona sit, quid nisi in homine sit optima, non quod nesciam ante quam maturescant multa marcescere, ea uerò nō ætatis culpa, sed peruersitas est natura, non quidem omnium, sed multorum, qui ad bonum nati, magno nisu in aduersum tendunt. Maturuisse igitur debes si quid in te succi nobilis fuit, iam messoris tui manum securus expecta, non mors illa, quam metuis, sed laborum finis ac principium uitæ est, non mors, inquam, sed difficilis uitæ terminus, ad quem pauci tranquilla nauigatione perueniunt, sed penē omnes nudiflentes ac naufragi. Tu per mediam senectutem, leue iter in finem, prospero agens uento, è multis rerum fluctibus portum subis, subducenda iam fessa puppis in terram tibi, & quocumq; te flexeris, de fine cogitandū, idq; utilius fuerit quam iratam bonam, quod stulti solent, & naturam matrem optimam accusare.

De podagra.

Dial. LXXXIII. DO.

TVrpi torqueor podagra. R. Nesciebas senectutis morem; incomitata non uenit, magnam sæpe morborum aciem ducit. D. Podagra crucior molesta. R. Extrema, & ignobili parte corporis laboras, quid si nobilissimis laborares corde uel capite? D. Pigra coërceor podagra. R. Vaga mens hominis freno eget, hunc paupertas tenet, illum carcer aut grauior morbus, ludens te pedibus alligat fortuna, non podagra, sed pedicæ sunt, iam disce consistere. D. Podagra inutilis factus sum. R. Ad curlum credo uel ad saltum, ad choreas, ad palestram, an te autem ad hæc natum putas? ad alia si nescis altiora quædam officia natus es, quæ si caput non ægrotat exequi nil prohibet. Studere licet artibus ingenuis, dare operam pietati, seruare iustitiam & fidem, fragile corpus & fragacem mundum spernere, odisse uitia, amare uirtutes, colere amicitias, consilio patriam iuuare. hæc sunt uiri boni munimina, quid hic pedibus loci est? D. Debilitatus sum podagra. R. Pugnare cum hostibus forsitan morbus ueret, non cū uitis, quod neq; facilius & certè crebrius est bellum. Et quid scimus, an hic ipse dolor corporis, contra quē dimices, tibi ad exercitiū animi datus sit? D. Pedibus consistere nequeo. R. Vide quam de reliquo ædificio spem habeas, cuius fundamentū tam inualidū sentis, uigila ne te incautum opprimat ruina, contrahe sarcinulas, teq; ad migrandum para. D. Podagra me ingens habet. R. Solet hic morbus, ut perhibent, diuitias comites habere, en tibi remedium aliud, bene spera, aut languoris amaritudinem opum dulcedo solabitur, aut inopia pellet asperitas, ita uel solatium aderit uel finis, si hæc fallunt, ueniet quæ non faller, illa uitæ malis omnibus finem dabit. D. Pedum præmor ægritudine. R. Si salutem cupis, aut pauper sis oportet, aut ut pauper uiuas, multos hac ægritudine liberasse traditur paupertas, uera defecatrix corporum, quosdam uerò frugalitas, quam uoluntariam seu fictam & imaginariam paupertatem dixerim, uidisti aliquos perpetua uini abstinentia curatos, ita sit, dolor dolore, clauus clauo pellitur, ut antiquo dicitur prouerbio. Vix molestum aliquid sine molestia curatur, ut præterea cum hoc morbo, cum quæ alijs multis pacem habeas, non Baccho solum, sed & ueneri bellum indixisse profuerit. Sed quid agimus, animorum remedia promissimus, non corporum? Habes tamen quam puto unicum morbi huius curam, hanc si probas utere, si minus, non te fallant opifices

N s fomento,

fomentorum. Potentia enim in aduersis efficacissimum atque optimum, & sæpè unicum remediij genus. D. Podagra uitio curuatus sum. R. Ad iter inhabilis, minus idoneus ad laborem, non ineptus ad reliqua gerere, non rei modo familiaris, sed reipub. & summi, si ita fors tulerit, imperij curam potes. Itaque memorandum ualde Septimij Seueri Romani principis dictum unum, qui senex ac podagricus, dum coniurationem nobilium, qui se uiuo filium eius Augustum dixerant, deprehendisset, comprehensis auctoribus seditioris, ac filio omnibusq; ante solium eius affusis, metuq; ultimi supplicij tremefactis ac territis, ipse manu ad caput relata, Tandem, inquit, sentitis caput imperare non pedes. D. Podagra me miserum miris modis torquet. R. Noli solas asperitates rerum flere, sed memento, si quid dulce aut iucundum tibi obtigit, quo incommodum hoc solari possis. Vnus ex multis pessimis uulgi mos est, ut in aduersis querulum, atq; impatiens, obliuiosum in prosperis, & ingratum sit, quo nihil iniquius fieri potest. nam quis æquis auribus audiat, exempli causa, uel Seuerum ipsum quem diximus de podagra, uel Domitianum de caluitio, quod ægerimè dicitur tulisse, uel Augustum senem de sinistra debilitate oculi, uel Iulium Cæsarem de timore nocturno, & quiete uisis turbida, uel postremo alios fortunatissimos uiros, de una seu de altera naturæ si dici licitum sit, aut fortunæ iniuria, sic quærentes, ut imperij atque opum, uictoriarum, ac tantorum ingrati atque immemores sint honorum, dum se homines meminerint, quos plenam perfectamque fœlicitatem hic sperare dementiæ sit, amara dulcibus temperare modestiæ, hoc podagra proprium, hoc morborum omnium commune remedium inuenies, sanumque consilium sanctumq; fateberis, senis illius læta multa adepti, dura multa perpessi, qui bonis de manu Dei læte acceptis, mala quæq; patienter suscipienda censebat, quamuis mali aliquid dare uel facere, manus illa non nouerint, sed humanam respexit opinionem. D. Podagra me in lectulo nodis insolubilibus pressum tenet. R. Te faciente, stare animus potest, cœlumq; & terras ac maria permeare.

De scabiè.

Dial.

LXXXV.

DO.

Scabiè premior importuna. R. Iam non miror, si angores meros ægrefers, quando id iugis cui dulce aliquid immixtum est. D. Graui uxor scabiè. R. Sunt qui hanc salubrem dicant, ego autem ne tam mœstæ rei lætum nomen tribuam, arram potius salutis siue ad salutem uia dico. Mollis est qui asperitatē uix breuem respuit, cuius exitus sit iucundus. D. Arida me scabies exercet. R. Iam horologio non egebis, erit tecum quæ te noctibus excitet, teq; honesto cuiuspiam fortassis officio uigilem reddat, nemo tam piger, quem non scabiè sollicitum faciat. D. Scabiè torqueor. R. Morbus ignobilis, sed nobilis cura est, labor, ætas, balnea, peruigilium, dieta, si nec ista profuerint, ad patientiæ medicinam recurrendum erit, illa omnibus morbis utilissima est. D. Scabiè crucior ædiofa & fœda. R. Neutrum nego, ubi ergo Publius molestum otium podagrici pedes dixit, me sinente potes addere, mœstum negotium, scabrosi manus. sed quid dices, si quò fœdior morbus: eò pulchrior patientia est? Quid si paruo ex malo bonum ingens elicitis: hæc nimirum unà est rerum quæ contemptum corporis maximè pariunt, quo nihil est melius mortali. D. Totum me scabies occupat. R. Totum te, uerum est, id quidem metuo, sed plus est forsitan, quam quod dicere uoluisti, totum enim corpus intelligis, sed est uobis inuisibilis animorum scabies, cupiditas ac libido, & pruritus quidam ulciscendi quærendiq; qui quo magis scalpitur, acrius æstuat, hunc nec tolli nec leniri possitis, nec sentitis quidem, tantò minor uobis est semper uestri cura quam corporis.

De uigilia.

Dial.

LXXXVI.

DO.

Dormire non possum. R. Vigila & gaude, uitæ tibi tempus auctum, inter obdormire enim, atq; emori quid interest, nisi quod alter temporalis perpetuus, alter est tempor. itaq; nescio an non satis propriè, & somnus breuis mors, & mors somnus longus siue æternus dici possit. D. Somnū perdidit. R. Non ui quidem, sed blanditijs repetendus est, si

est, si incumbas perdis operam, cogi nequit, age aliud, da requiem temporibus tuis, animo curas leues, improuifus aderit, facile animis uagis & corporibus fessis obrepit. D. Sæpè mihi somnus interruptitur. R. Fac quod solitus fertur Augustus Cæsar, lectoribus aut fabulatoribus accersitis, interruptum reintegra, sin grauioribus curis hoc accidit, pone illas, hunc recèperis, de huiusmodi enim loquebatur Maro ubi ait: Salubres curas, somnos abrumperè. D. Somni requiem amisi. R. Et terrorem somniorum, nocturnosque metus, quamuis enim sapientis meliora fantasmata Aristoteles opinetur & uerum sit, tamen & uir illè ingenio æquè magnus & imperio, ille autè alter sanctitate & patientia æquè insignis, de quibus paulo antè simul diximus, somniorum graues sentire molestias. Nam quid alij sentiant quisq; nouit in se, & lectulum propositum suarum testem habet illustionum atque ambagum & formidinum. certè horum alter tempore extremo per somnium exterreri solebat, sicut de illo scriptum est, alter ut dixisse dudum uideo, dum de ocio & quiete dissererem, inter cæteras uitæ molestias quæritur, quod terreant eum somnia & uisiones horrore concutiant. D. Solito minus dormio. R. Solito igitur magis uiuis, Nempè quod doctis placet, ut mors somnus, sic uita uigilia est. D. Somnū morbus expulit. R. Sanitas reducet. D. Somnum amor exclusit. R. Bis rem unā dicis. Morbus est enim amor & morborum maximus. D. Somnum metus extinxit. R. Securitas suscitabit. D. Somnum senectus eripuit. R. Mors uicina restituet.

De inquietudine somniorum.

Dial.

LXXXVII. DO.

Somnijs inquietor. R. Si uerum est quod sapiens quidam ait, Multas curas sequuntur somnia: quod uestri quoq; approbant auctores, radicem mali amputa, curas pelle, somnia quoque pepuleris, quo enim quæso tot curas, & tam nihil profuturas, in tam breui uita, de qua iam ab initio promissum est, quid torqueri iuuat, & turbidam curis, uitam & infestam somnijs quietem, uestra uobis facit amentia? Diuinam prouidentiam uestro uultis superare consilio, neque sentitis, ut ex alto uestræ ridentur insanix, uestraq; deliberrationes illo de tempore, quod non solum extra uestrum arbitrium, sed etiam extra notitiam uestram est, neque auditis Flaccum exclamantem:

*Prudens uenturi temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus
Ridetq; si mortalis ultra
Fas trepidat:*

Omne tempus in uestram trahitis perniciem, de præterito mœsti, de præsentis anxij, de futuro pauidi trepidique, de quæ his curis superuacuis dignos metitis manipulos, laborem uigilantes, consopiti somnia. Sin illud fortè uerum est, quod uacantem quoq; curis animam, inquietam somnijs esse, uel natura hominis, uel peccatum cogit, non ne cum ex mille somnijs, nec unum uerum esse uerum sit, postquam alterutro falli oportet, fatius est inquietari somnijs quam mulceri, & amara somniare quam dulcia, mœsti enim somnijs fallacia læta est, læti autem mœsti. D. Somnijs fatigor. R. Sperne totam hanc inepitiam & quiesces, si id nequis, his te solare comitibus, qui similia passi sunt, his duobus nominatim, quos modò dicebam, dum de uigilia quæreris.

De celebritate nominis importuna. Dial. LXXXVIII. DO.

Celebrior sum quam uellem notiorq;. R. Antu hoc spernis quod maximi exoptant duces ac principes, philosophi & poëtæ quid enim tot laboribus, quid tantis bellis ac studijs agitur, nec aliud insignes artifices moluntur? Declarat hoc Phidias in Mineræ statua, quod opus omnium quæ hominum manibus facta sunt, primum aut inter prima posuerim, nisi cū aliquid inscribere ueritus fuisset, uultum suum clypeo statu sic inculpsit, ut & ab omnibus nosceretur, & cōuelli inde, nisi toto opere dissoluto nullo posset ingenio, nosci in præmium sui laboris optabat. si quis enim non famam sed pecuniam cogitare dixerit artifices, nec omnibus fortassis assentiar, in illustrib. negè. Multi sunt rei huius iudicia, sic cū iactura temporis dānoq; etiā sæpè operi insistunt, ac ne quid famæ excidat, lucrū spernunt. Cōprobauit hoc

hoc maxime nobilis illa constantia eorum quatuor artificum, qui ad famosissimum illud opus, quod Artemisia Caria regina dilectissimi coniugis memoriam extrui fecit, magno pretio acciti, cum ante perfectum opus obiisset regina, ipsa unde operis pretium sperabatur, perstiterunt tamen unanimiter in finem, nil iam aliud quam suum decus, & facti memoriam cogitantes, proinde omnes homines claritatem famamque desiderant: solus tu, ne paruo illas tadio emptas uelis. D. Immo & ego apud posteros clarus esse cupiam, inter coetera neos recusem. R. Quid ita cum hoc maius, eoque difficilius ac rarius sit, obstante quae praesentium famam interpellat inuidia? D. Quia inter absentes mera est gloria, nullus obstrepit, nullus obstat, inter praesentes autem & contradictio & labor, Magnus enim labor est magnae custodiae famae, ut non ineleganter ait quidam. R. Nimis aut delicatus aut segnis es, qui sine labore magnum aliquid speres, cum pro minimis tot se offerant labores. D. Ego uero non labores respiciam, sed tadia: nam quis ferat assidue uisitari, obsideri, posci, exagitari, & sui interim negligentem totos dies ac magnam breuis uitae partem alijs dare, ut tua necessitate posthabita, alienae inseruias uoluptati, quod malum si ab initio incidisset, nunquam ad hanc ipsam famam quae me cruciat uentum esset, sed & nunc praeciosos animi conatus, & egregia, potes est impedire negotia, importunum. R. Id quidem ita esse non nego, durum certe sed tollerabile, immo & inuidiosum & optabile, caeterum utcumque tuo iudicio acceptum erit, penes inuitabile, nam quae ad euadendum uia, nisi uel superbia uel ignauia altera honestum desiderium te petentium arcebit, altera etiam extinguet, si quod est remedium, urbium fuga est, quanquam si claritas possessorem suum quocumque perrexerit, & ubicumque constitit secum erit, nec rure unquam, nec in syluis quidem desinet clarus esse, qui in urbibus clarus fuit, non potest famae fulgor abscondi, inter tenebras eminet, & ad se oculos atque animos trahit. Nunquid non audisti Dyndimum Brachmanorum senem praeclearissimum, ab Alexandro Macedone usque ad ultimas Indorum solitudines, Cynicumque Diogenem ab eodem usque ad illud suum dolium, quo pro uolubili utebatur hospitio, uisitatos? Nunquid non usque ad squalidam ac desertam Linterni uillulam, a placatis sola uirtutis ueneratione latronibus, Scipionem Africarium eundemque ab ipsis hostium ducibus usque transmaria? nunquid non Titum Lium ab ultimis Galliarum extremaque proci Hispania usque ad urbem Romam? nunquid non denique sanctos patres, usque ad incultas & horrendas haerem latebras a Romanis etiam Imperatoribus uisitatos? & sileo Salomonem, immo uero quis unquam uir clarus uisitacionibus caruerit? Amici & noti motuis alloquijs & confabulationibus delectantur, ignoti autem solo recreantur aspectu, habet enim uirorum illustrium praesentia dulce aliquid, quod non sentit nisi ipse qui fruatur, hoc tu laboriosum, ne dixeris, operosum est fateor, sed & gloriosum. D. Celebritate nominis atteror. R. Si hanc uis abijcere, uirtus abijcienda est cuius e radice oritur, id si merito refugis, ferre hanc sarcinam aequo animo est necesse, ad quam multi ne quicquam omni studio uitaeque ipsius impendio aspirant, & tu forsitan aspirasti, patere te uideri ab his, qui hoc nisi te tuumque nomen diligerent, non optarent. D. Multi me undique usque ad importunitatem fastidiumque concelebrant. R. Quid tu igitur an contemni malles atque abijci? D. Innumerabiles usque ad tedium me honorant. R. Tu uero Dei munus agnoscito, ille te honorat, ut te illum & honorare delectet, & inhonorasse poeniteat, omnis honor & omne quodcumque homini ab homine bonum fit a Deo est. D. Per molesta res est honor immodicus, & crebra uisitatio. R. Et haec fateor, at praedulces sunt huius molestiae radices, amor & ueneratio, his si animi gustum applicueris, bene sapere incipient quae molestant, amara dulcibus tempera, non in hoc tantum, sed in omnibus quaecumque fers praesens uita, in qua non facile reperias mel cui non sit admixtum fel, & sapius amara praepoderant. D. Celebritate nimia fatigor. R. Saepè id quidem accidit, de quo questum diuum Vespasianum nouimus triumphante, dum solennitate pomparum, expectatione ac tadio esset affectus, increpantem seipsum, qui triumphum nec sibi nec maioribus suis, aut dubium aut speratum tam inaniter in senio appetisset. quauis autem non sit optata celebritas per se ipsa, ferenda est tamen & amanda, causae ipsius uirtus & industria, neque unquam ut illa careas deserenda,

deserenda, multo gloriosus est labor occupator, quam ignaua requies. D. Salutatoribus obuijs offendor. R. Habes huius quoque tadium participem Ctesippum philosophum, immo quem non habes, praeter illos qui popularibus auris, ut Maronis utar uerbo, gaudent, ille tamen insignis quaestus est. credo ideo quod acutissimum uirum, talis enim traditur, & suis studijs acerrime deditum, salutatio crebra & improuisa turbabat, utque idem ipse ait, perducebat ad mortem. Nihil est autem quod quaeraris, quod optabas, accidit, notus in populo ut esses, alioquin tot saluatorum incurribus non pateres, poteras latere, poteras quiescere, poteras, quod aiunt, in gremio gaudere, quod optimum uitae genus aliqui diffiniunt. At uos magnis in urbibus noti & clari esse uultis, & otiosi simul & liberi & tranquilli, quod nihil est aliud, quam in magnis pelagi tempestatibus, ut immobilis sit optare. Denique superbi fuerit, obsequentium amicorum uoces pati, non posse aequo animo, cum sint hostium patienda conuitia.

De dolore ex malis moribus hominum concepto

Dial. LXXXIX. DO.

Malos mores hominum aegre fero. R. Si charitate motus laudo, si ira uel indignatione non laudo, quod ad te enim, quibus moribus sint alij, modo tu sis bonus. annunc primum intelligis uulgi mores, an tibi negotij parum sentis uitam tuam componere, nisi inuigiles alienae, & illud aggrediare, quod nec ars unquam efficere ualuit nec natura, unde nihil unquam speres nisi tadia & labores? Fuerunt haec tamen & Philosophis curae, quorum alter in publicum egrediens semper flebat, alter contra mores hominum ridebat, neuter sine causa, sed illud pietati, hoc superbiae propinquabat. D. Quis enormes ac subdolos hos habitus ferat. R. Malo te per uim dehonefari, ferres si necesse, qui sponte sua alios deformatos pati nequeas, sine illos indui ut libet, tu ut licet atque ut decet induere, atque ita te ulciscere, non minus lasciuos oculos honesti habitus offendunt, quam modestos in honesti, illi igitur uoluptatem consilio adhibeant suarum rerum, tu adhibeas honestatem. Nusquam alibi quam inter tenebras gratior lux, nusquam alibi quam inter uitia uirtus est clarior. quid quaereres? Aliena foeditas, tuo adijciat decori. D. Quis hos morbos animorum atque hos perferat inuidos. R. Linque inuidos sibi, neque illis alium cupias tortorem, satis ipsi se torquent, & suis malis & alienis aguntur ac tabescunt, bonis non est copatendum sponte languentibus, non sunt autem contagiosi, ut corporum sic animorum morbi non transeunt ad nolentes, immo uero nobilis animus, uirtutum odio, ad amorem uirtutis accenditur. D. Quis tot ferat insolentias? R. Humilitas eorum acceptior, quod pluribus est obfessa superbis. D. Quis tot fraudes, quis tot artes auaritia, quis tot species libidinum? R. Quae tibi merito displicent declina, & quae in alijs damnas ne in te damnent alij caueto. D. Quis hoc gulae regnum. R. Maxime inter ebrios speciosa sobrietas, ubi & que boni omnes, nullus excellit. D. Quis tam multa mendacia? R. Si mendacio offenderis ueritatis tude. D. Quis tot ubique tyrannides? R. Non te hinc arma nec opes expedient, sola uirtus est libera. D. Totus orbis odio mihi est. R. Miserrari miseros magis decet quam odisse, nisi ut dixi sponte sint miseri, quin tu mundo suos mores linque, tuos reformare stude, & ab alijs auersos, in te ipsum oculos reflecte, sic & tedium euaseris, & cum mundum nequeas, id quod potes & debes, temetipsum corriges, non est quo te frustra natum credas, si hoc feceris.

De minutis tedijs rerum uariarum.

Dial. XC. DO.

Turbidos odium clamores rerum uariarum odi. R. Ruris silentium sylualque ama, quae fieri fugarique nequeunt fugienda sunt. D. Vulgi contentionibus fessus sum. R. Vulgo aures dum prebueris non quiesces. D. Vulgi strepitu fatigor. R. Vulgi uerba despiciente, penes enim quicquid uulgus loquitur aut nihil, aut falsum est, at strepitum illum omnem & confusas uoces si uitare nequeas, uertitum tantum auribus excipe, idque non aliter, quam mugitus bouum aut balatus pecudum aut urforum murmur, quid enim nisi belluarum

belluarum uoces sunt uel inertium uel ferarum. D. Vulgi fragore perturbor. R. Fiti-
ge animo te aquarum exundantium ac scopulis illis arum sonitum audire, persuade tibi esse uel
ad fontem Sorgis, ubi ingenti strepitu, exhorrendo specu, lucidissimus amnis emanat, uel
ubi Reatini gurgites, quos Nar in Tyberim conuehit, alto de colle descendunt, uel ubi ad
ea quae Caraduffa nominantur, ut ait Cicero, Nilus se ex altissimis montibus praecipitat, uel
ubi similiter ut ferunt, Hister in Euxinum ruit, denique ubi uel Ligusticae rupes aethneis
fluctibus furenti austro, uel charybdis oblatranti Scyllae Sicanis uorticibus torta respon-
det, consuetudo praestabit, ut quod tedium osissimum sentis, quadam cum uoluptate perci-
pias. D. Latratibus canum uexor. R. Qui vulgi latratus ferre didicit, nullos horre-
bit canes, nam neque tam multi alij, neque tam rabidi aut mordaces. D. Immitis equus
ac fremens, infidus seruus ac contumax, non tantum tedium, sed periculo etiam mihi sunt.
R. De utroque animali quid sentirem dixi olim, & nil nunc mutuo. addo aliquid, ut ui-
tare quidem possis equi tedium, si nil aliud pedes tibi, serui aut manus dare possunt, nec la-
mentis dignum quo carere ualeas, cum uelis. D. Muscarum tedium affectus sum. R. Vi-
de ne muscarum tedium musca fias, & ab alio quam a Deo creatam muscam credens, in il-
lius qui muscarum princeps dicitur potestatem uenias. quod affecto cuidam tedium simili-
bus accidisse, auctor est Augustinus, Principium illud Ioannis famosissimum exponens.
Et musca & pulex, & bruchus, & culex, & cinifex, & locusta, caeteraque huiusmodi creata,
non sine certa causa sunt ab illo, qui uidit cuncta quae fecerat & erant bona ualde, & si nulla
etiam alia, illa sola sufficeret, ut his armis humana superbia domaretur, potuit enim Deus Ae-
gyptijs leones, tygres uel dracones immittere, minuta & uilia immisit animantia, quod cla-
rius & coelestis potentia & terrena fragilitas nota esset. D. Pulicibus inquietor.
R. Sanis cogitatibus conuiesce, cogita nihil mali praeter peccatum homini contingere
posse, multis non haec modo facilia, sed quae uidentur grauissima proferunt. quid scis an
si pulices abirent, sopor nimius, aut malae libidines subirent? crede bene in omnibus tecum
agere bene erit. D. Nocturno publicum praelio uictus sum. R. Quid superbis igitur
umbra & cinis, quid erigeris iners lutum a pulicibus. uictus. contra Deum calcitras, iumen-
tum indomitum ac stolidum? D. Offendor pulicibus. R. Vis ne tu homines offen-
dere, a pulicibus te defendere, uilissimo impar animali, nobilissimum aggrederis, & puli-
cum cibus homines uoras? D. Pulicibus agitor. R. Terrena omnia hominis ad
obsequium facta sunt, pars ut pascat, pars ut uestiat, pars ut uehat, alia ut defendant, alia ut
exerceant doceantque & conditionis admoneant, quaedam denique ut delectent fessumque
rebus animum leuent, quaedam uero ut delectationem noxiam frenent, ac salubribus tae-
dijis contemptumque huius lucis simulque desiderium uitae melioris incutiant. Quantum enim
quaeso, mors timeretur, quantum uel si tedium uacua esset placitura mortalibus erat haec ui-
ta, cum tedium plena sic placeat, sic habitus timeatur, nec uitae iucunditas uiuenti, nec amoeni-
tas uitae semper est utilis uiatori, expeditque nonnunquam durum aliquid occurrere, quo op-
tabilior finis sit. D. Nocturnae aues flebilibus notis infestae sunt. R. Non ut arbitror
philomena, quae apud Vergilium:

*Flet noctem, ramoque sedens miserabile Carmen
Integrat: & moestis late loca quae stibus implet.*

Dulcis enim fletus, & suaue carmen, & delectabiles sunt querelae, moestior te forsitan strix
offendit, neque tam proprio, quam Poetarum carminibus infamis bubo, qui quibusdam
tamen quam laeti fuerit augurij, apud Iosephum legis, quamuis utrunque ridiculum, hinc
spem, scilicet metamuriae concipere. Huius enim & multorum tristis aspectus, & lugu-
bris cantus, at uterque naturalis, non sic canunt ut uobis aliquid nuncient, sed quia cane-
re aliter non norunt. da illis philomenae uocem flebunt dulcius, nunc naturae parent suae,
uos naturam ipsam superstitionibus uestris, ut pareat, cogere delirando nitimini. D. Pro-
xima in turre pernox noctua importuna mihi est. R. Noctuam inquietas noctes Augu-
sto facere solitam audisti, & quae quaeso uerebitur, quae mundi dominum inquietat? D. Mu-
res thalamum infestant. R. Quid scis an hoc ipso in thalamo exorti, quae tu forsitan pere-
grinus

grinus inhabitas, de te iustus queri possunt, qui natale illis aduena solū turbas. sed omis-
sis iocis, horum omnium ratio una est, idcirco equidem his infestam uitam agitis, ut disca-
tis alteram optare. ac illic animū habeatis, ubi nec mures, nec fures, nec araneae, nec tineae,
nec damna, nec tedia ulla sunt. D. Procaces ranae ac strepidulae tedium pariunt cicadae.
R. Finge solatium parere, solatium erit, opinio rem quocumque uult trahit, non ut uerum
mutet, sed ut iudicium regat & sensibus moderetur. Inuentus est nuper, qui rure habitans,
ad fugandas nocte luscinas, saxi armatus sudibusque consurgeret, quo cum parum profi-
ceret, circumfusas arbores iuberet abscindi, ut uel sic praerepto frondente domicilio abirent,
quibus manentibus, abire illum oporteret, iamque importunis cantibus pulsus sopor abis-
set, is tamen proximae paludis in ripa, nocturnos strepitus ranarum modulatissima quasi
fidium harmoniam incertissimus hauriebat, inhumanum ferumque hominem, uixque inter
homines numerandum, & moribus quidem qualem audis forsitan & uidisti, uulgaribus
tamen negotijs haud insanum, qui nunc ideo ad memoriam redijt, ut constaret, quantum
in rebus omnibus possit opinio. D. Ranarum & cicadarum strepitu offendor. R.
Non ille quidem ut offendant strepunt, sed naturae communis beneficio utuntur, at hoc
ipsum superbam impatientiam uestram laedit, sicut reliqua quaecumque aliter fiunt dicuntur-
ue, quam exigat oculorum uestrorum atque aurium uoluptas, sed ut fabulam uestri erro-
ris, ad antiquas fabulas remittam, cogita nunc uel ranas suam ueterem querelam, & ultri-
cem Latonam raucis uocibus, uel cicadas uersum in suam speciem Titonum, stridulis
plausibus memorare, sineque forsitan suum illas agere negotium, & tu tuum ages. cur
iniusti naturae semper accusatores, innocuis animantibus succensetis, nec aduertitis, quanti-
to maiora sunt tedia quae uicissim ipsi uobis infligitis? sileo raptoreque urbium & mille
iniuriandi laedendique artes, mille uolentias, mille dolos, quorum pleni sunt uici omnes
& compita, taceo latrunculos toto orbe dispersos, & itinera interrupta praedonibus, qui
bus magna pars terrarum hodie inuisa est, spectacula mundi pulcherrima praerepta morta-
libus, dissimulatum illud & miserissima iam consuetudine roboratum, quis dignis quaesti-
bus explicet, aut humanae pondus ignauiae uerbis aequet, quod pacatis quoque regioni-
bus, passim legitimus praedator occurrit, qui sollicitum uiatorem exhaustumque labori-
bus & onustum curis, aere suo spoliat, iniustissimi nescio cuius iuris obtentu, quo effectum
ut quod amoenissimum fuisset, orbem terrarum permeare, id alicubi periculosissimum,
ubique sumptuosum ac tedium sit: sic uestri Principes & Patres Patriae, immo uero ue-
stra patientia, uestri mores, libertatem publicam paruo pretio uendiderunt, quid custo-
dias loquar superuacuas, & obstruos passus, ac suspicionibus uarijs plena omnia, absen-
tiaque solatium unicum literarum commercium interdictum, quod ipsum quia mutari
iam non potest, forti animo ferendum est, uerum ut naturae opera ferre non renuat, qui
tot insolentias, tot immanitates hominum, tot tedia, tot rapinas pati solitus didicisse debu-
it, quam inique natura parens leuibus ex causis quotidie laceretur, cum tot acerba & gra-
uia pati hominem, ab homine sit necesse. D. Magno torqueor calore. R. Expe-
cta hyemis tedium hoc pulsura festinat. D. Frigore crucior importuno. R. Ecce
tibi aetas accelerat, huius ipsius allatura desiderium. D. Frigoribus urgeor. R. Vix
incommodum inuenies, cui non inuenit natura remedium, & saepe unius, remedia mul-
ta sunt: Arcet frigus tectum, uestis, cibus, labor, exercitium. raro quisquam frigore uinci-
tur, nisi uictus inertia, piget ignem inter remedia numerare. magnum mortalis ignauiae
argumentum, non tam facile dolio immixta aqua, linteo madente detrahitur, quam e turba
hominum hyeme accenso igne, inertes a fortibus segregantur, omnes eo confugiunt, qui-
bus nihil sanguinis neruorumque animi est, uidere licet, sed non libet, iuuenes nostros ut
formosi uideantur, deformatos abscissosque pubetenuis sese ignibus ingerentes, quanto
erat honestius pudenda contegere, quam semiustis natibus, in amicum naribus nidorem
respirare. D. Nunc treino, nunc aestuo. R. Credo id facillime, mores noui, & te lo-
quente quod occurrit dicam. Recens at breuis historia est: pater in Gallijs pro capita-
li causa cum adolescente filio comprehensus, & secundum ritum gentis in ahenum missus
ac deco-

ac decoqui iussus erant, cum fortè igitur in aquam hyeme gelidam nudi ac uincti pariter descendissent, cœpit adolescens tremere, & frigus magna dentium collisione testari, ubi sub iectis ignibus cœpit aqua feruescere. Ille lamentis ac gemitu impatientiam caloris exprimere, contra immotus ad utrumque & toruo illum uultu respiciens senex: Vilissimæ, inquit, meretricis fili, nec frigus igitur, nec calorem pati potes: uerbum mali forsan, sed constantis solidiq; animi, dignum quæ quo illæsus è uase mortifero profiliret: cæterum uestris nunc adolescentibus conuenientissimum, quibus nihil effœminatius, nihil enervatius est, æstate solem execrantibus, ut Atlantes solent, hyeme ignem adorantibus ut Chaldei.

D. Nix me tædio afficit. R. Delicati etiam iucunda fastidiunt: atqui niuem sine uentis descendentem, quidam inter pulcherrima ponunt, porro si quid est niue pulchrius, nil certè candidius. D. Nunc æstibus, nunc frigoribus nimis, nunc siccitate, nunc imbris angimur. R. Impatientissimum caloris Alexandrum ferunt, nempe qui & diræ & prosperæ fuit impatiens fortunæ, cōtrā uero caloris ac frigoris patientia parē dant Hannibali, cur non tu aliquam tibi uel dissimilis partem laudis arripas, æquæ ille utrumque potuit ferrè, tu neutrum: hoc uobis primum tribuit uoluptas quæ emollit eneruatque, & ut uerè dicam, castrat animos, ut non hostiles tantum gladios aut mortem, sed impressiones æreas formidetis. clamo autem & sæpè frustra quidem, quoniam surdis clamo, Linquite suum officium naturæ, nihil sine æternis agit illa consilijs, stulti & ignari, ne una prorsus aquæ stillula, plus minusue quàm expedit in terram cadit, & si non singulorum libidini, at saluti omnium consultur. D. Hic luto, hic puluere, hic nubibus, hic uentis ac tonitru turbor. R. Atqui terræ uarietas, cœli uarietatem sequitur, uisus aër lutum parit, sic, cus puluerem, sic de motu aëris uenti, de uaporibus nubes, de uentis ac nubibus tempestates ac fulmina prodeunt, qui rerum causas nouit, & naturæ se præbuit, obsequentem consequentiam affectuum non desebit. Et de uentis licet apud quosdam magna sit quæstio, non ne tamen tibi aër omni carens uento, penè semianimis uideatur, ut non ineptè quidam, uentum animam dicant siue spiritum: puluerem certè apud multos uiris fortibus dulcem uides, idq; ut de luto etiam credi possit, diuersorum operum una uirtus efficiet. Tonitrua uerò & concitiores cœli motus, quid nisi comminationes & monitus miseratis Dei sunt: qui certè non minaretur, nisi amaret hominem sed feriret, cum multæ & graues nunquam desint ferendi causæ: ad terrorem uerò hæc fortitudinèq; mortalium spectare, sed antè alios illorum qui rebellant Deo, non solum naturæ gnarus meminit poëta, sed uates illa etiam diuini conscia consilij, quæ ait: Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit. formidate uerum tonantem aduersarij, enitimini in gratiam redire, ut amici Dei effecti nihil omnino nisi eius offensionem timeatis. hoc potius agite, & querelas mittite. D. Fusco & nubilo contristor aère. R. Nulla tempestas durat, & sereno nubes succedunt, & serenum nubibus frequens immò iugis alternatio, & ferendum sine quæstibus quòd tam breue est. D. Offendor nubibus. R. Offensio admonitio quædam est, ut iam hinc tibi prouideas, ne tenebras quas momentaneas ægrèfers, aliquando perpetuas patiaris. D. Igne cœlesti turbor & grandine & procellis. R. Hæc & his similia ad timorem salutiferum, uel si spernitis ad uindictam sunt. audi unum: Ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. audi alterū: Ignis, grando, fames & mors, hæc omni ad uindictam. D. Tempestatibus turbor æquoreis. D. Noli hic naturam, sed tuam uel stultitiam uel auaritiam accusare, quis huc te coëgit. D. Tenebrosus nubibus & contrarijs uentis afficio. D. In tenebris natus, & in tenebris moriturus, inter rerum contrarios uentos uiuis. disce quod semper pateris tandem pati. D. Tonitru ac fulmine quatior. R. Plus hicaliquid quàm tædium est, in primo equidem motus ingens, nisi stultis quibusdam contemptoribus: in secundo autem mors. Itaque quibusdam uisum est de fulmine non nisi inexpertum quæri, at quis oro nisi amans hæc non metuat, cum cautum apud fortissimos hominum Romanos uideat, ueteri statuto, ut comitia populi Ioue tonante non habeantur: Cæterum metus hic, nisi ad emendationem uitæ spectet in utilis est. Quid prodesse enim potest timor, ubi nullum est remedium formidatæ rei, huc uertenda

uertenda res igitur, ut licet naturalibus causis tonet ac fulminet, nihilominus tamen comitorium existimetur illius, qui nullis obstructis causis, ipse fons omnium causarum est. Ille quidè idè tonat in cœlis, ut tu in terris benè uiuas & obliuione discussa, irascentem dominum recognoscas, quodq; amore debueras, saltè metu facias. Nolite queri, omnia æquæ bona & mala, expedit uobis, mihi credite, ut sapius tonet, & quàm sæpè tonuisse memoria traditū est eo anno, quo uerus Dei aduersarius ac pietatis hostis Domitianus interiit, non ut exclametis, sicut ille, Feriat iā quæ uolet: sed ut iram Dei pijs lachrymis lac humiliprece uincatis. D. Ebriorum cōgressibus lætitiæq; contristor. R. Vinum lætificare cor hominis, & bacchum lætitiæ datorem, & si Dauid Virgiliusque non dicerent, notum est, & quamuis illud quoq; uerum sit, quod horum non facundior, sed sanctior Vates ait: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei: plus tamen feruidi gaudij seu lætitiæ gestientis, ut Philosophi uocant, pauca potētis uini dolia, q̄ multa nitētis aquæ flumina cōtinent. fateor quæ ebriorum lætitia nil tristius, nil opificibus & tabernarijs, quos merito ciuitatum fecem Cicero uocat, ineptius, uel ferendum tamen, uel urbibus abeundum, uel foro saltem ac plateis & tabernarum scenis, tanquam scopulis abstiniendum. D. Turbis premor frequentiaq; ciuium importuna. R. Trux & inhumanum uotū est, optare Patriæ solitudinem, quo ipse sis latior, ob hoc enim illa, olim ut nosti soror Apij Claudij mulctata & illa innocens ultimo apud scriptores celebrata est, ut uerò istud iniquum & supplicio dignū, sic uiradi studio fastidij te turbis eripere, & si res poscat Urbī cedere, modestū ac sapientibus usitata est. D. Lōgo & segni iudicio laboro. R. Ad quid inuēta transactio est, nisi ut litem finiat, & tarditatem iudicij antecedit. D. Mœsto & turbido atteror litigio. R. Pro te apertis epithetis usus es, ubi enim lis, tibi nec gaudium nec tranquillitas esse potest, tu si litibus uis carere, litium contemne materiam, auaritia lites parit, & partas alit.

De terræmotu. Dial. XCI. ME.

Terræmotum timeo. R. Magnum fateor naturæ parentis incommodum, nec immeritò à parentibus segregatum, nempe cunctis grauius, sed rarius, idque remedij loco sit. Sæpè quidem instans tonitru, cœli facies mœsta prænunciat, terræmotus præfagium nullū: est & si eum Pherecydes aqua putei hausta prædixisse feratur. Adde quod aduersus cœliminas aliquod fortasse refugium, subterraneæ offerunt cavernæ, quale illud legitur Augusti Cæsaris fulgura metuentis, quod adhuc Romæ uia cernitur Flaminia, & nomen seruat auctoris. contra terræmotum nullæ sunt latebræ, nulla fuga, quo enim extra terram fugiat terrenus homuncio, aut quid fiet si & supra uerticem cœlum tonat, & sub pedibus terra tremat, nisi fortè quis in pelagus fugiendum dicat, quod & cœlestis & terrestris uarietatis est particeps, & suis insuper motibus inquietum. M. Non tu mihi remedium das ut soles sed periculum exaggeras. R. Sentiebam ita tibi uisum iri, & sic haud dubiè seres habet. sunt quæ dissimulari quæunt & uerbis extenuari, ut quæ fama terribilia uisa erant, re ipsa nunc tollerabilia, nunc & contemptibilia uideantur, id sanè de quo agitur tale est, ut sua quadam ui humani eloquij argumenta discutiat, unum est solamen ut dicebam raritas. Vidisti ætatem penè integram terræmotibus uacatam, quo in spatio innumerabiles obiisse non est dubium, qui in uita solum rei terribillis nomen audierit, nullum res uisa teruerit, alioquin quem non conspecta promoueant, uel antiqua illa, uel hæc noua, quorū uel in libris uel in animis hominum qui uiderunt, memoria recens est: quando & olim uno eodèq; die, motu horrifico & cōcussa Rhodus, & nouæ insulæ profundo maris emerferunt, & uetustæ urbes Asiæ duodecim corruerunt, nonnullæ etiam terræ hiatibus haustæ sunt. Dehinc eadem pestis in Achaia Macedoniæq; delæxuit, demum in Campania illa pulcherrima, non Italiæ tantum, sed totius etiam mundi parte, circa Senecæ ætatem, qui inter quæstiones naturales rei huius meminit, quando & Herculænum & Pompeios urbes tractus illius nobilissimas, ipsam quoque Parthenopen ea peste uexatam legis, At ne cuncta sequar, quæ infinita materia est, nuper alpes æreas, quæ Italos à Germanis separant, O quarum

quarū motus insolitos Maro ait, & motas multis in locis disiectas cernere potuisti. & con-
festim postea ipsam urbium reginā, grauiter agitatum usq; ad ruina turrium ac templorū,
aliquotq; alias humi stratas, moxque uelut perpetuo malorū ordine, Germaniæ partem il-
lā, quæ nobilior habetur, totā scilicet Rheni uallē tremuisse atque in ripis Basileam urbem
funditus, & octoginta eoq; amplius castella, uno simul temporis momento corruisse no-
tum est, horrendum planē negotium, nisi arcem terribilium mors teneret. hanc qui tūcere
desierit, nil timebit, utque eleganter ait Flaccus:

*Si fractus illabatur orbis.
Impavidum serient ruinae.*

Nam quid refert an in te lapis exiguus sic descendat ut perimat, an te ingens obruat Aperi-
ninus, seu potius fractus orbis, ut est dictum, si utrobique nil amplius est quam mori, nisi
quia quibusdam fortasse mors clarior uideri potest, qua maiore infligitur instrumento.
Hæc tandem nostri consilij summa est, quando & aduersus fulmen aliquid diximus esse
remedij, & utrumq; uel obstando uel cedendo reliquis malis occurritur, contra hoc unum
nec fuga ualet, nec ingenij, nec uis ulla, hunc qui unus horribilia cuncta facit, ponendum an-
te omnia metum mortis: aliquāto nō inficior factū difficilius, quam dictū, sed nequaquam
impossibile. Et quoniam ab hac peste, nec tempus ullum, nec locus immunis est, omnibus
locis atq; tēporibus ad omnium que uel naturale, uel fortuito euenire possunt, tolerantia
preparandū armandumq; animum, quod nisi uirtutis amor uitijq; odium accesserit, utiq;
fieri neq; deniq; quando nō cœlum modō, quod in cōtinuo motu est, & elementa undiq;
cōmīnant, sed & terra cui insistitis, & quæ periculorū omnium firmissimū praesidium speraba-
tur, ipsa quoq; concutit, incolasq; suos fallit ac territat, ad cœlū animi uolatibus ascenden-
dum, Interq; hos rerum motus, atq; hominum omnē, in illo spem habendam, qui respicit
terrā, & facit eā tremere, de quo scriptū est: Ego dominus & nō mutor. Quisq; in illo ue-
lūgia deuotæ mentis affixerit, iā in solido & in tuto erit, neq; amplius aut ipse mouebitur,
aut ullos metuet terræ motus. M. Non possum terræ motibus non moueri. R. Potes
autē à terra omnem spem atque omne desiderium remouere: hoc fac ut securus uiuas, eaq;
uel tremente uel ruente consistas, stultum est firmam in re tremula spem habere.

De peste latissime saeuiente. Dial. XCII. ME.

Pestem latissimè saeuientem horreo. R. Et hic quoque nil amplius, quā mortis est me-
tus, quo deposito, plena securitas parata erit cū non his magnis animis, non deposito
modō, sed ne admissus quidē esse debeat. nā quid minus uiri est quam horrere comūia?
M. Pestem timeo. R. At quid aliud tibi, si morieris ad uisatum genus moriendi, pestis
addiderit, quā ut comitator moriari, sin euaseris, ut dulcior uita sit, tot circumfusis erepta
periculis, si mori periculum non natura est, neque enim omnes pestis perimit: alioquin ex
hac peste nouissima, cui par à sæculis nō fuit, nullus hominum euasisset. Euaserūt multi, qui
melius obijissent, hinc ut uides fere solita nūc etiā mundus exuberat, quā nulla unq; pestis,
nulla mortis manus exhauriet, tā cōcreta est. M. Pestē metuo. R. Dic q; est uerius mo-
ri times, de quo nobis, ut te uideo in querelas pronum, antequam res desinat disceptādum
reor, præter hoc enim, quid est quod pestis nomen exhorreas, cum potius ut est dictum, so-
latij genus sit perire cū plurimis. M. Pestem horreo. R. Si ad hoc te humani generis
charitas quædam trahit, est quod laudē, nihil est magis hominis, quā humana incommo-
da miserari, sin tui tantum, est quod arguam, nam quid pestis nocitura mortali, nisi ut facias
quod facturus es, nisi illud inter damnū connumerēs, non lugeri quod in talibus acci-
dit, & foeliciores censes, qui multum fleti ad superos euasisse, apud Virgilium memoratur:

De tristitia & miseria. Dial. XCIII. ME.

Tristis sum. R. Refert qua ex causa tristis sis aut lætus, ista enim ut alia multa, indiffe-
rentia dixerim, quæ leui momento possint esse bona uel mala. Tristitia nempe de pec-
cato

cato utilis, modo ne desperationi sutrepenti clanculum manum det, at gaudium de uirtu-
te, deq; memoria bonorū operū honestū, modō ne ingerenti se superbiæ fores pandat. ha-
rum igitur passionum præmitterentur causæ, uituperatio illic locum laudis inuasit, nunc
tu ipse quid sis, tristis cogita. D. Huius uitæ miseria mœstus sum. R. Foelicitas te læ-
tificet alterius uitæ, neque enim tam hæc misera, & si profectō miserrima sit, quā illa est
foelix. D. Mœstus sum. R. Mali huius tot radices, quot sunt quæ uno nomine ad-
uersa dicitis, de quibus & multa iam diximus, & ut te pronum in querelas uideo, multa
nunc etiā sunt dicenda. Est autem quando nulla prorsus apparens causa, nō morbi, non
damni, nō iniuriæ, nō ignominia, nō errorū mores, neq; ullus omnino rerū taliū & inopi-
nus rumor, sed dolēdi uoluptas quædā, quæ mœstā animā facit, pestis eō funestior, quō ig-
notior causa atq; ita difficiliōr cura est, itaq; hanc ceu animæ scopulum, omni uelōrū, ut dici
solet, ac remorū auxilio, fugiendā cēset Cicero, cui in hoc quidem ut in multis, assentior. D.
Præsentis me miseriæ cogitatio mœstum facit. R. Miseriam conditionis humanæ magnā
multiplicemq; non nego, quā quidam integris uoluminibus defleuere, sed si in diuersum a-
spicias, multa itidem quæ foelicem uitam ac iucundam faciant, uidebis, & si de hoc, nemo
hactenus, nisi fallor, scripserit, aggressiq; aliqui destiterint, quod difficilem & cōtrariam scri-
bentibus, steriliorem longe q; imparē materiam se sortitos intelligerent, eō q; humana mi-
seria, nimis multa prorsus euidenter emineat, foelicitas parua & latens stilo altius fodien-
da sit, ut ostendi possit incredulis. An autem ut ex multis summam deliberem, parua uobis
gaudij causa est, imago illa similitudo Dei creatoris, humana intus in anima, ingenium,
memoria, prouidentia, eloquium, tot inuenta, tot artes huic animo famulantes, huic corpo-
ri, quibus necessitates uestræ omnes diuino beneficio, comprehensæ sunt, tantæ quoque
opportunitates, necessitates & tam uariæ rerum species, non necessitati tantū uestræ, sed
oblectationi seruientium miris & ineffabilibus modis, tanta uis radicū, tot herbarum suc-
ci, tot florū tam iucunda uarietas, tot odorū & colorū & saporum & sonorum, ex contra-
rijs orta concordia, tot animalia cœlo, terris ac pelago, non nisi uestris usibus debita, ho-
minisq; solius ad obsequium creata, nisi enim peccati iugum sponte subiissetis, omnium
quæ sub cœlo sunt dominium haberetis. adde collū prospectus, apricationes uallū, umbro-
sos Saltus, argentesq; alpes, & tepentia littora. adde tot salubres scatebras aquarū, tot sul-
phureos fumatēsq; tot nitidos ac gelidos fontes, tot infusa terris maria, tot amnes assidue
mobiles, & immobili stabilitate certissimos regnorum fines. adde lacus maris æmulos, &
stagna iacentia, & riuos inter montium conuexa præcipites, & floreas ripas, riparumq; tho-
ros, & prata recentia riuus: ut Virgilius ait, quid sonoris littoribus spumantes scopulos, an-
traq; rosida, & flantes agros, & uineta gemmātia, & commoditates urbium, & ru-
ris ocia, & solitudinum libertatem? Quid spectaculorum omnium lucidissimum & angu-
stissimum stellantis cœli ambitum, incomprehensibili celeritate uolubilem: inque illo fixas,
& errantes, quas dicitis, seu uagantes stellas, solem in primis, ac lunam clarissima mundi
lumina, ut Maro ait, seu lucidum cœli decus, ut Flaccus ait. Hinc terræ fruges, hinc ui-
gor animantium, hinc uarietas tempestatum, hinc nos annum, hinc menses & dies & no-
ctes & momenta metimur, sine quibus uita fastidio non careret. His accedit corpus licet
caducum & fragile, imperiosum tamen aspectu, serenūq; & erectum, aptumque celesti-
bus contēplādīs, accidit immortalitas animæ, & ad cœlum iter, ac pretio exigua merces in-
extimabilis, & que in finē sciēs distuli, quia tā magna erāt, ut per me illa nō capere, nisi fidei
magisterio didicissē, & resurgendi spes, & hoc ipsum corpus post interitū, agile quidē luci-
dumq; & inuolabile, multa cū gloria reassumēdi, & quod omnē non humanā modo, sed
angelicam dignitatem supereminet, ipsa humanitas sic coniuncta diuinitati, ut Deus erat,
homo fieret, idēque unus numero, perfectē duas in se uniens naturas, esse inciperet Deus
& Homo, ut hominem Deum faceret, factus homo. Ineffabilis dei pietas atque humilitas,
summa hominis foelicitas ac gloria, altum undiq; occultum mysterium, mirum & salutare
commertium, quod nescio an cœlestis, sed profectō mortalis lingua non æquat. Parum ne
tibi aut uel hoc uno nobilitata cōditio humana, parumq; expurgata miseria uides, seu quid
oro altius

oro altius non dicam sperare, sed optare, sed cogitare. homo potuit quā ut esset Deus: ecce
 sicut deus est. Quid iam restat oro, quo uota uestra suspirant, nedum reperire quidem, sed nec
 fingere maius aliquid relictum, certe cum ad salutem uestram se diuinitas inclinaret, non
 aliud cum posset, nisi humanum corpus humanamque animam assumpsit, nec angelicæ
 speciei ascribi uoluit, sed humanæ, ut sic quantum te Dominus tuus amet agnoscas & gau
 deas. Ita enim ut præclare ait Augustinus, demonstrauit carnalibus & non ualentibus in
 tueri mente ueritatem, corporeis que sensibus deditis, quam excelsum locum inter creatu
 ras habeat humana natura. quid quod idem ipse uos, qui hac sua dignatione tam mirifica
 Angelis quoque prætulit, ipsos uobis Angelos custodes adhibuit, ut modis omnibus ue
 strum inter creaturas excellentiam demonstraret: ait nempe Hieronymus, tantam dignita
 tem esse animarum, ut unaquaque ab ortu suo habeat angelum, sibi ad custodiam deputa
 tum. Paterna uerè & plusquam paterna de uobis deo cura est. & ut dictum Satyrici parti
 per insectam. Verè charior est illi homo quam sibi, quis hæc inter tristitiæ locus aut quere
 le: non natura igitur nostra sed culpa mæstos uos & querulos facit. D. Mæstum me origi
 nis uilitas, & naturæ fragilitas, nuditas que & inopia, & fortunæ asperitas, & uitæ breuitas
 & finis incertus facit. R. Multa studio conquiris, ut mæstus sis, contrario instandum
 erat, ut honesto gaudio lætus esses. noui autem mores, cupidè malis uestræ incumbitis, pro
 inde quod ad utilitatem originis attinet, aut corporis fœditatē, quicquid quorumlibet in
 genijs acruatum est, non solum admota resurrectione illa, quam uera mortalium fides spe
 rat, & glorificandorum corporū nobilitate diluitur, sed præsentiam decore munitur, in
 terque omnia diuinæ manus opera singulari quadam hominis maiestate. Nam quid or
 tus obscenitas, humanæ detrahit dignitatē: non ne fœda è radice proceræ frondentes que
 arbores herbosum solum gratis umbris uestiunt: non ne fœdissimo fimo, segetes lætæ fi
 unt, nec fastiditur origo uilissima rei optimæ: uos segetes Dei estis in area iudicij uetilan
 dæ, summæ que patrisfamilias in horreo reponendæ: terrestris fuit origo, quanquā nobilis
 ac cœlestis ex parte sit, sed fuerit qualiscunque ortus, quantumlibet difficile incrementum:
 sedes ultima cœlum sit. Quid illa nuditas imbecillitas que corpora multarum que rerū gra
 uis indigentia, quæ humanæ conditionis infamæ ascribuntur: uariarum non ne artium, ac
 multiplici remediorum suppleantur auxilio: ut magis ad gloriam hominis quam miseriam
 trahi possit quod animantibus ceteris ratione carentibus præualidam cutim, unguesque
 & uillos mater natura prouiderit, homini unum repertorem omnium contulerit, intelle
 ctum ut illa scilicet alieno, hic suo quodam proprio & interno præsidio tutus esset, cetera
 quantum nascentibus obtigisset, & non amplius unus hic tantum haberet, quantum uiuen
 do meditandoque sagaci assequi possit ingenio, sic seruis dominus ac bubulcis, si quid forte
 cibi nobilis largiatur, suam cuique portionem assignat, uxori nihil, aut filio, ut illic hoc
 tantum, hi pro eorum capto plus minusue percipiant, sic illis frenum præponitur his liber
 tas, animantibus igitur quæ uel senio uel scabie depilata, aut caligantia oculis aut pede clau
 da conspiciunt, remedij nihil est nisi ab homine conferatur, homo autem per se nudus, in
 genio uestitur atque ornatur, & si res poscat armatur, claudus atque debilitatus equo aut na
 uis fertur, aut uehiculo aut auxiliantibus baculis innititur, denique modis sese omnibus ad
 iuuat aut tollit que, quin amissis artibus pedes ligneos, manus ferreas, nasos cæreos, fabricari
 didicit, & fortuitis casibus obstare, ualitudinem fatiscentem, medicaminibus erigit, gustū
 que torpentem saporibus excitat, uisum languidum ocularibus refouet, qua in re maiori
 bus uestris acutius cogitatis, qui uasculis uitreis aqua plenis, ut Seneca meminit, uteban
 tur prope delectabilis naturæ ludus, blanda parens ac benigna, quod hinc filio eripit inde
 restituit, & cum tristem fecerit consolatur. Quid quod equus, bos, elephas, camelus, leo, ti
 gris, pardus & similia quantarumlibet uirium, cum senuerint cōtemnentur, cum obierint
 non sunt, cædunt senio, succumbunt morti, solum hominem uirtute præditum, quæ hominis
 solius est propria, & uenerabilem senectus & mors gloriosum ac foelicem facit, trans
 ferens non extinguens, & ad summam, animalia quædam robustiora sunt homine quæ
 dam uelociora, quædam sensibus uegetiora, nullum dignitate præstantius, nullum cuius
 par cu

par cura creatori fuerit. Dedit sphericam capitis figuram effigiem que sideream:

*Prona cum spectent animalia cætera terram,
 Os homini sublime dedit, cælumque uidere iussit,
 Et erectos ad sidera tollere uultus.*

Ut præclare ait Naso, dictum licet prius à Tullio. Dedit oculos, dedit frontem, in quibus
 secreta animi relucere, dedit rationem, dedit orationem, dedit lachrymas, dedit ri
 sum, affectum, signa latentium, quæ quamuis ad argumentum miseræ quidam trahant, quæ
 fletus præcox risus serus sit (ortus enim statim flet, ante diem quadragesimum non ridet)
 id uel maxime prudens animal arguit, uenturique præscium non equidem finis, quem uirtu
 tis gubernaculo felicem dico, sed difficilem, quod ingressus est statim atque instantium labo
 rum. Denique quodcunque robur est alijs, quæcunque uelocitas, quæcunque opportuni
 tas, quæcunque commoditas, tota homini deseruit, ille indomitos boues ad iugum, & fe
 roces equos ad frenum cogit, urfos unguibus, apros dentibus, ceruos cornibus metuen
 dos, decus fecit ille mensarum, linceas, uulpes & infinita id genus, quia esui non erant usui,
 pelles ac coria reseruauit ad uestem, retibus maria, canibus syluas, uolucris cœlum
 omne lustrauit, & quibus cum nullum erat homini commercium, humanas uoces intelligere
 & humanis nutibus obsequi docuit, sic ex omni naturæ parte partium aliquid. Non est ti
 bi bouis robur, at tibi bos arat, non est tibi equi celeritas, tibi tamen equus ambulat, non est
 tibi herodij uolatus, sed herodius tibi uiolat, non est tibi elephatis autem cameli moles, sed
 tibi turrem uehit, hic farcinam, non est tibi cerui corium, non agni pellis aut uulpeculæ,
 sed illi hæc tuo nomine possident. An ne igitur ijs qui uos inopes talium dicunt, haud ine
 legans responsum illud sit Romani ducis: Habere ista hominem nolle, sed hæc habentibus
 imperare: & hæc quidem modo breuiter, præsertim philosophicè partim catholicè dixerim.
 Ad ægritudinem uerò animi, ita enim hanc Philosophi appellant & depellendam, & tran
 quillitatem reuehendam, proderit nosse, quid de primo Cicero, in Tusculano sub tertia
 luce disseruit, quid de secundo Seneca, in eo libro quem de Animi tranquillitate compo
 suit. Festinanti quidem ad alia spectanti metam non uacat uniuersa complecti, pro tempo
 re igitur alligatum uulnus, omnisque medici animorum, quibus si hæc non sufficiunt uti quæ
 as. Iam tria illa quæ ultimo questus es, ne responso quidem digna credidi, quando & aspe
 ritas fortunæ ipsa est, de qua magna pars huius secundi colloquij nostri fuit, & futura est, &
 asperitatem ipsam breuitas lenire debet ac minuere & incertum uitæ finem statuit natura,
 ut præsens semper aut proximus crederetur.

De dentium ægritudine. Dial. XCIII. DO.

Dentium uxor ægritudine. R. Quantum fidas intestinis uide, quando ipsa te offa
 destituunt. D. Tremere dentes incipiunt. R. Quid mollibus spei est duri & so
 lidi nutant artus? D. Dentibus æger sum. R. Inualidum & caducum animal est, homo
 cui etiam quæ præualida uidebantur, infirma sunt. D. Magnus me dentium dolor ha
 bet. R. Et quæ ad decus præcipuum oris robur obtigerant, doloris in materiam uerti ui
 des, ut intelligas quàm mansura sit hæc, cui tam securus insides, mortalis compago domi
 cilij. D. Iam mihi unus alterque dens cecidit. R. Iam ergo uel hinc existima, quan
 tum Deo debeas, tot tantisque muneribus, quorum paucissimis ac minimis caruisse, supplicium
 & flebile damnum ducas, digna ingratitude poena est, Seruus ut domini largitate, quæ
 præsentem spernit, absentem luceat, & quam lucris intelligere noluit, dānis intelligat. D.
 Iam dentibus exarmatus sum. R. Iam inermis cum uoluptate luctaberis, minus come
 des, partius ridebis, lentius mordebis alienam famam. Loqui parantem fracta sepes den
 tium frenabit, & si non castitas, saltem pudor, ab illicitis oculis senilem petulantiam cohi
 bebunt. D. Iam mihi senectus dentes fregit. R. Iure suo illa usa est, tu naturæ gratias
 age, quæ tibi hoc suo dono uti permisit in senium, quod à multis in iuuentute repetijt, qua
 lis fuit apud uos ille modo regum maximus, qui adhuc uirenti æuopene dentibus caruit.
 & si iuuenilem hanc iacturā, senil postmodum eximio oculorum, ut ipse aiebat, quodque ipse
 O 3 tacebat,

tacebat, ingenij atque animi uigore solabatur, exemplum utile omnibus aliquo uel natura uel ætatis incommodo affectis, ne singula deſteant, ne omnem ſolutū teporem munificentiæ cœleſtis iniuriã uocent, ſed ſeruatis perdita mulceant, aſpera lenibus, dulcibus acria.

D. Dentes mihi rapuit ſeneſtus. R. Hoſi illa non raperet, raptura mors fuerat, plena oſium ſepulchra inſpice, teſtarum dentes arentium, primum quidē terrifice albicantes, mox ruptis uulſos radicibus atq; effuſos uideas, non hic numerus, nam hic robur decorq; ualuerit. Filia Mithridatis Pōti regis, utroq; gemino ordine dentium fuiſſe legitur, Pruſiæ uerò Bithiniæ regis filius, pro ſuperiori ordine dentium, unū inferioribus cunctis parem, hoc eſt unum os ab una in alteram maxillam, nec inueniſſe, nec incommodè protentum habuiſſe. At Zenobia regina orientis, inter cæteras formæ laudes, tantò dentium nitore deſcribitur, ut inter loquendum ridendumq;, non dentibus ſed candidis margaritis plenum os habere uideretur. horum quoq; nunc buſta perquire, ſingulare nihil inuenies, cuncta pridem æqua omnibus ſparſit & attriuit mors, nimis corpus amatis ac membra mortalia, nimis animum mortalem ac uirtutē ſpernitis. ò cæci ſemper & iniqui rerum æſtimatores.

D. Iam ſine dentibus ſum. R. Iam ergo dentiū dolor nullus, ſed nullū quoq; præſidiū, nullus uſus ſine dentibus cū labore præmolendus cibus, & niſi diſſimulas, cogitandum eſt tibi iter inſtare, ubi nil editur, atq; ubi ſolo gaudio cibiq; animæ uiuitur.

De ægritudine tibiæ. Dial. xc. do.

Tibiæ uxor ægritudine. R. In omni ædificio periculoſiſſimum eſt illud uitium quod fundamentis inſidet, cætera enim utcunq; corrigas, hoc ruina trahit, qua inſtante, quid eſt reliquum niſi ut quàm primum è fatiſcenti migretur hoſpitiu. D. Tibiæ ægritudine ſum affectus. R. Huius ægritudinis ut multarum cauſa ferè omnis non aliundè, quàm ex uobis ipſis eſt, iure igitur in uos, ex uobis orta reflectitur, obliu enim illud conſilium ſapientis: Palpebræ tuæ præcedāt grefſus tuos, & illud alterius. Primum argumētum compositæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecū morari, neq; conſiſtere poteſtis, neq; grefſus ueſtros attendere, ſed ut cæci præcipites hac illac palpitādo diſcurritis, quid miri igitur, ſi nunc ad lapidem, nunc ad lignum offenditis, illud planè mirabile eſt, quod culpas ueſtras in ſonti tribuitis naturæ, quin etiam uoluptas mira dementiæ, equorum uos frementium turbis ingeritis, unde ſæpe ferarum calcium ueſtigia reportatis. non ne tibi uideatur quid apud Ciceronem uni dicitur, penè omnibus conuenire? Hæc mala, inquit, ſtultiſſimè tota ipſe tibi addidiſti. ſic eſt hercle nolite uos fallere, mala ueſtra magna ex parte uobis ipſi facitis, quæ poſtea deploratis, tu ſi domi perſitiſſes, hoc eſt tecum, neque hæc forſan ægritudinem, neque harum querelarum materiam inueniſſes. Vaga uita & inſtabilis, quod uarijs afficiatur incommodis, non iniuſtum eſt. D. Tibiæ doloribus agitator. R. Si tu cauſam doloribus prebuiſti, gaude culpam plecti, ſi minus exortem culpæ animum ſolare. & ſi doles moleſtiam adeſſe, at abeſſe culpam, gaude, utcunq; ſe res habeat, dolorum cuspidi, patientiæ clypeum oppone, perpetuum in omni anxietate documentum, quo nulla unquam medicina ſalubrior reperitur. D. Tibiæ doloribus prægrauatus ſum. R. Conſulent medici ut iaceas, nec te delecto moueas, haud ineptè illi quidem, ut poſt damnum facias, quod ante debueras. ego autem de illorum cōſilijs niſi amplius dicam, ſed tu ipſe, quanti ea ſint pretij, tuo diſces impendio, idem tamen conſulam quod medici, ſed reſpectu alio. Illi enim te iacentem fomentis adhibitis inſtaurari poſſe facilis opinantur, dum ad locum dolentem, nec ſpiritus adeò confluunt, nec humores ut ſtanti confluerent aut eunt, ego te in tuo lectulo compositum, quicquid de ſalute corporea euenturum ſit, ſepoſitis interea curis omnibus tranquillo tantisper accubitu, mitigatis angoribus, de ſepulchro aliquid cogitare, qualiter uè tibi ſis iaciturus, & præſentis ſtatus tui conditionem metiri uelim, mortem quæ ipſam ante quàm ueniat tam familiarem tibi efficere,

ii. non horreas uenientem. Mors enim ſola eſt, quæ poſſit mortale corpusculum, ab omni ægritudine liberare.

De cæcitate

De cæcitate. Dial. xcvi. do.

Oculos perdiſti. R. O quot ſimul uitæ ſaſtidia perdiſti, quot foeda ſpectaculorū ludibria, non uidebis? D. Amiſi oculos. R. Frontis fortasſe non pectoris, hi ſi ſuperant, bene habet, ſalua res eſt. D. Cæcus ſum. R. Non uidebis ſolem amplius, ſed uidiſti, & qualis ſit animo tenes, aut ſi non uidiſti, ut in parte fors durior, ſic deſiderium lentius ignotæ rei. D. Oculis careo. R. Cœlum terramq; non aſpicias, ſed cœli terræq; dominum ſpectandi facultas non eripitur: multum illa clarior eſt uiſio. D. Cæcitate perpetua damnatus ſum. R. Non uidebis ammodo frondofas ualles, aëreos montes, floeos ceſpites, umbroſos ſpecus, lucidos fontes, uaga flumina, prata uirentia, quodq; pulcherrimum uifu dicunt, humani oris effigiem, ſed nec cœni cumulos, nec undantes cloacas, nec laniata cadauera, & quicquid aſpectu foedo ſtomachum lædit. D. Oculorum luce priuatus ſum. R. Vt malo huic nihil aliud boni inſit, quanquam hoſ ludos enormium penituſq; deformium habituum non ſpectabis, optanda cæcitas, quam & optabilem fuiſſe ſæpe olim fatear, æque unquam nego, quando quidem ſpes fugæ nulla eſt, quocunq; terrarum uerteris, par inſaniæ regnum, par uirtutis exiliū, hoc eſt in ſtatu perdiſiſſe oculos, fugæ & ſolatiij genus eſt. D. Viſum perdiſti. R. Et fœminei uultus aſpectum, gaude igitur, clauſæ unde mors intrabat ſunt fenestræ, multiſq; uitijs obſtructum iter auaritia, gula, luxuria, peſtes quæ alix, ſuos miniſtros ac ſatellites amiſere, quantum animæ tuæ hoſtibus demptum eſt, tantum accreuiſſe tibi credito. D. Perdiſti oculos. R. Perdiſtiſti duces malos, qui in præcipitio te ducebant: mirum dictū. Sæpe quidem lucidiſſima pars corporis totam animam in tenebras trahit, iam uocātem ad meliora ſpiritum, ſequi incipe, & ueritati præbe aurem clamanti. nolite querere quæ uidentur, ſed quæ non uidentur: quæ enim uidentur temporalia ſunt, quæ autē non uidentur æterna. D. Luminibus careo. R. Culpis careres plurimis, ſi his perpetuò caruiſſes, nunc uenturis malis occurrant uirtus ac cæcitas, præterita deleant, dolor ac poenitentia, neu lugeas cæcitate mentis oculos aperturam, lugendum forſitan, q; dilata eſt. D. Lumē oculorū perdiſti. R. Lumen animæ uerū ſerua, ſolent qui alterū oculū amiſerūt, altero, ut aiunt, acutius uidere. id ſi ita eſt, quid rear, niſi ut duobus perdiſtis acutiſſimè uideas, & tuū facias illud Tireſiæ cæci uatis, ſed famoſi.

Obruit ora deus totamq; in pectore lucem,

Detulit.

Inſelicem te, uereq; cæcum & proſus exoculatum ſi hanc etiam perdiſti, quod ut ſuſpicer, tuæ ſi pergis facient querelæ, perditur nempe flebilis quod unicum eſt habenti. D. Oculos mei capitis perdiſti. R. Purga igitur & abſterge quas non perdas, & externis pe reuntib. ad interna reflectere, illinc, mihi crede, non in oculis habitat, fœlicitas illa quam quæritis. D. Lumen oculis non uideo. R. Diſce uel in tenebris gaudere, an tibi Antipatri philoſophi reſponſum excidit, laſciuum fortasſe ſed proprium, cuius cæcitate cum amicæ mulierculæ deplorarent, iocans: Nulla ne inquit, uobis uideatur uoluptas eſſe nocturna: facete illæ quidem breuiterq;, multa enim ſunt & in obſcuro gaudia, ſicut & in luce dolor multus, ego autem tibi honeſti ſolius hortator ſum. D. Amiſſos oculos queror. R. Si uſurus malè, gaudendum potiùs, præterea tibi nequitiaſ inſtrumēta, ſin benè, nec ſic quidem eſt quod doleas, rem decoram uifu, ſed pietati ac ſancto propoſito minime neceſſaria, amiſiſti, non membra, ſed animum quærit Deus, purum illi totumq; ei offer, quem ubi acceperit, quicquid eſt reliqui acceptum feret, niſi ſibi retinuit, qui animum dedit. D. Corporeos amiſi oculos. R. Si ad cœlum niteris conſolare cum Didymo, quem cæcum ab infantia, inq; hac cæcitate uſque ad exitum ſummo uirtutum exercitio inſignem, ſacer Antoninus ſenem uiſens, niſi moueri debere ait, eò quod oculos amiſiſſet, communes ſibi cum muſcis & muribus & lacertis. ſed gaudere, quod oculi communes illi cum angelis ſalutis eſſent. Antonianum uerè cœleſtisq; magiſtri diſcipulo dignum uerbum. Sin ad liberarium ſtudiorum decus aſpiras, Homerum & Democritum contemplare, quorum alter ut fama eſt, dū mira illa ac diuina dictaret, oculis non uidebat, animo lynceus: alter ſibi oculos eruit, nē uideret multa, quæ ut ipſe arbitrabatur uerū uifu aciem impediret, cuius factū

O 4 quam uel

quam uel laude uel uituperio dignum fuerit, non disputo, sed inuenit imitatores. Quod si picturam forte sculpturam uel, Apellis aut Phidias artem tibi mente delegeras, amisisse te aliquid non negem, nisi hoc ipsum lucrum est, ab incepto humili, retractum cogi altius. D. **Cæcitate inops & inutilis sum.** R. Quid te ipsum cæce deseris, nam Tiresias de quo supra diximus, cæcus uisu, uaticinio clarus fuit, non Diodorus Stoicus, sed familiaritate Ciceronis, quam secta notior sua, uisum perditum auditus solatio leniebat, cum ei ut Cicero idem ait, libri noctes & dies legerentur, quibus in studijs oculis non agebat; hic & philosophia simul & fidibus, quodque sine oculis fieri posse uix crederes, Geometricis quoque descriptionibus operam dabat, & alienis manibus lineas protrahi iubens, suo de illis ingenio differebat. Caius Drusus absque oculis, sed iuris ciuilibus notitia tanta fuit, ut domus eius consistorum frequentia quo tidie repletur, & uidebant illi qua iretur ad forum rectius, qua iretur ad causam uictoriam non uidebant, atque ideo cæci ducis patrocinium implorabant. Sed clarissimus omnium quos famosus cæcitas habuit Appius Claudius & re cæcus & nomine, qui cæcitate pressus ac senio, non priuatis modo consilijs a populo noscebatur, quisque in iure uel in facto scrupulus incidisset, sed auctoritate ac sententia Senatum regebat, uniuersamque Rempublicam gubernabat, tu confestim uno destitutus sensu reliquos omnes atque in super mentem ipsam abiicis, haud aliter, quam qui unius dani leuis impatiencia & uitæ & uitæ instrumenta proijciunt, desperatione præcipiti. D. **Cæcus sum, nec quo pergam uideo.** R. At dux tuus uidet, siue is animus, siue unus aliquis ex more cæci gressum dirigens, cuius ductu non modo rectum iter inuenias, sed ad contemptum uitæ nobilem & præclaræ uirtutis actus, ultimos ad fastigia summa peruenias, neque nisi uis animi defuerit, generosum facinus, lux amissa præpediet. Meministi quid sacris Samsoni in literis, quid ciuili bello apud Lucanum Massylia Tyrrenus agat in æquore, de quo quidem si poeticae tubæ minus est fidei, illud certius atque recētius recordare, quid ætate gestum tua uidere oculis potuisti. Ut Ioannes rex Bohemus duorum sine medio Romanorum principum, alterius filius, alterius pater, oculis semper infirmus, multos ad extremum annos cæcus, bello hoc quod inter Gallum cui ille fauit, ac Britannum regem, sex iam lustris agitur, dum pugna illa omnium asperrima, cui ambo reges intereant inclinare fortunam suæ partis intelligeret, duces suos clara uoce compellans. Dirigite me, inquit, oculus in eam partem, ubi rex hostium est, atque omne robur exercitus sui quod cum moesti ac trepidi fecissent, ille equo stimulis adacto, eò se præcipitem dedit, quo spectare alij cæcumque oculis prosequi uix audebant, ubi cum fortissima hostium acie non fortiter modo, sed horripide pugnas ruit, ipsis mirantibus & laudantibus que uincebant. Rem narro notam omnibus, sed nisi mandata sit literis obliuione peritura: & quid oro gloria uiri fortis obfuit uisu caruisse, nisi ut quæ uirtus & natura mirabilem fecerant, stupendum cæcitas faceret. D. **Cæcus sum.** R. Iocari incipiam ni desistas queri, nam quid aliud si uires attulisse tibi cæcitas quiuit, quam quod de seipso cæcus effectus Asclepiades ait, uno scilicet ut puero comitator gradiare.

De auditu perduto. Dial. xcvii. do.

Perdiidi auditum. R. Iter ecce aliud tædio præclusum est, multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia multa utroque calle fastidia in animum penetrant, quibus euitandis ex æquo penè optabiles uideantur cæcitas surditasque, habent tamen hæc suas incommoditates, ut reliqua ferè cuncta mortalium amarumque aliquid non nego, sed patientia mollius ac uirtuti impar. ubi quæ nã sit has inter proportiones incommodior haud facile dixerim, nisi quod illa periculiosior, ista ridiculosior: nam quodammodo amentes uideri solent, qui surdastris sunt, cæci uero magis miseri iudicantur, itaque surdos risu, cæcos miseratione prosequimur. Sapiens utrunque contemnit, nec quid alijs uideatur æstimat sed quid sit. D. **Auditum perdidit.** R. Adulantium iam susurros, atque obtreçantium iurgia euasisti, diuersimodum sed par malum, nisi quod aliquanto uirilius est, iurgijs quam blanditijs adhibere aures, illis namque medicamentum aliquando, his uenenum inest semper. Illud ergo sæpe mordendo sanat, hoc mulcendo inquinat, atque ita peior est falsus amor uero odio.

D. Amisi

D. **Amisi auditum.** R. Iam quod ars Vlyxi præstitisse fertur, tibi uel natura præstitit, uel casus aliquis, ut si Syrenum cantus, surda tutus aure pertranseas, foelicem te si æstimas, quot inde pericula penetrare in animum potuissent, quotque olim inde mædacia, quot errores, quot demum molestiæ subiere? D. **Auditum amisi.** R. Philomenam credo, uel cytharam tibi assque non audies, sed nec rudentes itidem asellos, nec grunientes sues, nec ululantes lupos, nec latrantes canes, nec sæuientes ursos, nec rugientes audias leones, nec gementes pueros, nec altercantes aniculas, nec postremo his omnibus grauiores undique personantes stultorum risus ineptissimos, & inconditos fletus, & confusas uoces, quo nullus usquam sonus inamœnior. D. **Auditum careo.** R. Multiplicibus ereptus es fraudibus, nulla re crebrius falluntur homines quam uerbis, nihil hinc periculi est surdo. D. **Obtorpuere aures mihi.** R. Periculosa pars corporis, præcipueque principibus, qui per illam adulatorum flatibus tumefacti, sæpe cum populorum risu suaque pernitie crepuere. D. **Auditus hebet.** R. Si cum alijs loqui prohibitum est, tecum loquere, Ciceroniani memor illius, qui secum loqui potest, sermonem alterius non requireret, quamuis & colloqui surdo quoque permissum, legendo scilicet scribendoque, cum antiquis nempe loquitur qui legit, & cum posteris qui scribit, ad hæc cœlestis Philosophia libros & qui legit Deum audit, & qui orat alloquitur. in hoc quidem gemino colloquio nec lingua, nec auribus opus est, sed oculis digitisque ac deuoto animo. Et hic igitur, ut in multis nostri consilium Ciceronis amplectimur, ut sicut cæcus aurium, sic se surdos oculorum subsidio consoletur, tu proinde si audire homines non potes, scriptos ab hominibus libros lege, & legendos ab hominibus libros scribe, cœlum præterea ac terras & maria respice, horumque omnium auctorem in silentio contemplare, nil ad hoc surditas ista nocuerit, multum fortasse profuerit. D. **Auditus me destituit.** R. Quibus tonis aut numeris diapente constet aut diapasen, quibus uel proportionibus alia quæ tractantur a musicis nosce uel surdus potest, & quamuis humanæ uocis fidium que uel organi modos auribus non audiat, si tamen causas animo tenet, delectationem intellectus, haud dubie præfert aurium uoluptati. Finge autem & hos ipsos musicos numeros, surdo ignotos, modo uirtutis numeri noti sunt, sequere in illis exerceat bene est, nil hic quoque surditas nocet. Melius enim multo est bonum fieri, quam doctum, & si abunde doctus ac sapiens sit, quisquis abunde bonus est, at qui malus idem & insipiens, & indoctus omnium licet quæ sub cœlo sunt eruditissimus literarum. D. **Auditus elanguit.** R. Bene quod hoc tibi prius non accidit, quam fidem quæ auditu maxime constat acciperes, illam habens. quid quæreris, seu quid quæris? si hominum cantus aut uolucrum non percipis, cantibus cor intende cœlestibus, internamque aurem Deo applica. D. **Non audio.** R. At cogita & dic tibi, si non audio, quid seu ad me, seu de me homines loquantur. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, illi enim sæpe bellum, hic loquitur pacem semper. D. **Nihil penitus audio.** R. Multi silentium appetentes, longis peregrinationibus fatigati sunt, ut aliquibus abditijs & semotis in locis quod cuperent inuenirent, tu quod ab alijs operose quæritur, ubi libet tecum habes, discere iam bono tuo uti, & transacti memor strepitus ueterumque tumultuum, tandem incipe silentio delectari.

De tædio uitæ. Dial. xcviij. do.

Vitæ me tædium ingens tenet. R. Ex præmissis ortum malum, quo nescio an uix aliud periculosius, quippe molestissimum per se desperationi quoque contiguum atque ad illam uia est, pro quo nominatim institutum est uestris in templis auxilium implorare foelicium animarum, quæ terrenis tædijs uinculisque corporeis resolutæ, cœlestibus perfruuntur gaudijs ac serenitate mentis æterna. D. **Multa me undique uitæ tædia circumdant.** R. Propellenda tædia cogitationibus lætis, ac spe bona, & amicorum bona solatio, & librorum & delectationum honestarum alterna uarietate atque exercitijs iucundis, & inertiae fuga, sed in primis patientia rerum & longanimitate inuicta, necque uel presentium odio, uel futuri desiderio nec metu denique, nec spe uel anticipandus uitæ finis, quod stulti quidam ac miseri fecerunt, qui dum paupertatem uitæque tædia ac labores temporales fugiunt, in æternos incidunt.

O s Sine

Sine Ciceronem nostrum loqui, mortem Catonis huius ultimi, suis in libris officialibus excusantem: sine loqui Senecam, & hanc ipsam, miris laudibus celebrantem, & multis in locis disputantem, certis ex causis arcessendam manu mortem, uerius altera multo quae melior Ciceroniana sententia, qua & tibi & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis, ne nisi iussu eius, a quo ille uobis est datus, ex hominum uita migrandum, ne scilicet assignatum munus diffugisse uideamini, quin & illud, e coelo tibi autem dictum crede, Nisi te Deus is, cuius est templum hoc omne quod conspicias, istis te corporis custodijs liberauerit, huic tibi aditus patere non potest. & ad summam, caue ne aut ullo unquam uitae remedio ita mortem cogites, ut occupare illam tibi licitum putes, aut ullo gaudio ita non cogites, ut incautum illa animum improuisa deiciat.

De grauitate corporis Dial. XCIX. DO.

Grauis sum corpore. R. Quae posses, si ut uolueris ad uolatum, non ut uir ad uirtutem natus esses. D. Graue corpus & inhabile est. R. Hanc querelam Roscio dimitte atque Aesopo, tu si uel per arcum circulum flecti, uel per funem aereum labi, ne quis, quid ad rem, ito cum uiris bonis, gressu sobrio, gestus ac saltus histrionum sunt. Sapientem ut in actibus, utque in uerbis, sic in incessu grauitas decet atque modestia. D. Graui corpore sum. R. Haec grauedo una comitum senectutis esse solet, ne qui illam amiserit, hanc excludat, quamuis interdum non aetatis, sed naturae comes inueniatur. Vnde fit ut & iuuenes graues & seniculos agiles uideamus. Ceterum & si graui sub corpore saepe animus leuis, & sub leui grauis habitet, corporis tamen atque animi proportio, quaedam parilitasque si obuenerit, haud spernenda est. R. Non minor quamuis inuisibilis animi moles & constantia, hanc illi obijce, nihil graue erit. D. Mole corporea demergor. R. Agilitate mentis emergere, & illam extenuare ac discutere laborando stude, circumuendo, res multas & difficiles agendo, exercitio mentis & corporis, exilio uoluptatum, pelle otia, arcesce negotia, sperne libidines, odi inertiam, curas ama, molliciem abijce, sectare duritiam, asperis delectare, cibo, potu, accubitu, sessione, intensione perpetua, somno breui ac sollicito. D. Mole corporea laboro. R. Alius contrario alius alio laborat, nullius sine labore uita agitur, sed quis quis suum nouit, alienum uel despicit uel ignorat. D. Multum corporeae molis excreuit. R. Si hominis nomen quod mortale est animal, ab humo ducitur, sic maxime homo eris, multa humo oblitus, non potest tamen sic coelestem naturam terrestri obruere, quin & assurgat, nisi se surdam uirtuti, & male suadenti credulam praebet uoluptati. D. Graue corpus animum premit. R. Ipsum collige, animum & enormem sarcinam magno nisu perfer, ac cogita saepe coelestia ingenia ex hoc faece corporeae molis erumpere, & miram ad altitudinem peruenire. D. Corporis onere prae grauior. R. Et si uinci nequeat natura, omni tamen studio enitere, ut indies & uiribus tuis accedat aliquid, & sarcinae detraharur.

De grauis ingenij tarditate. Dial. C. DO.

At graui duroque sum ingenio. R. Grauedo molestior, sed haec quoque minuitur si diligenter intenderis. D. At pigro obtusoque sum ingenio. R. Quid tu igitur, huic morbo indignatione an lamento succurrendum putas? longe alio remedio res eget, non est indulgendum somno, non libidini, non cibo, non uino, non inanibus fabulis, non captandae excusationum causae, & reflexa in naturam culpae inertiae succumbendum, sed uigilandum, cogitandum, suspirandum, anhelandum, enitendum, assurgendum, incitanda uis animi, excutiendus torpor, propellenda segnities, abstinentum uoluptatibus, incumbendum studijs, nil tam graue quod non leuet, nil tam durum quod non leniat, nil tam obtusum quod non acuat, nil tam pigrum quod non urgeat, nil denique tam defossum tamque obstrusum, quod non eruat, tam sopitum quod non excitet intentio. D. Ingenio tardo sum. R. Qui uelocitatem ingenij laudem dicunt, tarditatem dicturos infamiam certe scio, malim tamen ingenium tardum ac modestum quam uelox & praeuipitum: nam ut inde non insignis

in signis gloriae nec spes operum magnorum, ita hinc errorum grauium & turpis ignominiae metus est, tolerabilius autem multo est fieri inglorium, quam infamem. D. Ingenio segni sum. R. Quod aequis signibus fieri solet, stimulos adhibe, non hinc tibi corporis excusatio, sed laboris occasio data est, sunt qui statim quod non ultrò prouenerit de ferendum putent, ac tu preme, insta, contende: generosum animum difficultas erigit, alit labor, illic maxime nititur, id quae pluris aestimat, ubi resistentiae plus inuenit. Factum studio ingeniosum Socratem legis, disertumque Demosthenem, & quam multis idem accidit. Singulare quidem nomen pauci occupant, rarior est fama quam meritum. D. Ingenio hebes sum. R. Non tibi profectus, ideo spes erepta, sed industriae inuenta necessitas. Gloriosius autem tanto est studio prouehi, quam natura, quanto satius proposito boni aliquid agere, quam casu. D. Ingenio tardo prorsus & inualido sum. R. Si literis non potes, uirtuti stude: nemo non ad illam satis ingeniosus, ubi non acumen quaeritur, sed uoluntas, ad quam literas nil prodesse, alij obesse etiam opinati sunt. ideo quae desertis studijs, in solitudines abiire, & eximia illis scientiae loco, fuit ignorantia literarum, de quorum iudicio pronuntiare difficile est. Id de quo constat extremum accipe, nemo te fallat, nec te uulgis stupor, nec stultorum uoces moueant. Maius tutiusque est uirtute, quam literis clarum fieri, itaque semper illud optabile, saepe istud formidabile res ostendit, quod si ad uirtutem animi, literarum lux accesserit, tum demum consummatum quiddam atque perfectum est, ea quidem, si qua in rebus humanis potest esse perfectio.

De inopi & infirma memoria. Dial. CI. DO.

Sed memoria inopi & infirma sum. R. Est haec alia senectutis infamia, haud uerius quam reliqua, sed ut uera sit, huic quoque studij ope subuenias. D. Memoria labascit. R. Adesto ne corruat, & labentem iugi exercitatione sustenta fac. quod muro ruinae miranti fieri solet, adhibe repagula opportunis locis, & fragilem crebris ac ualidis ad miniculis circunwalla. D. Memoria fluxa est. R. Diligentia & artificio illam stringe, cunctis ingenij memoriaeque defectibus occurrit, industria, nil patitur industria perire, nil minui, haec est quae Philosophos & Poetas senes, uirentissimo ingenio ac stilo, haec est quae decrepitos oratores uoce solida ualidisque lateribus ac tenaci memoria, seruari potest. Quod nisi sic esset, nunquam Solon, & quotidie discens aliquid senesceret, & supremum agens spiritum, ad colloquium assidentium amicorum, ex ipsa iam quasi morte consurgeret. Non Chrysippus acutissimum illud ac profundissimum uolumen ceptum, iuuenis in extrema perficeret senectute: non Homerus illa aetate diuinum & coeleste opus excuderet, non Simonides octuagesimo uitae anno praerium in certamen, iuuenili feruore animi, senili autem maturitate descenderet. non quarto & nonagesimo Isocrates ardens illud opus ac mirabile, & prope centesimum Sophocles tragici summum stili decus, suam completeret Oedypodem. non octogenario maior Cato, nulla mutatione uocis aut laterum, nullo memoriae lapsu, uel in graui seipsum accusatione defenderet, uel clarissimos oratores ultrò ipse ad iudicium euocaret. D. Infida memoria est. R. Noli ergo illi fidere, saepe calculum secum pone, quicquid credideris confestim exige, & quod cras facturus fueras, nunc facito. non est tuta dilatio, si ex malis si quid boni potes elice. Fides socij desidiam parit, diligentiam perfidia. D. Memoria penè nulla sum. R. Ea est rerum conditio humanarum, ut qui pauciora meminerit, minor illi fletuum causa sit, ubi nec emendatio, nec poenitentia utilis locum habet, quid superest aliud quam obliuionis auxilium?

De eloquentiae defectu. Dial. CII. DO.

Eloquium deest. R. Altero querendi odij instrumento careres, naturae beneficium agnosce, quae ut magnam tibi in ancipites reos, sic in te non paruam fortunae ius eripuit, multi propter eloquentiam perire, si hinc dubitas, utriusque eloquij principes interrogas, nam minorum ob hanc causam passim pereuntium, plena sunt omnia, in quibus idem ipse periculo, qui excellentiae est propior ac notior fama, sunt quibus obscurum nomen propugnaculum est salu-

est salutis, finge autem abesse periculū, disertis nunquam abest labor. nil est in rebus tam inane, pro quo tanti labores tantæq; uigiliæ ultrò suscipiantur, flatus uolatilīs sic exercet animum, solida quasi uirtus in uerbis sit. D. Eloquentiæ nihil est mihi. R. Fortasse multam securitatis, quod non esset, si eloquentiæ multum esset, multorum quoq; in quibus & tuta forsitan ut uita, sic & tutior fama erit. D. Nihil est eloquentiæ. R. Cura ut sapientiæ sit aliquid, ut innocentia, ut uirtutis, illa enim paucorum, hæc sunt omnium. Non te insignis Poëtarum, non te maior Oratorum raritas trahit, immò uerò uide, ut subito ditum mutem, si te raritas allicit hoc age, hac ad illam itur uia. Indignum quidē, ut nihil melius, sic nil iam rarius, uirtute, eloquentia ipsa quam paucorum dixi, multo est crebrior quam uirtus, adeò, quod omnes possunt, omnes negligunt, quos pauci possunt omnes appetunt, omnes experiuntur. D. Verborum inops sum. R. Rebus intende animum, in uerbis enim flatus & labor & eloquium, in rebus quies, uirtus ac foelicitas. D. Loqui nescio. R. Multi quæ minus sciunt magis agere gestiunt, equitandi insciū equo impone, uix illum iride diuulseris, te loquendi ignarum, saltem pudor ad tacendum cogat, & si loqui nescis, quod alij audiant, disce loquentes alios audire, non est minus artificium tacere, quàm loqui cum sit tutius atque facilius. D. Non possum exprimere quod in corde est. R. Si intellectu polles, magnisq; & altis, qui in animo sunt sensibus, iucunda uox & uolubilis lingua non suppetit, quiesce, noli quod in foelicitate succedit, retentare. quid ergo? Bono tuo non tantum æquanimitè, sed late utere, alienum linque, alijs neu linguam stilum, quæ superuacuo atteras. Sine, inquam, loqui alios, tu intellige, cum secretior, cum maior ex ingenio uoluptas, quam ex eloquio percipitur, magisq; continua, & plus quietis & inuidia minus habens. D. Coram multis loqui pudor impedit. R. Magnis hoc uiris accidisse notum est, frontis imbecillitate, non uitio linguæ uel ingenij. quod si cum multis refugis, at cum paucis & cū uno loquere, ut clariores fatear conciones, dulciora eloquia non negabis. Si ne id ipsum potes, ad te redi, tecum loquere, quod iam supra monui, tuumq; domesticum collocutorem excita, semper ille quidem præstò est, non insidiatur, nō irridet, non inuidet, non fastidit, non exactam atq; laboriosam querit eloquentiam, confabulationibus gaudet, familiaribus interruptisque sermunculis, quin & multa sæpe loquenti silentio acquiescit. disce tu illo teste contentus esse, qui non qualiter sed quid dicas, seu potius quid dicere uelis attendit. disce tibi theatrum honestissimum, medio pectoris extruere. disce non hominū, sed ueritatis applausum optare, & aliquando sine strepitu gaudere, contentaque modestia, quam perfecta nonnunquam extinguit, eloquentiam, disce denique non ad pompam uiuere, non ad pompam loqui, quo uix maius malum uita hominum habet. D. Blessi oris sum. R. Fles ne aliquid tibi commune cum Moyse taluiro & tam Dei amico, atqui seu antiqua repetis, seu moderna circumpicis, ut multi occurrēt blessi uiri optimi, multiq; disertissimi scelerati, sic perrari quibus utrunq; contingerit, singularis eloquentia & excellens uirtus.

De amissione linguæ & loquelæ. Dial. CIII. DO.

Quid quod linguā ac loquelā perdidisti. R. Quid si securitatē & requiem inuenisti, quā multos manu innoxios, lingua pessundedit, est uoluptas stulta quidē, sed cōmunis uolentiū uideri fecisse quæ hæc faciūt, nec possunt. Mentitus est qui Israëliticū regem filiumq; eius occidisse se dixit, & facti innocens, mēdaciū poenā luit. Ut periculū cesset, quantus est labor loqui, respondere, fabulari, fingere, comere uerba, sententias librare, cogitare quid & qualiter dicas, quāq; suauiter aërem uerberas, ita enim uocē ipsam diffiniunt, qualiter quoq; nō linguā modò, sed reliquū corpus moueas. Nam & huic se porrigit pars una rhetorices, qualiter meditabundus humi frontem defigas, quia quorsum te manum porrigas, quo terram ferias pede, an non fatis hæc operosa cōcinnitas, & præcepta penè muscis opera, ut dulciter sones angis, an non uerè loqui labor & silentiū quies? D. Nullatenus loqui possum. R. Quæ deficiente eloquentia dicebam, multa dignius perditare repetuntur lingua, quando igitur loqui nequis tace, & quod necessitas iubet, uolens facito, quod ipsi qui loqui possunt, sæpe utilius facerēt, sæpe dolēt non fecisse. Tace, inquam, neu te damnum

hum pati putes, tacens cogita, & quiescens tecū loquere, quæ meliora esse, quam perorare ne disertis quidē negent. D. Mutus factus sum. R. Si muti fuissent Cicero & Demosthenes, diutius uixissent & leuius obiissent. D. Linguæ usum omnē perdidisti. R. Ementendi cōsuetudinē, & fallendi artes, & inimicitiarū quærendæque infamiæ instrumentum, plures enim lingua sunt, quā factis infames, nulla pars corporis ad nocendum promptior, ad frenandū difficilior. Merito ergo quasi magnū aliquid ac rarū protulit ille qui dixit: Custodiam uias meas, ne delinquā in lingua mea. quod cum sanctus quidā uir, qui ad discendum sacras literas accesserat, audiuisset, abisse dicitur, nec amplius audire uoluisse, cūq; post longum tempus præceptor suus, illum admirans, sciscitaretur. Quid tam diū absens ceceptum opus omisisset, respōdisse dicitur. Quod primū illud ei uerbum, sat superq; negotij attulisset, nec dum illud unum omni studio posset implere. Hanc tibi custodiam & hoc frenum seu à natura quidem, seu à fortuna oblatum, ne contempseris, libensq; te regendum præbe neue contra tuam sortem calcitres. D. Linguam amisi. R. Nunc maxime quod sapiens iubet, omnia custodia serua cor tuum, è duabus custodijs ad unam redactus, & dimidia laboris parte liberatus, facilius pauca custodies, & preciosa uigilantius. D. Linguam perdidisti. R. In quibusdam paucis, nobile & argutum membrum, in magna autem parte hominum, nocens atq; pestiferum, & quo multis caruisse sit melius, sic non solum in seruo uerum cernitur, quod Satyricus ait:

Lingua mali pars pessima serui.

Sed in plerisq; etiam liberis, quibus nihil peius dedit natura quàm linguam. Bella, doli, adulteria, corruptelæque omnes penè cessarent, nisi lingua malū semen & spargeret & foyeret. D. Linguam perdidisti. R. Si malam, lucratus es plurimū, magna enim diuitiæ sunt, esse inopem malorum, hæc qui non habet diues nascitur, at qui perdit diues fit, & nouo auctus censu, perdendo inuenit, quod inueniendo perdidit. quod in bonam perdidisti dico iterum, cor conserua, amisisti quidem quo placeres hominibus, serua quo placeas Deo, cui si lingua non potes, corde loquere, si enim de malis scriptum est. Labia dolosa, in corde, & corde locuti sunt: cur non piorum in corde, pia labia esse, & ipsi corde etiā loqui possunt, ubi sunt aures Dei: uerūq; sit quod alibi scribit idem. Non est occultatū os meū à te, quod fecisti in occulto, nulla enim secretissimarū quoq; cogitationū abscondita est Deo, nec tacitos minus quàm clamantes audit: immò, non est apud illū clamor altior uehementiorque quàm cordis clamor, ille silentio delectatur. hunc clamorē cōpressis labijs promebat ille gregis primum, postmodum populi pastor famosissimus, qui audire meruit uocem Dei dicentis sibi: Quid clamas ad me, non loquebatur & clamabat, immò quidem loquebatur, sed corde. Sicut autem qui Deum audit, surdus non est, sic quem Deus audit, non est mutus.

De uirtutis inopia. Dial. CIII. DO.

AT uirtutis inops sum. R. Verum damnum iustus dolor, nisi quod alix omnes inopiae naturales, aut fortuitæ, ac uiolentiæ esse possunt, hæc una proculdubio uoluntaria est. ceteræ namq; uel in corpore, uel ingenio memoriæq; uel eloquio, seu externis in rebus sunt, quæ quidem omnia, non qualia exoptantur obueniunt, sed qualia cuiusq; fors tulerit, hæc una autem in uoluntate consistit, quàm pro arbitrio sibi quisque moderatur atque efficit. Neq; uerò alia potest esse homini bona uoluntas, nisi quàm uult is, cuius illa est, qua & hoc ipsum uult, & quæcunq; uult alia: alioquin si ut uirum, utq; ingenij, siue opum defectas inuito accidit. sic accideret uoluntatis, nec premio digna uirtus, nec supplicio digna esset iniquitas. nunc autem non uoluntas uobis hæc aut illa, sed huius atque illius electio ac libertas nascentibus data est, quæ in bonum flexa, bonos fecit, in aduersum malos, uti licet, hac ut libet: & si ut libet bene uti libeat, haud dubiè Dei donum, ut malè autè peruersitas sit uolentis, illud penitus non licet, ut non & uoluntas bona uirtutis, & mala uirtutis radix sit, atque ita uirtutis, inopiam non patitur, nisi qui uult, quoniam prima & maxima pars uirtutis est uelle. D. Quid quod uirtutem uolo nec assequor. R. Multi se id putant uelle quod nolunt, id nolle quod uolunt, sic quisq; se fallit, sequè boni autidum non

non modo alijs, sed sibi etiam persuadere nititur, nec cuiquam facilius persuadet, quam de lectabilis uera uirtus, falsa uirtutis opinio sic delectat, ut & populum & amicos fallere, & falli insuper dulce sit. D. Scio me uelle, nec posse, ideo bonum fieri. R. Ut sit ita, uelle non sufficit, desiderio opus est, eo que non modico, sed uehementi: uos autem mala uestra feruentissimè cupitis, bona uultis tepidissimè, unde fit, ut diuites multi sint, boni autem paucissimi: nam quid miri est, si citius adoptatum ardens intentio, quam uoluntas lenta prouehitur. D. Vellem bonus esse si possem. R. Stude nam poteris, & si bona fide uis esse iam incipe, sed segnitiam uita. si enim minima rerum non habentur gratis, quid de uirtute speres, qua nil in rebus hominum maius est, nil altius: non tu illam quasi diuerticulum curarum, sed ut rectum atque unicum iter ad foelicitatem cogita, Vaca illi & insiste, summo nisu totoque animi pondere, neque uerò temporis particulam, ut iucundo quidam exercitio, sed ut ordinario uitæ officio, quod te beatum & nullius egentem rei faceret. Vniuersum tempus, omne studium impende, quod rebus sæpè uilissimis impendisti, & ad memoriam refer illud sanum magisque efficacem quam comptum uerbum Marci Varronis, ex Satyrarum eius libro. Si quantum opere sumpstisti, inquit, ut tuus pistor bonum faceret panem, eius duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus, quod sic accipias uelim, non ut terrenæ philosophiæ, quæ ex frequentatis actibus habitum spondet, cuius quanta sit promissi fides experti sciunt, sed cœlesti sapientiæ sospitatrici optime, suisque consilijs atque auxilijs te uirtutis, quæ ue per hanc queritur salutis, debitorem ita tuas, sentiasque pia confessione, grato animo, quodque est scriptum: Nemo potest esse contentus nisi Deus det (& hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum) tibi nomina tum dictum credas, atque ad omnem uirtutem intelligas referendum. D. Valde quidem esse cupio, nec sum bonus. R. An ualde cupias res docebit, intentæ uoluntatis indicium, perseverantia est, siue autem gratuitum Dei donum uirtus, (& profecto eam largitor ille fideretis, nisi constanter operantibus instanterque precantibus uix tribuit) siue in tanta re uillæ sunt partes ingenij humani, & cum intentione feruida res eget, tum & cõtina eget & diuturna, nam quod studio queritur, repente non prouenit, sic quocumque te uertaris, perseveranti opus est animo. Omisissis ergo neglectisque omnibus hic incumbe, idque fiat alacrius, si memineris semperque descriptum ante oculos habueris, ad hoc unum atque ad nihil aliud, te uenisse ad hanc terrenam habitationem, & hoc à te unum exigì, ut uirtutum gradibus cœlum petas, ita ut quicquid agis aliud, uel superuacuum uel damnosum sit.

De avaritia. Dial. CV. DO.

Avaritiæ stimulis urgeor. R. Bene ais stimulis, nam & querendarum opum cupiditates stimuli quidam, & queritæ opes spinæ sunt, ita enim illas uocat qui mentiri nescit. Præclaræ uerò diuitiæ, quæ & querulæ torqueant & queritæ, at si corpusculum, si naturam, si uitæ respicias breuitatè, uidebis te frustra superuacuis curis angì, & paucorum egentem multa desiderare, insuperque dum querendis inhias, parta non cernere, atque ita quodammodo querenda perdere, quo nihil est stultius. D. Multa querendi urgeor appetitu. R. Nec aduertis, quod inter querendum, tempus, & uita cui illa quærebatur elabitur, sic mira perplexitas incidit, dum uita abundare uidemini, diuitijs indigetis, dumque indigentia illa præterijt, superuenit altera & diuitijs abundantes indigetis uita. Non hoc ignorabat ille sapiens, ubi loquitur de eo parsimonizante qui dicit: Inueniam requiem mihi, & manducabo nunc de bonis meis solus, & nescit quod tempus prætereat, & relinquet omnia alijs & morietur. & idem alibi: Qui aceruat iniuste, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. o terribile dictum, sed commune quotidieque se oculis ingerens, nec idcirco proficiens in animis auarorum. Idem rursus. Auaro: inquit, nihil est scelestius, & nihil est iniquius quam amare pecunias, & ut scias quoniam uerò omnia consonant, ut ait Aristoteles, ecce ut Ecclesiastico sapienti consonat secularis. Pecuniæ, inquit Cicerò, fugienda cupiditas, nihil est enim tam angusti animi tamque parui quam amare diuitias.

De inuidia.

De inuidia actiue. Dial. CVI. DO.

Inuido. R. Superior affectus, ut bene tibi esset optabat, hic ut male sit alijs, tanto hinc illo avaritia peior liuor: bene ergo sapiens idem, de quo modo dicebā, Nequam, inquit, est oculus liuidi, infatiabilis oculus cupidi. D. Inuidia torqueor. R.

*Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum:*

Flaccus ait, idque ad uestros tyrannos pestilenti austro impellente, translatus est. D. Inuidia crucior. R. Simul & peccas & plecteris expedita iustitia. D. Foelicitas uicini mihi parit inuidiam. R. Credo hercle, nemo uestrum regi Parthorum aut Persarum inuidet, nec illi quidem uobis, fuit quando uicissim inuidebatis, quia uicinitatem faciebat Imperij magnitudo. sed an non satis est, proprijs malis angì, quæ tam multa sunt, nisi & aliena bona uos crucient undique miseri & infanij. D. Vicinis inuido. R. Tritus mos, inuidia lippa est, longinqua non uidet, uicinitas atque prosperitas inuidiæ sunt parentes. D. Inuido alienis bonis. R. Si es inuidus, & pusillanimis sis oportet, omnibus exuitijs nullum pigrius inuidia, altos in animos non ascendit, nullum quoque miserius, itaque reliqua omnia bonum aliquod licet falsum præsupponunt, hæc solis malis pascitur & torqueatur bonis, & quod alijs optat, iam sibi habet malum. Alexandri ergo Macedonis dictum placet: Inuidos homines, nil esse aliud quam tormenta, seu tortores suos proprios, leuis adolescentis uerbum graue.

De ira. Dial. CVII. DO.

Sed irascor. R. Ego aduersis opem polliceor non uitijs, non fortuita enim illa, sed uoluntaria sunt, & in uestra potestate, quis te igitur cogit irasci? D. Irascor offensus. R. Is fortasse, qui offendit te arguitur, se offensum abique te queritur: non tantum est offensarum, quantum insolentia. D. Irascor. R. Furis ergo.

Ira furor breuis est.

Inquit Flaccus. Fit autem à plerisque mala consuetudine, & impatientia longus furor. Ennius autem iram initium dixit insanitæ, cum plerisque nimis illam sequentibus finis & insanitæ sit & uitæ. Siquidem hæc etiam pestis ut superior, & si sæpè alios, semper tamen ante alios possessorem suum torquet & cruciat, ut mirer unde quibusdam uideri potuerit, huic nescio quid melle dulcius inesse: habet fortasse ultio dulce aliquid, efferum, inhumanum iram nihil nisi amarum habet. D. Irascor ob iniurias. R. Vix iracundus unquam adeo quisquam fuit, ut nulla re laesitus irascetur, nisi forte Cælius Senator iracundissimus ille mortalium, qui clienti suo in omnibus sibi consentienti, atque omnia consentienti, irascens exclamauit: Dic aliquid contra ut simus duo. durè caput, qualiter tulisset iniurias qui obsequium non ferebat? D. Irascor quia offendor. R. Hac in parte uulgo plurimum erratur, queruntur causæ, finguntur offensæ, inque isipsis quæ ueræ sunt causæ, iræ modus exciditur, in omnibus peccatis uelut aliquod excusationis obtenditur, & est excusatio ipsa peccatum. tu quia non tibi, ut Deo pareatur irasceris, & tamē Deus ipse quotidie uerbis ac rebus offenditur, nec semper irascitur, uos omne uerbulum casu elapsum, ad iniuriam capitalem trahitis, impatiens genus. D. Irascor sic meritis. R. Si de te quidem male, si de Repub. modo non ira, sed iustitia illa sit, optimè. & ad summam, mordicus, ut dici solet, Ciceronianum illud est tenendum. Ita procul ut absit cum qua nihil rectè fieri, nihil considerate potest, iure ergo laudatur Architæ Tarentini dictum, & Platonis amici sui factum, quorum primus, dum se studijs dedito, possessiones suas culpa uillici destructas aspiceret, in eum uersus. Sumerem, inquit ex te debitas poenas, nisi tibi iratus essem. alter iratus seruo, non impunem dimisit ut Architas, sed amico commisit ut supplicium exigeret, ueritus ne se iræ impetus quo non deceret impelleret, hoc horumque similia frenare iram debent, ne sequaces suos, ut solita est in infamiam clademque præcipiet.

De gula.

Degula.

Dial.

CVIII.

DO.

GVlauellitor. R. Dixi iam, his medemur quæ inuitis accidunt, nam quis sponte agrotatibus medeatur? D. Gula sollicitor. R. Proprie id quidem, nulla res tam uilis tam sollicitos uos habet, Stupor & pudor est cogitare, quò se humanum inclinat ingenium, ad maiora creatum, nisi respueret terrarum tractus, coeliq; & maris abdita penetratis. Meditati estis retia & hamos, & uiscum & laqueos, & rapaces uolucres imperio parere, & prædari uobis docuistis, ad nil aliud, nisi ut gulæ satisfiat, quam non modò explendo, sed onerando fatigatis, & angustum uentrem, uaria arte laxatis, ac premitis obsequendo, cui aliquanto utilior fames esset, utilissima uerò sobrietas, & fœdo illi ac misero sacculo, si mulq; & syluis & nubibus & fluctibus pacem linquens. Ita tamen eunt res, hic est mors nobilium antè alios, hæ sunt artes, quæ liberales fuerant, mechanicæ eas esse, ipsiq; qui beliorum duces ac philosophi, ac rectores urbiũ ac Patres Patriæ esse solent, uenatores atq; aucupes facti sunt, utq; intelligas nullã esse reliquã spem salutis, nobilitati tribuitur, quod est gulæ, aut proculdubio uanitatis. Hoc malum nullo melius modo, quàm generosa quadam indignatione, & rei ipsius extimatione cõtunditur, uel sensim ut Ciceroni placuit, uel repente, ut Aristoteli uisum est. Multũ confert cogitatio exitus, quod cum omnibus uitijs sit commune, tamen huic proprium atq; luxuriæ.

De torpore animi.

Dial.

CIX.

DO.

TOrpeo inagendis. R. Quis miretur, si post gulæ studium prægrauatum corpusculum animi torpor obrepat? D. Animi aggrauor torpore. R. Torpor hic ex imperfecta uoluntate oritur, mox ut bonum uelle coeperis, ardor erit atq; impetus, qui cum ad multa sit pessimus, est optimus ad uirtutem. D. Torpeo & ad bona opera lætus asurgo. R. Est torpor quidem animis oblitus, nec minus ardor quidam generosa pars animæ, sed & hic ardor accendetur, & ille torpor excutitur, fuga temporis intellecta, quæ tanta est, ut uix metiri eam quamuis celer animus possit, & specie uirtutis adamata, quæ talis est, ut si corporeis oculis cerni posset, quod uult Plato, mirum sui amorem paritura esset. Huic te amor igitur, illinc metus excitet, utraque res in somnis, neque qui amat enim, neque qui metuit torpere solet, & tamen hoc ipsum, nec torpor soporq; uos noxius premat, ad diuinas laudes surgentes nocte precamini, nõ est somno locus aut inertia, ubi uos hinc mors territat, hinc honestas allicit. Quis enim inter magna pericula, magnaq; præmia consopitur? ubi ad ista respexeris, redibit uigor ad animum, fugiet somnus ab oculis cogitantis, quantum nunc etiam superet imperfecti, quantum transierit ociosi, quod quia non fit, longas ætates inutiles effluxisse conspiciamus & senes attonitos ac stupentes dicere, quid hic in tot annis egimus? Comedimus, bibimus, dormiuimus, serò tandem exierit sumus. Cuius mali præcipua causa est torpor iste, quem quæreris, abigendus in torpore, stimulis industriæ, freno prouidentia, ne cunctando ad inglorium finem, cum multitudinè rapiaris.

De luxuria.

Dial.

CX.

DO.

Aestu quatuor libidinum. R. Atqui libidinem torpor gignit, gula autem illã parit. Quid miri igitur, filiam post parentes sequi? Gulam certè & luxuriã cõmunẽ uobis esse cum belluis, maximeq; bestialem uitam uestram facere, sapientibus uisum est, itaq; cum sint alia grauiora mala, nullum uilius. D. Libidine rapior. R. Quoniam uerò nisi ad mortem animæ & corporis & infamem notam, seramq; pœnitentiam & fortasse inutilem? I nunc igitur, & raptantem sequere, quæ te tales raptet ad exitus. Cogita autẽ innumera bilium casus miserabiles ac famosos, nõ modò singularium hominum, sed urbium & regnorum, qui tibi partim uisu, partim auditu, & maxime lectione debent esse notissimi, rapitanti nequaquam ut arbitror, manum dabis. Audi enim quid hinc doctissimi uiri senserint ac scripserint. Voluptatis ait Cicero, blandissimæ dominæ, maiores partes animi à uirtute detorquent.

detorquent. In hoc inquit Seneca nos complectuntur ut strangulent, non aliter ergo quàm latrunculi uiatoribus insidiantes, eosque seducentes ac perimentes declinadæ sunt. in quod ualdè proderit, si illud præclarissimè apud Liuium à Scipione Africano dictũ quoque Manissæ dictum, sibi quisquis hac peste laborabit, accipiat. Vince, inquit, animum, caue deformes multa bona, uno uitio, & tot meritorum gratiam, maiore culpa, quàm causa culpæ est corrumpas. Idquè facilius fiet, si quis acriter rei utilitatem, obscœnitatem, breuitatem, finè cogitet, at longũ dedecus horæ quæ fugacis forsitan, aut momẽti unius illecebras, multorum annorum pœnitentia, uel æterno fortasse supplicio puniendas.

De superbia.

Dial.

CXI.

DO.

Superbia extollor. R. Quid superbis autem terra & cinis? Tu ne tantorum malorum fasce obrutus atque oppressus extolleris, qui si te omnibus malis explicitus, uirtutum omnium alis euectus attolleris, hoc uno bona omnia corrupisses. Nihil est enim odiosius Deo quàm superbia, per hanc enim ille pulcherrimus creatus raptim corrui, per quã tu peccator uis ascendere, si sic illi ob id unum accidit, quid per hoc alijs culpis adiectum tibi euenturum arbitraris, malum sarcinis tuis cumulum superimposuisti. D. Superbia uehor. R. Cur quæso? an non te mortalem, an non assidue fatiscentem, an non peccatorem, an non mille casibus expositum, an non morti obnoxium incertæ, an non denique te miserum meministi? & non famosissimum illud Homericum audiuiti. Nihil miserius terra nutrit hominẽ? scire uelim, quid te horum potissimè ad superbiam cohortatur, an fragilitas membrorum, exercitusque morborum, an uitæ breuitas, an cæcitas animi, inter spes uanissimas metus quæ perpetuos fluctuantis, an præteritorum obliuio, an ignorantia futurorum ac præsentium, an hostium insidiæ, an mortes amicorum, an aduersitas perseveras, an fugitiua prosperitas. Hæ non aliæ uobis sunt ad superbiam scalæ, his ascenditis ad ruinam: at quæ cætera hominum pericula, & si iniustam aliquam, tamen excusationem superbia & inuidia nullam habent. D. Doleo me superbum. R. De peccato dolere primus ad salutem gradus est, & sicut superbia est extollere, sic humilitas est dolere sequè submittere, quod quidem facile factu erit, mox ut oculos in teipsum tota intentione reflexeris, quod cum ita sit, nolo tibi, nec oportet librorum partes scriptas aduersus peccata congerere, hoc satis est, cuncta arbitrij tui esse, desitura illicò ut bona fide uolueris, ut quæ aiunt recepturi cecineris, te quæ ad tua signa conuerteris, quod ad præsens malum attinet, unum illud adiecerim, superbiam esse ægritudinem miserorum ac stultorum. tales nempe sunt haud dubiè qui superbiunt, neque enim aliter superbirent. neque uerò sine causa in libro Sapientia scriptum est: Omnes insipientes & infelices, supra modum animæ suæ superbi sunt. certè animæ suæ si saperent modulos, essent humiliores conditionis imbecillitate cognita, sic enim eodem libro scriptum legis. Rex hodie est, & cras morietur. cum enim moritur homo, hæreditabit serpentes & bestias & uermes. In initium superbiæ hominis apostatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit, quoniam initium omnis peccati superbia est. nota sunt reliqua, quibus acriter circumspectis, monstrum est superbus homuncio.

De febribus.

Dial.

CXII.

DO.

Febribus æstuo. R. Aestus hic aut tempore finiendus aut frigore, utrumuis fecerit, bene erit. D. Febribus urgeor. R. Omnis hic contra naturam motus, plus habet impetus quàm diuturnitatis, & sæpe duorum facit alterum, aut corpus expurgat, aut animam absoluit. D. Febribus teneor. R. Non longum teneberis, expecta, citò te uel sanum oportet esse uel liberum, utrunq; optimum. D. Febribus laboro. R. Illicò requiesces, natura cum morte confligit, operire exitum duelli, propè est hora, uel huic te morbo, uel omnibus exemptura. D. Febribus ardeo. R. Minus mali est corpus ardere, quàm animum, de quo præcedentes tuæ septem proximæ sunt querelæ: quid si ardor alterius, salubris est alteri? quid si hic ardor quamuis asper optabilis est? quantum deniq; boni est, præ-

est, presentis uitæ mala, breui gustu, perennis admonere supplicij, ut infinitas amaritudines declinare studeant, qui tam grauius paucis horis amariuscule tolerant, atq; his angustijs discant illas exadere, quibus nec Physicus, nec herba medebitur, nec dies criticus nec mors quidem. D. Febribus uror. R. Vermium cibus excoquitur, fer te alijs uri, cui totiens alia iusta sunt, & de supplicio consilium cape, ex quibusdam malis remedia constantur. Sæpè paruus dolor ac præsens, ut uenturis ac grauibus occurreretur admonuit, sitq; utilis qui molestus erat: foelix incendium breue, quod æterni refrigerij causa est. D. Febribus exerceor. R. Eris iam bonæ ualitudinis æstimator idoneus, uos enim homines Dei dona nisi amissa, uel intermissa, non noscitis ingratum genus. D. Febre uxor importuna. R. Diu simul esse non potestis, nemo diu ardet, aut illa te deseret, aut tu illam.

De dolore iliaco atque extasi. Dialo-
gus CXIII. DO.

Iliacū patior dolorē. R. Sperare incipe, quādoquidē q̄ iā tristius metuas nil est, sicut autē ad extrema gaudij puenisse, principium gaudij sit oportet, contrariorū hęc lex est, alterū ex alterius fine oritur. D. Dolore torqueor iliaco. R. Spes est fateor acerbasolatiij, nil acerbius pati posse. D. Iliaco crucior dolore. R. Quid dolet ac metuit ille miser est, undiq; tibi pars altera miseræ, metus eripit, nam quid, oro, metuat, qui ipsam quæ ab omnibus præque omnibus metuitur mortem sperat. D. Iliaco dolore discrutior. R. Discē uiuens mori, quodq; nō nisi semel sit sapius experire, facies securius tandē semel, q̄ tam sæpè temptaueris, nihil enim noui facies, simillimus dolor iliacus morti est, nisi q̄ mors facilius breuiorque, ut qui hunc fortiter tulit, nisi metus alter interueniat, multo illam fortius sit laturus. R. Dolore rumpor iliaco. R. Magnitudo ipsa doloris finem spōdet: nemo enim diu moritur. D. Quid quod dolor extasim parit? R. Longos febrium dolores, breui transigi suspirio. D. Aduentare extasim intelligo. R. Vix id quidem intelligere est, nam & repente aduenit, & præsens intellectum uiribus suis priuat. D. Lin qui animo incipio. R. O foelix qui rem necessariam, utq; aiunt durissimam, sine sensu sis subiturus. D. Sæpè extasim incurro. R. Sæpè mortuus reuiuiscis. D. Sæpè extasim mortiferam experior. R. Hanc plusquam semel experiri nequis, nemo enim plusquam semel moritur, quod autem mortis genus esset, inter doctos ac præclaros uiros aliquando quæsitum est, ubi Iulius Cæsar interfuit, summus uir & imperio & doctrina, qui & ipse tempore extremo, ut de illo scriptum est, repente linqui animo solebat, quam quæsitonem ille sic absoluit, ut repentinum atque inopinum interitum commodissimū diffiniret, quæ sententia & si pietati ueræq; religioni fortassis asperior uideatur, sicutamen & cuilibet sapienti, & præsertim pio ueræq; religioso uiuendum est, ut sibi nil repentinum aut subitū esse possit, & quid tale incidat animo, celeritas ipsa non noceat & proficit corpori.

De totius corporis dolore ac languore uario. Dial. CXIII. DO.

Toto corpore languo. R. Si non languet hospes corporis animus bene est, quicquid tuguriolo suo saluus eruperit. D. Toto corpore crucior ingens malum. R. Stoici unum in rebus omnibus humanis bonum dicunt uirtutem, et quamuis alij aliter, hęc uerior tamen uiriliorq; sententia uisa est, cui consequens est, unum quodq; quod huic bono obijcitur malum, esse uitium, quo fit, ut dolor corporis molestissimus sit, malum tamen utique non sit. D. Hei mihi misero, ego torqueor, tu disputas, Philosophicæ fabella. R. Iure te misero dicis, uel hoc ipso, quod humanæ uitæ regulas fabellas uocas. D. Sonora hęc in scholis, famosa per libros, sed nec aculeos nec ægrotantium ascensura grabatos dicuntur scribuntur quæ facilius, quam probantur. R. Immo uerò & ad dolorem, & ad ægritudinem, & ad mortem profunt, sed non omnibus, quippe quæ non omnium infedere

infedere pectoribus, & profectò quibus credita non sunt, salubria esse non possunt. D. Heu ego crucior tu disputas. R. Iste tuus dolor necessario, aut lentus erit, aut intensus, atque ita uel facilem uel breuem patientiam requirit. D. Hei mihi summo crucior dolore. R. Si summus, nempe breuis est dolor, parce gemitibus, aut fugiet aut fugiat est necesse, sic utrinque libertas in foribus, interim forti animo ferre mortalia speciosum ac uirile est. D. Speciosum dictu fateor, factu ne possibile quidem reor. R. Non impossibilitas rerum est, sed mollicies hominum, quæ uirtutis innumeros desertores fecit, & faciet, dum omne difficile respuitur, uirtus perijt: cuius materia difficultas quidē, sed honesta est. D. Sumus homines non dii, & moribunda corpuscula uim doloris ferre non ualent. R. Fragilia corpora humana non negem, usque adeo qui usque ad tolerantiam omnis aduersi, sat uirtuum habitura sint, nisi maior multo esset infirmitas animorum, illa est, quæ uiro indignos eiulatus, & muliebres atque humiles uoces elicit. quid est enim, oro te, cur impossibile homini censeas, quod sæpè olim & potuisse uides hominem & fecisse. D. Heu mihi, rursus ad historias uocor, & in medio dolorum æstu, uix presentium, uix mei ipsius memor, ad memoriam protrahor antiquorum. R. An non ergo clarorum recordatio uirorum, qui similia fortiter passi sunt, magnum affert in omni rerum asperitate solatium & lenimen? D. Sentio ad imitandum rarissimos hortaris, gloriosa consilia, sed alta nimium supraque hominem. R. Quid supra hominem dicis, non deorum tibi sed hominum rationes, hominumq; exempla proponimus. D. Hominum fateor, sed paucorum, estque ultima & exacta raritas, nullitati proxima: non multū inter Phœnicem & Chymeram interesse dixerim, illos sequor, qui Chymeram nihil esse uolunt, apud alios namq; Siciliæ mons est. R. Quasi uerò imitandus tibi pponat Phœnix & nō acies uirorū, q̄ quod rarior, eò dignior, cui similis fieri uelis, q̄ quis raros seq negliget, rarus esse uir nō poterit. D. Video unū ex paucis fieri iubes, unus ex multis sum. R. Propè nullū te maluerim, quā ex multis unum: nescio enim an non esse, an stultum esse sit melius, at qui plurimorum idem, & stultorum è numero sit oportet. D. Ego uerò nil peius esse quā nil esse scio. R. Nescis quid mali sit esse aliquid, nec esse quod debeas. D. Ita hoc dicis, quasi quod uni forte accidit, debitum sit omnibus, idque ad omnes trahi uelis. R. Malè ais fortè, uirtus enim non fortuita, sed deliberatiua prorsus, & electiua est, nō casu equidem quærenda, sed studio: neque ego quod uni casus dedit, ad cunctos, sed quod uirtus multis tribuit, ad unum traho, ad omnes tractura libentius, sed in uno etiam defatigor. D. At non omnia possumus omnes. R. Non poëticum modò sed pastorum est uerbum. scio, sed te posse aliquid, quod non omnes possint, immò iam potes, uelle cupio. D. Quid, heu, miserum inquietas, non he satis igitur torquet dolor? R. Quietem potius asserre, & hunc tibi tortorem asserre meditor, quod nisi tu, qui potes, manum dederis, sola non possum. D. Pape, quid hoc est quod me posse ais? an possum dolorem non sentire quem sentio, aut malum negare quod pessimum experior? R. Primū non requiro, obstat enim natura, alterum ne impetrem, non natura, non ueritas, error solus obstitit. D. Proh superi, quorsum hęc inania quæ philosophica dicitis, scio planè dolorem non esse animi uitium sed corporis, scio dolorem aliud esse quā per fidiam, dolere aliud quā furari, hęc me ut noua ne doceas satis magnum, & si nil aliud addideris, per se dolor malum, cuius ego non noscendi consilio, sed ferendi seu quod malim depellendi egeo, noui enim nossemq; utinā minus, quid est dolor. R. Et ego dolorē rē acerbā scio, mmitē, horridā, amarā, tristē, naturæ aduersam, sensibus odiosam, sed quæ uirtutis ope non dico dulcescere, q̄ Epicurus dixit, secū ipse dissentiens, sed leniri frangique forsque etiā, si uera animū uirtus armauerit, aut sentiri partius, aut q̄dāmodo nec sentiri quidē possit. D. Armatus an inermis, ego dolorē ualdē sentio, & malū grande profiteor. R. Professionē aliam ex te optabam. D. Sirursus ad speciosa retrahimur, delectant aures uerba magnifica, sed uera animum, quid si dolor enim corporis animi patientia maior sit? R. Quid si nullæ corporis uel illecebræ uel molestiæ, nulli angores stantis atque obstantis animi uiribus pares sunt? quid si in omni luctamine modò non uolens terga dederit, P sed toto

sed toto nisu ac bona fide resisterit, semper animus superior fuit, semper abiit victor? D. Quid uero si doloris intolerantiam, morbi foeditas grauat & fastigium & pudor? quid si lepra putre corpus ac miserum inuasit? quid hic mihi sermo tuus iste contulerit? R. Multum sane ni respuis, ostendet tibi, te qui cuncta respiciens, te non uides, iubebit meminisse terream & mortale corpusculum tibi esse, non aereum neque aeternum, nec mirari quidem oportere, nec indignari, si putredo in terram suam, si in sedem fluxerit: esse hominis mentem & suprema eius, ni rebellet ad foelicitatem perpetuitatemque dispositam, eiusdem partes infimas, & morti obnoxias & omnis miseriae capaces. seu lepra igitur seu epilepsia seu quid his turpius aut tristius inciderit, cogitandum tibi acriter, in miseriarum uasculum descendisse, quod suum erat, destinatumque illi figulo ab aeterno, contra quem lutea uasa ne murmurent admonentur, quod illud in honorem, hoc in contumeliam, uerum cuncta fragilia finxerit atque mortalia. D. Ergo ego te consule sine murmure & gemitu lepram feram? R. Plane me Consule atque auctore, cui si ostenderis, murmur aut gemitum utilem tibi, leuamenque aliquod mali esse, ueris ultrò consilijs, utranque pmiserim seu iusserim. Quod si indignatio & querelae nil aliud, quam accessio mali sunt, quid morbo corporis addere animi morbum iuuat, teque miseriorem flendo facere, & illum tibi forsitan infestioem, qui labores hominum ex alto uidet, patientiamque considerat, quam aut remedio copenlet aut praemio? an uero aduersus omnes corporeas pestes (sed quoniam nominatim unam desles) parum solatijs contra hanc ipsam est, nosse lepram superficiem uitium, uel coloris esse, non ualitudinis aut integritatis sensuum atque membrorum, ut Augustino uisum scimus, nec Phisici contradicunt: sed ut cutem penetret, artusque dilacerans in praecordia ima descendat, quod fecisse legitur Plotino ingenti Platonico, in animam certe descendere, nisi ipsa consenserit, non potest, qua incolumi, non pluris extrinsecus corporis sui habitus apud illam erit, quam bene ualentem apud hospitem, quam hospitij forte paries extimus uentis ac imbribus scaber sit. quid quod lepra possessorem suum uulgo eripit, confortioque hominum saepe eorum, quos ut fugeres recusandum nihil, nulliusque non auxiliu implorandum erat: ut ad calculum res redeat, multis illa corpus tædijs implicans, multis animu explicuit. D. Heu quid credam reru pessima laudanti. R. Rerū pessima non corporis, sed animi uitia morbi que sunt, nec idcirco ego lepra, sed æquanimitate & patientia laudo, nec indignanter nimiumque flebiliter ferre suadeo, humanarū tuā propria rerū sorte, cum summo tibi p̄sertim Imperatore ac philosopho Constantino scilicet ac Plotino, de quo modo diximus, comunē. postremo ante oculos habere caeli dominū, non lepram odisse, sed uitium, eūque ipsum angelorū iudicem atque hominū, de quo scriptū est: Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos: non tamē leproso horruisse seu fugisse, sed illorū domos adijisse atque conuiuijs interfuisse. D. Tu me uerbis superas, dolor rebus, ego autē non philosophorū nugis, hac in re, sed sensibus meis credo, illi mihi quod renūcient scio. R. Primū quidē philosophorū aliquid, ut uere ais, nugis, quas nec excusare possum nec negare, philosophiae totius grauitas non perit, quod in eo quod nūc agitur, ut in multis laboranti animae, una in terris tuta procul dubio arx est. deinde nihil absurdius inter mihi amicos, quam sensuum fallaci iudicio uerum quaeri, ingenio ac studio ueritas est quaerenda, non sensibus. D. Heu, quid me crucias, & dolori meo addis tædium, proferas remedium, iam nunquam tu, nunquam philosophia tecum faciet, ut non sentiam quod sentio. R. Mos gerendus delicato ac fastidienti ægro, permittendumque aliquid interdum, quod per se nocuum, sed utentis desiderio sit utile. itaque facile patiar, ut si languor, si supplicium, si offensio afflictioque corporis mala sunt, quae incommoda Stoicis dici uidentur honestius, ipse quoque dolor hinc oriens, dici uiderique malum, & si ita uis ingens possit, sed uirtute superabile. utque iam litigio uerbi cedam, amicus noster Cicero nos reducet in gratiam, Non enim dolorem, inquit, dolorē esse nego, cur enim fortitudo desideraret? sed eū opprimi dico patientia, si modo est aliquid patientia, si nihil est, quid exornamur philosophia, aut quid eius nomine gloriosum? haec Cicero, multa ibi praeter ea diuine contra hoc, seu incommodū, seu malū in Tusculano suo, scilicet secunda luce disseruit, quinque dierum disputationes, pari librorum numero

complexus,

complexus, quem signasse tibi locum uolui, ualet enim miris modis, ad id quo nunc eges, maxime patientiam roburque animi, quo eneruato atque amisso, falsae uulgi subeunt sententiae, & indigni uiro gemitus erumpunt. D. Nunc languori meo propius adhibes manum, docens ubi illa reperiam, quae in hoc statu Stoicorum opinionibus inhumana ac saeuis potiora, & mihi opportuniore confido, quamuis et confidendo diffidam, quia dum remedij audis saepe locum illu repero, ad tollerantiam doloris, nunquam mihi per me, nunquam uel Ciceronis ipsius, uel cuiusquam ope, uirium satis inueni. R. Ego hanc diffidentiam non reprehendo sed laudo, nemo sibi multum fidat, inque omni difficultate non ab homine, sed a Deo speret auxilium, at non ita ut armatos uenturos sibi de caelo Deos credat, malis forsitan interdum, nunquam certe diuinitas inertibus fauit, ut subsidio dignus sis, quod in te est facito, excitandus, attollendus & armandus est animus, contraque suos hostes in aciem educendus. D. Reliqua, nisi fallor, intelligo, unum quaero, quae nam sunt haec arma animi quae memoras? R. Bene habet. iam concipio spem salutis tuae, inter asperitates enim rerum flere muliebri est, consultare autem, niti, ob stare, implorare consilium, atque auxilium, id uirile est ad uincendum efficax. Arma quidem animi, & bellandi artes, pro diuersitate hostium multae & uariae sunt. nec ullum philosophiae munus utilius aut sanctius, quam de his agere, quae ut reor aliquanto magis ad uos pertinent, quam nosse quid agant astra, quid naturam Iupiter intuens promittat, quid Saturno iunctus Mars mineatur, quos Mercurius interpretis uagus a patre fratreque mores capiat, quos ab obuijs quibusque, unde imber & aestus, unde tremor terris, qua ui maria alta tumescant, & non nosse, unde aestus ac tumor tremorque ac debilitas animorum, quibusque remedijs temperetur aestus, compescatur tumor, tremorque ac debilitas roborentur ac firmentur. quo in studio & si Socratem ludat Aristoteles, idem tamen mutato fortasse animo, rei non mediocre operam dedit, sed haec passim in Philosophorum uoluminibus sparsa sunt, quae ignaris ingerere operosum nimis, neque compendij huius est, scienti uero superuacuum, cui non doceri expediat sed moneri. D. Scio ita esse, neque de omnibus quaerebam, sed hoc unum quae tu mihi contra hunc hostem, cui nunc congregior dolorem, arma monstrares. R. Ad id tibi nec melius possum, nec breuius respondere, quam Cicero: quaerit enim ut tu, Et quae sunt, inquit, ista arma? responderetque illico, contentio, confirmatio, sermoque intimus. D. Ediffere, oro, singula: legi quidem hoc saepe olim tamen uereor ne mihi accidat quod multis solet, qui apud se legentes intelligere sibi omnia uidentur, apud alios locuturi, tum demum nihil intellexisse se intelligunt. dic si libet quae nam ista contentio est? R. Satis id quidem, si parum ultra progrediare, in ipsius Ciceronis uerbis apparet, sed ne quid me frustra poposceris, dicam idem aliter. Multa sunt animis corporibusque similia, & ut nullum tantum corporis robur, sic nullus animi tantus est uigor, qui non improuiso & graui fasce curuescat. Fac prouideant, erigentur, ne utrumque sua moles opprimat, sed deprehendat intentum, saepe ad subitum magni hostis cursum, uir fortissimus licet expauit, da spatium colligendi sese, inque instans discrimen animum intendendi, uenientem hostem securus excipiet, uisis caetibus pugnaturi athletae, brachia, uisio onere, subituri illuc ceruix intenditur, & illa pugnam firmius obeunt, & hoc pondus intenta fert leuius, cui negligens ac remissa succumberet. Ad hunc igitur modum insigni difficultate conspecta, animus contra illam intendendus est, quod si ad plenum fiat terribilium omnium uictor euadet, alioquin incredibile dictu est, lentus atque imparatus animus, quam paruis saepe deijcitur. Haec est illa animi, Ciceroniana contentio, seu sic dici mauis intentio, quae (ad hoc enim duobus his uocabulis sensus idem) & origo, quae ut uides, apud illum in promiscuo usu sunt, deque unius uerbi fonte descendunt. D. Video teque libens audio, sed quid est confirmatio? R. Dicam, est in ipsis quoque fortissimis animis nescio quid admixtum diffidentiae, & ueris imbutos, falsa circumsonant, tantumque coit errorum popularium ad arcem mentis expugnandam caterua, ut iudicium tenere difficile sit. subit interdum torpor quidam, subit dubitatio, an uera sint quae a doctissimis atque sanctissimis

uiris de uirtute patientiæ, de honesti specie, de splendore gloriæ dici solent, an id uerius, quod ab alijs disputatum uulgus probat, uacuitatem doloris optimam, pessimum dolorem, uoluptatem boni finem, & illæ quidem paucorum, hæc ferè omnium uoces sunt: quarum sæpè tantus est sonitus ut paucæ illæ uoces adhortantium audiri nequeant, & custodes arcis exterriti, omiſſa defensione fugam cogitent. In hoc statu dubium nutantemque præſidijs firmare animum oportet, ne de sententiâ excidat ut olim Dionysius Heracleontes, qui cum Zenonis præceptoris sui, de dolore sententiâ dolore uictus abijceret, à Cleanthe condiscipulo irrideri meruerit, non, inquam, excidat, sed resistat in quæ arrepto uestigio pedem figat, intelligens quid in rebus uerum, quid umbratile, neque laruas horreat, neque clamoribus moueatur, certus dolore nihil nisi ignauiam, uirtute autem & ignauiam & dolorem & mortem & dura omnia uinci posse: in quæ hac sententiâ fixus & immobilis perseueret, promptus pro uirtute pati fortiter, quod multis cogitare terribile est, quod quæ nunquam ab homine fieri posset, qui non super auri atque gemmarum speciem, super muliebrem formam, & super omne concupiscibile uirtutis pulchritudinem adamasset. Hac confirmatione animi, & falsæ opinioniones, & uani metus infirmantur, & acies doloris obtunduntur, sit quæ quod Cicero idem uult, ut sicut in prælio pauidus miles, abiectisque armis uiso hoste diffugiens, sæpè ipse sibi periculum fecit, ubi impauido periculum non fuisset, sic ignauium animum & sensibus obsequentem sola cogitatio doloris exanimat, qui uirtute firmatus atque armatus incolumis, ac doloris uictor, & prope nihil molesti sentiens, euasisset. Patientia enim non modo animi uim auget, sed asperitatem ipsam doloris imminuit, & penè ad nihilum redigi, atque hinc esse, ut acerrimo in dolore, recti quidam & immoti, alij etiam læti sint, quod fieri non posset, nisi animus à sensu doloris auersus, ipsam de qua loquimur firmitatem atque constantiam induisset. M. Intelligere uideor, sed perge quid est sermo intimus. R. Et hoc dicam: Generosa mens æquæ uoluptatum dolorumque contemptrix, & uariisque pariter cedere nescia, ubi adesse periculum, sequæ circumuentam hostibus suis uidet, arma capit, obuiamque progrediens, sequæ in prælium cohortans, multa secum, multa cum Deo suo loquitur, quamuis hoc ultimum, Cicero uel nesciuit, uel non rite sciuit, non defectu ingenij sed gratiæ. Tali sanè colloquio ad decoris obseruantiam, atque ad illa quæ diximus, ad incendendas uires, ad consumanda consilia nullum efficacius, alijs tamen uerbis contra uoluptatum blanditias, atque alijs contra dolorum minas esse utendum, & quibus utrobique pronum est, aduertere scienti, quæ nam uel illæ blanditiæ, uel hæc minæ, quanque impares sint uirtuti. Sed quoniam horum de altero sermo erat, exemplo agam unico, sed insigni, quo in reliquis omnibus instructior fias, quis est hic in dolore sermo intimus? Meministi quibus uerbis Lucanus magnum Pompeium inter carnificum gladios usum facit: sed quia hoc pro qualitate personæ à Poëta fictum, & secundum ueri similitudinem, animo uiri illius in eo statu conuenientibus uerbis expressum est, exemplum uerum, recensque alterum adijciam. Hac ipsa ætate superant, qui uiderunt adhuc multi, Samnitum illum imperterritum & inuictum senem, qui dum iussu illius, cuius nomen suppressisse silentio melius fuerit, currum per ciuitatem duceretur nudus, inter duos carnifices candentibus forcipibus, hinc illinc membra carpentes, populo ad tam miserum tamque indignum spectaculum lachrymante, sicis ipse oculis, graui & inconstanti uoce sese alloquens dicebat. Quid facis anime? noli, oro, succumbere, nihil aut irascaris aut metuas, grauius sunt ista, sed breuia, pro nostra æterna ne dubites salute, grauiusque supplicium hoc iubenti fuerit, quam ferenti. erige te anime & depelle formidinem, spera in Deo, statim erit finis, quibus uerbis, quantum sibi consolationis, certè pectoribus audientium, incredibile dictum est, quantam cum misericordia firmitatem, constantiam, securitatem, patientiam infuderit: & si arctius æstuant, non ille intimus, de quo agimus, sed extimus sermo esset, nempe qui ut dixi, à multis exterius audiretur: si hæc & his similia, & ab alijs in silentio dici possunt, & ab hoc ipso forsitan dicebantur, uicissim enim nunc tacebat, nunc in uoces quas diximus erumperebat. Potest & aliter ille idem

ille idem sermo intimus uideri, unde non quo prodeat cogitanti, & huius quidem secum atque cum Deo loquentis in doloribus, inque periculis nullum clarius exemplum, quam Iob primo, Theodosius secundo, ille manu Dei tactus atque ulceribus oblitus, quanta Deum libertate, iurganti similis, compellet, sequæ ardenti & querula deuotione in Deum erigebat: hic cum paucis, innumerabili ac barbarico circumuentus exercitu, quo feruore quibusue suspicijs, ceu præsentem Deum inuocet audiuit. M. Audiui plane, & memini, & exemplis doceor quid uelis, gratiamque non mediocrem Ciceroni habeo, de cuius tribus exiguis granis, tres ingentesque aristas messui, ex quibus cultu adhibito, mensis uberior nasci queat. R. Ita se res habet, doctorum hominum uerba prægnantia sunt, plus continent sensuum quam prætendunt, ut nihil aliud, me loquente, uisus es mihi dolorum & querelarum tantisper oblitus, unde elicis uehementem quoque cogitationem rei cuiuspiam honestæ, atque in illam à rebus alijs quibuscunque, animi totius abstractionem, multum & dolori & molestijs omnibus posse remedium afferre. M. Potest esse ut dicis, sed mihi nunc etiam multum deest ad salutem illam, quam intendis, animi: magnoque sum in dubio, an his omnibus leniatur seu tollatur dolor, an uerba sint animos occupantia auresque mulcentia, ad dolorem nihil. R. Verba corporibus non medentur lateor, nisi forsitan incantationes & anilia carmina, fidei aliquid merentur: at medentur morbis animorum, quorum profecto sanitas corporeum dolorem aut extinguit, aut mitigat. Nunquam si patientia nulla esset, tam multa de illa uiri doctissimi differuissent, nunquam tot huiusce rei argumenta, animo oculisque & auribus hæssissent, quot memoria imagines rerum tenes, quam multa uidisti aut legisti, quot historias audisti, quibus non probatum tibi, sed demonstratum esse debeat, ita esse, ut dico, & si non doloris omnem sensum patientia eripi, quod ipsum tamen & fieri posse & factum esse contendimus, at doloris certè uictoriam ferendi quæ uiriliter uires dari. Quid uerò te plus habuit C. Marius uir literarum inops, sed uirtutem diues militarum? an non ipse carneus atque offeus fuit? quid plus Mutius Pompeius quæ? quid plus habuit Zenon? quid Theodorus? quid uerò Theodatus, Possidonius, Anaxarchus: innumerique alij, quorum quidam seruili conditione, sed animorum ingenitate mirabili omne supplicium pertulerunt, non modo fortiter, sed iucundè: quid si ad uestros animum memoriamque reflexeris, inuenies in hoc numero pueros etiam ac puellas, tulisse cum gaudio, quod uos uiri sine flexu & questibus non ferretis, sed iam de re ut aiunt, omnium asperrima, plura quam pro consuetudine diximus, desinendum est, dolorem enim si non lenit uirtus, uerba non lenient. M. Heu hinc tu me urges, hinc dolor, & cui credam nescio. R. Crede nobiliori, in quod illud quoque plurimum adiuuerit. Meminisse summum illud & eximium mundi decus, eum scilicet qui diuinam atque humanam in se unijt naturam, tot tantosque pro te passum cruciatus, ut quæ pateris, illorum collatione facilia, immò uerò dulcia longeque suauius iudicari possint: ualidissimum hoc remedij genus, scrutantes cuncta, Philosophi nesciuerunt.

De furore. Dial. CXV. ME.

Nimius dolor ne furorem pareat metuo. R. Obsta illi cogitationibus bonis & placidis, quidam furori uiam passionibus faciunt, ex multis affectibus non sanis, uera tandem prodit insania, sic ut ex contrarijs uera uirtus frequentatis actibus quæri habitum, philosophicum dogma est. M. Furere metuo. R. Si animi uitio, ille tibi armandus armatura animi uirtus est, at si corporis, consulendum, succurrendumque illi est, si qua rei huius ars est, ipsos apud corporum magistrum qui Physici nuncupantur, quæ si in hoc ut multis alijs, aut nulla est, aut professoribus suis incognita, ego artem hanc unam tibi præscripserim, abstinentiam & omnis excessus fugam, notum illud atque antiquum: Viri sancti uirtutibus corpus ædificant, multum conferunt, animo simul & corpori frena libidinum ac gulæ. multos strauit luxuria, multos oppressit crapula, multos somnus, multos ebrietas sepeliuit, multorum uitæ feruor atque impetus, & furibunda licentia uerum abijt in furorem. M. Timeo naturaliter in furorem agi. R. Quod natura infert P. a durum,

durum potest esse, non miserum. culpa enim caret, quæ miseriæ est radix. quando autem prouidendi obtigit facultas, unum facito, ut te furor si uitari nequit, in securo saltem statu animæ reperiat, innocens si furere coeperis, aut innocens resipiscas, aut innocens morieris, nulla ætas, nulla sanctitas, nulla custodia, sic innocentia conseruat ut furor, qualem inuenittalem reddit. M. Furere metuo. R. Heroas comites ac reginas metuis, an fastidis Herculem & Atacem, Hecubam & Cassandram, an ex alio genere Lucretiam spernis & Empedoclem. M. Furere pertimesco. R. Multa uaticinari solitos furentes accepimus, sic quo nullum acumen sani capitis peruenisset, uagus & rapidus furor uenit, at qui hinc Grai, quam uos diuinationem dicitis à furore *uati* dici uolunt. M. Horreo uim furoris. R. Et sanos mæstos & furentes lætos uidimus, falsa quamuis opinione, habet & error uoluptatem suam. M. Furendi pavor animum exagitat. R. Laborum ferias quidam simulato furore quæsiere, uerus furor ferias ueras dabit.

De ueneno. Dial. CXVI. ME.

Venenum timeo. R. Potu abstine ciboque permiscuo, expertorum fides amicorum excubet, suspectos limen arceat, uina turbida fusca exulent, pulmenta dapumque permixtio, cautio adsit, & sobrietas & tarditas. Præcipitatio autem absit, quæ & alijs, & præsertim genere hoc mortis multos perdidit, sit ad mensam læta manus, oculis celer, animus uigil, memorque discriminis, nec tuis tantum sed tuorum oculis atque animis obnixus inuigila, magnis periculis, magna obstat intentio, nihil non turbat incautum. M. Venenari metuo. R. Operosum remedium audisti, uis audire facillimum. Pauper esto, ueneni metum periculumque discusseris, hoc siquidem mali genus, humilior fortuna non recipit, una securitatis parens & terrorum omnium extirpatrix, medicina alia quidem optima atque promptissima, nullique hominum negata, multis etiam ingesta nolentibus, neque uero efficax minus quam parabilis, tuta, hercle, quamuis amariuscule atque horridula. Comprimit animi tumores, liuores diluit, bilem purgat, curat hydropisim, causaque periculatorum omnium à radice conuellit. Vestrae opes plenæ insidiarum, plenæque formidinum, non minus cyathos metuunt quam gladios, nec minus paropsides quam sagittas, non mensa, non domus, non cubiculum periculis suis uacat. Dubia qualibet atque suspecta:

Præsentemque uiris intentant omnia mortem.

Quod in tempestate ait Maro, in tranquillo uobis accidit, & hoc uestra illæ tam dilectæ uobis afferunt diuitiæ, paupertas uero præter immeritò apud uulgus infamati nominis notam, tuta habet omnia. & si quando turbæ insciæ puluis ac strepitus conquiescat, oprabilia ac suaui penitus & tranquilla. Tandem ergo fictilibus & uitreis uasculis terreni homines bibite, atque edite, si securi bibere uultis ac edere, aureis uasis ac gemmatis uenena miscentur. quorum pergis avaritiæ, ipsum quoque iam uenenum gemmas amat atque aurum. contra hanc pestem neque Pontici regis, neque alterius efficacius antidotum quam paupertas. M. Venenum hausi, mors præcordijs innatat. R. Vbi semel moriendum esse decreueris, quod decretum esse debet omnibus, qui se meminerint mortales, quid refert an id sitiendo facias an bibendo, et rursus, an tuo sanguine madidus an uino. Magnos compotores factique huius habes comites Alexandrum, Hannibalem, Philipponem, Mithridatem, ipsum Claudium, Theramenem, Socratem.

De metu mortis. Dial. CXVII. ME.

Mori timeo. R. Hic non timor sed cogitatus esse debet, qui si nouus incipit, nec à prima ætate tecum creuit, si per interualla rediens non assiduus fuit, improuidè uixisti. in hæc sisse medullitus ultimum illud Flacci carmen debuit:

*Inter spem curamque timores, inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.*

Vt is

Vt is esses, de quo idem alibi:

ille potens sui

Læusque deget, cui licet in diem

Dixisse uixi. Cras uel atra

Nube polum pater occupato,

Vel sole puro.

Hoc est nempè illud à Philosophis laudatum, sed per paucis datum uiuere uita peracta. M. Mori timeo. R. Et nasci timuisses & uiuere. Vitæ limen, initium mortis est, uita ipsa cursus ad mortem, seu uerius mors quædam, uiuendo uel ad moriendum ibas, uel quod sapientibus uisum est, in horas certè moriebaris. quid nunc igitur times, si mors uitam uel comitabatur assidue, uel necessariò sequebatur, illud quidem docti tantum, hoc etiã uulgus intelligit, quicquid est natum moritur, quicquid moritur natum erat. M. Timeo mori. R. Mori times animal rationale, mortale, at qui si primò uerè esses, secundò ut arbitror non timeres, humanã quippè naturã duo hæc in unum iuncta perficiunt, ratio scilicet, & mors, illam animam concernit, hæc corpus, sed inopia rationis metum mortis induxit. M. Mortem metuo. R. Nihil est metuendum quod affert necessitas naturæ, quia naturalia enim odit aut metuit, naturam ipsam oderit oportet aut metuat, nisi fortè partem eius alteram amplecti licitum & laudare, respuere alteram ac damnare, quo nihil est insolentius, non solum homini cum Deo, sed hominibus inter se, itaque uel totum recipis, uel totum reijcis amicū, ne si tantum grata decerpseris, non æquus amicitie cultor atque arbiter uideare. M. Mortem horreo. R. Si quid in morte mali est, id ipsum metus mortis exasperat: at si nihil, magnum ipse metus malum est. Stulticia est malum suum uel augere uel facere. M. Nomen ipsum mortis exhorreo. R. Nomen mortis infame mortalium fecit infirmitas, si quid animi uirium inesset, nihilò plus terroris esset in morte quam in ceteris, quæ per naturam sunt. quid enim magis mori timeas quam nasci, adolescere, senescere, esurire, sitire, uigilare, consopiri, quod ultimum planè simillimū mortis est, atque ideò somnum, alij consanguineum, alij uerò mortis imaginem, dixere. Neue seu Poëticus lepos æstimetur, seu Philosophicum acumen, ipsa ueritas amici mortem somnū dixit, & semel facere metuis, quo quotidie delectaris. incōstantiã quidem hanc docti mirant atque arguunt. M. Trita hæc apud Philosophos ac uulgata sunt, delectantque dum resonant, interpone silentium, timor redit. R. Immo equidem manet, nam si abiisset non rediret, & est non inficior uulgi præcordijs timor mortis innatus, sed eruditum uirum uulgaria sapere deformest, quem deceat ut modò dicebam, non turbæ uestigia sed paucorum sequi. Nam quod de Philosophis dicis, miror quid ita, cum à nautis nauigandi, ab agricolis serendi, à ducibus bellandi consilium capiatis, uiuendi consilia à Philosophis sumpta, contemnitis & pro corporis cura Medicos euocatis, pro cura animi Philosophos non aditis, qui si Philosophi ueri sunt, utique & animorum Medici & artifices sunt uiuendi: Nam si falsi & solo philosophiæ nomine tumidi, non modò non consulendi, sed uitandi sunt, quibus nihil est importunius, nihil insulsi, quorum abundantior est, quam uellem ætas hæc, cum egentissima sit uirorum. Et quoniam à presentibus præter meras nugas nihil est quod speres, si ad præcos reditum, inuentumque aliquid apud illos fuerit, quod ægritudinem tuam leuet, noli spernere & dicere, quod indocti dicunt, à Philosophis ista sumis. respōdebo enim tibi cum Cicerone. Metuebam ne à leonibus diceres, & reuera. ubi nam piscari uenarique, nisi ubi pisces feræque habitant in aquis atque nemoribus, ubi fodi aurum, ubi gemmas legi, nisi ubi hoc nascitur & illæ scarent in terræ uenis, marisque littoribus, undeni si à mercatoribus merces, unde statuas ac tabulas pictas, nisi à statuarijs, atque pictoribus. unde demum Philosophica nisi à Philosophis peti iubes quæ & si apud illos pro thesauris abdita atque ab illis inuenta sint, eadè tamè ab alijs in apertū erui, et uel aceruatius uel clariùs atque expressius uel breuius, postremò uel aliter dici possunt, audiendū similia omnib. spē datura, successum paucis, ea est uis ordinis ac iūcturæ quæ et in poëticis elegantissimè Flaccus

P 5 docet, &

docet, & sæpè aliter atq; aliter, & aliquando potentius affectura animos, tanta est gratia, uel notissima re narrantis, tanta uetustis nouitas, tanta lux fulgidis, tantus formosis decor additur, quod non hic ideo dixerim, quia alibi non possem, sed quia tu hic materiam obtulisti: nolo enim quia ignaræ superbæ mors est, semel audita, nec forte intellecta, dum repetuntur, quasi trita & uulgata fastidias. M. Acquiesco rectè quidem, in his monitis te uersatum uideo, & si ab incepto procul, adhuc enim mortem nihilominus horreo. R. Sunt quædam nomine & opinione hominum maiora quam re, multa horrore eminus fuerant, quæ uicina sunt risui, temerè creditur inexpertis, nemo ex his mortis infamatoribus, compati aliquid loqui potest, nihil ipse expertus, nihil ab experto didicit. Mortuum quemuis interroga filebit, is cui iam rei ueritas nota est, garrient quibus incognita, & uanis augurijs astruent quod ignorant, hinc apertissima, hinc occultissima, rerum mors arcanum & coniecturale negotium, suspitionibus agitur, in dubio bonis opinionibus inhærendum, tenendumq; potius quod iucundum faciat, quam quod mœstū animū. M. Animus mortem timet. R. Si sibi superuacuuus timor, immortalis est enim ipse, si corpori sui hostis curam gerere pietas indebita: sin dissolui metuit, nimis carcerem & compedes suas amat stultus amor. M. Timore mortis exagitor. R. Stulti omnes morimetur, neq; id miror quibus felicitas omnis in corpore est, quod extingui morte non est dubium. Iure igitur boni sui finem pauidi cogitēt, mœsti uident: natura enim hominis hæc est, ut incoelix esse nolle nequeat, uirum doctum, cui non alia corporis quam uilis mancipij cura est, cui in cultu animi omne studium semper fuit, omnis amor, omne desiderium, omnis spes mortem corporis non aliter quam digressum matutinum è nocturno quodam inamœno & incommodo prorsus hospitio spectare decet. M. Mortem non timere non possum. R. Posses uitæ huius exitum non timere, si alterius ingressum sperare posses, aut optare: tuus hic timor inde oritur, quamuis enim formidati uulgo exitus multæ tradantur causæ, omnes tamen uitæ illius spe proposita euanescent. M. Mortem metuo. R. Metum hunc parit impræmeditatio, maximè & inopina necessitas moriendi, in uiro docto ac sapiente turpissima, & præsertim sene, cuius si ritè doctus uerequæ est sapiens, uita omnis meditatio mortis est, quod si Philosophiæ uisum fuit antiquæ, quid nunc nouæ pietati, quæ summa Philosophia & uera est sapientia uideatur: aspice ut qui alieno imperio parent subito longū iter iussu agere, solliciti & tristes, raptim complicandis sarcinulis inhiant, ut queruli quod prædictum eis antè non fuerit, indignanteq; abeunt, ut sæpè in tergum uersi, & nunc quoque hoc, nunc illud oblitū murmurent, atqui nulla uia est longior quam mori, nulla durior ut perhibent infestior quæ latrunculis, nulla denique obscurior, suspectior & incertior, quæ ut cuncta celsarent certè irremeabilis uia est, quo attentius prouidendum, ne quid obliuiscamini, quoniam, hic digressus non licebit, quod uiantibus cæteris, atque aliud quodcumque iter agentibus, literis scilicet aut amicis oblita committere, quæ ad suos perferant, nec remandare aliquid, nec oblitere quidem, nec diuerrere licitum nec reuerti: iter necessarium, impossibilis reditus, ire illò necesse est milites, unde redire non est necesse, hoc militibus suis dux Romanus apud Senecam, hoc dux uobis uester edicit. Itaque cum oporteat ire nec liceat redire, cumq; itineris sit certa necessitas, hora autem mortis incerta, unum est remedium, ut parati animo sitis semper, & uocati respondere, & iussi obtemperare, compositis quæ omnibus ad primū ducis imperium, iter illud alacriter agere, quod utique uobis aut latis aut tristibus peragendum est. Ea res maximè & metum motis imminuet & dolorem, nec se curos modò sed cupidos hinc abire uos faciet, alioquin improuisis & incautis eueniet, quod Bruto suo in epistolis uerè olim uaticinatus est Cicero. Opprimemini, mihi crede Brute inquit, nisi prouideritis, sic est inquam, sic illi accidit, sic omnibus qui uentura non prouidēt. Sed cum cunctis in rebus prouidentia necessaria sit, tum in his maximè quæ amplius quam semel fieri nequeunt, in quibus error unus sufficit, ubicumq; pes lapsus fuerit, actum est. M. Valdè nunc etiā mortem horreo. R. Altè radicata non facilè diuelluntur, scio ut dixi, metum mortis sensibus insitum præcipuequæ uulgarium, Philosophi uerò mortem, neque malum neque bonum, eo quod per seipsam nec timendam diffi-

niant, nec

niunt, nec optandam, inter indifferentia numerantes, quæ pro qualitate, fruentium, nunc mala, nunc bona fieri uolunt. quod illi etiā ex uestris uideo probari, qui peccatorum pessimam, pretiosam uerò sanctorum mortem ait. M. Mortem metuo, mortem odi. R. Equidem unde hic mortalibus metus mortis, unde hoc odium miror, nisi mollities animorum nota sit, qua hunc scilicet alios quæ degeneres augetis, atque alitis pauores, an non uides, ut magna pars mortalium, ipsum nomen mortis exhorreat: quod quid est aliud, quam naturam propriam horrere atque id odisse quod natus sis, quo nihil inter homines fructius, nihil ingratius in Deum, quam multi autem nomen illud ægrè audiunt, quod semper internam aurem pulsare debuerat, nempe sine quo non est, qui seipsum cogitare possit: quid namque se cogitet, nisi quod est animal mortale: quotiens in se quisque reflectitur, nonne sibi illicò nomen mortis occurrit, sed refugitis, quali per aurem mors irrumpat, & auertitis animum, atq; id cogitis obliuisci, quod mox sui memoriam uel inuitis ingeret. Recusatis ecce mortem cogitare, quam confestim & cogitare oportebit & pati, cuius passio facilius sequeretur, si cogitatio præcessisset: nunc simul in angustijs altera alteram exasperat, omne enim inopinum ac subitum animam quatit: Aequè stultum est, uel appetere aliquid frustra, uel uitare uelle quod nequeas, eoque stultius utrunq; quo damnosius futurum implese quod cupias: atque nil damnosius in humanis malis, quam Dei sui quæ ipsius & mortis obliuio, quæ tria numero sic connexa sunt, ut uix ualeant dissolui, at uos uestri memores uideri uultis, et principij & finis, immemores. obseruasti hos quod domus suæ disponunt, uix est qui dicere audiat, cum moriar, sed si moriar, quasi in dubio ponitur quo nihil est certius. Neque id ipsum si moriar clarè sonat, sed si quid de me esset aliud, quid nam esset hoc aliud quæso, & non potius idem ipsum, quod de omnibus fuit, erit uel. uel qui nati uel qui nascituri sunt, quibus ut uitæ, sic & mortis, & multa sunt genera, necessitas una moriendi: hanc tu cupis excutere, quam nec patres tui nec ulli unquam reges gentium excussere, nec excutient quidem. tergiuersamini ut libet, ita uobis eueniet, ut his qui contra hostilis ferriaciem oculos claudunt, quasi periculum quod non uident, nec sensuri sint, feriemini, moriemini, sentietis. an cæci autem, an uidentes, id in uestra manu est. optate igitur bene mori quod ipsum nisi bene uixeritis frustra est: optate, inquam, & enitimini, & quod in uobis est facite, reliquum illi committite, qui quos in hanc uitam ultrò non uocatus intulit, egressus furis non nisi uocatus, & rogatus manum dabit, non mori autem nolite optare, non modo enim impudens arrogasq; sed inefficax etiam & inane uotum est. assuescite ò mortales naturæ legibus, & ineluctabili iugo colla submitte, & si uos ipsos amatis, quod nati estis amate, nā quod nati non esse uelletis, neque enim natura uobis, sed uos illi obsequi fas est. M. Pauorè mortis abijcere diu quidem frustra nitior. R. Miror quod tam diu niteris, quo te debuit cogitatio prona perducere: turpis est enim tam breuis periculi, si periculū nō natura & periculorū finis est mori, turpis est inquam, uiro tam momentanei discriminis, tam longæ uisus pauor, & tot anni anxij atq; suspensij, ad horæ seu suspitij unius euentū. uis ne autē mali huius ultimū remediū, uis mortis metu perpetuo liber esse: Bene uiue, uita laudabilis mortē spernit, sæpè etiā cupit, deniq; hæc terribiliū omnium summa est, si quidē labor, dolor, aduersitas, infamia, carcer, exiliū, damnū, bellū, seruitus, orbitas, paupertas, seniū, ægritudo & mors, fortib. uiris nihil sunt aliud, nisi experientia schola, cāpus patientiæ, gloria palestra.

De uoluntaria in seipsum manuum iniectio.

Dial. CXVIII. ME.

Mortē mihi conscire propositū est. R. Rem unā nunc metuere, nunc optare, hæc tamē constantia uestra est. nunc tu mortē muliebriter formidabas, nunc eandem inhumanè appetis. rogo, quæ nam subita mutandi animi causa est. M. Cogor ipse mihi manus iniicere. R. Si coneris iam non uoluntaria manuum iniectio est, quamuis dicatur, quod coacta uoluntas, uoluntas est, sed profectò non libera, nec uoluntas propriè, quæ uolendo fit, à quo autē cogeris nosse uelim: iniici autē manus uel inuito possunt, tu tibi illas iniicere nisi uolens nequis. M. Magnæ sunt causæ quæ me mori uelle cogunt. R.

Magnæ

Magnæ fateor si cogunt, sed non cogent si uir esses, nunc in uestram animi mollitiem nihil est inualidum, uide autem an quæ sint hæc causæ ritè præfagiam: Ira, indignatio, impatientia, furor quidam in se uersus, obliuio deniq; tuipfius, nam si te hominem meminisses, humana omnia æquo animo tolleranda cognosceres, neque parui mali, immò ne mali qui dem odio, maximum malum uelles incidere. M. Inscere mihi manum cogor extremis malis. R. Non sunt extrema quæ te premunt mala, summū illud & extremum malum quod te urget, desperatio. cæteris enim malis aliquid, huic uni nihil potest esse remediū. quæ sunt autem hæc extrema quæ dicis mala, nisi labor, forsitan & paupertas, hæc sunt enim quæ Poëta commemorat, de his agens:

*qui sibi lætum
Infantes peperere manu, lucemq; perosi,
Proiecere animas.*

de quorum sera poenitentia mox adiecit:

*quàm uellent æthere in alto,
Nunc & pauperiem & duros proferre labores?*

Sunt nê autem tam graua mala hæc, quorum primū boni omnes, forti atque æquo animo tulere, de quo suo loco diximus, quidam spontè insuper elegerunt, atq; hinc gloriosi ac in æternum diuites facti sunt. Seculum uiris conuenire, apud Crispum, atque ad id nasci hominem, apud sanctum illum & afflictum senem legimus. at uos inquietissima animalia, quicquid non ad nutum auaritiæ uestræ fluit, uestræq; libidinis, iustam uoluntariæ causam mortis opinamini, tam delicata, tam præceps luxuria uestra est, ut leuibus ex causis non fortunæ tantum, sed uobis ipsis irascamini, inque ipsum Deum calcitrantes, impia ora laxetis, quasi quicquid id est, in quo non uobis dominus uester obsequitur, iniuria grauis sit. D. Magnis malis uictus mori eligo. R. Tædio uitæ credo, familiari uitio stultorum omnium, sapientibus enim omnis uita iucunda est, lætam libenter, tristem ferunt patienter, & si in rebus ipsis nequeunt, patientia delectantur, nil in rebus lætius, nil dulcius est uiuere. illa est quæ molesta lenit, obliqua dirigit, dura mollit ac mitigat, ardua atque aspera quæq; complanat. cessant querimoniæ, cessant præcipitiæ, & ad summam, Sapientis uita nil serenius neq; tranquillius. Hi autem animorum fletus atq; angores, hæc nubes ac procellæ, quæ in scopulos fragilem uitæ cymbam trahunt, è solida stultitia oriuntur. D. Morbi impatientia mori eligi. R. Stultè eligis ac superbe, sine dominum de corpore tuo, quod ipse fecit arbitrio suo, statuere, an quod tibi tuo in ædificio uis licere, in quo non lingua, non lapides tu fecisti, in quo deniq; præter structuram nihil est tuum, id in suo licitum domino omnium non uis, qui non in illo tantum carnem & ossa & sanguinem & spiritum, sed cælum & terras et maria, & omnia quæ in eis sunt, creauit ex nihilo. Ne dicas apud te ipsum, Corpus meum graui dolore angitur, nec tu dominum, sed usum corporis accepisti, breue ad tempus, an tuæ luteæ domus te dominum credis? inquilinus es, qui fecit omnia, is est omnium domus. D. Dolore nimio cogor ut mori uelim. R. Hic fortassis ad experientiam dolor datur, qui si molestus est, esse poterit utilis, si intollerabilis, longus certe non erit. expecta domini reuocantis edictum, cunq; uocatus fueris, responde & non prius. fixa est dies tua, quàm nec anticipare fas est, nec differre possibile, præoccupauerunt tamen hoc multi, & dum parua fugiunt breuem quæ molestiam, in æternas se atq; irremediabiles demerferunt, habuit quæ hæc opinio, magnos auctores Anneum Senecam in primis, qui ad eam tam constanter, & tam sæpè reuoluitur, ut mihi quidem ueritus uideatur, ne non propria sua sit, mirari quæ cogat interdum, unde tam tristis sententia, tanti uiri pectus inuaserit: utque alia sileam, quæ prosequi longum est, quadam ad Lucillum epistola, Si inutile, inquit, ministerijs est corpus, quid ni oporteat educere animam laborantem? Dehinc paucis interiectis. Prosiliam, inquit, ex ædificio putrido ac ruenti. Malè ais ô Seneca, & multa benè dicta uno polluis maledictio, nō migrandum nempè sed expectandum est, sine ædificium tuum ruat, ut antequam fugias opprimaris. D. Non possum pati quæ imminet, mori malo. R. Ab hoste forsitan inferendam mortem, quæ fortiter lata sit, turpis esse non potest, cum hæc uoluntaria non possit

non possit esse, non turpis, quia contra domini superioris imperium est, contra quod nihil benè fieri potest. D. Mori malim, quàm quæ instantia sunt uidere. R. Non est uiri non posse erectis oculis utranque fortunæ faciè spectare, muliebrè est trepidos oculos auertere, quid est autem quod te urbat usque ad eò, ut solius opem mortis implores: tua ne forsitan, antuorum, an patriæ laborantis aduersitas? Lenta illa duo quidem: nil enim potest fortuna, cui non possit uirtus obstare, tertium hoc pium, sed pietate languida & inertis, siquidem patriæ seruitus, & tyranni facies, morte potius repellenda, quàm declinanda sunt, id est enim uiri opus, hoc foeminae. qua tamen in re, Catonis mortem miris laudibus Seneca idem effert, sua illa peculiari opinione de qua diximus, non sic Cicero, excusasse contentus, laudibus abstinet. ait enim Catoni. Incredibili grauitate, naturæ perpetuæ constantia moriendum potius quàm tyranni uultum aspiciendum fuisse, quem tamen Brutus aspexit, et illius potius mortem tollendum, quàm sua morte fugiendum censuit, quod quàm benè seu quàm malè fecerit, nō laboro, fecit tamen. Cicero autem dum Catonem excusat, suæ illius sententiæ melioris obliuiscitur, quam ante annos plurimos, libro sexto Reipub. posuerat, ea uerò est huiusmodi, dū Publicū Africanū minorē, in cælo cū patre atq; auo colloqui, somniantē & audita immortalitate animi, ac foelicitate uitæ alterius moriendi, audiu induxisset, patrem mox inutile desideriu castigantem, fecit his uerbis. Non est ita inquit ille, nisi enim cū Deus is, cuius hoc templū est omne quod cōspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patere nō potest. Homines enim sunt hæc lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium uides, qui terra dicitur, quare et tibi Publi, inquit, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis nec iniussu eius, à quo ille uobis est datus, ex hominū uita migrādū est, ne munus assignatū à Deo diffugisse uideamini, an non satis Ciceroniana hæc, excusatū arguunt Catonē: & plana si ab Imperatore terreno, ad custodiā loci cuiuspiā deputatus, non auderes iniussu te remouere, ferretq; ille hoc grauius, si cōtrariū fecisses, quid cœlestis putas imperator, cui tanto plus obedientiæ debet, quantò maior Deus est homine? Fuit nuper præcæ uirtutis Stephanus Columnēsis, nō hac solū sed omni ætate uir clarissimus futurus, hic ab ingenti illo suo hoste, cui potētia impar erat obsessus, turrim ubi plurimum periculi uidebatur, uni suorum conseruandam, certus de illius fide commiserat, quæ dum cuniculis suffossa latentibus tremere, ac ruinam minaretur, fugientibus socijs atque hortantibus, ut saluti suæ descendendo consuleretur, cum iam nihil utilis mora esset, sibi uerò periculosa & funesta: Non descendam, inquit, nisi illem reuocet à quo hic positus fui. id dum Stephano nunciatum esset, & ipse illi metuens atque eum reuocaturus accurreret, turris fundamentis fatiscentibus magno corruit fragore, sic fidelis custos oppressus est, quem uix erutum ruinis, dominus suus moestus ac lachrymans sepeliuit, eum quæ dum uixit & piè desiderauit, & fidem eius sæpè meritis laudibus in familiari colloquio prosecutus est. Quid his uerbis uelim uides: talis enim tibi commissi corporis custos esse debes Deo, qualis hic creditæ sibi turris domino suo fuit. Fuisse tamen nihilominus non latet, mortem Catonis illa ætate laudatam, à multis, opinione hominum gloriosam: notum quæ est illud Iulij Cæsaris, qui dum uictor Viticam properaret, ubi ille se peremerat, audita eius morte Cato mex gloriæ, inquit, inuidit, & ego suæ inuideo, præclarum aliquid haud dubiè uidebatur, cui uir maximus & gloriosissimus inuideret. D. Quid igitur obstat mihi, aut quid prohibet sapientis uiri mortem inuidiosam, summo hominum & excusatam sapientibus ac laudatam sequi, utaque difficultates innumeras auxilio spontanæ mortis euadere? Mori uolo. R. Vide ne te inanis spes rerum fallat: sunt nempè alij quàm pares eloquio, nihil ad rem, at certe sententia potiores, qui Catonis hanc mortem neque laudent, neque excusent, sed grauissima reprehendant, in quibus Augustinus scrutator ueritatis acerrimus, non hanc fuisse illi arcessendæ mortis causam, disputat, ne sub Cæsaris imperio uiueret, cū filio suo ipse auctor fuerit, ad Cæsare cōfugiendū, deq; illius clemētia sperādū omnia, nec fefellit. q; si turpè credidisset, non filiū secū uel ueneno uel ferro uel morte qualibet ab eiusmodi turpitudine Manlius Torquatus sit laudatus, qd filium ipse suū, qui contra patris imperiū pugnasset ac uicisset,

ac uicisset, occiderat (neque enim turpius dici potest, procacis hostis esse uictore, quam superbo parere uictori) quum ergo Cæsarem dignum iudicauit, qui filio uitam daret, ea sese uel indignum censuit, uel inuidit; & ad summam, mortis illius sola fuisse deprehenditur, inuidiam, quod nec Cæsar ipse dissimulauit, ut modo diximus. aliud enim timere quid poterat, aut quod principem non tulisset, a quo pridem Consul curia eiectus fuerat, & coniectus in carcerem, & qui se tanta tunc presenti iniuria non occidit, quo inani motu, qua se falsa opinione superbia aut crudelitatis occiderit, quod tam horribilium uultus Cæsaris habuit, ut esset morte etiam fugiendus, uiri omnium non tyrannorum modo, sed principum clementissimi atque mitissimi, & si potentior nullum, multos certe ferociores sua ille uiderat ætate. immo uero nullum uiderat mitiorum: iure igitur alter quidam scriptor egregius & fide clarus & eloquio. Mihi, inquit, Cato uideat causam quæ fuisse moriendi, non tam ut Cæsarem fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret quos sectabatur, suumque nomen grandialiquo facinore clarificaret. cui quid mali potuerit accidere, si uiueret non inuenio: C. enim Cæsar, ut erat clemens, nihil aliud efficere uolebat etiam in ipso belli ciuili ardore, quam ut bene mereri de Republica uideretur, duobus optimis ciuibus Cicero ne ac Catone seruatis. En tibi alia præter inuidiam causa moriendi uanitas stulta, utraque nec Catone digna, nec illa prorsus anticipandæ mortis sufficiens causa est. D. Moriamur malim quam sic uiuere. R. Quid scis an hæc tibi tam tristis uita, multis optabilis, multis inuidiosa sit: sed impatientia res cunctas exasperat. D. Mori opto. R. Ut timidus metum mortis, sic desperatis uitæ odium extorquere difficile est, uitam tamen æquanimitè perferendam, mortem fortiter expectandam, hæc nostri remedium summa sit.

De morte. Dial. CXIX. DO.

Morior. R. Ad extrema peruentum est: iam nec mortem metues nec optabis, de quibus duobus, totidem me proximis tractatibus fatigasti, iam præterea nec dolebis, nec corporis animique defectibus subiacebis, nec rerum traxeris aut moribus, aut senio, aut hominum dolis, aut fortunæ uarietate lassabere, quasi mala sunt, mali finis utique bonus est. Tu paulo ante de his omnibus quærebatur, nunc eorundem de fine conquereris, uide ne sis iniuus, unam rem quæ simul doleas esse & finire. D. Morior. R. Iter patrum immo omnium latum triumque iter gradieris, solus ne tibi nescio quid aliud demum maluisses. Perge autem non est aberrandi metus tot sunt uitæ duces comitesque. D. Morior. R. Si quis est quem flentem mori deceat, ridere dedecuit uiuentem, cum instare semper que supra uerticem uideret, unde mox flendum sciret, risum illud haud dubie, fletus hic non longo seiunctus spatio, sequebatur. D. Morior. R. Non est ferendus, qui sui generis sortem luget, non moreris utique, nisi mortalis esses. Sin id defles quod mortalis sis, non est flendi locus ubi esse definis, quod inuitus es, flendum erat ab initio, dum inciperes esse quod nolebas, nunc gaudendum, esse enim incipies immortalis. D. Morior. R. Omnes hi qui lectulum tuum modo ambiunt, omnes præterea quos uidisti unquam, omnes de quibus audisti aliquid aut legisti, & quantula ea pars hominum, uel quam nosse potueris, omnes omnino, qui uel olim nati sunt, uel omnibus terris aut seculis nascentur, inter hoc egerunt acturique sunt. Certe animo longam præcedentium longamque sequentium cateruam, comitum quoque & hac ipsa hora tecum simul obeuntium, non paruum numerum, pudebit credo sortem publicam, priuatis urgere querimoniis, dum ex omnibus uel unam cui inuideas non uidebis. D. Morior. R. Hoc est imparsibile fieri, & iugum fortunæ pariter ac mortis excutere. geminum ingens bonum, quod uiuendi nulla unquam prosperitas, largiretur, cogita autem quæso, quot tibi & quam graues curæ qui superant labores. si non dicam infinitam, sed annorum mille, qui unius iam præteritæ diei spatio comparantur, certam uitam accepisses. quod optimè æstimabis, si huius breuis ac fugacis & incertæ uitæ tædia, proque hac totiens susceptos labores molestiasque memineris. D. Morior. R. Ita mortem fletis, o mortales, quasi magnam aliquid uita esset, quod si esse magnam aliquid muscæ haberent & aranæ & formicæ, si semper beneficiu uita esset, semper maleficium esset mors, quæ magnum beneficiu est interdum, dum uel intollerabilis malis, uel

lis, uel ab his quæ summa sunt mala, peccatis instantibus animam eripit, præseruatque. atque ut magnum aliquid inter uos sola est uirtus, sic si per se spectet uita hæc, miseriarum innumerabilium officina est, quam qui claudii dolet, is ferias respuit malorum & quietem odit, quam qui appetit laboriosæ finem uitæ cupiat necesse est. quando nullus alius uel laborum uel malorum finis, quid fletus igitur? Dies adest, qui si traheretur uotis erat optandus, & fortassis, ut res hominum sunt & fortunæ uis immensa, & insultus uarij, sæpe etiam uotis optatus est tibi. D. Morior. R. Immo è terrea & è caduca domo ad æthereum, atque æternum migras habitaculum, & in limine pedem habens, moestus auelleris atque inuitus, & nescio quid retro anxie respectans, an fordium quas dimittis oblitus, an bonorum ad quæ pergis incredulus. profecto si quod paulo ante dicebam, & quod magni dixerunt uiri, uestra quæ dicitur uita mors est, illud est consequens, ut eius finis quæ mors dicitur uita sit. D. Morior. R. Rex te tuus carcere liberat, iam uincula franguntur, quæ fecisse mortalitatem patrem libuit, idque uel maxime ad illius misericordiam pertinere, & Plotino uisum, & uestris approbatum sciens, quid quæraris nescio. D. Morior. R. Vocat te rex tuus foelix nuncijs, sæpe est enim, nec uideretur faustum quod inuitis acciderit, consensum adhibe, tunc sentire incipies quam bene tecum agitur, hic quem metuis carceris exitum, & malæ uitæ reputans & mortis bona præfagiens, quasi olor ille Socraticus diuinationis pariceps, & ob id facer Apollini, moriendo cantabis, si non uoce saltem animo. & nisi, quod absit, graue nimis in expiatorum te criminum pondus premit, quod fecisse Vespasianus corpore legitur, tu facies mente, ut assurgas moriens, nec te dignum censeas iacentem mori, neque minus hac in parte tibi tribuas, quam ille sibi, quod non ut ille sis princeps. mors enim nescit imperium, principes non agnoscit, adæquatque optima. Multa fors in uita, certe in morte nihil illi licuit, quod non liceat tibi, quin & plulculum diuinæ opis tibi, ni respicis affuturum spero, non quia tu melior, sed quod tu gratuito Dei amore foelicio, qui negata magnis & sapientibus abscondita, concessit paruulis & reuelauit indoctis, adde quod tum utilius, tum facilius tuum erit assurgere, illius enim conatus corporis uiribus egebat, quas morbus extenuat, mors extinguit, tibi ad assurgendum, non nisi animi uiribus est opus, quæ uicinia sæpe mortis augentur. D. Morior. R. Quid in tuto trepidas? quid in plano cespitas? quid in prono hæsitas? non tibi ingeram, quæ hoc loco disputant Philosophi, multa sunt enim quæ morientis occupatio, & angustia temporis non admittunt, debuit tibi profundè admodum hæsisse, quicquid ubique de hac re ab antiquis Philosophis disputatum est. ut enim ipsi idem uolunt, asperarum rerum omnium remedia superuacua facere potest, rara quidem sed in finem rara prosperitas, quæ aduersus mortem disferuntur, ea semper utilia semperque necessaria, ut sint moriendi non fortuita, sed naturalis & inuicta necessitas facit. Inter cæteros sanè multa & ualida, in Tusculano ipso, cuius supra memini prima luce recolligit Cicero, quæ nisi olim didiceris, nunc docendi spatium non est. quibus efficit, siue in malis sit qui moritur, siue in bonis esse uideatur, quia tamè ex quo fortunæ iaculis patet omnis hominum status, à malis esse non à bonis morte discedere, quæ acer quisque humanarum obseruator rerum, haud dubie uerè sentit. morte igitur non offensum se, sed sibi consultum iri existimat, iam lætè illam cogitans, & cum uenerit uisurus, liberatoris sui nunciam seu ministram, & cum transierit respecturus, ceu fenestram, unde mundi laqueos & carcerem carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur, seu perit animus seu transferitur, ut uel malum nihil, uel bonum plurimum sit in morte, argute fortassis apud suos, apud nos nempe non Philosophis modo, sed nec uulgo dubium, credo herclè, ne apud eum ipsum, de quo sæpe loquimur Ciceronem, quæ magnificentissimè multis testatus est locus, sed uel sui collocutoris, uel illius æui dissidentia seruiebat. ad summam igitur sic teneto, ut scias immortalè esse animam, quod non solum concurs uestræ gentis opinio, sed Philosophorum omnium excellentissimè tenuerunt. nulla tibi spes in casu animæ quæ naturalis est ut mori nequeat, neque hinc fidas nil mali superesse potest obitum, quæ nulla sit futura anima quæ pati possit. sed quia creator animæ ipse est mitis, ipse pius ac misericors, opus suum non despiciet. sequè ueraciter inuocantibus

uocantibus propè erit. in illum preces, in illum uota, in illum spes ultimæ ferantur, in illius nomen extrema desinant suspiria, i securus, nil timeas, natura parens benignissima, nihil fecit horrificum, mortem formidabilem error facit, hominū nō natura rei prouidæ. Si quid magnum uoluis animo, si quid altum struis, humiles & ineptas, uulgi uoces actaq; despice, uerū illos suscipe, quorum imitatio ad ueram gloriam uia est. apud nostros quidem late sceleratæ morientium innumerabilia sunt exempla, sin antiquiora perquirimus, multi occurrunt, qui mortem non modò ferant fortiter, sed arcessant, quod in Marco Catone sicut modò diximus, Marcus Cicero excusat, Seneca autem & laudat, nobis uerò neutrum fat probatur, sed secundum minus, quia tollerabilius est errorē excusare quàm laudare: nos utrūque reuicimus, quoniam ut uocatum respondere, & reuerenter parere laudabile, sic imperatoris iniussu commissæ de custodia, & corporis statione discedere capitalis est habenda de fectio, & uel exilio graui uel summo plectenda supplicio. sciens repeto ut altius imprimam abundè enim, nisi fallor, hæc omnia superior tractatus explicuit. D. Morior. R. Immodè carnis tributum, naturæ debitum, perfoluis, mox futurus liber, fac libens quod uel nolens faceres, & ut bene ait quidam mortis hortator, cupias quodcunque necesse est. Non est uilissimum, immò quidem non est aliud in necessitate consilium, quicquid sit à uolente, sit leuius, & desinit esse necessitas, si uoluntas accesserit. D. En morior. R. En te dominus præstolatur, accelera ne titubes, neu cuncteris, pone suspiciones non tu tibi chariores quàm illi. quis uocatus ab amante diffidit? Adhuc fortè miraberis timuisse quod optandum esset, multa iam solutus scies, quæ uinctus nullo unquam studio didicisses, usque adeò ut arcana rerum nosse uolentibus, ad quæ mortali uelo obsita acies uestra nō penetrat, quæ profectò cupiditas naturalis est homini, sed uehemētior studioso, nil morte melius putem, nil què quod breuius adoptatum ferat. D. Morior. R. Immodè obdormis uitæ quæ fessus u tarbitror requiescis. D. Morior. R. Vade in æternam requiem, nūc primum uiuere incipis, Bona mors, initium est uitæ.

De morte ante diem Dial. cxx. do.

Quid quod ante diem morior? R. Ante diem nemo moritur, sed non omnibus dies idem, immò ut Vates ait eximius:

Stat sua cuique dies:

ad quam quisque cum uenerit metam attingit, & quoniam nec redire datum, nec subsistere, transeundum est. D. Ante diem morior. R. Possit id uerum esse si in diē debitor fuisses, purus debitor semp debet, semp itaq; nutū sui creditoris obseruet, & semper in numero habeat quod debet. habet autem semper, dum mortale corpus habet, nullo mutuo, nullo opus est scenore, domi habet. immò quocunque ierit secum habet, ut dicitur, in manu habet, unde se liberet, quo soluto nil naturæ amplius, & nil iam cœlestius ulli debet, ut Virgilius ait, pone igitur hanc querelam. Ante diem non reposcitur, quod omni debetur die, quin pro eo quod dicebam gratias age, quia scilicet ad id debitum nec præda, nec possessione, nec pignore, nec usura indiges, quod ultimum dixisse fertur Spartanus ille uir fortis incognitus, sed dignus agnosci, cum ad mortem ductus, ob hoc ipsum imperterritus iret atque alacer q; capite suo, satisfacere Lycurgilegibus possit. D. Morior ante diem. R. Non intelligo quid sit ante diem mori, nisi quod uulgò dicitur: Antelucem, seu cum primum elucescit, quæ exercitijs eius quam nunc agis animæ aptissima hora est. alioquin quis omnino hominum ante suum diem moritur, cum ille sit suus dies, in quo non moritur alius? D. Ante tempus morior. R. Neque ante tempus neque post tempus, sed in tempore morieris, nisi sic fortè tempus accipis, quod tu tibi, non natura seu fortuna præfixerat, ante illud enim sic non mori potes, sicut nec post illud uiuere. D. Morior ante tempus. R. Quis nisi amens quæritur ante tempus absolui uinculis & carcere relaxari? Læandum mediūssidius, si ante tempus accidisset, sed nec accidit nec accidere potuit, suum tempus habet omnia hic te terminus manebat, hic metam fixerat, qui te in hoc uitæ stadium

uitæ stadium induxit. Si de hoc sine quæreris, & de alio quolibet quæri posses. D. Citò mori. R. Citò natus eras, nō moritur citò qui ita senuit, q; si nō senuerās, cesset altera pars querelæ, quāuis si portio uitæ, ultima est senectus, nō senuisse nō potest, q; q; mori. sed intellico senectutē ut uulgus, anniorū cōgeriē multorū, cui nō ut reliquis finis est, alius q; mors, de initio discrepant uarijs sententijs, sed pro uiribus senescentium, proq; ualitudine corporū atq; animorū habitu, ad cōcordiā redigēdis. tota deniq; res huc redit, ut uel mortis incursare celeritatem desinas, uel molestias uitæ, prolixioris, quæ de mortis ipsius tarditate proueniunt. sed uos uobiscum dissidētes, nec mori uultis nec senescere, cum utrūq; certè uel alterum sit necesse. D. Amplius uiuere poteram. R. Immodè certè non poteras, nam si posses, puto uiueres. sed hoc dicere uis, uolebam seu sperabam. Et ut est animus mortalium uitæ auidus, spei credulus, utrobicq; per facile tibi absentiam. at si dicere uis, debeam, quia pauculos adhuc dies uiuere ætati non indebitum uideretur, non æquè cōsenserim: quidam enim seruis obeunt, multi oculis, nunquam nullus hæc inter nihil in commune prouisum, nisi ut omnes mortales una lex teneat, unum mortis imperium, alio tamē atq; alio moriēdi genere diuersisq; uitæ spatijs, sic rei unius modus multiplex tempusq; peruarium est. Aequo animo igitur quisq; suum mortis genus, suum diem mortis expectet, ne auiditate uitæ, nec fastidio quod indocti ingratiq; omnes faciunt, de naturæ legibus quærat aut litiget. D. Modicum uixi. R. Nullus tantum uixit, ut non sibi modicum uixisse uideretur, & est plane modicum quicquid hic uiuitur, itaque si diū uiuere delectat, uitam illam quærit ubi semper uiuitur, quæ & si hic non sit, tamen hic quæritur. D. Vixi modicum. R. Quid si plus uixisses, nunquid idè non uixisses modicum? spatia uitæ huius imparia & incerta sunt, unum omnibus est commune, cuncta sunt breuia. uixit aliquis octoginta annos, quid hic quæso plus habet quā qui octo. Verte acriter te in te, ne te fallat uulgi furor, quid plus, inquam, habet qui diutius uixit, nisi fortè curas laboresq; & dolores & tædia, ac peccata in lucro ponitis: aut quid plus haberet si uixisset octingentis? Est in expectatione fateor plus sculum aliquid, at cum spatium utrumq; transierit, mihi crede, nihil inuenies quò plus uixisse sceleratius sit. D. Morior dum bene agere cogitabam. R. Quid agere cogitabas nec agebas? sic forsitan in perpetuum cogitasses, sunt qui bene agere semper cogitent, nunquam tamen incipiant, quod si bene agere cœperas, ne dubites, quamuis boni operis finem mors præuertat, apud cæca hominū iudicia fortasse aliquid sed spernendū, apud infallibilem rerum æstimatorē nil tibi subtrahitur, integra merces tua est, non actuum modò sed uotorum. D. In medio rerum apparatu morior. R. Hoc non mortis sed moriētium culpa est, qui breuissimam uitæ telam, tū maximè ordiuntur dum præcidendam erat, q; nisi sic esset, non tam sæpe in expletis uitæ muneribus morte præuenirentur, sed expletis ac transactis uiuerent, qua profectò nulla dulcior uita est. hanc tamen dulcedinem, non tam uitæ breuitas, quā uiuentiū, torpor hominibus eripit, quibus nulla idè longa est uita, quia quantūcūque sit temporis nunquam uiuunt, semper uiuere meditantur, & iam senes inter noua uitæ consilia fluitantes, celeri sine serum principium antecedunt. D. Morior, dum magna pararem. R. Hoc multis magnis uiris ferequè omnibus accidit, falluntur homines cum in multis, tū in morte præcipuè, quam uenturam nemo est qui nesciat, dilatant sperant, & abesse procul fingunt sibi, quam uicinam semper hinc uitæ breuitas & fuga temporum facit, hinc fortunæ uis & casuum humanorum circumfusa uarietas. & o cæcitas mira quod quid uobis sit sperandum, in alijs saltem, aliquando non discitis. sed sic est, ægrè ad amaras cogitationes animus redit, itaque dum sibi quisquis longissimum uitæ spatium spondet, dumq; uel æuum Nestoris, uel ut ait Cicero, Metelli fortunam sperat, deniq; dum se quisque prædilectum naturæ filium credit, de primordijs agitantibus finis occupat, & multa de liberantes improuisa, repente mors aggreditur, mediosq; intercipit apparatus. D. Viridi morior ætate. R. Ut nil in hoc aliud boni sit, prouisum tibi est saltem, senio ne marcescas, senectus enim quamuis non sit grauius, ut apud Ciceronē ait Lelius, utq; à nobis supra disputatum est aufert tamen eam uiriditatem, in qua quidem, ut Scipionem ille, sic tu nunc

nunc etiam & te fuisse commemoras, multis tu fortasse desiderio, nulli iam fastidio futurus sis, quod in longa ætate uitare quantalibet uirtute subdificile est. D. Iuuenis morior. R. Nosti quid in uita passus fueris, quid passurus ignoras, & mihi crede, in hoc tam uario tam que immitti fortunæ regno, qui præmoritur comitem fallit. D. Morte præpedior ne cœpta perficiam. R. Iuste id quidem, agitis enim semper quæ peregrisse pridem decuit, pactiq; nihil est, hoc maxime uobis grauem mortem facit ac miseram, & si quidem absque tua culpa, cœpta peragere nequiuisti, sufficiat noluisse. Sin per ignauiam distulisti, displiceat neglexisse, quod si forsitan hæc lamentis causa prætenditur, uerè autem nihil aliud quam uitæ prolixitas, & dilatio mortis optatur inanis, licet publici uoti tandem uel serò pudeat. Audi te tamè me mortales usq; adeò uitæ cupidî, quæro ex uobis, sequestrato uirtutum exercitio quid omnino aliud uita hæc, quæ segnis & inutilis mora est, quæ quâulacûq; fuerit, neq; nō esse breuissima. dictum ergo placet, illius cuius Augustinus meminit, quem in extremis agētem, cum amici solarentur ac dicerent, ex eo morbo quam minime periturum esse. respondit: Si nunquam bene, at si aliquando cur non modo? D. Interruptis rebus morior. R. Si ad mentem redeunt, aut rebus gestis aut ingenio clariores, magna pars in expletis operibus obire, paucis in hac breui uita contigit, ut cœpta seu iam in cœpta perficerent. Tu uerò, quoniā communi hominum more, has te in angustias impigisti, nec præterita retractari possunt, unam hanc emergendi uiam arripî, non ut ad multa interrupta flebiliter inuolueris, respicias, sed ut uiriliter quod unum restat expedias, bene mori.

(De morte uiolenta.) Dial. CXXI. DO.

Sed uiolenta morte pereò. R. Si nolens moreris, uiolenta mors omnis est, at si uolens nulla. D. Per uim morior. R. Siquidem uitæ uis aufertur quid interest febris an gladius, dum libere egrediare, quid refert, an ergastuli tui fores sponte pateant, an frangantur? D. Vi morior. R. Multæ sunt species mortis, sed mors una, quæ an uiolenta sit, an non, morientis arbitrium est, uim uis maior superat, consensus extinguit. Sapiens sic instructus est, ut quibus non potest obstare consentiat, quid tu, inquires, Percussori meo ut consentiam iubes? quidam non consenserunt modo sed gratias egerunt inuentus est qui percussorum suorum ignorantiam excusaret, & supremo illis anhelitu ueniam precaretur, neque ego te cruento consentire carnifici iubeo, sed inuicti forti, cui qui nō sponte patuerit ui parebit. D. Morior hostili manu. R. Quid tu igitur amici manu mori posse credideras, quando id tibi nisi ab ignorante contigeret? D. Hostili dextra pereò. R. Hostiles euadis manus, ille dū iræ suæ obsequitur libertati tuæ consulit, potestati suæ de trahit, nil quæ amplius in te potest. D. Hostili manu occumbo. R. Sarius est sub iniusto hoste procumbere, quam sub iusto rege, illic enim occisoris est crimen, hic occisi. D. Hostili ferio manu. R. Quid tua magis interest, quam dextera, quam quo gladio feriare? non de manu, sed de uulnere queritur, quam uis & Pompeius manu Cæsaris feriri pro mortis solatio, uideatur apud Lucanum optare, & apud Statium Capaneus Ipseum, apud Virgilium Aeneas Lausum, Camilla Ornithum, quod illorum manu occidantur consolentur. D. Ferro morior. R. Communis tibi cum maximis fortuna, cum quæ optimis uiris, bona pars eorum, quos uel præsens uita foelicissimos habuit, uel æterna sanctissimos habet, gladio perire, quos si numerem non breuiloqui monitoris, sed longi opus erit historici. D. Gladio pereò. R. Alij aliter, quidam laqueo, quidam lapsu, quidam unguibus leonis aut apri dentibus, multis ferri copia defuit, dum optarent gladio perire. D. Ferro ferio. R. Quid scis an maiori exitio subtraharis, quod quæ miserrimum censes, grauioris miseræ fuga sit, dixit supra, ut Plotinum alterum à Platone philosophiæ decus, pestilens lepra percussit, id non dixi, ut alterum ab Homero Poëtiæ Græcæ lumen Euripidem canes moribus lacerarunt, Lucretius uestrorum uatū primo proximus, cui tã multa Virgiliū auferre nō puduit, amatorio poculo accepto, in morbu rabiq; cōpulsus, gladio ad postremū p remedio usus est. Herodes rex Iudææ tã scædo morborum agmine

agmine circumuentus interijt, ut compendiosior fieri mors inuidiosa sibi esse potuerit, atque ut auguror fuerit Romanus princeps Hadrianus morbi tædio uictus, impatientiam doloris ferro abrumpere, si sicuisset optauit. Magnum quendam uirum hac ætate uermes toto scatenes corpore, mures alium exedisse narrantur, inter tam multa ludibria humani corporis, si electio tribuatur, quis imbecillis adeò, ut non ferrum ambiat? D. Ignibus pereò. R. Quidam animæ uim naturamq; igneam extimantes, id facillimum mortis genus opinati sunt. D. Flammis absumor. R. Vermibus ereptum corpusculum non putrescet. D. Fluctibus obruor. R. Piscibus conuiuium, bustum tibi amplum, nobile, nitidum, & quid refert corpus terreum, terræ reddas an pelago? D. In fredo morior. R. Non ubi, sed qualiter moriaris ad rem pertinet, ubiq; bene mori licet, ubique malè, non in loco, sed in animo est, quod foelicem mortem facit aut miseram. D. In mari pereò. R. Persuasum multis scio in mari miserum mori, quod æthereus atq; ardens spiritus, suo contrario uideat opprimi, sed ut dixi, nihil locus ad miseriam, animus totum itaque de hac re nauæ nescio cuius responsionem probo, quem cum quidam interrogasset, ubi nam pater eius obiisset? In mari inquit, cunque idem ille de auo & proauo atque attauo nominatim ex ordine quæsiuisset, responsumq; idem de singulis accepisset, intulit: & nunquid tu, inquit, mari ingredi non times? respondit nauta dissimulans, & ubi nam tuus obiit pater? Suo ait in lectulo, ubi auus, inquit, & is ait, & proauus, & maiores mei omnes suis in lectulis obire, tum nauta. Num tu, inquit, tuum non times in lectulum ascendere? eleganter quidem, aliquanto quæ plus quam nauticè. De morte igitur natura uiderit, quæ mortales fecit, at de genere mortis, de loco, de tempore uiderit fortuna. D. Veneno morior. R. Comitès tibi illustres pridem, dum de hoc uno ageretur exposui: regia quidem mors est gladius, sed uenenum magis, & ad summam, ridiculum ualdè est, ubi de morte decreueris, de instrumentis esse auxilium.

(De morte ignominiosa.) Dial. CXXII. DO.

Sed ignominiosa mors est. R. Mortè ignominiosam facit nō genus aut qualitas, sed causa supplicij. D. Ignominiose morior. R. Nemo bonus malè moritur, nemo malus bene honestam mortem non funeralia, non ministri, nō purpuræ faciūt exuuitæ nō in uersi clypei atq; enses, & flens dominum familia, & uulgi clamor & lamenta, & mærore uxor insignis & pietate filij, & deiecta ceruice ante feretrum nigro indutus, ac lachrymis grandibus humes, & homo nō postremo funereus laudator, & imagines aureæ diuitis sepulchri, defunctiq; titulus, uicturus in marmore, donec sua quoq; licet sera lapidibus mors sit, sed uirtus, & clarum meritis uiri nomen, non uulgaris egens auræ, sed suapte eminens maiestate, quod non præceps & cæcus fauor hominū, sed rerū series & innocēs uita peperit, atq; usque ad mortem ueritatis & iustitiæ suscepta defensio, interq; medias mortis minas imperterritus, atque infractus animus, ac generosa fiducia. Contra his decoribus honestam mortem, quis ignominia, quæso, locus est, aut quomodo turpiter mori potest, qui sic moritur. seruilem in modum uirgas adhibe, & tortores & laqueos & secures, fige cruces & rotarum radios attolle, & quadrigas in diuersum age, lacera huc & illuc membra rapturas, adde ignes & craticulas prunis impositas atq; oleo nasa feruētia, & ferarum dentes fame armatos, adde uncos & gæmonias, ac tracta per uicos laniata cadauera, & quicquid iniuriæ atq; opprobrij, seu uiuum, seu exanime corpusculum pati potest, dura mors fortasse uidebitur, ignominiosa certè non fuerit, immò uerò nonnunquam eò clarior, quò durior. Itaque apparatus hic exterior & tumultus, & tubæ & carnificum truces uultus, & irata uox tyranni, nihil profus ad rem, intra te ipsum te reflecte, ibi te quære atq; excita omnibusq; quæ supersunt animi uiribus, ad extremos casus accingere, aures ab inuiso strepitu, à supplicij pompa oculos auerte, tacitus quæ totam animam recollige atq; hortare, res que ipsas examina non umbras rerum, tu si mortem ipsam rectis oculis spectare audes, ne ferrum puto, nec restim, nec liuētes calices, nec stillates carnifices horrebis. Vanum est enim cū ipsum hostē contēpseris, eius saleras aut signa metuere. D. Ignominiosa morte

damnatus sum. R. Sæpe actor seu delator infamis, & obscæni testes & obscurus iudex; reus autem ipse clarissimus. sæpe ignobilis uulgò mors, nobilis uerò gloriosusq; qui mori, ita ut sine reliquos, q; & nimis multi & multo impares sunt, quæ usquã ignominiosior mors quã crucis: in qua pepedit eximiu illud & prænitidum cœli decus ac terræ, ne tale aliquid ignominiosum sibi censeat, illa fors hominis. & quoniam summo nihil est altius in hoc de sino. Omne genus mortis honestare potest uirtus, uirtutē nulla mors inquinat.

De morte repentina Dial. CXXIII. DO.

ATrepente nimis morior. R. Paulo ante si recolo sensuisse te dicebas, miror quomodo repentina mors seni est, qui nisi non dicat, delirat, sed insanit, semper ante oculos mortem habet, namque cum omni ætate salubriter sit consultus, ut omnem diem sibi ultimum credat, hoc amplius rite consultur senectuti, ut omnem horam sibi putet extremam, neque illud modo non audiat quod est apud Tullium, Nemo tam senex qui se annum non putet uiuere, sed id quidem quod Seneca ait, die. D. Subito morior. R. Quid hic dicam, nisi ut repetam, quo ille olim summus hominum, nec minor ingenio quam fortuna, uno ne integro quidem ante fuit obitum die, quasi iam uerum experientie uicinitate presagians, dum de hoc ageret, repentinam atque improuissam mortem commodissimam iudicauit, quod iudicium, ab ea uidebitur religione dissentiens, quæ ab hac morte liberari flexis genibus deum orat. Neque ego hanc sententiam ubi sit libertas amplector, aliud tibi nempè cogitandum est. neque uerò hanc optabilem, sed ubi sit tollerabilem mortem dico. si quidem sapienti qui que eminens cuncta præuiderit, inopinum nihil accidere posse, non ambigitur. Unde sit, ut improuissa mors, non sit cuius prouida uita fuit, nam quo pacto rerum maxima negligat, qui parua qui minima etiam librare sit solitus; humanis autem in rebus, quid mihi maius morte monstraueris, quid par mortis? D. Velocissime morior. R. Impraemeditata modo non sit mors, quo uelocior, eò facilius. supplicium enim si quod est, uti breue est, sensumque ipsum celeritati praueniens, & morti detrahitur, quod est in morte durissimum, metus mortis.

De agrotante extra patriam Dial. CXXIII. DO.

ALiena in patria agrotato. R. Quid refert cuius sit patria, agrotudo utique tua est. D. Ludis me, ego extra patriam agrotato. R. Quid extra unam patriam est, intra aliam sit oportet, extra omnem patriam neque agrotare nec sanus esse quisquam potest. D. Diuerticula uerborum queris, extra meam patriam agrotato. R. Vnum hoc bonum huic in est malo, nemo grabatulum tuum premet, non importuna uxor aut filius, sui uterque sollicitus, negligens tui. quotiens putas uiro uxor, patri filius, fratri frater, in ultimis laboranti puluinar iniecerint, & mori adiuuerint, quem alienigenæ uetissent? Sæpe ibi maior est charitas, ubi minor credit. certe nullus astantium morbo tuo gaudebit, nullus tibi mortem optabit. queris causam; nullus hereditatem tuam expectabit. Omne in facinus spes & cupiditas impellunt, hæc tranquillitas non facile tibi in patria contigisset, multi stratum circumstiterent sub officij specie funeri inhiantes, quæ cogitatio agrotanti agrotudo, nisi fallor. altera est obsessum hinc lupis, hic uulturibus se cernenti, iam cadauer mente captantibus. D. Extra patriam agrotato. R. Quid scis, forsitan nunc in patriam redis, rectum & breue iter in patriam est mori. D. Extra patriam ager sum. R. Os super uacua semper & inanes hominum querela, quasi uerò ardentior extra patriam febris aut durior sit podagra, malum hoc omne quod uidetur uoluntarium atque in uestra positum potestate, ut pestes aliarum qualcumque falsa animis inuexit opinio.

De moriente extra patriam Dialogus. CXXV. DO.

Morior extra patrios fines. R. An peregrino id accidit an exuli, iam seu te in his terris uisendi descendique studium, seu religiosa deuotio detinebat, & gaudendum quod honesto te mors reperit in actu, seu iusta sententia, & ferendum non modo fortiter sed libenter, nullo enim melius modo iniusti scelus hominis, quam & iusti supplicij spontanea ac tranquilla

tranquilla perpeffione diluitur, sin potentioris iniuria, neque id tam eideò dolendum, sed satis, ut arbitror, de exilio disputatum est. D. Extra patriam morior. R. Dicebam modo hoc est in patriam redire, nullus rector trames erat, nullus breuior, an tibi Eudemus ille Cyprius familiaris Aristotelis è memoria lapsus est, de quo & Aristoteles idem scribit & Cicero: qui cum grauius in Thessalia ægrotaret, uidit in somnis se quamprimum ægritudine liberandum, post quinquennium in patriam reuersurum, tyrannum uerò urbis illius ubi tunc erat Alexandrum Phereum illico periturum. cumque ipse paucis post diebus in sperata redditus salutem, & tyrannus à cognatis esset occisus, atque ita ueram per omnia uisionem ratus, promisso tempore reditum in patriam expectaret, quinti anni ad finem pugnantis Syraculis occubuit, eoque illum modo in patriam suam redisse somniorum interpretes dixere, ne qua penitus pars somnij falsa esset (Ego quid de somnis sentirem dixi alibi) de hoc in patriam reditu, quid occurrerit modo dixerim. D. Extra patriam mori cogor. R. Dixi dum de exilio loqueremur & repeto, aut nemo extra patriam moritur, aut omnes, doctis quidem uiris placuit omne mundi plagam patriam esse & præsertim fortis animo, quem non huius aut illius partis amor astrinxerit, alijs eam tantum ubi bene esset. contra nullam hic esse homini patriam quibusdam uisum est, illa communis, hæc altior philosophia est. D. Morior procul à patria in qua natus sum. R. Vbi moreris illa demum uerior patria tua est, illa te diutius possidebit, nec uagari sinet, & proprium perpetuumque incolam si uis amplexa constringet, disce hanc terram pati, quæ te ortum alibi transformabit in se. D. Procul à patria mors me manet & sepulchrum. R. Et cœlestes illi diuinitque homines, quos una ætas & eadem, media mundi parte genuerat, toto orbe dispersi sunt mortibus, ac sepulchris. illi Ephesus, illi Syria, illum Persis, illum habet Armenia, illi Aethiopes, illum Indi, illi Achaia, illos Roma, illum ultima seruat Hispania, quosdam tamen ex his loco mortuos ablatis esse, nunc in Italiae urbibus fama est, qua terreni erant pars quidem, ætherea pridem haud dubie cœlum tenet. D. Extra patriam mori oportet. R. Quid secundi ordinis uiros loquar? illum Stridoni Bethleem prius & post Romam, illum Gallia Pannonia, atque illum Athenis abstulit Parisius, hunc Græcia atque hunc Hispania rapuit Roma, hunc Mediolanum Romæ uiuum, hunc defunctum Africa Sardinia, mox Sardinia, Ticinum occidentis duo lucida sidera, æqua meritis iuncta animis, uicina corporibus, qui sunt de quibus loquor intelligis, atque ideò multa festinas transeo: sed ne tertij ordinis exemplum desit, illum Palestinae Cyprus tulit, illum Nursia Capania, hos Hispania Italia, illum quidem Bononia, hunc Patauum. D. Intellego planè singula, sed huc inuitus procul à patria morior. R. Et ego planè causam rei huius intellego, quod scilicet sanctissimis spiritibus cœloque semper hærentibus nulla iam terræ patriæ cura esset, quæ nondum tibi deposita, sed mihi crede, si cœlo inhias deponenda est. Attingam tamè dehinc alios uirtutis amicos, cœli memores, nondum tamen cœli studio, terræ oblitos. Samij ossa Pythagoræ Metapontus texit, Ciceronem Arpinum ortum, Romæ altum, Caietæ sinus exanimem uidit: Plinium quæ infantem lauit Athesis, grandæuū Veseui cinis extinxit. Virgilium mudo dedit Mantua, Brudusium, siue ut alij, perhibet, Tarentum rapuit, nunc Neapolis tenet. Ouidium Sulmo compegit, Ponticum soluit exilium. Terentium Comicum, ut fama est, Carthago genuit, Roma docuit, Archadæa se peluit. Flaccum Horatium Apulia, Ennium Callabria, Statium prouincia Narbonensis, Aufonium Vasconia, tres Anneos, siue ut alij uolunt, quatuor, duos Senecas uidelicet, Galionem & Lucanum misit Corduba, & hos omnes, & Plautum Arpinatem, & Lucillum Aruncum, & Pacuuium Brundisium, & Iuuenalem Aquinatem, & Propertium Umbrum, & Valerium Anciatem, & Catullum Veronensem, & Varum Cremonensem, & Gallum Forliuensem, & Actium Pisarensem, & Calsium Parmensem, & Claudianum Florentinum, & Persium Volateranum & mille alios Roma retinuit, ac magna ex parte humo condidit. Tito Litio Patauino uix serum uelut ad sepulturam patriæ restituito. Sic ex diuerso multos Roma eadem genuit alibi morituros, Orbis terræ quasi domus angusta est, & ipse quadrangularis, cuius ab extremo ad extremum transitus, & hic uiuere, illic mori, non pluris est fortibus animis quam, per uario usu balneum triclinio, seu brumali æstiuum thalamum muta-

re. trita est omnibus maximeque illustribus, alternatio hęc originis & sepulchri. D. Scio sic esse extra patriam tamen moestus morior. R. Nihil loetior in ea ipsa quam tuam dicis patriam moreris, sed indulgetis fletibus dolendique causas aucupamini, tanquam sua illis insit delectatio, quod si animum uulgi erroribus circumuentum sanctę doctę simul ac discretę paupertatibus exempla non adiuuant, fortunatoribus agam, si quod doles regibus ac Cęsaribus accidisse monstrauero, ducumque clarissimis maximorum, ne hominum fortunam sis recusaturus uidero. D. Quid dictura quosue in medium prolatura sis sentio, sed quid opus est uerbis, doleo extra patriam mori, mortisque molestiam locus grauat. R. Medicam manum horres, uideo pergam tamē, quam foeliciter tu uideto, mihi uerum dixisse ac fideliter monuisse, sat fuerit. Alexandrum Pella genuit, Babylon peremit, Alexandria conditoris sui nomen accinere custodiuit, alterum Alexandrum Epiri regia pauperat, Lucanus amnis obruit. Cyrum Persis regem tulerat. Scythia truncum tulit: Marcum Crassum magnumque Pompeium Roma & Romanum imperium omne suspexerat, quę uiuorum magnitudinem tolerasset, utique mortuorum si fors sineret, suffectura cineribus, sed alterum trans Euphraten tellus pressit Assyria, alterum Aegyptiaci gurgitis unda contorsit. Catoni huic ultimo Roma principium ac nomen, finem cognomenque dedit Vtica, Cornelios Scipiones Roma progenit nobilissima & Reipub. saluberrima germina quibus seruanda saepe esset & ornanda, hos sic sua fors distribuit, ut duo hi qui dicuntur magni, Hispana tellure obruti, superior Africanus Linterni, Nafica Pergami, Lętulus in tra Siciliam, seiuunctis habitent sepulchris. soli ex hoc numero Asiaticus atque Africanus minor Romę iaceant, melius quolibet in exilio iacturi, ille carcere multatus, hic morte. sic per saepe ubique melius uiuas, melius moriari quam in patria, nusquam durius iaceas quam domi. Tres Decij, & si duos tantum fama celebret. extra patriam animosissimę ceciderunt cum latinis pugnās pater, cum Herulicis filius, addidit Cicero & cum Pirrho nepos. quid nunc ex ordine occurrentes eximios duces sequar, omnes Romę genitos, sed extinctos alibi, Attilium regulum pro seruanda patria simul atque hosti fide, quod crudelius eod gloriosius morientem uidit Africa, & sequenti bellum Gaium Flaminiū Cortona, Aemilium Paulum Cumę, Claudiū Marcellū Venusia, Tiberiū Gracchum Lucania procumbentem uidit, nulli horum Romę mori contigit, duę spes ingentes imperij Romani in ipso ætatis flore succissę Drusus & Marcellinus, & si ambo in patriam reuersi, ambo tamen procul a patria, ille in Germania obiit, hic Baionę. quid nunc, tu ne Tarquino superbior, tu ne potentior Sylla es, atque ille Cumis exul, hic dominus Puteolis expirauit. quid minores loquar? Augustus Cęsar pater patrię, extra patriam obiit apud Cępanię Nolę, Tyberius dispar morib. imperio par, apud Cępanię Misenu, Vespasianus ac Titus optimi principes, ut patrem & filium decebat una & eadē uilla, quę uis prope, extra urbem tamē obiere. At Traianus in occidēte natus, in oriēte defunctus est, Septimus Seuerus in Africa humilē habuit originē, Romę superbium imperium, Eboraci autē in Britannia sepulturā, Theodosiū in Hispaniis ortū, defunctūque Mediolani, Cōstantinopolis accepit. quę iā prius aliunde æditū sui nominis possidebat auctore. Quid de alijs dicam? Lycurgū Sparta, pfugum, Creta suscepit, eadem Creta Saturnū regē pulsum a filio abeuntē uidit, Italis finibus abditū humatūque audiuit. Africę lumen Hānibalem tegit urna Bithynica, Theseū, Themistocle ac Solonē, tres Atheniensium coronas, sic fortuna disperfit, ut primū Syria, secundū Persis, tertium Cyprus sepeliret, imparia tantis cadaueribus sepulchra. Dies me deficiet singulis immorantem, neque te historijs obruere proposui, sed monere. D. Teneo, sed hos omnes, & quoscumque enumerare alios potes, extra patriam defunctos fateor, sed uolentes nego, dolētesque arbitror. R. Vnde hoc tibi, nisi quod stulti omnes, secundū se alios æstimant, neque quod sibi difficile est, cuique possibile suspicari possunt. & fortasse illi ueteri potius puerbio prebuisi aurē, Bonū est peregre uiuere, mori malū: cū utrumque potius bonū sit, modō benē fiat, lōganimitē atque honestē. Malū utrumque, si male, si flebiliter atque ignauē. Dicam quod mireris, quodque puerbio penitus sit aduersum, si qua lo corū querimonia iusta est, hanc ego facilius uiuenti promiserim, cuius utrumque forsitan inter sit, quę morienti, cui omnis loci cura supuacua est, iā locis omnibus abituro. D. Tāgis animū, adhuc

adhuc tamen, in patria mori malle. R. Voluntas humana, nisi uirtus ac sapientia illam frenet, per se ipsam indomita & effrenis est, quod si altius attendas, totum hoc ad te nihil pertinere fatebere, quādo neque hic amplius esse potes, neque osibus tuis superesse sensus alius, quo discernant ubi durius aut mollius cubent, neque quo tendis aliunde facilius peruenisses aut breuius. Eleganter Anaxagoras peregre moriens, an in patriam referri uellet amicis interrogantibus, nihil necesse est inquit, & adiecit causam. Vndique enim ad inferos tantumdem uia est, quod responsum non minus conuenit ad cælum ascensuris, quam casuros ad inferos. D. Vtinā domi morerer. R. Si illic esses, forsitan alibi esse optares, sic enim habes, & quod uiuens debueras, disce uel moriens, perdifficile est uobis o mortales morem gerere, delicati & queruli, quibus quod habetis omne uilissimum est semper & solum id optimum quo caretis. D. O si domi morerer. R. Multa ibi forsitan uideres, quę mortem tibi efficerent grauiorem, unde ideō te semotum crede, ut reiectis curis omnibus, Deum solum atque animam cogitares.

De moriente in peccatis. Dial. CXXVI. DO.

MORIOR in peccatis. R. Hęc iam nec naturę nec fortunę, sed tua propria culpa est. D. In peccatis morior. R. Primum peccare quis te compulit; deinde quis uentit commissa diluere; postremo quis nunc etiam seram licet poenitentiam impedit; usque ad extremum spiritum liber est animus. R. Peccata mea moriens mecum fero. R. Caue ne id facias, uenenosum mortiferumque uaticum deponere dum uacat, dumque est qui illud tollat ac deleat, ut scriptum est: Projiciatque post tergum suum in profundum maris: & quantum distat ortus ab occidente longē faciat abs te, hanc tu horam ne neglexeris, quę se mel elapsa non redibit. quod licet horis omnibus sit cōmune, ut eant semper nunquam redeant, in una tamen omissum hora, in altera forsitan restaurari datum sit, ac extremę horę negligentia profus irreparabilis est, itaque quod in arcanis animę disputationibus inuentum ferunt, uitę huius errores quasi leues quidam lapsus in plano sunt, unde facile possis assurgere, ac peccatum mortis, graui & ex alto præruptoque simillimum est ruinę, unde facultas nulla est resurgendi. Huic tanto discrimini, cui posthac nunc succurrere ualeas, nunc occurre dum uales, & memento non modō quid uestri dicant, sed quid Cicero, qui de morientibus in diuinatione sua disputans. Tu uel maxime, inquit, laudi stude, eos namque qui secus quam decuit uixerunt, peccatorum suorum maxime poenitet. quid a quoquam queso religiosius, quid utilius dici potest: fiat modō quod dicitur poeniteatque uel sero? Aniceps fateor ac periculosa dilatio, & quę plurimos fallit, qui purgationem animę, quę festina nimis esse non potest, scientes uolentesque procrastinant, & in finem trahunt, quo tempore circumuenti & artati; uiciniaque mortis attoniti, nihil conceptis expediunt. de quo quoniam multa dicuntur a uestris haud impertinens est audire, quid hic quoque Virgilius & ipse externus dicat, quibus uerbis hanc desidiam neglectamque confessionem notet ex illius ore mirabile, ubi apud inferos iudicē illū facit iustitia & æquitate notissimū, quę ut ipse ait:

Castigatque auditque dolos, subigitque fateri,
Quę quis, apud superos furto lætatus inani,
Distulit in seram commissi piacula mortem.

Sed quamuis periculosum adeo sit, nihil tamen desperatione periculosius, nihil peius uestrę salutis hostis inuenit, cetera enim suis cuncta remedijs leniuntur, hoc malorum maximum atque ultimum, abeuntem ubi animam oppresserit, nullus iam remedio locus est. Huic ergo cū semper, tum in fine uehementius oblitendum est, quod & tunc urge-re acrius solet, & nihil iam est reliquū, quo salutis consilia cunctando reijcias. Neque uero te hinc metus arceat, nec te pudor dolorque dilationis impediāt, peius est nunquam, quā ad uesperā expergiscit, & omnino quicquid male differtur, peius omittitur. D. Morior absque ulla spe. R. Male ais, immō uerō spem proiectam recipe, & ad motam pectori, totis animę uulnis amplectere, stringe, conferua. D. Magnum est peccatum meum ualde. R. Nullum tam magnum peccatum hominis esse potest, quin multo maior misericordia

Dei sit. D. Quis poterit tot peccata dimittere? R. Et quis putas, nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabant & quærebant. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? D. Quis tantorum ueniam merebitur peccatorum? R. Nullus fortasse merebitur aut meritis fuit, multis tamē data est gratis, & dabitur, sit modo qui illā fideliter ac reuerenter impleret. Nullam quidem esse remissionem criminum ingentium, persuadere aliqui, ut perhibent Constantino principi uoluerunt, at id falsum esse, non modo apud uestros constat apud quos remissio peccatorum per baptismum, & per poenitentiam nota est, sed apud Paganos etiā fama fuit, falsa licet, quorū morbis ideo inefficax erat medicina, quod eis nondū medicus cœlestis aduenerat, p̄inde nisi mundari à peccato animus, & deleri possit iniquitas, frustra id totiens peccator ille primū maximus, post modū uir sanctissimus precaret. D. Peccati cōscientia spē præcidet. R. Peccati memoria poenitentia ac dolore animo asferre debet, nō utique spē auferre, sed uos omni ex parte fallimini, in peccato feruidi, post peccatum gelidi, peccando quidem exultatis, memorando autem desperatis, multi passim peccant spe uenia, contra uerò multi cum peccauerint, ueniam desperant, & utriusque errant. nam & illis & ab initio spes damnosam pellere, & his in finem salutiferam spem tenere, consilium erat. D. Graue culpis mors præcipitat quid agam? R. Quid nisi quod egisse iam pridem decuit, ut infaustam sarcinam festinanter abijcias, qua leuatus ibis planè non præcipitabere, ibis quē non curuus non titubans, sed erectus certo ac stabili uestigio & spe bona, age ergo, ne differas, ne diffidas, est qui exoratus ab humeris illam tuis transferat, qui grauiora iam transtulit, cui nil graue, nil difficile est. & quamuis p̄ gra dilatio excusatione careat, laude nō caret emendatio, sera licet. Satius est enim sero, quam nunquam respicere. confortare, respira, multos à liminē tartari paucæ p̄ lachrymulæ reuocarunt. stat dexter ad lectulū tuū caput, qui non solum infecto illi se mundare uelle respondit, sed quadriuiduo iam foetenti ut surgeret, imperauit, te quē etiam nunc expectat, ut mundari uelis ac surgere, non minus ipse hodie, quam tunc pius, nec solito minus potens, adhuc quo in statu mori uelis in te est, adhuc sine peccatis mori potes, non quod peccata non fuerint, sed non erunt. Et si enim in præteritis, nullum ius nisi obliuionis habere Deum, Plinius secundus existimat, habet tamen quod ille uir curiosissimus non uidit, ius etiam abolitionis, ita quæ facta licet infecta esse non possint, ex facto tamen oriens peccatum sic deleri potest, ut iam amplius non sit, ita ut sicut scriptum est. Quærat peccatum & non inueniatur. non quod peccati uinculis absolueri poterit sit humanæ, sed quod p̄ hominum uoluntati contrito quæ cordi, diuinum nunquam desit auxilium.

(De moriente sollicito quid de patrimonio ac liberis futurum)

fit. Dial. CXXVII. ME.

Quid de patrimonio sperem, quid de liberis? R. Et patrimoniū dominos inueniet, & liberis sua fors erit. M. Quid de tātis diuitijs fiet? R. Ne dubita, ne hære diuinitas uideant, nunquā tātæ erūt quā aliqd desit, de his tamē illa uiderit, quæ res uestras has quæ tam dilectas opes huc illuc iaculatura cōtorquet. M. Quid faciet filij. R. A tereno patre desertos, in suā cœlestis pater accipiet nō relicturus ut tu, neque orphanos facturus, ille eos nutriet & docebit à iuuentute eorū, modò dociles se præbeant, & usque in senectam & seniū, usque ad mortē & sepulchrū non destituet. Spes nascētis hominis Deus est, nō genitor quāuis diues, quamuis rex ille sit. nō est ædificandū in arena sed in petra, omnis spes de homine breuis & caduca est, filij igitur tua spe delusi, ponēt in Deo spem suā, & cātabūt cum Dauid, Pater meus & mater mea dereliquerūt me, dominus autem assumpsit me. Multorum indolem filiorum, & uirtutum semen mentibus insitum, parentum blanditiæ extinxerunt, sicut ex diuerso molliciem sæpè discussit orbitas ac paupertas. M. Quo deuenient opes. R. Vnde uenerunt reuertentur. hoc est ad fortunæ manus, inde rursus ad alios atque alios abituræ, apud neminem diu mansuræ. Vagæ sunt enim, stare nesciunt. neque sine mysterio. Rotundam nummi formam opinati sunt, sed uolubilitatis iudicium esse dixerunt quidam facete non inficior, sed non minus triangularis, aut quadra uolubilis

uolubilis haberetur, quod attinet ad diuitiarum fluxum, quarum natura est labi assidue ac uolui, odisse unius feras arcuā, crebris ac uarijs possessoribus delectari, siue ut rubiginem motu uitent, siue ut fallant circuitione quā plurimos, siue ut cum dominis suis de instabilitate contendant. Hanc tu igitur moriens, uel uiuenti superuacua curam pone, quin si locuples moreris, agnosce fortunæ fidem raram, & usque ad exitum euita diuitias quæ iam tibi non necessarias alijs linque. At si pauper expeditus proficiscere, seu ingentes, seu exigua, seu nullæ opes tibi fuerint, modicum ad te olim, post hac uerò nihil ad te pertinet, nisi quod inopem uixisse securius, quando laboriosa hæc uitæ uel præsidia, uel tormenta morte quoque sollicitant. M. Quid erit de filijs. R. Erit ubi uiuat tuum nomen, si sint boni si qua ea consolatio mortis est, non, totus interisse uideberis, in illorum uultibus inque actibus te sibi redditum amici credent & gaudebunt, at si mali, est cur cupidè deseras, quos corrigere nequiuisti, & corrigendos ac domandos mundo tradas ac fortunæ, ne uel illos moriens suspites, qui te mori segenius suspirant, & fors ocus mortuum suspirabunt. M. Quid de opibus. R. Times ne à te dimissa non sint dominos reperturæ expectantur, exoptantur, æstimantur, neque tam de contemptu quā de certamine metuendum, proinde iam nunc hæc diuitiæ tuæ esse desinent, cuius autem sint futuræ, quid filios aspicias? sciri autem non potest quidem nec oportet, sat est scire tuas fuisse si fuerunt tuæ, & non potius illius rerum dominæ transeuntium atque mortalium quæ fortuna dicitur, sed sic tuas dico, hoc est tibi ad breue tempus obsecutas, iam uerò tempus est abeundi cedendique alijs, sine illis parumper obsequantur, & uicissitudinem suam seruent, nisi ambitiosè mori (& quod stulti quidam fecere) tua tecum tumulo uis inferri, quandoque sepulchrorum effosforibus profutura. Denique iam terræ metallique curam proijce, cœlum tandē teque ipsum cogita. M. Opes meæ fugiūt à me. R. Putabas ne mansuras cum fugeret uita, cum tu ipse continuè rapereris. M. Quid de opibus meis erit, postquam meæ esse desierint? R. Quid de eis erat, antequam tuæ esse inciperent? M. Opes tantas linque nudus abiens. R. Nudus intrasti, nudus egredere, non est quod quæraris, sed est unde gratias agas. Alieni usus medio tempore tuus fuit, nil tuum tibi præcipitur, sed expleto usu repositur alienum. è uicinia migrantes aduenz ultrò, si quis est pudor, commodata uasa restituant. M. Heu nil tantis ex opibus mecum fero. R. Aufer quantum attulisti, uel si maius, quantum reges auferunt. M. Quid impuberes nati agent? R. Adolescenti si uixerint ac senescunt, & ipsi suas agent uias fortunamque suam, & labores uitæ obibunt, interim sub tutela Dei erunt, & tu forsan sine patre impubes uixisti.

(De moriente anxio, quid uxor eo mortuo sit actura)

Dial. CXXVIII. ME.

Quid dilecta uxor post me faciet? R. Nubet forsitan, quid ad te? M. Quid faciet et chara uxor? R. Tuo iugo absoluta, uel subibit aliud, uel libera ceruice uagabitur, uel iam fessa subsistet, & quietem sola meditabitur. M. Quid agat uxor amantissimæ? R. Quid cum te euaserit actura sit cogitas, cum tibi subiecta quid egerit nescias? magna pars mortalium quid domi suæ fiat nescia, quid in cœlo agatur, quid in terris sit agendum quærit, sanè quid deinceps agat uxor, ipsa eadem uel maritus alter uiderit, ad te amplius cura ista non pertinet. M. Vereor ne post meum obitum nubat coniunx. R. Quædam uiuentibus uiris nubunt, fecit hoc, apud Hebreos Herodias, apud Aphros Sophonisba, apud Romanos Martia & Livia, quamuis has duas uirorum cōsensu ac iussu excuset, tuæ uni uiro licet mortuo nubere non licebit? at qui paucæ uiuis cōiugibus fidem præstant, tu gelido etiam cineri fidem poscis? si fida tibi usque ad diem uitæ ultimū uxor fuerit, quid ni, totum coniugalis fidei munus impleuerit? M. Ne secūdo uxor nubat metuo. R. Ne primo nuberet, magis forsitan metuendū erat, id ad te pertinuit, hoc ad alterū pertinebit, sic est autem, metuenda cōtemnitis, spernenda metuitis, nil in rebus iusto pretio æstimatis. Martialis thori duellum securus intrasti, non cogitans quid periculi adires, id intrare alium times? M. Nolle fateor uxorem alteri nubere. R. Perfectè quidē pudicitia, secundæ nuptiæ quantum licet fateor uitandæ sunt, sed uitanda magis periculosa uitas.

Q 5 duitas

duitas, est ubi nubere non tantum permittitur, sed oportet. Difficile est formosam solam castè uiuere. M. Dulcis alteri contum nubet. R. Raræ sunt earum etiam quas honestas dicunt, quibus non super præsentem contigem, alter iam animo desponsatus sit: Mortalis mihi inquit uir est, quid si hic obeat, num ille mihi aut ille erit aptissimus, quem nobilitas, quem gratia, quæ facundia, quem forma conciliet. M. Vxor mea nubet alteri. R. Tua quidem uxor minime, ne tua enim sit amplius mors faciet, nec mirabere si coniuges separat, quæ corpus atque animæ uincula dissoluit. M. Nubet iterum uxor mea? R. Et Romanorum ducum nupsere iterum uxores, fer communem cum maioribus fortunam. M. Nubet uxor alteri. R. Et Romani duces, & principes uiduas duxere, & sanctissimus rex Dauid uiduas duas in coniugium duxit, quæ minorum fuerant uxores, & fortasse te maior aliquis tuam ducet, hanc tu illi, tum linque sollicitudinem, qui eò pergis, ubi non nubitur. M. Nubet alteri dulcis uxor. R. Si meliori nupsit, gratulare prosperitati eius quam amasti, sin peiori, gaude saltem quod tu illi notior charior quæ futurus sis. Multæ primos uiros nosse, ac diligere secundo demum matrimonio didicerunt.

De moriente sollicito, quid post se patriæ euenturum sit.

Dial. CXXIX. ME.

Quid post me de patria mea erit. R. Bonorum omnium patria una est, & malorum altera, harum cui te ascribi in ciuem feceris uideto, tertia enim patria nulla est, sed diuersorium aut transitus. M. Quid de patria mea erit. R. Patria illa quam petis, uno semper in statu est, ista quam deseris (quod sæpe iam diximus) non patria sed exilium tuum fuit. M. Quid patria post me ager. R. Regia cogitatio esse solet, quid post se regnis atque urbibus euenturum sit, qualem fuisse legis aut magno illi regi Assyriæ, aut Romano illi principum maximo, priuatam fortunam hæc cura supereminet. quando uero ad ultimum sic affectus es, ut illam miseræ officinam, atque illud hospitium doloris ubi rapidum uitæ, tempus multis in laboribus, ne dicam gemitibus exegisti, patriam nunc etiam tuam uoces, & uis scire quid actura sit, dicam faciet nempe quod fecit, & quod faciunt alia. at quid inquires? Tumultuabitur, dissidebit, nouarum rerum sectabitur & partium simultates, mutabit dominos, innouabit leges, utrunque sæpe in peius, in melius raro. calcabit præterea egregios ciues, attollet indignos, pellet immeritos, prædones ærarij coler, blandos diligit: ueridicos oderit, bonos spernet, uenerabitur potentes, libertatis hostes adorabit, defensores Respub. persequetur, flebit ac ridebit inaniter, aurum gemmasque mirabitur, uirtutes abijciet, amplexabitur uoluptates, hi sunt mores urbium. Nemo tibi certus non horum uates fuerit, nisi qui semper rure uixerit, uel obtusis auribus ac oculis urbes intrauerit. M. Quid post me patriæ accidet. R. Quid sollicitus, quid te anxius es, quicquid patriæ acciderit, tua iam domus ab incendijs, à furibus, à ruinis tuta erit. nihil ad te pestilens annus, nihil annus exuberans, nihil æstus, nihil siccitas, nihil imbres, ac grandines niuesque & glacies, & nimium gelu, nihil fera uel uolucres, nihil brucus aut locusta, nihil denique terræ motus ac fremitus procellarum, nihil annonæ caritas, nihil hostium incurfus aut bella ciuilia. M. O quis patriæ status erit, seu quis demum finis. R. Quis putas, nisi qui maximarum urbium fuit, qui omnium erit puluis, cinis, sparsi lapides, nudum nomen, possem id innumeris argumentis ostendere, sed rem tenes. Ad summam, nil ab homine fit æternum, nil humanum præter animam immortale. cepra desinent, fata deficient, structa ruent, quid plus æquo angelis, quid æstuas, si in cælo eris, & hoc ipsum & mortalia cuncta despicias. nam qui ad inferos descendunt, charitate amissa Deum atque homines, dei que opera simul atque hominum odisse credibile est.

Destudio famæ anxio in morte. Dial. CXXX. DO.

Quid de me post fata dicent homines. R. Intepetiuua sollicitudo hoc à iuuentute prouisum esse debuit, qualis ferè uita hominum, talis est fama. D. Quid de me loquentur.

loquentur. R. Quid respondeam, nisi illud doctissimi atque omnium eloquentissimi Ciceronis. Quid de te alij loquantur ipsi uiderint, sed loquentur tamē. sermo autem omnis ille angustijs cingitur his regionum quas uides, nec unquam de ullo perennis fuit, sed obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. D. Quid de me dicent homines, qui post me nascentur. R. Dicerem aliter ista quam Cicero, si melius dici posse crederem, Quid autem, inquit, interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te, cum ab his nullus fuerit, qui ante te sunt nati. Vnum addidit, quod nunc forsitan dubitabile, forsitan fallum, nunc certissimum & absque ulla profus hæsitacione uerissimum est, qui nec pauciores, inquit, & certè meliores fuerunt uiri. Nam quis est, oro iam qui dubitet, nunquam quales fuerint futuros homines, ita in peius inclinata sunt omnia ruinæque proxima, cura ergo mirabilis, ignotorum atque imparium dicta metuere, cum excellentium ac uotorum opinioniones ac uerba contempseris. D. Quæ mihi fama erit extincto. R. Facile melior quam uiuenti cum siluerit liuor, raro enim uitæ hominum superstes inuidia est, ut autem uirtus radix est gloriæ, sic deceptrix inuidia, utque liuidus pollex præfens impedit, sic amotus ueræ laudis restituit incrementum, itaque multis busti limen inuidiæ in accessum, magnæ gloriæ uestibulum fuit. D. Quantum me longa manet fama. R. Longa forsitan, ut uos longum dicitis, uerè autem apud uos nihil est longum, ut uerò non modo longa sint omnia sed æterna, sola uirtus efficere potens est, præcipueque iustitia de qua scriptum est: In memoria æterna erit iustus. quod ut potuit poeta uester expressit, ubi ait:

sed famam extendere facili

Hoc uirtutis opus est.

D. Quali post obitum fama ero. R. Quid refert quale sit, quod mox uel nescies uel contemnes, quid ad te hominum flatus, dum tu flatu cariturus sis. Spirantem uesci delectari que auris non miror: at defunctum stupeo. D. Quid de me post obitum dicetur. R. Et quid putas, nisi quod mereberis bonum, malum, multum, parum, nihil in quibusdam mendax, sed in pluribus uerax fama est: alioquin longa utique non est, diuturnitatis fundamentum ueritas ruinosum atque imbecille mendacium. D. Qualis mihi post exitum fama erit. R. Qualis ante exitum fuit uita, nec minus in exitu, de hoc ergo tempus omne præteritum, sed in primis præfens hora uiderit, sic enim habeto, quali quisque dignus sit fama, post mortem nulla re melius quam morte censerit. quippe cum multos per omnem uitam inglorios, & obscuros sola (dictu mirabile) mors illustrat.

Demoriente sine filijs. Dial. CXXXI. DO.

Sine filijs morior. R. Eo alacrior mori debes atque expeditior proficisci, nil post tergum linquens quod te uellicet. Ille ingens morientium dolor cessat, ex commiseratione oriens, deserendæ prolis immaturæ præsertim, & paterno præsidio indigentis, perque ætatem inopiamque consilij & iniurijs & casibus multis expositæ. D. Nati quos optabam sperabamque superstites præcesserunt. R. Habes ad quos ire cupias, non à quibus doleas abire, non exiguum solamen. D. Mors acerba, filiorum orbis ut moriar cogit. R. Hoc si miserum censes, quid est quod uel orbem mori cogat, uel uixisse cogit. cum unde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tanta sit copia, eò fortassis obloquentiores & tui amantiores habiturus, quam quos tuo de sanguine genuisses, quam illos casu quodam, hos certo iudicio qua siuisti filij illi antequam noti, hi autem noti & dilecti & electi antequam filij. Itaque totum illi hoc naturæ, hi beneficio tuo imputent, quod filij tui sint, unde fit ut sæpe hæc fuerit fausta successio, cui tuto non mediocriter tantum patri monium, sed summum imperium crederetur. Nosti ut Iulius Cæsar prole carens, sibi Augustum, ille Tyberium penè inuitus quidem, ut post Nerua Vlpium Traianum, ille Elium Hadrianum, ut is rursus Antonium pium ille Marcum Aurelium sibi filium fecit, fecissetque ille alium quemcūque feliciter quam Commodum genuisset, nulli Commodum, cunctis incommodum unicum tantum patris infortunium, unumque ex paucis Romani Imperij probrum, ingens atque apertissimum argumentum, quanto adoptio sit felicior genitura, quod cum primi ex ordine diu ac feliciter imperassent, hinc ratorum uestigijs ducti speretis,

iter deuium ingressus, breui & turpi non imperio sed tyrannide, cum Rempub. fœdasset misero quidem, sed se digno sine procubuit, publicum quæ ludibrium in se uertit: iam inde præterea, ante hos longè secundum illud fulmen belli Punici, malleum quæ Carthaginis Africani illius magni filius, in decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, ut quæ urbem auus concusserat, hanc nepos eius euerteret, ut Florus ait historicus, ex Aemilia in Corneliâ familiam translatus, utriusque decus ultimum fateor non minimū. Ex his uides, quod nec tibi nec principi deesse filius potest, quod quæ est optimum, bonis bona non desit electio, quæ si adsit, talem sibi fortasse filium dabit, qualem non dedisset uxor, & uotiuū matrimonij effectum, coniugabilibus expeditis uinculis inuenies, sic naturæ defectui lex prouidit. D. Quomodo nunc domui meæ disponam, orbis morior? R. Magnam uerò pietatis, magnam laudis oblatam, tibi ne respuas materiam, & quod filijs forsitan ingratum ac uel malè cumulaturis, uel quoniam uterque mos est, in usus pessimos uersuris, breuique omnia profusuris conferre decreueras, confer honestius, confer utilius, confer stabilius. Per gami quidem rex Attalus, P. R. nec egentem certè, & Asiaticis profectio diuitijs corrumpendum testamento sibi hæredè fecit, ego tibi alium populū, quem instituas ostendam. Hinc te amicorum, hinc egentium turba circumstant, ex utraque tibi filios adoptare permitteris, quorum alij te digressum dulci secum commemoratione detineant, alij te quo pergis pia precum festinatione præueniantur, ut quæ hic erogaueris, illic centuplicata reperias, scœnus uberrimum certissimum quæ uaticum iter istud acturis. D. Moriēti mihi nullus est filius. R. Quid si multi essent, an ex his tibi, seu custodem domus ac pecuniæ, quæ tua certè amplius non erit eligeres, seu in prælio mortis athletam ipsum quoque mortalem, seu denique comitem ad sepulchrum, ultra enim nec te tui quidem comitentur, nec Metellum sui. Breuis à lectulo mortis ad sepulchrum uia est, quid refert an hic solus iaceas, an ibi Friuolæ prorsus & ineptæ causæ filios optandi: nam si in illis ut uulgò dicitur seruari ac perpetuari tuum nomen optabas, ipse quoque uulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obscuritas, profectio creberrima nec illustrare ipsa, utique nec seruare paternum potest nomen. At perrara filiorum claritas, ut ipsos semper filios claros facit, sic parentes interdum uicinitate sua contegit obscuratque, quasi minora sol sidera, quod nusquam euidentius quàm in Iulij Cæsaris patre cognoscitur, quem penè ignotum filij splendor fecit. Et ad summam, quisquis in filio sui nominis spem reponit, rem pertenuem labilemque in uase fictili locat ac ruinoso, quodque est incōsultius non suo, rem maioris apud uulgus, quàm apud doctos pretij, neutris tamen contemnendam, sed cum honestius, tum certius locandum in suis incorruptilibus uasis, ac solidis in uirtute propria, in rebus gestis in literis. D. Sine natis morior. R. Non sunt in quos tuæ sese spargant curæ, in te ueris omnes, quo instructior liberior quæ digredere, te unum respiciens, te metiens. Sis quæm miser & quæm fœlix moriari, nec incertus morieris, an uel miseris sit addendum uel felicitati detrahendum tuæ, aliena seu turpitudine seu fortuna. & si enim alijs aliter uideatur, quorum ego sententiam sum pronior, ut magnis tamen scimus uisum esse Philosophi, filiorum cuentibus imminuitur paterna fœlicitas. Imbecille bonum, quod in crastinum prominet, & pendet ex altero, quod si opinionem hanc admittimus, quid hinc sit intelligis, dubitare enim nequit quin multi fœlicius obituri fuerint, si sine filijs obijissent.

De moriente, qui metuit insepultus abijci.

Dial. CXXXII. ME.

Insepultus abijciat. R. Alitibus inuides, an feris, an piscibus, nam si metuis tibi baculum seu custodem iuxta te poni iube, quo à cadauere depellantur. M. Ludis in malis meis, nam profectio nihil sentiam. R. Quid igitur times, quod non sentias? nam si sentias probes, sentientem enim sepelire necare est. M. Inhumatus iacebo. R. Tu nisi te tellus presserit illam premes, te nisi terra contexerit, coelum teget. Notum est illud:

Calo tegitur qui non habet urnam.

Illud

Illud quoque notissimum:

Facilis iactura sepulchri.

Facilis inquam sic, ut nulla facilior. M. Inhumatus ero, graue dictu. R. Dictu nescio; re autem profectio leuissimum multoque tolerabilius sepulchro exui, quàm domo quàm lo dice quàm sagulo. M. Inhumatus ero, fœdum uisum. R. Fœdum fortasse alijs, tibi autem nihil minus, omnè quidem sepulturam non nisi uiuorum causa instantiam esse doctorum, omnium auctoritas & res ipsa cōsentiant, idque sic esse sepulchrorum species indicio est, quæ introrsus inculta & horrida, rude incolis suis saxum obijcit, exterius multa impensa & artificum ingenio elaborata marmoreas spectantibus, atque aureas præterdit imagines. M. Insepultus ero, turpe aspectu. R. Parū ne oro negocij tui habes, ni suscipias alienū, prouideant quos res tægit, hanc tu enim turpitudinē nō uidebis. M. Insepultus linquar, miserum. R. Et magnus Pōpeius tantus uir insepultus iacuit, immò nec iacuit, sed iactatus est fluctibus obrutusque, neque adeò te delirum reor ut opinione tua factus ille fœlicior sit sepulchro, sicut nec collega eius Marcus Crassus infœlicior, quod qui eum sepeliri iuberet nemo affuit. In reliquis enim penè pares exitu fuere, nisi quod Crassi caput ut ditissimum avarissimumque omnium decebat, auro grauius fuit seruatum, tamen utrumque ludibrio, nisi fortè tertius horum collega fœlicior, quod altissimi atque pulcherrimi Colossi situs in uertice ostenditur, celsa etiam templa despectans, bello quidè fortunatiorem fateor, busto negem. sic hoc saxum illo pulchrius, fateri oportet non fœlicius, quæ enim ista fœlicitas non sentientis seu saxi, seu saxo abditi. Alioquin si sepulchro fœlix, sit nemo fœlicior Mausolo. M. Inhumatus ero. R. Inhumati essent Paulus Aemilius & Claudius Marcellus tales uiri, nisi hostis illos infestissimus sepelisset, admiratione uirtutis, nisi fallor, & uerecundia uictus non pietate ulla, quæ in illius uiri præcordijs nulla fuerat, ut sepulturam ego illam penè inuisam futuram ipsis arbitrer sepultis, & si eis optio data esset, inhumatos se iacere maluisse. Insepultus quoque Cyrus iacuit Persarum rex, neque id sibi, neque uerè Scythicus infamiz fuit, sed cruenti mores, quibus acerrimam illi in exprobrationem iniuriamque promeruit: quid uerò nunc singula nuda cadauera colligo, & uel Romanos principes uel externos reges, non solum sepulchri ultimo & oprato quidem, sed inani honore spoliatos, quin etiam laceratos disceptosque & membratim sparfos, ut inuidiosum diceret integro cadauere iacuisse, cum obseruentur animis inhumatarum strages gentium, atque ut ita dixerim, insepultus orbis, nempe cum ipso quem dicebam Cyro, ducenta Persarum millia, & cum Crasso sexdecim florentissimæ legiones, & ad Cannas Romanorum ciuium ac sociorum octoginta quinque, & eo amplius milia, quinquaginta sex millia Peranorum, Hispanorum, Ligurum, & Gallorum ad Metaurum amnem, ipso cum duce hostium & ad aquas Sextias, id est loco nomen, ducenta Theuronum haud procul ab alpihus, utrobique duce Mario, ceterum quinquaginta, ut quidem sunt auctores, & qui minus dicunt sexaginta non amplius Cimbrorum millia insepulta iacuerunt. Apud Philippos uerò regum gentiumque omnium auxilia, & Italici sanguinis flos uigorque sic placitum superis, hoc sepulchro carentes, campos Hemonios feralique & uultures impinguarunt. Quid ad Aegæates insulas deleta Carthagenensium classis? quid Malsilentium antè portus sui hostia, inque ipso fidelis patriæ profectus? quid (ne semper Italos labores loquar) classis Atheniensium, antè urbem Syracusiam demersa, quale habuit sepulchrum? sileo Salaminam & Marathonem trecentaque millia illic fusa Persarum, & si alij duplo amplius dicant. Transeo Hebræorum conflictationes, Scytharumque & Amazonidum Arabumque & Parthorum prælia, & Medorum. Prætereo Alexandri Macedonis in oriente uictorias stragesque illas inermium populorum, pestes taceo, tales sæpè, ut cadauer charum licet abstraxisse, parumper pietas fuerit: incursum quoque serpentum atque immanium belluarum, quarum impetu Dicearchus docet, ut ait Cicero, quædam hominum genera esse consumpta. Tempestates præterea & quotidiana naufragia, nam qui flammis pereunt, non egentes busti dixeris, omitto furores domesticos inrestinamque misericordiam, de qua dictum est, Belli ciuile sepulturam uix ducibus præstare potest, quod de externo uerius etiam est bello. Nec ruinas urbium sequor, Troiæ, Hierosolymæ, Carthaginis, Corinthi, Numantini

mantia ac Sagunti, aliarumq; multarum, ubi magna pars ciuium muris oppressa, labentibus & sic patriae consepulta est. Mitto deniq; terramotus, quibus multi saepe mortales, obruti, pro sepulchro totum terrae matris uterum habuerunt, quod cum olim nuperq; crebrum malum fuerit, diuersis in locis, nusquam tamen quam in Asia insignius, ubi duodecim urbes uno die horribilis terrae hiatibus hausta memorantur, hae tam multa dixerim, ut ridiculum tibi metum eripiam, qui morte magis, damnum meto is sepulchri, atq; illud huic uni corpusculo deesse fers grauius, quod tam multis hominum & bellatorum, & quod fuit indignius, sanctorum insuper millibus defuisse compertum est. M. Defuncto mihi terra negabitur praedurum. R. Non id durum, sed tu mollis, qui nec sentiens laedi queas. M. Mortuo mihi terra negabitur indignum. R. Quid ita, illa ne tibi igitur, an tu illis debittus? atqui terra tibi fortasse negabitur, non tu terrae, poterit bustum tibi casus aliquis, uel iniuria hostilis eripere. Tu e terra ueniens in terram redeas oportet, id tibi dominum ore praedictum, falsum esse non potest. M. Non me gremio tellus teget. R. Attuliam teges nudo corpore, quid ad te, plus hoc post mortem pertinebit, quam nunc pertinet, ubi olim unguium aut crinum excrementa, ubi febris erutum sanguinem, ubi denique puerilis tunicae, seu fasciae infantilis fragmenta dimiseris? An oblitus es Theodori Cyrenae, apud Tullium elegans responsum, cui cum Lysimachus rex mortem crucis, ut augurum minaretur, istis, quae so, inquit, ista horribilia minitare, purpuratis tuis, Theodori quidem nihil interest, humi ne an sublimi putrescat. te nisi tellus sinu excipiat ac superficie sustinebit, hinc te gramina uestient, hinc ornabunt flores laeti hospite, hinc te imbres madefacient, hinc sol uret, hinc glacies stringet, hinc mouebunt aurae, & fortasse naturalius fuerit, ut compactum ex quatuor elementis corpus in totidem resoluatur. M. Inhumatus linquor horridum auditu. R. In opinione horror non in re, quando quidem apud alios horridum terra regi, pulchrum igne consumi, quod maioribus uestris usum scimus, apud alios pulchrum a feris aut canibus lanari: innumeri de hac re sunt gentium ritus, quos curiosius a Crispo collectos strinxit Cicero. Tu nuda iacebis humo, aut illum premit lapis horridus, illum putres glebae obruet, illum mersum uoluent undae, illi uenti pendulum agitabunt, grando fieret, lacerabunt corui, demum preciosissimè conditos ac uelatos purpura, uermes rodent, quidnam uero habet amplius qui marmore tegitur, atq; auro, quam qui flens apud Poeta ait:

Nunc me fluctus habet, uersansq; in litore uentis

Et si ille erroris publici morem sequens, injici sibi terram oret, nisi forte nunc etiam fabulis acquiescis anilibus, centum annos errare animas insepulorum hominum circa tartarei amnis ripam, quas sana utique ac religiosa mens respuit. M. Bustum mihi patrium eripitur. R. Patrius cespes si relinquatur bene est, habens quod tibi Phocion uir magnus inuideat, quem ciuem de se aliter meritum, ingrata Athenarum urbs, defunctum quoque suis sinibus expulit, inaudita crudelitas. M. Insepultus abijciar. R. Age res tuas, curam hanc relinque uiuentibus.

FRANCISCI

FRANCISCVS PETRAR-
CHA PHILIPPO HIEROSOLY-
marum Patriarchae, S.



Iti tandem tibi Pater expetitum saepe promissumq; sed uides, dilatatum multis annis opusculum, cum nempè olim solitarius, & tu ruri in silentio oclusus & tranquillus agerem propè felicem uitam si diuturnior fuisset, neque autem incomitata solitudo esset, aut iners ocium, quotidie noui aliquid meditarer aut scriberem, contigit ut duo mihi libelli, totidem continuos per annos, in diebus quadragesimae, & sacro tēpori, & loco illo tuo & statui meo ex parte conuenientes occurrerēt, de Solitaria alter uita, alter de Ocio religioso, primum tibi inscripti, illorum tunc locorum Praefuli, quod eisdem ortus in sinibus, unde origo tibi esset ac dignitas, nulli alteri tam debitus uideretur, neq; ex illo unquam fuit hora, qua, non dicam me luditij poeniteret, sed uel tenuis haesitatio, ut sit, noua cuiuspiam deliberationis ambiguitate suspenderet. Cur igitur antè non miserim quod & tuum erat, & alterius esse nec poterat, nec debebat, si me rogas, dicam. non una quidem differendi, sed plures fuerunt causa, occupatio mea ingens ac perpetua, item tarditas quaedam expediendarum rerum animo insita, utraq; tibi causa notissima, qua nisi uicisset interdum amicorum feruor, quibus animo aliquid negandi, nec mens fateor, nec frons mihi, nec lingua est, & ardentibus pretium instantijs algētis animi glaciem resoluisset, multa hodie à scholasticis quae leguntur mea, sparsim atq; discerptim, melius latuissent. quamuis ego illa ut sunt, non mea quidem, etsi domi meae nata profitear, ut qui ea postmodum partim aliam in facie relecta simul & collecta redegerim, partim uero profusus abdicauerim, & pro exercitio pruriētis ingenij, dudum mihi iuueniliter elapsa proiecerim, de quibus Lector uiderit, sensi enim illa nonnullis gratiora, quam quae maturius digessissem, mulierum more praegnantium, quae acerbitatibus delectantur, quorum gustui non oblector, de me autem testor, Nihil quidem, cui non ex proposito subscripserim seu praescripserim meum uoco, neq; enim quod quisq; loquitur atate qualibet aut causa, quando assidue res rem, sermo sermonem, affectus affectum trudit, mox in fidem promiscue trahi debet, alioquin nemo ferme mortalium erit, qui non milies dixerit quid retractatum, quid sic non dictum uelit.

Accessit ad causas, mora scriptorum, perfida semper inertia inersq; perfidia, qua quantum delusus sum tuo metieris augurio: Ego enim memoria non amplector, sed omisis ueteribus querelis, hoc ipsum decies uel edo amplius ceptum opus, breue licet, fidus tandem uix explicuit sacerdos quidam, illa non tam anxie exulta, quam nostrae atq; omni aetati nisi fallor idonea. Adolescentia enim cunctis suis in actibus improvida, & insulsa miratrix inanium, cōtemprix utilium, perexiguus atque compressis, uisumq; frustrantibus literulis gloriari solita est, acerruas omnia, & coartans, atque hinc spatio, hinc iterarum super literas, uelut equitatum aggestione confundens, quae scriptor ipse breui post tempore rediens, uix legat, emptor uero non tam librum quam libro caecitatem emat. Hoc tu igitur qualecunque est, non modo patienter ut te noui, sed cupidè etiam accipies ac late, dilationemq; ipsam iam decennem, boni consules, quae tibi uoluptatem eximiam, quam ex literis primam sumis, in hunc diem tanto lapsu temporis, indecerptam atq; integram praeseruarit. Vilescunt properata, sed dilata dulcescunt, spes, amor, expectatio, difficultas, condimenta sunt uoluptatum. Nil facile pretiosum, & quae in pretio habentur, si quaesita facilia esse incipiant, praeium amiserunt. Iocor tecum Pater optime, quodq; inuitus & coactus feci, atq; unde petenda est uenia, uertere nitor in gratiam, & tibi imputo, quo te offendi forsitan uel certè alium offendissem. orandum potius ut ignoscas, neq; reminimam tam diu expectatam aegre feras. impedimentorum memor, quae passim consilijs atq; conatibus hominum intercurrunt, unum hoc sub fine dixerim quo excuser, non tam tibi qui facti causam planè uides, quam mirantibus, si qui erunt, in primordio tibi destinati operis, non praefens Patriarchae nomen, sed Episcopi: neq; hanc tuam nouam, sed antiquam illam appositam di-

tam dignitatem. Et si enim hac illustrior atque altior sis, illa tamen rebus accommodatior, atque aptior uisa est, quarum libro illo memoriam feci, quæ in rure tunc tuo me distasse, prima eius in parte præfatus sum, in parte ultima, ut uicini ruris ad solitudinem ac silentium te inuitans, ubi multa sunt propria illius tantum status ac temporis, usque adeo, ut si ad hunc tuum statum ac titulum transferantur, aut mutanda sibi portio, aut delenda aut certe si maneat in ijs saltem illorum mentio sit habenda & uel demenda operi, que de te, tuisque de locis scripserim, uel addendum, quid tunc fueris dum ea scriberem, quæ postea uariassent, ne qua rebus insit obscuritas, quo minus intelligar. Hierosolymitano etenim Patriarchæ quæuis solitario, quid cum uera in sede quam tenebas me scribente, quid tunc cum illo quid tunc incolebatur rure negocij esse potest; quid Clausa cum ualle, & non cum ualle Iosaphat? quid demum commune cum Sorgia & non potius cum Iordane? Possent hæc nomina ignarum rei lectorem in stuporem agere, cui cum in uestibulo operis Cauallicensis Episcopus Phœnicis literis inscriptus occurrerit. cum. Et conueniunt, nilque erant ambigui aut perplexi, quem si post id tempus ascendisse cognouerit, tarditatem mirabitur, non ascensum. denique pristinum illud nomen abradere parui Episcopi, sed ingentis uiri non sustinuit manus, quod insigni totiens honestauit Epigrammate, quid ad huc mihi prædulciter sonat, sub quo & multa diuersis à me scripta temporibus, nominatim liber ille, & ego tibi familiaris effectus, multos tecum in tua illa parua quidem sed honesta ciuitate, inque illo tuo rure inopi, sed quieto, lætos ac placidos dies egi, sub quo nomine multa ad te familiariter scripsi, quæ mutari iam non poterant. Stet igitur nomen Episcopi, ne si mutatum fuerit, citò etiam sit mutandum Patriarchæ nomen. ascendisses enim pridem altius, nisi ætati nostræ dissimiles, tui tibi mores obstitissent, at deinceps sub hoc optimo extimatore meritorum, nisi spes animi fallit eueniet, ut nec liuor alienus, nec tua tibi obstat humilitas, & necesse erit, ut ascendas, non pro tui quidem desiderij feruore, quo præter Deum ac uirtutem nihil appetis, sed pro ecclesiæ decore, proque tuo honorifico labore ac multorum requie. Viue felix & uale. Venetijs VII. Idus Iunias.

FRANCISCI PATRIARCHÆ V. C. in Libros de VITA SOLITARIA,

Præfatio.



AVCOS homines noui, quibus opusculorum meorum tanta dignatio, tantusque sit amor, quantum tibi fidentissimè, non uideatur esse, sed est, dixerim: nam neque de sincero & nixto candore tui pectoris, fictum fucatumque aliquid suspicor, neque fictionem si qua esset, tam diu regi potuisse arbitror. Vt enim immortalis est ueritas, sic fictio & mendacium non durat, simulata illièd patefcunt, & magno studio compta cæsaries, uento turbatur exiguo, & operose licet impressus fucus, leui sudore diluitur, & argutum quoque mendacium uerò cedit, coramque pressius inuente diaphonum est, opertum omne detegitur, abeunt umbræ, natiuusque rebus color manet, & latere diutius magnus est labor. nemo sub aquis diu uiuit, erumpat oportet, & frontem quam celabat aperiat. His argumentis inducor, ut credam, quod ualde cupio (sumus autem faciles ad credendum quod delectat) posse tibi res meas Pater optime placere, quæ ut paucis placeant elaboro, quando ut uides, sæpè res nouas tracto, durasque & rigidas peregrinasque sententias, & ab omnia moderantibus uulgi sensibus atque auribus abhorrentes: si indoctis ergo non placeo, nihil est quod querar, habeo quod oprauit, bonam de ingenio meo spem. si uerò doctis quoque non probor, est fateor quod doleam, non quod mirer. nam quis ego, aut quid est, unde mihi in tanta præsertim uarietate iudiciorum interblandiar aut arrogem, quid nec Marco Tullio præclara illa cælestique faciundia contigisse scio: cuius liber de Optimo genere dicendi Deus bonè, quale quæ ex alto sumptum opus, quid idem in epistolis indignanter attigit, Marco Bruto, ad quem & cuius precibus scripus erat, erudito uiro licet & amico scribente non probatur, ut grauiora præterea, quæ ab illustribus quidem longè


tamen imparibus oratoribus, tantus ille uir patitur, Asinio utroque & Caluo, qui eloquentiæ principi, libertate nimia insulant, & quæ ceteri mortalium mirantur ueneranturque, condemnant. quis recuset igitur styli cimen, sibi commu- ne cum Tullio? Quænam mihi quidem apud te nullus talis est metus, ut sanè prober ego seu placeam tibi, non me- riti mei est, sed uel ingeniorum similitudo forte aliqua, uel quod potius credo, & propius uero est, facit hoc singularis quidam & eximius amor tuus, non paruus hostis, recti iudicij. quis enim ualde amans nitè iudicat? si cernere rectum et discernere possit amor, cæcum cur fluxissem antiquitas: non ut cæcus, sic & mutus, sed peruaforum optimus, ostendit alijs quod non uidet, sæpè quod non est. Magna patris indulgentia nil sibi non permittit, parit filij defectibus, sæpè etiam delectatur utcumque est. Siquidem in hoc erras, gaudeo, neque hunc errorem excidere tibi unquam posse uelim, gloriosum mihi, tibi delectabile, damnosum nulli: si forsasè non erras, quod opto, quidem potius quam spero, quid ni magis magisque gaudeam ac gratuler, & ipse mihi tali sum charior probatorque iudicio? In dubijs nonne iniquus ocij mei distributor fuerim, nisi rationem habeam illius, quem primum styli atque ingenij miratorem habeo? Profectò autem magnus testis Caro ille senior, Non minus ocij quam negotij rationem, claris atque magnis ingenijs habenda esse: in primordio suarum scripsit Originum, quod dictum cum multis placuisse uideam, tamen præcipue Cicero noster amplectitur, magnificumque sibi semper ac præclarum uisum esse, in ea qua Plantium defendit oratione testatur. id mihi quoque, si uel pro ingenij mediocritate, uel pro non mediocri gloriæ cupiditate, si tamen hanc non- dum freno animi ac ratione perdomui, prouidendum est, quod primum præstare nitar, nisi ut sciat ego à negotijs, sic ab ocio, modò proest absit inertia. & siquid forte mansurum scripsero, his potissimum inscribam, quorum gloriæ quadam uelut participatione, clarescere tenebrisque resistere ualeam, quas mihi temporum fusca profunditas, & nomi- num consumptrix illustriam obliuiosa posteritas intentant. Quod uersanti animo, sæpè equidem tuum nomen oc- currit, & usque adeo fulgidum in se, atque ita de me meritum, ut seu præclara seu mihi chara complectar, præteriti sine graui quadam non possit iniuria, accedit quod ex more institutoque meo ueteri, nunc in rure tuo positus, ut fru- gum ceteri, sic ego tibi decimas ocij debere uideo, primitiasque uigilantiæ: itaque quot annis plus minusue pro inge- nij ubertate uel sterilitate annua persoluege aliquid est animus, quo uelut unus è colonis tuis, his saltem fructibus, quos agellus meus fert, agnoscere intelligar bonam fidem. Et si probè norim, nil silentio rucius, his quibus obtre- stantium linguas euadere cura est, quod ipse mecum reputans. sæpè animum fateor, sæpè calamum freno, sæpè multa pauca moneo, neu me prodant obscuro, ne sic ulterò non styli tantum, sed quod pergrauè est, morum quoque nostro- rum chyrographum contra nos promant, forte, etiam ad absentes ac posteros peruenturum. qualis enim sermo fue- rit, talis uita censebitur, quando rerum sublatis iudicij, sola uerborum supererunt argumenta. Quid multa? perua- sissimè forsitan, ut & sibi & mihi & famæ nostræ parcerent, nisi quia ut aiunt, iam neque res integra, neque silentio li- berum est latere. iam noscitur, legimur, iudicamur, iamque hominum uoces euadendi celandique ingenium nulla spes, & seu prodeuntibus in publicum, seu domi sedentibus, apparendum est. Quid uerò tunc prius ex me speres, quam quod & in ore & in corde semper habui, & ipse qui modo sub oculis est locus hortatur, Solitaria scilicet ocio- sedque uita præconium, quam cum sæpè olim solus, tum præcipue nuper mecum breui quidem, nec nisi diutum quæ- dam cims spatio degustasti mecum, inquam, quamuis enim ego assidue tecum essem, tu tamen huc, non nisi mei causa te uenisse, neque nisi propter me manere, sæpè tam rebus ipsis, quam sermone professus, ostendisti qui mecum tuus est mos, quanta sit in exequandis imparibus uis amoris, quam obrem persuadere tibi perfacile fuerit, quod tacito me, nos- scis expertus. idem si probare uelimo, frustra nitar, nec uulgo tantum inscio, sed multis quoque, qui sibi literatis- simi uidentur, forsasè etiam nec falluntur. sed copia literarum non semper modestum pectus inhabitat, & sæpè inter linguam & animum, inter doctrinam & uitam concertatio magna est, de his autem loquor, qui literis impediti & one- rati potius quam ornati, rem pulcherrimam scire, turpissimas moribus miscuerunt, tanta animi uanitate, ut scholas nunquam uidisse multò melius fuerit: qui hoc unum ibi didicerunt. superbia & literarum fiducia uaniores esse cun- dis hominibus, qui quieturum libenter Aristotelem, uentilantes per compita, cunctatim uulgo mirante, prætereunt, quique uicis atque porticibus effusi, numerant turres equosque & quadrigas, qui plateas & mœnia metiuntur, fœmineoque inhiantes ornatui, quo nihil est fugacius, nihil inanius, obitupescunt: neque solum in uiuis, sed & marmoreis hærent imaginibus, & ceu collocturi subsistunt. attoniti occurribus statuarum, quæque nouissima pars insanie est, turbis & strepitu delectantur. hi sunt, qui quasi tritam uenalemque supellestem tota urbe circumferunt, stultitiam literatam: hi sunt solitudinis inimici, sed & propriæ domus hostes, quos primo mane digressos, ad inuisum limen uespera tix tandem reuehit. hi sunt quibus in prouerbum uenit: Bella res est gentes uidere, cum hominibus conuersari. melius equidem uidere rupes ac nemora, uersari cum uris ac tygribus, neque enim uile tantummodò sedumque, sed quod in- uitus dico, quodque utinam non tam latè notum experientia fecisset, assidueque facere permissum quoque. uarium & infidum & anceps & ferox & crementum animal est homo, nisi quod rarum Dei munus est, humanitatem induere fe- ritatemque deponere. denique nisi de homine uir esse didicerit. quod si hospites interroges, cur tam cupide cum alijs semper sint, si uerum loqui uolent, nil aliud respondebunt, nisi quia secum esse non possunt: de quo suo loco plura forsasè dicturus sim, hoc unum modò dixerim. Alte radicatos errores non facile uerbis extirpari, & ne quicquam sua- deri aliquid, quibus persuaderi nunquam possit, neque enim perdere uerba leue esse, silentij auidis. Itaque desinant opinionibus ueris obstrepere, nam neque me talibus loqui, neque magnificere, quoniam ista supercilio lecturi sint, quæ utriusque non sibi, sed longè alijs ingenijs scripta sunt, & hæc quidem illis. Tibi uerò Pater amabilis, ut dixi, peruafo- re sollicito non est opus, cui persuadere contrarium posset nemo, cuique iam pridem conuulsis erroribus, sententia ueniores, medullis ac præcordijs inhæserunt, & tamen ut rem certam loquendo, non certior tibi, sed clariorem fa- ciam, amatores CHRISTVM inuocans, ac paucorum dum id explicem dierum inducias petens, ab alijs maio- ribus & antiquioribus curis meis, quæ me obsident atque circumsonant, conceptum opus aggrediar. tu cum tuis Pa- ter, ut sedus in eas, quæ, & maximis interim rebus abstractum, mihi animum accommodes: non semper exquisitissi- ma delectant, sed interdum ut diuitibus ciborum, sic sapientibus studiorum uicissitudo gratissima est. adest igitur, audies quid mihi de toto hoc solitario uita genere cogitanti uideri soleat, pauca quidem ex multis, sed in quibus, paruo uelut in speculo, to- tum animi mei habitum, totam frontem serena tranquillaque mentis aspicias.

FRANCISCI PE-
TRARCHÆ V. C. DE VITA
solitaria, Liber I.

AD VIRVM SVMMÆ RE-
VERENTIÆ DIGNVM PHILIPPVM
PATHAM EO TEMPORE CAVALLICENSEM
EPISCOPVM MOX PATRIARCHAM HIEROSOLY-
mitanum, deinde S. R. E. TIT. S. Sabinæ Car-
dinalem atq; Legatum, literis ornatum ac
literatorum patronum.

SECTIO I.

Quid necessarium sit illis, qui quietem habere
cupiunt. Cap. I.



Redo ego generosum animum, præter Deum (ubi finis est
noster) præter seipsum, & arcanas curas suas, aut præter ali-
quem multa similitudine sibi coniunctum animū, nusquam
acquiescere (& si enim voluptas tenacissimo visco illita, &
blandis ac dulcibus plena sit laqueis, fortes tamen circa ter-
ram alas detinere diutius non potest, atqui siue Deum, siue
nos ipsos, & honesta studia, quibus utrunq; cōsequimur, siue
contorem nobis quærimus animum, à turbis hominum ur-
biumq; turbibus quam longissime recedendum est, id sic
esse ut dico, illi ipsi etiam forte non negent, qui concursū po-

puli mulcentur, ac murmure, si modo ita obruti, deprelsique fallis opinionibus non sunt,
quā interdum ad seiplos redeant, seq; ad excelsam veri semitam, uel reptando conuertāt,
quod utinam non tam multis accideret, & ut agri multarumq; rerum uiliū, sic saltem ex-
colendi animi mortalibus cura foret. Tur enim pinguis ager sentibus (sic humanus animus
abundat erroribus, quibus nisi diligenter euulsi erunt, nisi interque iugi studio ac labore
purgabitur, utriusque similiter in ipso flore fructus extinguitur, sed nos canimus iurdis.)
De his ergo alij ut libet, quamquam facile contenturos uero eruditorum animos atq; ora-
confidam, quod si omnes negent, tu mihi saltem non negabis (nempe qui negantem pri-
mus argueres, sic eueniet, ut & tu in uerbis meis sententiam agnoscas, & ego supremam
metam cuiuslibet eloquentis attigisse uidear, auditoris animum mouisse quo uolui, idque
nullo negotio tunc enim suadenti magnus est labor, quando in suam sententiam trahere
nititur animum reluctantem: contra quid difficile habet oratio in illius aures
uentura, qui quod audit secum conferens, non exempli imaginem,
non auctoritatis pondus, non rationis aculeum, ut cre-
dat, nihil denique nisi sui ipsius testimonium
quærit, & tacitus dicit ita est.

De vita solitar. vi. seneca
pag. 346. De tra quib
tate animi.

at uobis hominū &
multitudine urbium
recedendū est

Sicut pinguis ager
abundat spinis. Sic
humanus animus
abundat erroribus

De qui.

De quibusdam qui de uitæ solitariæ laudibus scripserunt, & quem
auctor in hoc opere uelit imitari. Cap. II.

SCio quidem sanctos quosdam uiros, multa hinc scripsisse, nominatim uero magnus ille
Basilius, librum paruum de Solitariæ uitæ laudibus inscripsit, de quo præter titulū nihil
teneo, & quod illum in quibusdam uetustissimis codicibus, sic interdum Petri Damiani
opusculis insertum uidi, ut dubium me fecerit, an Basilij esset an Petri: in hoc autem tracta-
tu, magna ex parte solius experientiæ ducatu habui, nec alium ducem quærens, nec oblatū
admissurus: liberiore quidem gressu, quamquā fortassis incautus, sequor animū meū quā
aliena uestigia, plura ergo audies ab his quæ plura sunt experti, uel ab expertis acceperūt,
A me nūc audies quod occurrit ex tēpore, neq; enim magno studio incubui, neq; id necesse
ratus sum, aut aliās haud defuturam ueritas materiam, de re uberrima scribenti: quod ad super-
ficiē saltē eius attinet, sæpē mihi hæcenus agitata, multimodē familiariter quæ notissima. Nō
excusi libros igitur, neq; magno perē stilū compli, sciens me illū alloqui, cui uel implexus
placeo, sed sententijs ueris atq; cōmunibus, & sermone domestico cōtētus, partim ē medio
uitæ huius, partim ex alterius recētī memoria, quæ legis elicui, quorū te ante alios testē uoco,
nō dissimulans inter multa, quibus ualdē me uolentem cogis ut te diligā, illud esse non ulti-
mū quod amore solitudinis, & huic coniuncto libertatis studio, uicinam tibi nunc & propē cō-
tiguam Romanam quam uocant curiam fugis, ubi non mediocrem fortē hodie fortiteris
gradum, si quantum solitudo tibi semper angelica, tantū tumultus ille tartareus placuisset.

De modo tractandi materiam huius operis, ac distantia inter
uitam solitariam, & uitam in frequentia hominum
occupatam. Cap. III.

VIllus aut sum mihi facillimē foelicitatē solitudinis ostensurus, si simul frequentia dolo-
res miseriasq; moltrauero, pcurrens actus hominū, quos uel hæc uita pacificos atq;
tranquillos, uel illa turbidos atq; sollicitos & anhelantes habet, unū enim est his omnibus
fundamentū, hanc uitā læto ocio, illam tristi negotio incubere, quod si quando fortē cōuul-
sus casus aliquis, aut naturæ fortunæq; uis ostenderit, quamuis id perrari, & uelut inter por-
tenta numerandū sit, tamē si accidat mutare sententiā, nō pudebit & iucundā ociosamq; fre-
quentiam, solitudinē moelæ ac sollicitæ præferre non metuum, neque enim solitudinis so-
lum nomen, sed quæ in solitudine bona sunt laudo. Nec me tam uacui recessus & silentiū
delectant, quàm quæ in his habitant ocium & libertas: neq; adeo inhumanus sum, ut ho-
mines oderim, quos edicto cœlesti diligere iubeor, ut me ipsum, sed peccata hominū, & in-
primis mea, atque in populis habitates curas & sollicitudines moelitas odi, de quibus omni-
bus (ni fallor) significantius agetur, si non quicquid ad hanc aut ad illā partē dici posse uide-
bitur seorsum explicuero, sed utrunq; miscuero, nunc hoc, nunc illud attingens, ut uicil-
sim huc illuc flectatur animus, & alterno uelut oculorum flexu, ad læuam dextramque re-
spiciens, facillē iudicet quid inter res diuersissimas iuxta se politas intersit. Consulto aut
amariora præmili, quo dulciora subnecterem, & suauior guttus extremus ubinam desi-
nendum esset, ipsum animum admoneret.

SECTIO II.

De miseria occupati, ac foelicitate solitarij, in somno &
surrectione eorum. Cap. I.

SEd quid opus est multis? Agamus ipsam rem, & quod promittimus psoluamus, duos ho-
mines cōtrarijs moribus, quos tibi describam, ante tuæ mētis oculos pone, & quid in il-
lis uides: in cunctis existima. OCCUPATVS. Surgit occupatus infœlix habitator ur-
bi nocte media, somno uel suis curis uel clientū uocibus interrupto, sæpē etiā lucis me-
tu, sæpē nocturnis uisus exterritas, mox lincoelici scāno corpus applicat, animū medacnis,
R 2 in illis

Basilij scripsit
librum de vita solitaria
experientia optima
magistra

Basilij
ad Damianum

Deus

nā vniū gīm cogit
cit p Reliquum

ocium lætū & libertas
laudat in solitudine
potig q ipsa solitudi

oposita iuxta se pos
ta magis elucescunt

Occupatus.

Solitarium vel
quietus.

in illis est totus seu ille mercibus pretium facere, seu socium seu pupillum fallere, seu vicini contumacem pudicitia armatam expugnare blanditijs, seu litigio iustitiae uelum fando praetendere, seu denique publici priuatiq; aliquid corrumpere meditatur, nunc ira praecipit, nunc ardens desiderio, nunc desperatione gelatus, ita pessimus artifex, ante lucem diurni telam negotij orditur, qua se atq; alios inuoluat. SOLITARIUS. Surgit solitarius atq; ociosus, foelix, modica quiete recreatus, somnoq; breui, no tracto sed expleto, & interdum pernoctantis Philomenae cantibus expectatus, thorace uix dum leniter excussus, pulsisq; corporibus quietis horis psallere incipiens, ianitorum laborum suorum, ut egressuris inde matutinis laudibus aperiat deuotus exposcit, & cordis sui dominum in adiutorium suum uocat, nihil quae iam uiribus suis fidens & imminentium conscius, metuensq; discriminum, ut festinet obsecrat, nullis texedis fraudibus intentus, sed Dei gloriam & sanctorum laudes non indies tantum, sed in horas, & indefesso linguae famulatu, & pio mentis obsequio reperens, nequando forsitan ingrato animo diuinorum munerum memoria euanescat, & saepe interea (mirum dictum) securi timoris ac trepidae spei plenus, memorq; praeteriti, ac futuri prouidens, laeto dolore & foelicibus lachrymis abundat, quem statum nulla uoluptas occupatorum, nullae unquam urbanae deliciae, nulli regnorum fastus aequauerint, inde suspiciens caelum ac stellas, & illic habitantem dominum deum suum tota mente suspirans, et patriam cogitans, de exilij sui loco, protinus ad honestae cuiuspiam iucundaeq; lectionis studium conuertitur, atq; ita cibis pastus amoenissimis, multa cum pace animi uenturae lucis initium praestolat.

De misero occupato, & foelice solitario cum diei iam
lux aduenit. Cap. II.

OC. Diuersis uotis expectata lux adest, ille uel hostibus uel amicis limen obsessum habet, salatur, poscitur, attrahitur, truditur, arguitur, laceratur. SOLIT. Huic uacuum limen, & libertas in limine manendi scilicet eundiq; quocumque fert animus. O. Vadit ille moestus in forum plenus querelarum, plenusque negotiorum, & immitis diei primordium alitibus auspicatur. S. Vadit iste alacer in uicinam syluam, plenus oculi, plenusque silentij, & cum gaudio faustum limen serenae lucis ingreditur. O. Ille ut ad potentium superba palatia, siue ad formidata iudicum sublellia uentum est, ueris falsa permiscens, aut iustitiam premit insonantis, aut nocentis rei pascit audaciam, aut prorsus aliquid uel in proprium dedecus, uel in alienam perniciem molitur, mordente animi conscientia, saepe metu etiam uerba rumpente, & saepe uera pro mendacijs, uerba pro uerbis referens, plenusque ruboris ac palloris, sequae uicissim increpitans, quod non potius deserti famem, quam deserti famam concupierit, & arator quam orator esse maluerit. Raptim infecto negotio domum redit, & turpibus latebris, non magis hostium quam clientum suorum se furatur aspectibus. S. Iste ubi primam florem sedile, salubremq; nactus collem constitit, iurare iamq; solis exorto, in diurnas Dei laudes, pio laetus ore prorumpens, eoque suauius si deuotis forte suspirijs lenemur, prona gurgitis aut dulces auium concinant querelae, innocentiam imprimis, linguae frenum litis nescium, uisus tegmen uanitatibus obiectum, puritatem cordis, uecordiae absentiam, & domitricem carnis abstinentiam deprecatur, nec multo post, tertius in laudibus, tertiam in trinitate personam ueneratur, & sancti spiritus poscit aduentum, linguam quoque & mentem confessione personarum salutarum, & charitatem coelico igne flammantem ac proximos accensuram, quae si deuote postulat, iam habet multum hoc mentis ardore, quam quolibet auri seu gemmarum splendore foelicior: inde autem pederentim sua relegans uestigia, scandente iam in altum, & qui mane nouum illustrauerat, meridiem accedente solis radio, nil potius quam extingui flammam litium, quas certatim flatu & fomentis alter suscitatur, & quo ille cupidum perurit. hic omnem malarum cupidinum calorem noxium aufert flagitat, denique quod unum Poeta Satyricus sine periculo posci docet. In corpore sano mentem sanam orat, quis horum oro, haecenus horas suas expendit honestius.

De

De miseria occupati, ac foelicitate solitarij cum prandij
tempus instat. Cap. III.

OC. Venit prandij tempus, ille sub ingenti & ruinae minitantem aula componit, puluinaribus obrutus sepultusque, reboant uarijs tecta clamoribus, circumstant canes aulici muresque domestici, certatim adulatorum circumfusa acies obsequitur, & corrosorum turba familiarium, confuso strepitu mensam instruit: uerritur putre solum, & foedo puluere cuncta complectitur: uolat atrijs argentum auro infectum, & pocula cauis gemmis expressa, scamnum serico uestitum, ostro paries, terra tapetibus, dum feruorum nuda interim cohors tremat. instructa acie datur tandem lituo signum pugnae. Cognae duces aulae ducibus concurrunt, ingens fragor exoritur, conuehuntur terra marique conquisitae epulae, & uiae praecis calcatae Cois. ardent rutilo in auro nostrae Graecaeque uindemiae, uno in scypho Gnosos, & Meroe Vesuuius Phalerusque miscentur, Surrentinique colles & Calabriae: nec satis est, nisi Bacchus Ausonius uel Hybleo melle uel eorum succo medicatus arundinis, baccisque nigrantibus odoratus, naturam artem mutauerit. Parte alia par diuersi generis pompa conspicitur, ferae horribiles, pisces incogniti, uolucres inaudita, puluere precioso oblatae, & oblatae ueteris patriae quaedam, uoce restantes originem nomenque iam solum de phaside retinentes. fumant ipsis edentibus stupenda fercula, & omne coquorum passa ludibrium, quae si quis ualde licet esuriens cernat, quam foede quantocumque sint coagulata lenocinio, solo spectaculo satur abscedat. Ita mixta uidebit inuicemque certantia nostra exteris, marina terrestribus, nigra candidis, acris dulcibus, hirsuta penatis, mansueta ferocibus, & quasi Ouidianum Chaos illud antiquum renouatum, atque in angustias sit coactum, non solum corpore in uno, sed in una paropside:

Frigida pugnabunt calidis humentia saecis,

Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Sub hac tanta colluue diuersarum simul & aduersarum rerum, sub tot croceis atque atris liuentibusque pulmentis, suspectum non immerito uenenum sedulus praegustator explorat, quin & aduersus caecas insidias, aliud remedium genus inuentum est. Inter uina dapesque liuida serpentum cornua prominent, aureis insita solerter arbutulis, & quasi uoluptaria ex arte contra mortem miseri mira res ipsa mors excubat, ille autem sedet obducta fronte grauius oculis, supercilio umbroso, rugosa nare, genisque pallentibus, aegre uiscosa labra diglutinans, uix caput attollens, fulgoribusque & odoribus attonitus, ubi sit nescit, uespertina tumens crapula, & matutini negotij confusus euentu, futurisque in fallacijs intentus, quo se uertat, aut quid agat, sudet, olet, ructat, oscitat, singula moritans, uniuersa fastidians. SOLIT. Iste uero uel paucis, uel uno uel nullo famulo contentus, hesternum sobrius uegetusque ieiunio, modesto sub lae mundam mensam, nulla re magis quam sua praesentia exornat, pro tumultu requiem, pro strepitu silentium habet, pro multitudine seipsum, ipse sibi comes, ipse sibi fabulator ac conuiuia est: nec meruli solus esse, dum secum est pro auleis nudus paries, ex agresti cemento, pro solio eburneo, quercus est sibi uel fagus pura uel abies: caelum spectare non aurum, terram amat calcare non purpuram, fidem gratis & assidenti consurgenti que dulcissimus cantus est, benedictio & gratiarum actio. Villicus si res poscat, pincerna, coquus & uerna est, quicquid is appoluit, hic aequanimitate & modestia preciosum facit, Cibum omnem peregrinis syluis aut littoribus aduectum, omnem potum, Ligurum atque Picentum collibus expressum dicas, ea frons est, isque animus utentis, sic in Deum inque homines gratus, sic communibus inemptisque latus dapibus, non tantum, ut Maroneus ille seniculus regum opes aequat animo, sed transcendit. Nulli penitus inuidet, nullum odit, forte contentus sua, & fortunae iniurijs inaccessus, nihil metuit, nihil cupit: scit non spargi uenena fictilibus, scit uitae hominum pauca sufficere, & summas uerasque diuitias nil optare, summum imperium nil timere, laetum agit atque tranquillum auium, placidas noctes, ociosos dies, & secura conuiuia, it liber, sedit intrepidus, nullas fruit aut cauet insidias, scit se amari & non sua, scit mortem suam nulli utilem, nulli

R 3 damnosam

damnosam uitam, neque multum interesse arbitratum quamdiu, sed quam bene uiuat, nec ubi, aut quando moriatur magni existimat, sed qualiter. In id unum summo studio intentus, ut bene actam uitae fabulam, pulchro fine concludat.

De miseria occupati, ac foelicitate solitarij cum finitum

est prandium. Cap. IIII.

OCC. Labitur sensim dies & fugiunt horae, ac iam prandio finis est: turbant illi famularis exercitus hostesque collaterales, & ruina mentiarum & hominum uasorumque collisio, et ebriorum iocis tecta mugiunt, & querimonis famelcentum: habet enim non ultimum hoc malum mensa diuitum, iniquissima est, itaque hic fames, hic nausea, temperies nusquam: aulæ quidem insuauis odor, inamoenus color, iter incertum, solum omne falsamentis effusis late olidum cruentumque, idem & uino lubricum & fumo nubilum, & spumis horridum & aspergine tepidum & adipe tabidum & ossibus albicans & sanguine rutilum, denique, ut uerbo utar Ambrosij, non coquinam, sed carnificinam dicas. et licet ut maioribus placet, a parando prandium, quasi paranidum dictum sit, quod bellatores ad praelium parat, non parari tamen aliquid, sed fieri uereque praelium ibi gestum putes esse, non prandium. ita dux saucius ac tremens, ita mero percussus omnes nutantesque abeunt, mensa pro acie fuerit, pro blando & fallaci hoste uoluptas, cubilia pro sepulchris, conscientia pro inferno. **SOLIT.** At huic nostro diuersa omnia, angelorum aula conuiujs quam hominum aptior, odor colorque optimus, index morum testisque modestiae, mensa pacifica, luxus ac tu multus nescia, gulae domitrix, expers immunditiae, ubi gaudia habitent, unde uoluptas foeda exulet, ubi sit regina sobrietas: cubile castum & quietum, conscientia paradisi. Surgit ille igitur uel ebrius uel indignus, iste tranquillus & sobrius, ille de morbo dubius ac pauens, iste frugalitatis sibi conscius omniumque quibus humanum corpus subiacet securus. ille uel irascitur uel ludit, hic utrunque declinans Deo gratias agit. Tota dehinc illi dies inter luxuriam somnumque & curas anxias & dura negotia dilabitur, huic inter laudes Dei & liberalia studia & nouarum inuentionem rerum ac ueterum memoriam, & necessariam quietem, & honesta solatia nihil aut modicum perit.

De exercitijs miseri occupati, & foelicis solitarij cum

meridies adest. Cap. v.

OCC. Iam caeli medium sol tenet, quando ille aestuat, angit, accelerat, omnia fallaciarum machinamenta cogeminat, ne quid ei pro segnitiem illa luce depereat, ne uel ullus torpor mali consilij, foecundam animam optatis frustratur effectibus, ut latentes doli ante crepusculum erumpant. est enim hoc ferè malis conatibus adhaerentum, ut praecipites etiam sint, iniqua mens impatiens est morae. quicquid optauerit differri uel momento temporis aegre fert. neque soli auaritia conuenit illud Satyricum: Diues quae fieri uult, & cito uult fieri, habet hoc commune cupiditas, in diuisumque cum fororibus suis ira & libidine, quae patre conceptaque tartareo aedita, confusionem & praecipitium, & horrorem & materiam propriae originis non dediscit. haec sunt enim furiae quas non immerito Acherontis ac noctis filias Poetae dixerunt, quae ignorantiae tenebras poenitentiaeque materiae secum ferant. & haec quidem inferni, unde ortas phibent, nec non & ciuitatum incolae occupatorumque pedisseque stimulis semper ardentibus caecum atque transuersum animum exagitant, ut quae pessimum instituit, primum expleat, ne quod forte circumstanto relapsit sanae, si mentis obrepat: nulli equidem uitio frenum placet, & ut honestati grauitas atque maturitas, sic consilij inhonestis, incosulta semper amica celeritas. **SOLIT.** Contra autem hic noster nil propter, sed fugietis temporis cursum uidet, & cupiens illic esse, ubi sine fluxu temporum, ac sine metu mortis degit, iterum uersus in preces, non unius tantum lucis, sed totius aui claram uesperam, & nunquam occidentis uitae gloriae, eamque non suo merito, sed sacrae CHRISTI mortis poscit in praemium, sciens plus esse quam quod homini debeatur, nisi temporalis illa mors peccatum habentis, tanta esset efficacitae, ut de natura mortalibus peccatoque iam mortuis facere posset aeternos. Nec ita multo post labentem caelo

caelo diem, sequae simul collabentem humi cogitans, terramque caliginem illabentem, terris prauidens, superni luminis poscit auxilium. Et seu ne mens suorum criminum pressa ponderibus, caelo exulet, cum lachrymis precatur, seu fideri puram lucem, seu mentis adustae refrigerium, abstersionem sordidae, elisae sustentaculum, litigiosa pacem flagitat, matutinoque laudum carmini uespertinas preces & laudes, de inexhausto pietatis fonte continuat.

De miseria occupati, ac foelicitate solitarij cum abeunte sole

uel per accedit. Cap. VI.

OCC. Cogitur ille iterum abeunte in sole tecto egredi, urbem lustrare, coenam terere, concursare obuijs, sudare, laborare, anhelare, aestuare, cumque in omnes se formas fraudum uerterit, omnes laqueos ingenijque nodos explicuerit, sero tandem fessus rediens, & multum de artificio suo quaestus, bonae famae puraeque conscientiae, nihil omnino auri forte aliquid, plurimum sceleris atque odij domum refert. **SOLIT.** Iste uel apricum fontem, uel herbosam ripam, uel aequoreum littus adiit, gaudens diem illum sine dedecore transiisse, & lucis ante terminum, aduersus secuturae noctis pericula, dolosque & insidias, ac rabiem Leonino more rugientis, aduersarij uigilem sobrietatem, atque orationis & fidei clypeum, aduersus somnia pollutionemque & nocturna phantasmata, excubare sibi solitam clementiam sui creatoris implorat, atque in manus eius commendato spiritu, & angelis suis ad habitaculi proprii custodiam inuocatis: sese in domum suam recipit, ut nihil iniusti quaestus, sic nil male cupidinis, multum uero decore laudis referens, multumque quotidie in melius mutati animi ad summam, totis ille diebus uiuos spoliatur, hic pro defunctis orat, ille matrum ac uirginum pudicitiam atentat, hic uirginem Matrem officiosissime ueneratur, denique ille martyres facit, hic celebrat, ille sanctos persequitur, hic honorat.

De misero occupato, & foelice solitario cum redeunte

nocte coenandum est. Cap. VII.

OCC. Ecce redit nox, ille redit ad crapulam, pompa ingens, ante retroque longum agmen: uiui hominis funus putres praecedunt funeralia & tibiae, ne quid desit exequijs, et sumptuosissimum cadauer, perfusum caris odoribus, rursus inter puluina sepelitur ad huc tepidum, adhuc spirans, inde grauem coenam indigesto superaddens prandio, uenturae luci nauseam parat, & alteri prandio pracludit iter. **S.** Iste uel se coenasse persuadet sibi, uel ita coenat ut Platonium illud ipsa re probet: nullo modo mihi placet, inquit, bis in die saturum fieri.

De miseria occupati: ac foelicitate solitarij dum

eundem cubitum. Cap. VIII.

OCC. Post haec multum dissimili habitu corporis & animi cubitum uadunt, ille plenus curis, plenus epulis, plenus mero, plenus metu, plenus inuidia, deiectus, repulsus, superbia elatus, moerore contractus, ira tumidus, impar sibi, impos animi, obsessus satellitibus, obseruatus a mulis, pulsatus clamoribus, sollicitatus literis, interpellatus nuncijs, suspensus fama, rumoribus territus, stupefactus augurijs, elusus mendacijs, fessus querimonijs, et ne noctu quidem litibus immunis, par uita daemonebus, odiosus praeterea uicinis grauis, ciuibus uel formidatus uel irrisus suis, suspectus a daemonebus, odiosus praeterea uicinis grauis, inuoluat grabato, omnesque libidinum species expertus, & ad fruendum praesentibus, sollicitato infelici corpuscule, ad absentes uago animo transmissio, uix tandem uictus, somnum oculis admittit, sed uigilant curae, uigilat mens anxiosa, quam urit ignis, & immortalis conscientiae uermis rodit. Tum diurna negotia, deceptos clientes, oppressos pauperes, pullos finibus agricolae, stupratas uirgines, circumscriptos pupillos, spoliatas uiduas, afflictos necatosque innoxios, cunquam his omnibus ultrices scelerum furias uidet, saepe itaque dormiens exclamat, saepe conqueritur, & saepe metu subito somnus abruptitur. **SOLIT.**

R 4 Iste

no. Desupfluitate
cibi occupati & ab
tinetia tempatis
litarij

Iste autem plenus honesto gaudio, plenus sancta spe, plenus amore pio, non furiali ut Ni-
sus, sed ut Petrus CHRISTI, plenus conscientia, integritate, securitate, hominum, Dei metu,
nocituri cibi, & inutili uacuis curarum, solus, tacitus, tranquillus, angelo simillimus, Deo
charus, formidabilis nemini, cunctis amabilis. Cubiculum somno non impudicitis idoneum
ingressus, dulcem & imperturbatam excipit quietem, & siquid consopitus uidet, plerumque si
milia uigilantis operibus sunt somnia dormientis, & hac etiam uitae parte felicior, meliores
aspicit uisiones, neque solum laetiore animo, sed saniore etiam corpore, membrorumque ministe-
rio promptiore utitur. Constat enim animi uirtutes praecipueque modestiam, sanitati multum
conferre corporeae, & frequenter, qui plus corpori seruiunt, plus obesse.

SECTIO III.

De tractatorum epilogo, ac transitu ad miseriam illorum, qui
alienis negotiis occupantur. Cap. I.

IN Pater unius occupati, & unius ociosi hominis, unum diem ante oculos tuos posui,
omnium hominum, dierumque omnium una ratio est, nisi quod quotidie illius labor, tan-
to amarior, tantoque huius quies est dulcior, quanto ualidior sit tractu temporis habitus an-
morum, quantoque per temporales motus accedit, ad aeternitatis statum & uiuendo proximior
efficitur. Illi quidem sine fine labor, huic requies, nisi forte felicior est illorum conditio, qui ali-
enis negotiis occupantur. Alieni nutus arbitrio reguntur, & quid agere illos oporteat, in ali-
ena fronte codiscunt, omnia illis aliena sunt, alienum limen, alienum tectum, alienus somnus, ali-
enus cibus, & quod est maximum, aliena mens, aliena frons, non suo iudicio flent & rident, sed ab-
iectis propriis, alienos induunt affectus, denique alienum tractant, alienum cogitant, alieno
uiuunt. De his Poeta nobilissimus loquebatur ubi ait:

Penetrant aulas & limina regum.

Hos alter mordacius atque liberius notabat in Satyra illa, qua curialem uitam arguit, &
amicum notans inquit:

Si te propositi nondum pudet atque eadem mens est,

Ut bona summa putes, aliena uiuere quadra.

Equidem inter hos, & perpetuis dominorum ac regum carceribus addictos quid intersit,
nescio nisi quod illi ferreis, isti aureis compedibus uincti sunt. Speciosior catena, par ser-
uitus, maior culpa, sponte etenim sua faciunt, ad quod alij uel coguntur: ego uero istos ut
sententiam meam breuibus absoluiam, occupatorum omnium extremos ac uere miser-
rimos miserorum uoco, quibus nec breuissimo saltem praemio malarum artium uti licuit,
uixere alieno imperio, suo periculo morituri, & alijs laborando peccauerunt, sibi felices
si sine culpa, & sine praemio laborassent: nunc crimen duntaxat est proprium, quae ex
crimine uenit, fallax licet & fugitiua delectatio aliena est. atqui durae dicimus conditi-
onis agricolam, qui cum labore serit arborem, cuius fructum nunquam sit uisurus. Quis
enim, ait Apostolus, plantat uineam & de fructu eius non edit? qui tamen sortem suam
consolari potest, eo quod alteri saltem seculo profuturus sit, itaque non modo dubitans
quod agit ad se non pertinere, sed sciens etiam non omittet, interroganti que cui serat,
quod est apud Ciceronem, dijs sit immortalibus responsurus, seu rectius immortalis
Deo: quanto miseres qui serunt, unde ipsi poenas solas, alij uero poenales uolupta-
tes legant? qui quod inutiliter agunt, sibi, alijs imputare non possunt, non aetati suae, cui
saepenumero laborando praecipit sibi libertatem eripiunt, non posteritati cui seruitium
parant, non Deo quem offendunt ut hominibus placeant, denique non his ipsis quibus
placendo nocuerunt, quibusque perpetua morte sua breuem peccandi, hoc est, in aeter-
num quoque moriendi licentiam pepererunt, caeci nimium dementesque, aduersisque
sideribus in lucem, immo in tenebras proiecti, qui cum alii alios extulerint, ipsi conti-
nuo iacere, ab eisdem illis, quod saepe iam uidimus, forsitan opprimendi. Interim cum

multa

maxime labor alie
in negotia trahere
f alieno nutu uiuere

multa alijs quaesierint, multa cupidinum instrumenta confluuerint, tantorum semper
commodis caruere facinorum, hanc unam serialis industriam gloriam consecuti, principum
auaritias, dominorumque libidines, consiliorum suorum pauisse successibus. quid uis am-
plius dicam? non equidem minus mordax nostrorum mihi, quam Cretensium uidere solet
imprecatio. cum enim sono uerborum neutra terribilis sit, subest uirus utriusque mortiferum,
illi hostibus suis optant, ut mala consuetudine delectentur, nostri autem ut occupati atque
solliciti nunquam esse desinant. quo si profundius, non uerba, sed ipsam rem inspicias, quid
tristius dici possit uix inuenio. De his occupatis loquor, quos uidemus, & quorum plena
est uita uulgaris, alij enim nulli uel tam rari sunt, ut nusquam appareant, ubi sane ueritas quaeritur,
ficta phantasmata loqui piget.

Quod quanquam fere omnis occupatus sit miser: sint tamen aliqui
licet paucissimi qui laudabiliter occupentur. Cap. II.

Itaque ut iam tandem semel expediam, parum abest, quin meo certe iudicio, omnis occu-
patus miser, occupatusque sub alio bis miser, quod & miseriam suam habet, & ipso mise-
riae fructu caret, non quod ignorem fuisse, & fortassis esse occupatissimos quosdam simulque
sanctissimos uiros, qui seiplos & secum CHRISTO deuias animas adduceret, quod ubi acci-
cidit, ingens fateor, & inextimabile bonum est, ac geminata felicitas, duplici de qua multa
diximus obiecta miseriae, quod enim feliciter, quid aut homine dignius, aut similius Deo est
quam seruare & adiuuare quam plurimos? quod qui potest & non facit, praedarum mihi
quidem humanitatis officium obiecit, & ob eam rem hominis nomen ac naturam ami-
sisse uidebitur. Itaque ut hoc posse datum sit, desiderium proprium, utilitati publicae sponte
subijciam, desertaque solitudine, unde mihi soli obsequebatur, ultrò repetam, unde utilis mihi
do sum, Ciceronis nostri iudicium sequens. Magis est enim, inquit, secundum naturam pro
omnibus gentibus, si fieri possit, conseruandis aut iuuandis, maximos labores molestiasque
suscipere (imitantes Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in con-
silio caelestium collocauit) quam uiuere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam
in maximis uoluptatibus, abundantem omnibus copiis, ut excellas etiam pulchritudi-
ne et uiribus, quo circa optimo quisque splendidissimoque ingenio, longè illam uitam huic
anteponit. Haec Cicero. cui sic se rebus habentibus, haud coactus assentior, sed de his om-
nibus iudicium meum habe, paucissimis quidem instantiis, uniuersale uerum dogma
non quatitur, multi sunt qui occupationes in commune utiles, & functiones solitudine
qualibet profitentur. Scio: sed quot, quae te uidimus, qui quod profitebantur impleue-
runt? sunt fortasse aliqui, sunt plurimi, ostende mihi unum & silebo. non inficior doctos
quosdam & facundos uiros, & qui multa subtiliter aduersus haec disputent. Ceterum non
de ingenio, sed de moribus est quaestio, ambiunt ciuitates, declamant in populis multa de ui-
tibus, multa de uirtutibus loquuntur, uix temperare mihi potui, quominus unum Satyrici den-
tis morsum huic loco ualde, nisi fallor, congruentem interponerem: sed cogitans ad quem
mihi sermo est, stilo potius aliquid, quam uerecundiae subtrahendum credidi. Multa qui-
dem, inquit, loquuntur utiliter auidi, & saepe alijs profunt, credo, sed non statim sanus est
medicus, qui consilio aegrum iuuat, quin eodem saepe morbo, quo multos liberauerat inte-
rit. Verba studio elaborata atque arte composita, pro multorum salute non respuo, & qui-
cunque sit opifex, utile opus amplector, uerum haec nobis non rhetoricae schola, sed uitae
est, nec inanem linguarum gloriam, sed solidam quietem mentis intendimus. neque mihi exci-
dit Seneca, cum dixisset, Omnia impedimenta dimitte, & uaca bonae menti confestim addi-
disse. Nemo ad illam peruenit occupatus. quam ego non praestare quidem solitudinem, sed
conseruare & plurimum adiuuare contendo, nam nec illud eiusdem auctoris oblitus sum:
Non multum, inquit, ad tranquillitatem locus confert, ut sit ita sine dubio tamen confert aliquid,
quod nisi sic esset cur idem dixisset alibi: Non tantum corpori, sed etiam moribus
salubrem locum eligere debemus, & idem alibi: Conspectum quoque & uicinam fori

R 5 procul

possesse multo hono-
rificum est, si mu-
ltas molestias suffer-
at. hinc temporibus
cabe ab hoc ut im-
punit mores homi-
e ubi sit pericula
tent. si in gratitudi-
maxima est in hon-
mibus

procul fugiam. nam ut loca grauiā, etiam firmissimam ualitudinem tentant, ita bonæ quoque menti, necdum adhuc perfectæ & conualescenti, sunt aliqua parum salubria. unde ergo hæc morum mentisque salubritas ac discrimen, si nihil esset in locis? Est in locis aliquid pace, Senecæ dixerim, est multum, sed non totum fateor illud quidem, ut sibi uideatur in animo est, nā sic ait: Animus est, qui sibi cōmendat omnia. id enim uerò suo more rectè dicitur. unde autem animo lumen ueri æquitas quæ iudicij, aliunde procedubio.

De laude tranquillæ serenitatis animi, quæ largitur insolitudine constitutis & quomodo animus non possit in diuersas res esse intentus. Cap. III.

ITaque quod de locis dixi, de animo repetam, esse in illo aliquid, multum esse totum minime, sed in eo tantum, qui opportunitatem locis tribuit, animo rationem. magna enim & diuina quædam res est, animi tranquilla serenitas, & quæ non alterius donū sit, quam solius Dei, sed quam sæpius ille largiri soleat, in solitudine constitutis: quod utrunq; pro breuitate temporis, uel ratione uel contrariorum collatione monstratum est, & mox exemplis illustribus astruēt. Quod si fore datū sit, ut aliquis ueri capax, non ad linguā, sed ad cor horum, cuiuspiam, quos credulum uulgi stupet, penitus aurem cordis admoueat, puto sine contentione fatebitur, quod conscientiam nudam ingenuè confitentem, audierit, foelicitatem non uerbis sonantibus, sed rebus tacitis & ueritate intima, non externis plausibus aut fallacissima hominum opinione constare, multa quidem illic audiet, multum his contraria, quæ in pulpitis cum populo mirabatur, & intelliget, quod inter cutim & præcordia interfit, & nimirum hæc animi natura est, ut in unā rem uehementer intentus, multas negligat. Hinc est ut eloquentiæ studiosi, sæpè sint ad actum tardiores, & qui res magnas agunt, sunt incultiores eloquio. sic & modestiæ cultores, uoluptatem fugiunt, & quibus uoluptas in pretio est, modestiam aspernantur, sic & quos augendæ rei familiaris studiū tenet, sæpè Rempub. atque amicitias contemnūt, & illiberabilis uitam ducunt. atque liberalitati animū applicant, quique Reipub. curam habent, sæpè uideas rei domesticæ negligentes. Non potest uentus idem ex æquo placere, his quorum nauigatio contrarios fines spectat. quæ idcirco dixerim ne mireris, si in eo quoque, quod nunc agimus idem cernas, & si sollicita uita strepitum amat, multiloquio delectatur. contemplatio autem omnis amica silentio est, quæque se nibus suis tenet, & uiceuersa, illa silentium odit, hæc strepuit.

Quomodo ex periculo pastorum disci possit, uitam sollicitam minus esse tutam, & quod ea ratione auctor ipse uitam elegerit solitariam. Cap. IIII.

QUænam uerò tutior uia est, hoc est pater quod hodierno colloquio uestigamus: die igitur mihi ex his ipsis, quorum mentio nobis oborta est, quoties putas pastore officio perisse, quotiens ouē & dum uagam alligat in laqueum incidisse, & dū profugam sequitur corruisse: quotiens credis aut medicum bene ualentem, dum ægros circumit ægritudinem contraxisse, aut bustuarium dum mortuos sepelit, causam mortis contagio reperisse: nemo uerò fallatur quasi minora sint animorum contagia, quam corporum, maiora sunt, grauius lædunt, altius descendunt, serpunt quæ latentius. Multis, inquit, prodesse meritorij, multis subuenisse laudabile, quæ negat: sed ordinatæ charitatis initij scimus. crede autē mihi, nō est paræ fiduciæ, polliceri opem decertantibus, consilium dubijs, lumen cæcis, lætitiā mœstis, securitatem metuentibus, spem deiectis, salutem ægris, requiem fessis, refrigerium afflictis, monstrare iter errantibus, subiectare humeros cadentibus, dare dextram prostratis. magna quidem sunt hæc si fiant, parua si promittantur: neque enim magnæ quam paræ rei promissio, sed exhibitio est maior. Verum ego non tam alijs legem pono, quam legem tibi meæ mentis expono, quam qui probat teneat, cui non placet abijciat, & relicta nobis solitudine, sollicitudines suas sibi habeat, contemptorq; ruris nostri, uiuat contentus in urbibus.

libus. Optarem fateor talis esse qui prodesse possem quam plurimis, uel ut ait Naso:

Totiq; saluifer orbi,

Sed primū paucorum hominum, proximum **CHRISTI** solius est proprium, & profectō quisq; in tuto est, ut uel tantisq; diuersis sententijs condescendā, peccat in legē naturæ, nisi quibus potest laborantibus opem fert. Mihi qui ad huc magno naufragio laboro, sufficit illius opem implorare, qui solus potens est, præstare quod poscitur. cuperem magna, sed modicis contentabor, uellem cum omnibus saluus esse, si minus, cum multis. ultimo quid expectas ut dicā, mihi nō pereō satis est, multū est abudē foeliciter. Et heu quā uereor, ne q; forsitan ex his, qui se custodes infirmarum ouīū dici uolūt, lupi sunt, sanas quæ dilanient.

S E C T I O. IIII.

Quod uita solitaria præcipue literarum ignaris grauior morte & mortem allatura uideatur. Cap. I.

AT ne diutius me consideratione non mea implicem, de se illi, nos de nobis libret unusquisque quid præferat, impossibile est enim, & si unum omnes finem ultimum intendamus, ut unam omnibus uitæ uiam expediat sequi. qua in re, cuique acriter cogitandum erit, qualem eum natura, qualem ipse se fecerit. Sunt enim, quibus solitaria uita morte grauior sit, & mortem allatura uideatur, quod præcipue literarum ignaris euenire solet. quibus si confabulator desit, quid secum, quid uel cum libris loqui ualeant non habent, itaque multi sunt, equidem solitudo sine literis exilium est, carcer, aculeus. Adhibe literas, patria est, libertas, delectatio. nam de ocio quidem illud Ciceronis notum. Quid dulcius ocio literator: contra quæ, non minus illud Senecæ uulgatum: Ocium sine literis mors est, & uiu hominis sepultura. Et si planè norim duo ista tam dulcia Philosophorum diuerticula, solitudinem atque ociū, ut incipiens dixi, interdum literatis etiam hominibus permolestia, in promptu tamen est ratio. His enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti, carcerem suum amant, uel uulgi commertia & uulgari negotio uictum quarunt, uel ad lubricos honorum gradus populorum uentosis suffragijs aspirant, et quibus (quæ ingens his temporibus turba est) literæ non animi lux atque oblectatio uitæ sunt, sed instrumenta diuitiarum. Ad quas hodie discendas, magno rei familiaris impendio, sed multo maxima lucri spe pueri à parentibus, non quasi ad gymnasiū, sed uelut ad seruire mercimonium destinant, ut mirari nemo habeat, eos uenaliter & auarè literis uti, quas ut uenderent quæserunt. E quibus improba spe, non sibi centesimum fœnus, sed millesimum statuerunt: quæ omnia diligenter & in uitæ electione tractanda essent, neque enim tales in solitudinem uoco, neque si ueniant admitto libens. Quam multos igitur excludam, hinc uides, nam quid piscis longè ab aquis, quid hi procul ab urbibus acturi: quod illi olim molli & effœminato causidico sæpè dixi, qui hæc loca non quietis amore, quam non nouerat, non appetitu ocij quod aderat, sed nescio quo nam imitandi studio frequentare cœperat, incertum an sibi ipsi molestior an mihi: uerum ille confestim tædio locorum & urbanorum desiderio uoluptatum uictus abiit. quod nisi sic euenturū animo præuidissem, ultrò ipse cessissem locis, tamen nulla rerum opinionum uel proportio erat, quamuis amicum ille se diceret, & essemus eisdem studijs à pueritia uersati, sed ut res docuit, studiorum finibus longè disparibus. Re deo autem ad inceptum.

Quod quanquā optimum esset, ut in iuuentute quisq; sibi aliquid rectæ uitæ genus apprehenderet, tamen si quis iuuenis neglexerit, consultū est ut saltē senex hoc faciat. Cap. II.

Optimum quidē esset, nisi consilij inopia iugis adolescentiæ comes obstaret, ut ab inuente ætate, circa unum aliquod uitæ genus apprehendendum, unusquisque nostrū accuratissime cogitaret, nec ab illo calle quem semel elegerat, nisi magnis ex causis aut graui necessitate diuerteret. quod initio pubertatis fecisse Herculem auctor Xenophon ille Socraticus

Socraticus testis est & Cicero, sed quia id non facimus, neque enim nostro iudicio plerique iuimus, sed uulgi, atque adeo per deuia raptamur, & quasi per tenebras alienis uestigijs insistentes, saepe periculosas & inexplicabiles ingredimur uias, & eo usque prouehimur, ut an resimus nescio quid, quam quid esse uelimus, circumspicere atque examinare praemissum sit. Idcirco quam sibi personam uel natura uel fortuna uel error aliquis imposuit, si iuuenis non potuit, quisque secum senex cogitet, & quod solet errans uiator, ante uesperam quantum licet saluti suae consulat, unum sciens, naturam totam haud facile posse conuelli. Cui autem in ingressu uiae huius, quando ut dixi, scintilla nostri consilij nulla erat, caeleste aliquod lumen affulsit, ut uel securum uel periculi minoris, & facile remediabile iter arriperet: habet unde semper Deo gratias agat. At cui sinisterior fors fuit, plus negotij est postquam tamen aperire oculos coepit, & quam dubium iter agat intelligere, omni studio incumbat adolescentiae deuium, & errores uel in senectute corrigere, memineritque Terentiani senis in Adelpis, qui mutandae sub extremum uitae consultor idoneus, simul et delectabit & proderit. Difficile negotium imprimis, sed & imprimis utile & nequaquam impossibile. Neque uero seruum putet, quod salubre cognoscit, assunt huius sententiae non spernendi auctores, sapientissimus principum, Augustus Caesar ait: Sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene, autem princeps Philosophorum Plato ait, beatum cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam uerasque opiniones assequi possit.

Quae in ordine mutandaeque uitae tenenda sit

uita. Cap. III.

In omni quidem ordine mutandaeque uitae consilio, illud imprimis ante oculos habendum, ut non concupiscentia inani, sed natura duce freti, uiam teneamus, non quae speciosissima uidebitur, sed quae aptissima nobis erit. Vbi maxime rectum ac seuerum suumque aestimatore ac censori exigo, ne oculorum aut aurium uoluptate deceptus aberret, quod quibusdam accidisse scio, qui dum mirantur alios, immemores sui atque aliena tentantes, ridendi materiam populo praebuerunt. Hoc unum sumptum a Philosophis consilium est mihi, secundum quod uel solitariam uel urbanam uitam, siue aliam quamlibet naturae moribusque suis comparans, norit quisque quid suum sit, quod si ingredientibus utile, quanto progressus utilius, quibus super eligendi laborem, extirpandae etiam ueteris radicataeque sententiae labor est. Apud me sane cui nihil quod quidem nouerim commune cum populo, & cui literularum tantum obuenit, quantum non inflat animum sed delectet, & solitudinis amicum faciat, ubi illas sine loquaci doctore, sed & sine tenaci torpore, atque utinam sine sequaci liuore didici, quem non amica, non coniunx, non uadimonium, non usura, non depositum, non lucellum, non rostra, non balneum, non taberna, non coena, non porticus in urbe deuinciunt, apud me, inquam, cui ut uerum fatear, non tam proprio studio, alioque motu, ut ita sentirem, quam naturae ipsius persuasione consultum est, uita proculdubio singularis ac solitaria, non modo tranquillior, sed altior est atque securior. Et ut extimare alios iubeo suas res, & ut ipsa res meas noui, ualde solitudinem atque otium, de quibus multo hodie tecum, ueluti quasdam scalas, ad id quo mens nostra suspirat, amplector ac teneo, turbas atque solitudines ceu repagula uectesque permetuo. sed ita, ut si qua me necessitas in urbem cogat, solitudinem in populo, atque in medio tempestatis portum mihi conflare didicerim, artificio non omnibus noto, sensibus imperitandi, ut quod sentiunt non sentiant. Quod cum per me ipsum experientiae creditum, in consuetudinem deduxissem, multo post tempore, acutissimi cuiusdam doctissimi que uiri consilium esse cognoui, memoriae que mandauit, eo quidem attentius, quo gaudebam factum meum uetustatis auctoritate fulciri. Nempe Quintilianus in eo libro ubi oratorem a Cicerone armatum bullis ac phaleris, curiosissime perpoliuit, de hoc loquens. Est, inquit, lucubratio quotiens ad eam integri ac refectionis uenimus, optimum secreti genus, sed silentium & secessus, & undique liber animus, ut sunt maxime opranda, ita non semper possunt contingere. ideoque non statim,

non statim si quid obstreper abijcendi codices erunt, et deplorandus dies, uerum incommo- dis repugnandum, & hic faciendus usus, ut omnia quae impediunt uincant intentio, quam si totamente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quae oculis uel auribus incurfant, ad animum prouenient. An uero frequenter etiam fortuita haec cogitatio praestit, ut obuios non uideamus, & ita ne deerremus, non consequemur idem, si & uouerimus, non est indulgentum causis desidia, nam si non nisi refectioni, non nisi hilares, non nisi omnibus curis uacantes studendum aestimauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus, quare in turba, itinere, conuiujs, etiam sibi faciat cogitatio secretum. haec Quintilianus, quae libentius inserui, quia secretior locus erat, nam Senecae de hoc ipso uulgatior epistola est, ideoque nihil apposuit praeter finem solum: cum enim multa tractasset, qualiter aduersi uulgi strepitum durandus est animus studiosi, tandem ad se uersus. Quid igitur, inquit, non aliquando commodius est carere conuiuio? & respondens sibi. Fateor ait, itaque ego ex hoc loco migrando, quasi quaecumque dixerat, necessariae morae solitaria, hoc ultimum uoluntariae perfectionis consilium daret. Et profecto sic est. Nam & ego unum hoc in necessitate remedium inueni, ut in ipsis urbium tumultibus imaginariam mihi solitudinem, secessu aliquo, quantum sinor & cogitatione conficiam, uincens ingenio fortunam, quo remedij genere, saepe quidem haecenus usus sum. & quoniam futuri semper incerta conditio est, adhuc usus sum nescio. Certe libera si contingat electio, solitudinem ueram proprijs in sedibus quaesiturus.

De commendatione solitudinis.

Cap. IIII.

Quod & dum licuit semper feci, & quam cupide nunc faciam uides, solitudo aequidem sancta, simplex, incorrupta uereque purissima rerum est omnium humanarum: cui etenim sese ostendet in syluis, cui si comat inter uepres, quem praeter pisces hamo, quem praeter feras ac uolucres uisco fallat aut laqueos, quem cantu, quem gestu mulceat, quem coloribus delectet, cui purpuram explicet, cui oleum uindictet, cui uerborum florida seruita contexat, cui demum sese approbet, cui placere studeat, praeter illum, cui in intimas solitudines penetranti, solitarium nihil est, neminem illa uult fallere, nihil simulat aut dissimulat, nihil ornat, nihil palliat, nihil fingit. Nuda prorsus aut incompta est: spectaculis enim caret & plausoribus, ueneficis animarum uitae rerumque omnium, Deum unicum testem habet, nec uulgo caeco & mendaci, sed conscientiae propriae de se credit: de quibusdam quoque parum illi fidens dubitat, recolens scriptum esse: Delicta quis intelliget? Et illud etiam: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Nec tamen illud oblita, quod Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius, quod Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Prope est omnibus inuocantibus eum, quod Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis, quoniam secundum altitudinem caeli a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se, quod Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit iniquitates nostras, denique non iudicialiter, sed paternè aspiciens, quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, & recordatur, quoniam puluis sumus, & homo sicut foenum & flos agri egreditur & conterit, & fugit uelut umbra. Misericordia autem domini ab aeterno & usque in aeternum, quoniam ipse fecit nos, & nihil odit omnium quae fecit, atque ita hinc minantibus scripturis, hinc sperantibus, de se incerta, & nesciens, an amore an odio digna sit, trepidat sed & sperat, ac seipsam de certa & nota regis sui misericordia consolatur. Sic se sic daemonum uigil insidias inque id solum occupata circumspicit & diuino praesidio sulca contemnit. Sic undique foelix ac tranquilla, & ut proprie dicam, arx munita, tempestatumque omnium portus est, quem qui fugit, quid sibi aliud praeter, portu careat, uoluitur rerum pelago, uiuat in scopulis, moriatur in fluctibus? Nec tamen usque adeo propositi improbus sententiaeque tenax sim, ut desipere

ut desipere alios putem, uel in uerba iurare cogam mea, ad fatendum multi, ad credendum nemo cogit. nulla maior quam iudicij libertas, hanc itaq; mihi uendico, ut alijs non negē. sic sanē, potest enim esse, sit honesta, sit sancta omnium intentio, esse autem occultissime profundissime quē rei humanæ conscientia iudex nolim. Et possunt omnes Deo largiente bene uiuere, nullum respuit infinita clementia, sed à multis ipsa respuitur, ipsa etiam humanæ Philosophiæ institutio gradaria est, non possunt enim summum locum præhendere, alioquin imā omnia uacarent, tantum ut uitetur obscenitas, & quæ in imis esse solent sordes, id enim omnibus necesse, qui quolibet in genere uitam agere procul ab infamia decreuerunt. Sic obscena uitare debitum, in altum niti uirtus est, peruenire foelicitas.

De quadruplici distinctione uirtutum, à Plotino inducta, & à

Macrobio comprobata. Cap. v.

Non sum oblitus distinctionem illam quadruplicem uirtutum, à Plotino ingenti Platonico inductam, à Macrobio comprobata, sed in ea ipsa politicæ uirtutes infimum gradum tenent, quæ occupatorum esse possunt, eorum quæ non omnium, sed illorum quibus occupationum finis uirtus, propria & multo maxima reipublicæ salus est. Cernis ad quam paucos uno uerbo tota occupatorum innumerabilis acies sit redacta? Proximam ascendendo gradum possident purgatoriarum uirtutes, haud dubie linquentium urbes, atque otiosorum & uere philosophantium ornamenta, & passionibus quidem animi, quas primæ temperant, hæc conuellant. Tertius gradus, altior illarum est, quas purgati animi uirtutes uocant, quarum munus est proprium, passionibus, quas politicæ molierint, purgatoriarum conuulserint, obliuisci. hæc perfectorum sunt, qui ubi sint, nescio, sed & qui fuerint, solitudinem amarunt. & si quis usquam superest, quamuis hoc uirtutum gubernaculo tutus in alto nauiget, puto tamen solitudinis portum amet. Quartus ac supremus exemplarium est locus, quæ supra hominem sunt, & ut aiunt, in mente solius Dei habitant. unde quod ipsum nomen indicat, tanquam ab exemplari aliquo æterno, siue ut Plato uocat, ab ideis, quas in eadē Dei mente, ut cæterarum rerum, sic uirtutum posuit, tres alias humanarum uirtutum species ortas uolunt. in his autem aduersus passionibus, non modo non eisdem effectus esse quos in cæteris, sed ipsum passionibus nomen audiri nefarium prorsus atque sacrilegum. De istis sanē nil dicaturus fueram, nihil enim ad id, quod nunc agitur, nisi enim cum de politicis purgatoriarum uirtutibus loqui aliquid tempus admonuisset, Plotini quadrifidam catenam, multa arte cõfertam, filo soluere ac dissociare non libuit.

De delectatione ac dulcedine uitæ solitariae & spirituali pugna

solitariorum. Cap. vi.

Vides ne quāto uerborum ambitu, utcumq; cū occupatis in gratiā redire uoluerim, tempus est, ut his ita digressionibus modus sit. ad me igitur, & ad solitudinē reuertor. Cuius ego uerā intimamq; dulcedinem, utinam profundius haussissem, ut fidentius in hoc re, cum sermone uersarer. nunc de re sanctissima, profanum ingenium fari potest. quis enim fando æquet, quod uix percipit cogitando? cœlestis & prorsus angelica uita est, de qua terrenus est, ne dicam terreus homuncio loqui uult, splendore nominis captus, fama quæ rei optimæ, & ut uerē dicam, odore magis quam sapore delectatus, haud aliter quam si natus in syluis pastor, & in syluis educatus sit in fluuio, herbis, famem sedare syluestribus, humicibus sumere solitus dumosq; requiem sub antro, casu aliquo ad amplissimæ cuiuspiam atque opulentissimæ urbis muros accesserit, & dum in uestibulo fessus sedet, oculis quæ uide circumflectit, in quæ urbem ipsam inicit custodum domos aut cohærens portis angiporum uiderit. Exinde reuersus in syluas, socijs narret, quid in ea urbe conspexerit, quid in atrijs, quid in uicis, quid in curia, quid in foro, quid in officijs artificum, quid in thalamis procerum, quid in publicis priuatisque consilijs agatur. Aut si quia primum forte religiosissimi templi limen attigit, idcirco quicquid amictum seu uasorum imis penetrabilibus

abditum

abditum seruetur, cunctas librorum formas, singula sacerdotum officia, omnes sacrorum ceremonias nosse putat. Re enim uera quantum ego ab huiusmodi pastore differo, nisi quod is urbem semel adiit, aut templum, ego sæpè solitudinē, is exterius substitit. ego introiit, ille mox abiit, ego permansi. Quid tamen ego certius noui, qualis solitariae uitæ status interior sit, antra, colles & nemora, æquè omnibus patent. Nemo arcet intrantes, nemo pellit ingressos, deserti nullus est sanitor, nullus cultos. sed quid locorum solus introitus, quid ambitu uehunt amnes, quid lustrata iuuant syluæ, quid in se ipsi profunt montes, si quocumque iero, animus me meus insequitur, talis in syluis qualis erat in urbibus. ille ante omnia deponendus, ille, inquam, ille domi relinquendus erat, suppliciterq; poscendum à domino, ut cor in me crearet mundum, & spiritum rectum his in uisceribus innouaret. Tum demum uitæ solitariae abditæ penetrasē, hæc enim, quid alieno gloriæ: hæc solitudo utique, non solitaria uita est, ea scilicet quam suspiro, quamuis exterius simillima uideatur, æquè hominum turbis educta, sed non æquè passionibus expedita. O si uisidissimæ quæ nam dulcedo illa ineffabilis sanctarum animarum, quam de præteritorum commemoratione discriminum, & uenturi gaudij expectatione percipiunt, sine quibus triumphatus hostis, sine quibus sæpè quidem uictus, sed uincendus adhuc, & in acie nunc etiam standum est, non sine spe certa uictoriæ, militandum quæ non solis, sed suffultis Angelico comitatu. Et quibus indutis armaturam Dei lorica quæ iustitiæ, ut uerbo utar Apostoli, munitus scuto fidei, gladio spiritus, & salutis galea, aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, iterum atque iterum nullo quidem spectante mortalium, sed cœlicolarum maximo consensu & eximio omnium fauore CHRISTO Q. IESU spectaculis præsidente pugnandum est. Quæ nam illa suspiriorum quies, de profundis ad excelsa tendentium, fatigato animo gratissima? quæ nam suauius lachrymarum, de purissimo cordis fonte cadentium? quæ nam militum CHRISTI uigiliæ excubiæ quæ, Psalmorum in turribus Hierusalem, & in propugnaculis Sion aduersus exercitum Babylonis, tota nocte canentium uallum quæ & castra seruantium, loco arduo & munito, ubi nec pabulum desit nec aquatio, ubi fidat hostibus insidijs, tētari se posse non obrui, eoq; se gratiæ subuectos, ut ferocissimi hostis incurtus ipsis obsequiū, supplicium illi sit, ut qui salutem iam amplius non obest, sæpè pro sit ad gloriam, exercendoq; fiat cautiore, militia fortior uictoria, clarior triumphus, CHRISTI pugilū in uitæ huius agone certantium.

Quantum sit solatiū, quanta uē iucunditas pro breui solitudine hominum,

perpetuam sperare frequentiam angelorum. Cap. vii.

Quod illud solatiū, quanta iucunditas, gaudere præsentibus, sperare meliora, pro breui solitudine hominum perpetuam frequentiam angelorum et diuini uultus aspectum, ubi totius sacre cōcupiscentiæ & desideriorum omnium est finis, pro paucis lachrymis interminabilem risum, pro temporalibus ieiunijs æterna cōuiuia, pro uoluntaria paupertate inæstimabiles uerissimas quæ diuitias, pro incolatu syluarum sus ciuitatis ætheræ, pro fumoso turgurio stellantia CHRISTI palatia, pro agresti silentio cantus angelicos, et cœlestis dulcedine harmoniæ, quæ que omne melos excesserit, illam Dei uocem, tot transactis laboribus, suos æternam in requiem euocantis, pro his omnibus sponforem ueracissimum ac locupletissimum habere. Cogitare quotidie quid est quod reliqui, quid est quod secutus sum, quale est quod patior, quale quod expecto, quantum est quod scui, quantum est quod metam, extimare quæ breui tēporis iactura, immo uerò non iactura, sed lucro, & innumerabiliū tæditorum fuga, foelicitatē negotietur æternā, & dimissis hominum fastidijs, urbiumq; periculis, ubi uerē est infernus ille uiuentium, cuius meminit Psalmista, ad supernam patriam properantes, iam hinc cœperint esse foelices. Siquidem miseræ finis foelicitatis initium est, natura cōtrariorū exigente, ut ubi hoc desinit, illud incipiat, postremò & cogitatus altissimos, & collocutores spiritus, & uisiones beatificas habere, & sæpè p̄sentē CHRISTVM familiaris cōpellere. Semp enim p̄sens est, q ubiq; semp est, q̄s est aut hīc, nisi de quo scriptū est: Si ascendero in cœlum tu illic es, & si descendero ad infernū ades, Si sumpsero pēnas meas diluculo & habitauero

habitauero in extremis maris. cui si facile fuit oculos nobis atque aures intellectumque largiri, multo est profecto facilius nos uidere, audire & intelligere. Videt ille igitur nos, auditque prius etiam quam loquamur, ipse est enim igitur, qui tacito Moyse ait: Quid clamas ad me? Prauenit uota nostra & affectus anticipat, cogitationes nostras intelligit de longinquo, hoc est multo antequam fiant, preces nostras exaudit antequam sonent, necessitates nostras aspicit antequam ueniant, exitus nostros specularur antequam nati sumus. sed ita nos aspicit, ut indignos licet inueniat, misereatur tamen, nisi forte quod procul absit a nobis, contumacia pertinaci misericordiam repellamus.

Quod habentes uerum testem CHRISTVM, teste imaginario non egeamus. Cap. VIII.

Habentes ergo testem Patrem iudicem, teste illo imaginario non egemus, de quo alibi scripsi, quem Philosophorum quidam quaerendum nobis esse dixerunt. Epicurus quidem, quibusdam licet opinionibus infamatus, magnorum tamen iudicio magnus uir, amico scribens. Sic fac, inquit, omnia, tanquam spectet Epicurus. Marcus Cicero in epistolis, quas ad Q. Cic. F. suum scribit, post adhortationes magnificas ad uirtutem, concludens: id, inquit, facillime facies, si me, cui semper uni magis quam uniuersis placere uoluisti, tecum semper esse putabis, & omnibus his rebus quas dices, & facies, interesse. multum haud dubie confidebat ueram praesentiam, profuturam esse germano, qui memoriam sui solam, efficacem adeo uirtutis ad studium, extimaret. Securus hos Seneca, sed non ausus sibi tribuere, Lucilium suum monet, ut alicuius clarioris uiri praesentiam sibi fingat: Ait enim, prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse & habere quem respicias, quem interesse tuis cogitationibus iudices: nec multo post: Sic facies, inquit, quaecumque facies, tanquam spectet aliquis. & post pauca aliquorum te, inquam, auctoritate custodi, aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lelius, aut cuius interuentu proditi, quoque homines, uicia supprimeret. Et ut intelligas hanc etiam esse Epicuream doctrinam, Seneca idem alibi, Aliquis, inquit, uir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante uiuamus, et omnia tanquam illo uidere faciamus: hoc mihi Lucili, Epicurus praecipit, custodem nobis & pedagogum dedit. de inde quibusdam interpositis quibus hoc consilium annumerat: adiecit. Et elige itaque Catonem ait, si hic tibi nimis uidetur rigidus, elige remissioris animi uirum Lelium, elige eum, cuius tibi placuit, & uita & oratio, & ipse animus ante se ferens uultus. Vides ut aliquot enumeratis, utroque nobis liberum linquit eligere quem uelimus, modo aliquem eligamus, cuius nobis non genus, non potentia, non opes, sed uirtus & conuersatio & testis animi frons, & motura animi uerba placuerint. & hoc quidem de imaginario teste uita philosophicum consilium, inter suos non inutile nobis, non necessarium, hunc in his literulis obtineat locum, ut quod diximus appareat tali teste, Christianum hominem non egere, cui non Epicurus aut Cicero non Cato, non Scipio, non Lelius imaginatione fingendus, sed angelus bonus uita custos, comesque datus homini, quo spectante, si quis est pudor, audere non debet, quod coram homine non auderet. Et quod summum & terribile dixerim, CHRISTVS ipse locis omnibus atque temporibus est praesens, non actuum, sed & cogitatum omnium uerus testis, quos & si uere afforet testis Epicureus, non uideret. Fingere hic animum liber & cogitare, quis tam impudenti rabie unquam fuit, tantamque scelerum licentia, qui non dicam CHRISTVM, sed amicorum CHRISTI aliquem coram cernens, non raptanti se praecipitanti que libidini frena subtringeret? Atqui CHRISTVM ipsum in abditiis etiam animae penetrabilibus semper assistere, & quid illis geratur introspicere, aperta omnia uidere, nemo uisquam Christianus est, qui dubitet, nec ab omni dedecore, tanti testis metu saltem & ueneratione desistat. quod hic praestigij est, nisi quia quem praesentem corde credimus, oculis non uidemus, eo que relabimur, in quo ueteres Cicero, qui CHRISTVM certe non nouerat arguebat, ubi ait. Nihil animo uidere poterat, ad oculos omnia referebant: quod & si nobis accidit, & consilium optamus, idem nobis audiendus est Cicero, non quod alij praecipue ex nostris desinit, cum Augustinus ex hoc maxime librum uerae religionis mihi texuisse uideatur,

uideatur, sed uiuat in re nostra peregrinum, ut ita dixerim, hominem audire, praesertim cum unus idemque locus sit, ubi & uulnus aperuit, & medicamenta composit. ait enim: Magni autem est ingenij, reuocare mentem a sensibus, & cogitationem a consuetudine abducere. in hoc ergo summis & nos uiribus enitatur, ut sensibus domitis, & uicta consuetudine aliquid animo uideamus, aperiamus iam tandem, atque purgemus oculos illos intrinsecos, quibus inuisibilia curuunt, CHRISTVM adesse uidebimus. & si de Marco Catone scriptum est, quod puduit gemere, illo teste, mori, quanto magis pudebit CHRISTO spectante male uiuere, male mori, aut omnino facinorosum aut turpe aliquid tanto sub teste committere. Sanè nos hic testis infallibilis atque perpetuus, ut ad propositum sermo redeat, & si ubique praesens sit, nusquam tamen esse praesentior, nusquamque familiarius nos audire & nobiscum colloqui quam in solitudine dignatur, nimirum, nam & nullus interstrepit, & quod ab intentione mentem distrahat non est, sic humanus animus assuecit coelestibus, frequenterque colloquio fiducia salutaris incipit, & ex hospite atque aduenae sit domesticus Dei. Magno enim ex amore continuoque & fidei cultu inter Deum & hominem, familiaritas tanta est, quanta inter hominem & hominem non est: quam obrem ut laboriosos homines, & mortalibus semper rebus implicitos, ac terrenis occupationibus tota intentione demersos, iam nunc occupationum immortalium et inferni laboris habere primitias crediderim, sic simillimum ueri purem, solitarios Dei amicos, prius assuetos curis, iam hic aeternae uitae praesentire delicias. Nec incredibile dixerim, posse aliquem ex hoc numero, cui secularis coeni uestigium nullum extet, ad eum gradum misericordiae subleuante consurgere, ut adhuc terris inclusus, concinentes in caelis angelorum choros audiat, & uideat in excessu mentis, quod ad se rediens non possit exprimere. Sed quid horum omnium scire, quid ne de his loqui possim peccator, infelix, & peccati mei pondus ac uincula circumferens, qui uel amore literarum amicum ocio, & literis locum amo, uel fortasse odio quodam ex dissimilitudine mortis orto, populum fugio, & fortasse conscientia uitae meae, multiloquum testem uito.

De libertate solitarij, & studio mentali. Cap. IX.

His igitur praetermissis, quaquam bone IESU, ad hunc finem creati abs te, ut in te requiescamus, ad hoc nati, & sine hoc inutiliter atque infeliciter nati sumus. quanti tandem Pater aeternus illa communia, uiuere ut uelis, ire quo uelis, stare ubi uelis, uere inter purpureos florum thoros, autumno caducarum inter frondium aceros acquiescere, applicatione hyemem, umbris aetatem fallere, neutram sentire, nisi quam uelis: in utraque tuum esse, & ubicunque fueris esse tecum, procul a malis, procul ab exemplis scelerum, non impelli, non collidi, non affici, non urgeri, nondum esurire malis, in conuiuium trahi, dum tacere cupias ad loquendum cogi, non importune saluari attractarique ac detineri in compitis, & urbanitate incondita & insulsa totos dies in aculeo pendere, obseruare praetereuntes. Quis te ut monstrorum aliquod intueatur admirans, quis pedem figat occursum, quis flexus in tergum hareat, & aut nescio quid raucum in aurem comitis insulurret, aut de te obuium, interroget, quis in turba uel moleste urgeat, uel aliquanto molestius loco cedat, quis manum porrigat, quis ad caput illam referat, quis multa in angustijs loqui pareat, quis tacitus oculo signum det, & stricto transeat labello. Demum non inter tedere, senescere, interque saltantium greges premere semper & premi, artari spiritum, moestis que uaporibus afflatum, hyeme licet media sudare, non humanitatem inter homines dediscere affectum que fastidij, odisse res, odisse homines, odisse negotia, odisse quos diligas, odisse teipsum, non obliuisci tuarum rerum, ut multis ingratias uaces. Sine prauiditio tandem apostolicae sententiae, ad Romanos quae est: Quod nemo nostrum sibi uiuat, & nemo sibi moritur, siue enim uiuimus domino uiuimus, & siue morimur domino morimur, ita tibi uiuere & mori, ut non alijs quam Domino uiuas et moriaris. Stare interim uelut in specula, res curasque hominum sub pedibus intuentem, uidere omnia teque imprimis, cum uniuersitate transire, nec senectutem tacite subrepentem, prius molestam pati, quam proximam suspicari, quod omnibus propemodum occupatis accidit: Sed eam

multo ante prospicere & præparare illi integrum corpus, æquum animum nosse, nitæ uir-
bram hanc non uitam, diuersorium non domum, uiam esse non patriam, non cubiculum
sed palæstram, non amare quæ fugiunt, optare quæ permanent, hæc ipsa dum assunt, ferre pa-
cifice: semper te meminisse mortalem, sed cui sit immortalitas repromissa, mittere retro me-
moriæ, per quæ omnia secula, & per omnes terras animo uagari, uersari passim & colloq-
cum omnibus, qui fuerunt gloriosi uiri, atque ita præsentis malorū omnium opifices obli-
uisci, nonnunquam & te ipsum, & supra se eleuatum animum inferre rebus æthereis, medi-
tari quid illic agitur, & meditatione desiderium inflammare, te quæ uicissim cohortari, &
ardentium quasi uerborum facultas calidis admonere præcordijs, qui quod inexperti nō
intelligunt, non ultimus solitariae uitæ fructus est. Inter hæc ut notiora non sileam, & lecti-
oni dare operam & scripturæ, & alternum laborem alterno solatio lenire, legere quod scri-
pserunt primi, scribere quod legant ultimi, & beneficij literarum à maioribus accepti, qua
in illos non possumus, in posteros saltem gratū ac memorem animū habere, in eos quoque
qua possumus, non ingrati, sed nomina illorū uel ignota uulgare, uel obsolefacta renoua-
re, uel senio obruta eruere, & ad pronepotum populos ueneranda transmittere, illos sub pe-
ctore, illos ut dulce aliquid in ore gestare, denique modis omnibus amando, memorando,
celebrando, si non parem, certè debitam meritis referre gratiam.

**Quomodo quarundam artium inuentoribus diuini
honestates attributi sint. Cap. x.**

Inuentores artium quarundam, post mortem diuinitatis honore cultos audiuius, gra-
tè quidem potius quam piè, nulla est enim pietas hominis, qua Deus offenditur, sed er-
ga memoriam, de humano genere benemeritorum, inconsulta gratitudo mortalium, huma-
nis honoribus nō contenta, usq; ad sacrilegas processit ineptias. hinc Apollinem cythara,
hinc eundem ipsum atq; Aesculapium medicina, Saturnum liberumq; & Cererem agri-
cultura, Vulcanū fabrica Deos fecit, hinc Aegyptus Osirim Athenæ docta urbs Mīneruā
coluere, q; illi lini, hæc olei usum artēq; lanificij reperisse fertur. longū est singula psequi, q;
apud ueteres huiuscemodi uanitatū nullus est modus, quas palā damnare, nō aulus ille po-
tētarū maximus atq; cautissimus, ut qui uerò paratum fortè supplicium uerebatur, latenter
utique, nec minus eleganter irridere non metuīt, quando quidem animas eorum inuen-
tas, qui uitam excoluere per artes, quorum nomina uulgus mendax, & omnium fons erro-
rum, in cœlum cœli domino indignante, locauerat, apud inferos ponit. nominatim insu-
per ipsum medicinæ repertorem, omnipotentis dei fulmine detractum, ad stygias undas ca-
nit. uerū hæc quæstio inter eos maneat, apud nos enim nulla de dijs est quæstio, nec uerò mi-
rari unquā satis possum, uiros in cæteris omnibus tam perfectos, in solis superstitionibus
deliros, & quasi uelocissimos cursores euntes in diuersum, & ante oculos metam positam
non uidentes, ut quorū pernīcitatem miror, miserear cæcitatē. Sanè si talitū rerum primis
auctoribus honor aliquis debetur, quem deberi magnum, modò humanum, modestum
quæ non inficior, quid non literarum artiumquæ nobilium repertoribus debeat, qui nō
uomerē fulcis, nō telā lateri, non fiditū tinnitū auribus, non oleū aut uinū gutturi, quamuis
& auribus & gutturi suos sonos suasq; delicias, sed foeliciora qdam instrumēta ad cibū &
ornatū cultūq; & medelā animi pepererit. Enim uerò id debet, ubi q̄so potissimū p̄soluā,
aut q̄s est q̄ dubitet, hoc ipsum literarū negotiū, q̄ uel nostrum uel alienum consecremus
nomen, quo multo perennius quàm ære, uel marmore uirorum illustrium imagines ex-
cidamus: nusquam omninò melius, nusquam liberius, quàm in solitudine posse tractari,
expertus hoc saltem loquor, sentio quos animo stimulos, quas alas ingenio, quod illa
operi uacuum tempus accommodat, quæ omnia præter illam ubi quæram nescio. Vacuita-
tatem uerò seu uacationem dici mauis literarum atque artium fontem esse, si mihi fortè nō
credis, Aristoteli crede, q̄ primo Metaphysicæ suæ libro, circa Aegyptū constitutas mathe-
maticas artes ait, rationem asserēs, quod ibi gens sacerdotum uacare dimissa est, quod nec
Plato

Plato ipse tacuerat, de eisdem loquens in Timeo, quod sacerdotijs præditi, separatim à cæ-
tero populo manent, ne contagione aliqua prophana castitas polluat. de quorum uita,
ut unus è sacerdotibus nostris ait, Cheremon Stoicus, uir eloquentissimus narrat, quod
omnibus mundi negotijs curisque postpositis, semper in templo fuerint, & rerum natu-
ras causasquæ ac rationes siderum contemplati sint, nunquam mulieribus se commiscue-
rint, nūquam agnatos nec propinquos nec liberos quidē uiderint, ex eo tempore, quo
cepissent diuino cultui deseruire, carnibus & uino se semper abstinerint. Addit ad hæc, q;
biduana ac triduana inedia, humores corporis ex ocio atq; immobilitate nascentes, acer-
rimè comprimere & castigare sint soliti. multa quoque de cibo, de potu, de accubitu, qui-
bus moribus, diuinam ingenij ubertatem facile crediderim contigisse.

SECTIO. V.

**De rationibus, quibus aliqui uitam solitariam
reprehendunt. Cap. i.**

Nec sum nescius, ut hoc loco mihi uolenter occurritur, ab his quibus solitudo & lite-
ris inimica uidetur & uirtutibus, dicunt enim in primis carere solitudinem magistris
quibusdam, quasi literarum dispensatoribus, atq; ut ita dixerim, tenerorum alioribus ani-
morum, sine quorum ope continua, profectò rara nunquā ingenia surrexere. Ita uerò hoc
dicunt, quasi ego pueris loquar, & nō his q̄ domi ferulā pædagogū dimiserint, instant tamē
acrius, & eruditus etiam uiris distrahi ingeniū, huc illuc prospectu uago & cœlo liberiore,
cōfirmant. q̄ quidē ubi grande aliqd̄ molitur, rapidi more cornipedis, magno quem saltui
præpares frenandum coligendumq; doctus nemo negauerit. huius sententiæ patronum
Quintilianum habent, q̄ libro Oratoriarum institutionū, nisi fallor nona, cū secretū & libe-
rū arbitris locū, & quàm altissimum silentium scribentibus maximè cōuenire, deq; hoc ne-
minem dubitare dixisset, procul dubiò hac in parte mecum sentiens, mox adiecit, unde dis-
sentiens uideretur. Et non tamen, inquit, protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc
nemora syluasq; q̄ illa cœli libertas locorumq; amœnitas, sublimem animum & beatiorē
spiritum parent, mihi certè iucundus hic magis, q̄ studiorū hortator uidetur esse secessus.
namq; illa ipsa q̄ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati, neq; enim se
bona fide, in multa simul intendere animus totū potest, & quocunq; ipse respexit, definit
intueri q̄ propositum erat. satis utique dixerat, & tamen ut penitus ita sibi persuasum scias,
insistit ac repetit. Quare, inquit, sylvarum amœnitas & præterlabentia flumina, & inspiran-
tes ramis arborum auræ, uolucrumquæ cantus, & ipsa latè circumspectiendi libertas ad se tra-
hant, ut mihi remittere potius uoluptas ista uideatur cogitationem, quàm intendere.
Ecce igitur ut aduersum me non spernendus testis in iudicium uenit, qui uelut auctoritati
proprie parum fides, Demosthenis haud uulgaris equidem notæ uiri, sed absque æmulo
Græcæ facundia principis, factum profert, opinioni suæ consentaneum. Et Demosthe-
nes quidem, inquit, melius qui se in locum, ex quo nulla audiri uox, & ex quo nihil pro-
spici posset recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi: habes ò studiose sylua-
rum sectator miratorquæ, dicat aliquis, qui syluas & colles & secessus auos, non tantum
inutiles studijs opinetur, sed damnosos. quid hic dicam? negem aut locutum uera Quin-
tilianum, aut rectè fecisse Demosthenem, immò uerò uel in sententiā horum ibo, uel
hos in sententiā meam traham: conuenire securius, quàm luctari. Poteram nempè
perfacile hos incurfus auertere, quod Oratores ambo, hic quidem clarus, ille clarissimus,
nec dubium, nulli studiosorum generi minus syluas, & ea de quibus hic loquitur, atque
omnino solitudinem conuenire (q̄ expressius dicam cum ad exempla peruenero) sed nō hic
euadere est animus, nec fuga nec bellum placet, concordia quæro, itaq; quamuis ego nus-
quam foelicius, quàm in syluis ac mōtibus ingeniū experiar, nusquam mihi paratius & ma-
gnifici sensus occurrat, sicubi tamē magnificū aliquid occurrit, & æqua conceptibus uerba
respondeant, nolim tamen, quod mihi forsā singulare est, ad uniuersos trahens dictum
factumue tatorum hominum damnare, quin utriq; potius amplector, & probo neutrum
S 2 nostro

nostro proposito aduersum. Neque enim studiosis impero, ut in syluis aut in montibus libros scribant, sed permitto ut tali spectaculo recreatur animus, in angustias cogant tacitas atque receditas, quas tamen nullo loco aptius, quam in solitudine posse contingere, quis est, qui non, quamlibet urbium amicus, intelligat: fuscum igitur ac silentem locum, qui ad scribendum uenit eligat, hoc enim iubentibus non obliuiscendo, quod diurno scriptori dictum, nocturnus non respiciat. Lucubrator. qua in re, ipsius Quintilianus consilium non inefficax expertus, tecum studiosissime Pater, & cum lectore communico, ille enim laudans Demosthenis hunc morem, ad extremum ait: Ideo lucubrantes silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unum uelut rectos tenent, nihil horum ut arbitror solitudini obstare, sed fauere cuncta fateberis, itaque si inter tantas uoces audior, consilium nouum non despiciat, & hos sequor, & longius euectus, si loci optio integra est, scripturam noui aliquid admoneo, quotiens se exemplo Demosthenes includet.

Quod syluae, loca uirentia, & amnes plurimum conferunt solitarijs. Cap. I.

Illud ante possum sit, ut post secundos ingenij successus, egressu facili in syluas & loca uirentia, quoque nihil est Musis amicus, queruli amnis in ripam grauedinem possit fatigationemque deponere, nec ideo minus in aruum ingenij rerum semina iacere, & inter ipsum quietis reparandique animi tempus uenturo labori materiam preparare, uile simul, & iucundum opus, & actiuos reges & quietus labor, ut cum ad angustiam illam Demosthenis ac secretam aream reditum fuerit, sententiarum sementem, inutilibus excusis, uotiuorum uerborum in mensis æquaret, atque ita nullum studio tempus iners aut inane præterfluat, quod his præcipue dictum sit, quod orationes texerit aut historias, nam quæ philosophiam, ac maxime quæ poeticam meditantur, quibus acuta potius & arguta, quam multa congrere mens est, eos libertati præcipue relinquendos censeo, impetum in ingenij sequantur, consident ubique est animus, ubi locus tempusque suaserint, aut ubi se stimulis maioribus adigi senserint, seu cœlo apto, seu clausæ tecto domus, seu solidæ rupis obtentu, seu patulæ pinus umbraculo, non multorum euolutione uoluminum est opus: Illis iam ante plectis in animo legunt, sapere etiam in animo scribunt, lectione præterita, sed præsentis ingenio sese attollunt, nempe supra humanum modum rapiantur oportet si supra hominem loqui uolunt, id sane locis apertissimis expeditius geri interdum, & alacrius animaduerti. unde sapere motanum carmen, quasi hoc dicitur è toto grege lætissimum atque lætissimum uidi, & nitore insito admonitus originis, dixi mecum:

Gramen alpinum sapit, ex alto uenit.

Equidem ut huic tandem articulo finem faciam, & Marcus Tullius, & Virgilius Maro, quos eloquentiæ principes Latinæ nemo eloquens negabit, huic consilio hærebant, dum alter cum sapere alias, tamen præsertim ad tractatum legum Ciuilium accessurus, frondosas quercus & delectabiles secessus, quodque ibi scriptum memini, ripam & umbram, & procerissimas populos, & concentum auium, & strepitum fluuiorum, atque æquas in partes scissis amnis in medio insulam paruam, & huic nostræ simillimam quæreret: alter autem suum Alexim, quisquis is est, pastorio carmine laudaturus:

Inter densas umbrosa cacumina fagos,

Assidue ueniens, solus in montibus & syluis id faceret, Platonem secuti ambo, qui inter ociosa cupresseta & spatia syluestria, de institutis Rerum publicarum deque optimis legibus disputarant. Nota nimirum & uulgata commemoro, multum tempore posterior Cyprianus, fide autem prior & martyrio clarus, nec obscurus eloquio, tale quiddam & sensisse uidetur & scripsisse, quod unum ex multis ingens mirator eius Augustinus in libris suis, quasi illius ingenij experimentum & eloquentiæ gustum ponit, quæ in eo quanta esse potuerit, nisi grauitati rerum dedit, uerborum neglexisset ornatum, loci illius commemoratione notum nobis esse uoluit. Vbi ingenium exercens non ait, hunc thalamum loco abditum, cinctum muris, communitum seris, marmorea opacum celatumque testudine, aut tale aliquid, sed Quid petamus, inquit, hanc sedem dant secessum uicina secreta, ubi dum erratici palmitum lapsus pendulis nexibus, per arundines baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerunt, ecce quam porticum, & quam sedem uir sanctus & eloquens appetebat, uites, palmites, frondes,

frondes, arundines, & inter hæc studiosis semper amabile secretum, quod utique non optaret, si præter muros ac tectum nullis bene successibus ingenium crederetur. Possem nunc apud alios hoc ipsum quærere, & plurimum testimonio rem firmare, nisi uererer, ne aut fidei minus habuisse tantis testibus, aut curæ amplius suscepisse dicerer quam oportet. Hactenus ea lege differui, quid sentirem, ut nullam ingenij legem imposuisse me sentiant, quæ hæc legent, si quis adeo abundans ocio erit, ut ocium nostrum legat, singula igitur examinent de ueritate rerum, non tam mihi uel alijs quam experientia credituri.

De interpretatione uerborum Senecæ, quibus solitudinem impugnare uidetur. Cap. III.

Iam uero qui solitudinem uirtutibus inimicam uolunt, astipulatorum uidentur inter ceteros Annæum Senecam habere, quæ epistolarum suarum quodam loco, Omnia nobis mala solitudinem persuadere, & rursus alio loco: Mala tibi consilia agitari, cupiditates improbas ordinari, audaciam acui, libidinem irritari, iracundiam instigari, ait, quæ si indefinitè aut uniuersaliter dicerentur, haud dubie uel Senecæ resistendum, uel solitudinis patrocinium deserendum erat. sed non ita est. ea enim non nisi de stultis, & qui passionibus uincuntur dicta esse, luce clarius, in ipsis Senecæ uerbis apparet. Lugentem, inquit, timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur, audis aliquem solitudine prohiberi, sed aduerte causam: luctum scilicet & timorem, acerrimas animi passiones, quod ipsum latius extendens, Nemo est, inquit, ex imprudentibus, quæ relinquit sibi debeat. id utique uerum esse quis non uidet? quæ enim sui impos est, mox ut sibi relinquitur, oportet ut ruat. talibus quidem ego non inimicam modo solitudinem, sed nec amicam urbem iudico, eò tamen amiciosem, quæ illa ut criminum ministros, sic & scrutatores habet & uindices, hæc impunitatis & latebrarum spe, reijcit legum metum & reuerentiam honestatis: ceterum altera libertatem impudentiamque peccandi, altera fautores scelerum atque instrumenta suppeditat, utrumque pestiferum, uerum ea natura pueritas, non solitudinis culpa est. Quod ut prorsus ita esse, nec aliud Senecæ uoluisse pueritas, eadem epistola illa ipsam solitudinem moestis ac pauidis & imprudentibus interdicit, Lucillo suo non modo permittit, sed suadet ac precipit. Sic est, inquit, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum, non habeo cum quo te comunicatum uelim, & uide quod iudicium habeo, audeo te tibi credere. Durum nisi fallor ac precipitum dogma. Fuge, inquit, multitudinem, libenter id quidem. fuge paucitatem, patior non molestè. fuge etiam unum, nil est quo me ulterius trudas, ad extremam solitudinem coartasti. quid iam restat nisi ut me ipsum fugiam: si & tunc tamen unum fugero, non habeo cum quo te communitatum uelim. mirum. ego uero habeo cum quo te, & forsasè plures, sed profecto unum habeo. O si nunc tale aliquid amico consulam, exclamabunt undique solitudinis ac uirtutis aduersarij, meque saxeum & inhumanum dicent, at qui Seneca tantus uir, charissimo omnium amico precipit, etiam unum fugere, ac profecto consumatoque uero loquitur. hoc si quis dixerit cum bona uenia, negabo, proficientium potius quam perfectorum ex numero fuisse Lucillum iuratus testis Seneca ipse fatebitur, quem & si frequenter laudet, qui amantium mos est, si perfectum tamen nosset, nec totiens hortaretur, nec aliquando reprehenderet, at si studijs saltem uirtuti que dedito dicat aliquis, hic fatebor, sed eò planè reuertimur quo uolebam. neque enim ego alijs quam literarum & uirtutum studiosis loquor, reliquis salubre consilium nullum habeo, uisi ut ante omnia uitam mutent, tum de loci opportunitate uidebimus.

Quod his quibus opportuna est solitudo, non sit suadendum, ut amicitia iura contemnant, & quot turbas non amicos fugiant. Cap. IIII.

CAeterum his ipsis, quibus solitudinem opportunam dixi, nunquam suasi, ut studio solitudinis amicitia iura contemnerent, turbas non amicos fugiendos dico, quæ si quis esse sibi amicorum turbas existimat, primum uideat ne fallat, id uero maxime detegit repentina necessitas, mutatioque fortunæ, quæ sicut opranda non est, experiendi cupidine, sic si accidat experientia &

discutiendis erroribus multū cōfert. deinde si ut reliquarū rerū, sic amicitiarū, alter altero ditior fuerit, nō mouebor, nec tam amicos fugere solitarium monebo, quam optare, ut ad se uisendum singulatim potius, q̄ cateruatim ueniant, non ocio tædiū, sed solamen & auxiliū laturi: sit ocium modestū & suaue, non insolens, sit solitudo tranquilla, non ferox, sit deniq; solitudo non immanitas, in quam qui uenerit, miretur humanitatem, quæ ab urbibus exulat, syluas incolere, seq̄ue urfos in populis ac leones, in solitudine angelicum hominem inuenisse, ita planè sentio, atq; hūc medium inter extrema callem teneo. Alter non nisi inter turbas gaudet, huic misericordia magis quam redargutio debetur, alter autem, inquit, fuge, etiam unū huic nescio qd dicam. tangis fateor Seneca, & auctoritate premis tua inclinaturus forsitan, nisi alter obfisteret non te minor, & si maiore dixero, credo non indignaberet. Marcus Cicerō amicitia legē tractans, nō hos tantum, quibus amicitia post uirtutem iucundissima rerū est, sed asperos etiam & immanes, humanamq; societatem atq; cōgressum fugientes, quorū uix unicum exemplum toto orbe reperit, pati nō posse ait, nisi acquirant aliquem non dixit amicum, natura enim obfistat, sed apud quem euomant uirus suæ acerbitalis, sumpraquē hinc occasione, Tarentini Archytæ dictum refert, cuius ea sententia est. Neminem non modò in terris, quantalibet rerum affluentia, sed ne in cælo quidem præsentis siderum conspectu, mundiquē notitia fœlicem esse posse, nisi habeat, cum quo illa participet, sic naturam nihil omnino solitarium amare. Idem famosiore alio quodam loco, si omnia nobis, inquit, quæ ad uictum cultumque pertinent, quasi uirgula diuina, ut suppedirentur, tamen optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omisis, totum se in cognitione & in scientia collocaret. deinde ut ironice locutum scires, aperte ait. Non est ita, nam & solitudinem fugeret. ecce quam paucis uerbis, quæcunque de solitudine loquimur damnasse uidetur, & fecerat nisi ulterius processisset, ut nō tam Cicero nis dictum exponendum nobis, quam oratoris testimonium, licet in philosophiæ libris scriptū, seu suspectum ab hoc iudicio repellendum esset. Sed ut liqueat de extrema & inhumana tantū solitudine illū loq̄, quam qui fugit profectò unū etiam nō fugit, atq; ita nō nostrā, sed diuersam potius damnare sententiam, nec fuga solitudinis in turbam iri uelle, sed id solum ne amore solitudinis humanitas fugiatur. Vide quid addidit: Cum enim dixisset, & solitudinem fugeret, non dixit & socios, sed & socium ait studiū, quæreret, tum docere uellet, tum audire, tum discere. Cum igitur tantis bonis ornata solitudo, si particeps careat intolerabilis, etiam ferocibus animis, humanumque perosis commercium uideatur, quid mitibus & humanitate præditis uideri debet; quod si amicitia ignaris collocatur unus, tantum solatiū afferre creditur, quid ueris amicitia cultoribus fidelis amici cōuersatio allatura sit, in quo sese uideant, ex quo uerū audiant, cū quo ut Cicero idē ait, sic omnia loq̄ audeat, ut secum de quo nulla suspicio, sub quo nulla fraus, pro quo nullus labor non suauis, sine quo nulla sit dulcis quies, à quo demū & aduersa p̄sidia, & prosperioris fortunæ proueniant ornamenta. Hunc ego si à solitudine secludendū arbitrer, durus sim? Nec uerò unquam mihi amici præsentia interrūpi solitudo uidebit, sed ornari ad postremū si alterutro carendum sit, solitudine ipsa priuari maluerim quam amico. Sic itaque solitudinem amplector, ut amicitiam non repellam, neque fugiam etiam unum, nisi forsitan is ipse sit, cuius mores etiam in urbibus fugiendos uitæ tranquillitas non negligenda suadeat. Totā res igitur ad hoc redit, ut sicut cætera omnia, sic ipsam solitudinem cum amicis partiar, nullius boni, sine socio iucundam possessionem, humanus ab eodem Seneca dictum credens, solitudinem uerò magnum & dulce bonum esse non dubitans, ab ea autem non scelestos modò sed inertes & ignauos arceam. Ut enim Tyberij solitudo odiosa est, qua Capreas insulam immeritam, perpetua commaculauit infamia, ubi scuitæ ac libidinis officinam instituit, ferus & fœdus senex, sic Seruiliū Vatiæ solitudo ridicula est, qui non procul inde Neapolitano in littore, prope Campaniæ Cumas latens senuit, octo famosus inutili, & intra uillulæ suæ septum, non tam habitans quam sepultus. & quam multos esse credimus, ubique Seruiliōs: sed hic antè alios occurrit, quem irrisor nobilis notum fecit, & præstitit, ne inferre cōteraneis nostris ueritatis iniuriā, exempliq; molestiam cogere-

cogere, iam intelligis ad quos quocunque de solitudine dicta, seu dicenda sunt referā. Verū quia nō omnibus est datū, uel sanctitate, uel literis excellere, præclaroque ocio posteritatis amorē ac notitiam p̄mereri, ut nec p̄sens gloria, nec sequentis æui fama sollicitet, p̄ qua multū itā uoluntariē profuderūt, & ob id ipsum clari sunt habiti, quanti facies ut itā tandē ad p̄positum reuertar, hoc quantulūcunque uitæ tēpus, cuius cū semel effluerit recolligendi reparandique spes, nulla relinquet tuū esse; quoque nulli mediocriter erudito uetitū est, cogitando saltē legendoque placidū fortū curis, & rerum uinculis explicitū animum habere, Deo & rationi subditum, cætera liberum, corpus quoque graui iugo eductum, animoque soli seruiens. & si quando insolentiam rebellaret, mox imperata facturum, ereptum mille laboribus, mille periculis, mille ludibrijs, posse ire pro libito, sedere, consistere, loqui, contescere, meditari non interpellantibus negotiosis atque sollicitis, quibus miseris esse non sufficit, nisi ad miseræ cumulum alienisque miserijs abutantur.

**De singulari gaudio solitariorum in dimissione
temporalium. Cap. v.**

Quid de præterito, gaudiū dicam, q̄ uelut à tergo uenit; & quidem illud Virgilij notissimum forsitan, *hæc olim meminisse iuuabit: iuuat euasisse tot urbes*

Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.

Apud eundem Poëtam, duo hæc diuersa uerborum sono, sed eodem spectantia unum idemque loquitur Aeneas. Audis ut proprie inter labores futuri temporis, uerbo usus, illi s exactis præsentis utitur, & ubi dixerat, iuuabit meminisse, iuuat, inquit, euasisse. sic est enim, dulce nonnunquam est amara recordari, demulcentque animum transmissa pericula, quamlibet in partem, habet enim & prosperitas pericula sua, nec pauciora certè, nec leuiora, & profectò fallaciora quam aduersitas:

Quam meui nequid Libya tibi regna nocerent?

Apud ipsum Virgiliū anxius pater ait, quanta ergo delectatio, quanta securitas solitudinis, metuēda quilibet emensæ & à tergo procul sua mala numeratis, quam delectat illæsum transisse pestifera, & in biuio ubi ad læuā mors erat, dextrorsum tenuisse, eoque magis quo in partē alterā deliberatio p̄nior fuit. Habet enim hoc natura, ut ibi maius p̄sentiusque discrimen fuisse recollitur, ibi de præterito plus gaudiū sit. qd ita esse nunquā clarius quam post ancipites ægritudines, post horrenda naufragia, post hostilē carcerē formidataq; bella perpendit, itaq; sanitati redditos portūque tenentes, & ex insperato uinculis elapso, aut uictores crebro audias, periculorum historias suorum cum gaudio renarrantis. quod uerò suauiter in animum redeunt, uel spretæ mundi blanditiæ, uel cōtempti honores, uel bene sparsæ diuitiæ, uel despectæ uoluptates, neglectæque minæ uel alto animo calcata calamitas, uel quicquid omnino fallere potuit nec sefellit, sed tamen potissimum hæc delectant, cum profus euaseris, ut nullus iam periculi metus sit.

S E C T I O V I.

**De tædio ac stultitia occupatorum, & urbium
habitatorum. Cap. i.**

ET ut minima etiā quæ uidentur attingā, parū ne tibi uideatur, quotidiano illo tædio caruisse, quo uix habitator urbium unquam caret, qd scilicet nō tantū homini homo, sed sibi etiā ægra mēs parit, secū ipsa discordans; occurrent tibi passim in plateis urbium stultorum greges, quibus nihil sit in ore frequentius, quam uerba illa Grammaticorū, piget, tædet ac poenitet. Et illud Terentij: Nec quid agam scio, credo singula, præcipueque nouissimum: nam si quid agerent scirent, cōfestim querelæ omnes cōquiescerent. cuius enim rei tædet, oro te, nisi ignorantia stultitiæque p̄prie: Senecæ uerbu est *Omnis stultitia laborat fastidio sui, nō placet eis uita, nec immeritò: nihil enim habet stabiliti consilij, nihil firmi, nihil ad extremū placiti, quoniā ut ibidē ait, Idem nisi sapienti sua nō placent: nesciunt quid agant, seq̄ue id*

S 4 nescire

nescire nō nesciūt, neq; dissimulāt. consequens est, ut ad qd uiuāt nesciant. Quomodo igitur amēt, qd cui usui sit ignorant; pleriq; ita uiuunt, quasi ad nihil aliud, q̄ ad seruiendū glorie ac uentri sese natos putēt, prius infauista mancipia, tam turpibus dominis addicta. q̄ ita se habere, ne qua dubitatio sit, quāri inter eos solet, si qua naturæ parentis indulgentia, homini uitam daret, nō somni neque cōcubitus, nō cibi neq; potus indigentē, sed cui absque his adesset & quies & soboles, & sobria iugisq; satietas, an optabilior ea uita esset, an hæc nostra, q̄ necessitatibus tam multis obiecta semper atq; subiecta est: & quotiens casu aliq; his disceptationibus interfui, & in finem tacitus intendens, raro aliq̄ ex his audiui, qui nō hanc nostram miseriam, illi beatitudini p̄ferendā intrepidē diffiniret. Qui illud insania exultantes dicere soliti sunt, nam quid si somnum, si concubitum, si cibum potumq; subtraxeris acturi sumus: aut quæ nam uita futura est, uitæ muneribus & officijs spoliata: ut penitus præferant & impudentissimè fateantur, ad nil se aliud uiuere, quàm ad ea, quæ communia brutis animantibus sunt nobiscum, quasi uerò non perditum illud tempus, quo breuissimam hanc uitam, cum somno & uoluptate partimur, in melioribus curis, & uel in contemplatione Dei, uel in cognitione rerum, uel in exercitio uirtutum possit expendi. quoq; grauius stomacheris, omni ferè sanioris consilij spe sublata, Deum memoriamq; meam testor, hæc me sæpius ex ore senum audisse quàm iuuenum.

De errore quorundam senum occupatorum, & urbium habitatorum. Cap. II.

EA nostrorū senū grauitas atq; maturitas est, ut à uoluptate diuelli miserū ducāt, mortē ante oculos habentes, mox ē putri ruinosoq; mēbrorū habitaculo, miseros auulsurā, adeo uoluptatis nomē ab adolescentia dilectū usq; in senū dulce est, ut si uoluptas desit, uoluptatis effectū spernāt, nec nisi fœdo & cœnoso tramite uelint q̄ cupiūt puenisse, prius infœlices & erronei uiatores, q̄ terminū oderint, uia amēt iā termino ppinquantes. Quorū si quis ad fatendū talia tardior appareat, ita tamen dubitantē, ita disputantē audias, ut intelligi detur, pudore eū à falso magis retrahi, quàm animi iudicio uerū sequi: de his in libro ueræ religionis Augustinus. Quibus, inquit, uilis est corporis salus, malunt uesci quā satiari, & malunt frui genitalib. mēbris, quàm nullā talem cōmotionē pati, inueniuntur etiā q̄ malint dormire, quàm nō dormire, cū omnis illius uoluptatis finis sit, non esurire ac sitire, & non desiderare concubitum, & non esse fatigato corpore. nec longē post. Qui sitire, inquit, & esurire: uolunt & in libidinem ardescere & defatigari, ut libenter edant & bibant & concubant & dormiant, non dixit amant miseriam & dolorem, nemo est enim tam auersus à salute, ut doloris & miseriam nomen amet, sed amant, inquit, indigentiam, quæ est initium summorum dolorū. Constat autem, sicut effectus in causis, sic in amore causarum amorem effectuum contineri, itaque cōcludens terribiliter. Perficietur ergo, inquit, in eis quod amant, ut eis ibi sit ploratus & stridor dentium. uides ut ex causa effectū elicit, quia amarūt indigentiam, miseriam cōsequentē. Multa ibi præterea diuinē in hanc sententiā differunt. Res est autē uulgi ipsius cōfessione notissima, itaq; q̄ ait, inueniri qui hoc malint dicere possumus, inueniri iā paucos qui aliud uelint, q̄ & si oculos paulo altius attollere nitunt, uulgari fumo ac puluere excæcati nequeunt, ne uē ad meliora uocantib. aurē præstent, strepitus ac populariū errorū fragor impedit. Ita pars magna mortaliū, se uolēs seu coacta belluarū moribus, pcurua, in terrā & corpori obsequens, animi negligēs, sine uirtutis illecebra, sine ulla notitia suimet spiritum trahit ingloriū atque anxii, quamuis enim natura melior in terdū purgat ac uellicet, & admonet sui, obstant tamē impedimenta quæ dixi. Hinc uiræ odii, hinc rædij radix, hinc illa inquietudo animi, qua nil peius patiū mortalis homo dū uiuit, quid igitur miri est, si horū actus & cōsilia fluctuāt: si quicquid inceperint nō delectat: nō est enim q̄ uolebāt, cū nil penitus certi uelint. Certū & semp unū uelle, sapientis est signū: uororū incōstantia summū stultitiæ argumentū est, nō desinam tibi Senecā inculcare, id oranti, quem portum petat, nullus suus uentus est, itaque simul eunt, redeunt, & utruaque cum rædio. Vidisti aliquando ut se raptim loco moueant, ut gregatim prodeant, ut repente

repente dissentiant. Cū unus hac ire cupiat, alius illac, q̄modo enim inter multos cōueniāt, cū secum quisq; dissideat usq; adeo. libet enim immorari, ut quem paulo ante uideris, nō agnoscas, & quem nūc nosse uideare, post paululum percontari oporteat cuius sit. Ita nunc læti, nūc tristes sunt, nunc humiles, nunc elati, nunc senio graues sunt, & immobiles, nūc pueri li leuitate uolubiles, ut illam iam parium collusio & temeraria iræ collectio, positioq; & mutatio in horas, quæ infantibus, Flaccus attribuit, propria & peculiaria senum sint. quorū instabilitas eō damnosior, quo liberior & monitores aspernatur, & auctoritate se contegit, & exemplo nocet. Et si enim cuiusq; natura suis uitijs abundet, magna tamē pars malorū, ex æmulatione quadam imitandique libidine nata est. nam quis unquam imitator sui, ducis errore contentus fuit: transcendere delectatur & conspici, & quos sequebamur post terga relinquere. dedit hoc præceptū (fateor) eloquētiæ studiosis Quintilianus, ut imitator quisq; contendere, quàm sequi malit, ea scilicet ratione, quia forsitan quæ transire nitimur, & si nō transierit æquabit. Eum uerò, inquit, nemo potest æquare, cuius uestigijs sibi atq; insistenti putat, necesse est enim semper sit posterior, qui sequitur. ad hoc quod plerumq; facilius est inquit, plus facere quàm idē. Alias quoq; causas affert dicti huius, quæ ut illic cognitū pulcherrimæ, ita hic relata superuacuae sint. cæterum quod utiliter in oratoria, hoc est bene ornateq; loquēdi arte præcipitur, ad artem malè turpiterq; uiuendi damnabiliter est translatus, & quod ille iussit impleuimus, contendimus, æquauimus, uicimus, iā de sequacibus duces, sumus, uenient, qui nos sequantur & superent, ut una eademq; res uariè sit proposita, erat imitatio, dicta cōtentio in utraq; tibi Quintiliane paruimus, uerū alio sine proposito, tu uerborum claritatem imitandam dicis, nos actiū tenebras imitamur, inq; hoc unū studiū, & feruēs ille conatus noster impenditur, itaq; utinam tam citò boni imitatores si qui sunt) duces suos æquent, quàm citò mali uincunt suos, q̄ ad nos attinet, datū de orationis uirtute cōsiliū pessimo artis additamento, morū uitijs applicantes, relicta nobis à patribus magno cū seruore ad posteros errorū exempla, trāsmittimus. & miramur auctū infantæ cumulum, cui omnes adijciūt, detrahit nemo, potius mirer siquid iā ad amētiæ summā desit, tot in unū undiq; cōuentibus ingenijs, tantoq; studio magistrorum. & quāuis actuum uitæq; periculosior sit imitatio, ubi maxima scilicet res agitur, tamen etiam in minimis furor iste uersatur.

De uoluptuosa imitatione uulgarium, & uarietate habituum eorum qui urbes inhabitant. Cap. III.

VNde enim hæc habituum atque incessuum indies mira simul ac ridenda uarietas, & nunc pedes contegens, nunc pudenda nudans uestis, nunc terram tergentes, nunc cubitum artantes manicæ, nunc mammillas conterens, nunc sub unguina fluens zona: unde illa musci modulaminis, non sine graui discrimine Rerum pub. ut Platoni uidetur: postremo unde ista uel stili, uel quotidiani etiam sermonis tam crebra mutatio: nimirum has odiofas & inamœnas nugas, nihil magis quàm præceptis & importuna, nec suis unquam contenta finibus inuexit imitatio, inuectasq; aluit auxitq;. Quomodo enim fieri potest, ut uiuendi tenor idem maneat his, qui non se uirtuti, non suo iudicio, non amicorum consilijs regēdos sed æmulatione, sed alienæ dementiæ, stultorumq; furoribus, se uoluedos tradunt. deniq; qui naturam propriam sic exuunt, patrios mores abijciūt, nihil nisi peregrinū atq; aduentitiū uenerantur, totiens mutantur oportet, quotiēs aliquid occurrerit quod mirētur. Nullus itaq; mutādī, quia nullus imitādī modus, cuncta illis aliena placent, sua omnia displicēt, qd libet esse malint quàm q̄ sunt, idq; unū hercle non immerito, si non animi leuitate, sed graui aliqua suarū rerum æstimatione cōtingeret, unus apud Senecā imitator Salustij, Aruncius rideretur, sed mihi crede, uicus omnis Aruntii suū, immo uerò Aruncios multos habet, non uerborum modò sed rerum simias. quo habitu, quo sermone, quo animo, deniq; quem se esse uelit nemo determinat, & ob eā causam quisq; dissimilis sui est, uestigijs senū delirantiū ingressa, nimirū docilis iuuenus, magno spiritu ad supremum stultitiæ acumen euasit, primos secundis ac secundis tertijs, atque ita deinceps facile uicentibus, sic per manus traditus, & inter manus auctus furor, quātus ad nouissimos peruenturus sit, metiri animo difficile est.

quamuis & illud forsan est uerum, iam ad extremam peruentum esse, & in nobis esse completum, quod ante tot secula dictum erat.

Omne in præcipiti uitium stetit.

Vt sine ruina nullius ulterior sit progressus, & fortè licentius instituisse uideatur, huic loco quam sat est. Quod si cui nota sit molestiarum mearum prima & maxima, ex humani generis, atq; imprimis Italix commiseratione proueniens, unde olim uirtutum exemplaria patebantur, qua, heu nunc uideo peregrinorum rituum imitatione corruptam, & domitarum à se gentium, ut quondam spolijs, sic nunc erroribus exundantem, fortasse mirabitur tantum me dolorem, tam breuibus absorbuisse gemitibus. Nam quis tacitum ferat hoc nescio, unde oriens rerum nostrarum indignum & turpe fastidium, unde turpior admiratio, & cultus indignior nascitur externarum? an non sic maiores nostri, quorum dici utinam posteri mereremur, sua illis placere poterant, & placebant. non Rheni uallum, non Danubij fluenta lustrabant, ad conquirendas has insanias, quibus Italicum decus in obscenam barbariam, degenerare compellerent, sed imperij dilatandi studio, quærendæq; gloriæ peregrina batur, signis erectis & armatis exercitibus, non deformitate patrij habitus, sed triumphos & clara cognomina relaturi, nec tamè usq; adeo suis delectabantur, ut cuncta passim aliena contemnerent, amabant quicquid usquam uera dignum erat, æque apud hostes, atq; amicos, æque apud alienigenas ac uicinos. Sicubi uirtus, sicubi morum splendor, sicubi belli, sicubi pacis artes, sicubi linguæ uel ingenij suppellex ornatio aut opulentior doctrina, cupi de suam in domo conuehebant, nulla omnium spolia opimiora censentes. nec uero fallebat æstimatio, nullæ enim profecto diuitiæ certiores, quam quæ animo possidentur. Sicubi autem turpè aliquid, uel castigare uel spernere studium erat, nostra uero gloriosa posteritas, magnum se aliquid assecutam credit, si quis adolescens, & quod magis stomachor, si quis senex, uel ignoti aduentus turpe sagum, uel stipendiarij militis ridiculam togam sumpserit, aut eo profectus est, unde pubetenus abscessa ueste, domum redeat, seu insigni aliquo ludibrio deformatus, & tale aliquid passus liber, quale Dauid in suis seruis ultus est, tam grauer, & quale nunc esset, si resurgat insani auus imitatoris, & misereat & stupeat in nepotè. quæ quidem omnia non aliter, quam si ad me dedecoris aut gloriæ summa pertineat, iam pridè nescio, cur moestus intueor, & postquam obseruare primum coepi, mirum in modum fateor, animo suspensus, expecto quis nam uarietatum modus, aut ubi res desinat, hac sum, & mallem ætate alia qualibet natus esse. Et si enim nulli æuo querelarum causa defuerit, & si tempus talium inuentor & cooperator, non bonus ut ait Aristoteles, sed malus, iam dudum hæc portenta decoxerit, nondum tamen ea consumator pessimus tempus excuderat, certè primi illi, quod omnes audiuius, maiores nostri uirtutem & gloriã mercabantur, quæ reposita est illis in memoria hominum sempiterna: nos quod omnes uidemus, obprobrium in mortale, & meras ineptias nūdinamur, quod sæpè, nã nemini, & uerbo & literis questus sum nequicquam, tamen incubuit nobis ira Dei, & iusta nos ultio persequitur, sic se læsus omnipotens, sic se dominus orbis ulciscitur, ille de ingratis seruis, iste de superbis dominis supplicium sumit. Exclamare liber: Quo pergitis, ah, miseri, quo uos ultima rapit insania, cohibete gradum, subsistite & uidete quo ruitis, deseruistis patrū uestigia, ut ambuletis uias hostiū, & q̄s armis uicistis, eorū erroribus uicti estis. Repetite mores patrū, alienos sinite, nō ut honestius tantū, sed ut letius uiuatis, & aliquādo discatis unū uelle, de quo nō quorūcūq; libidini, sed rationi instat iudicium tribuatis. hæc dicerem, & quicquid in rem præsentem, & indignatio dolorq; dictaret, nisi obtorpuisse animos, actumq; de rebus nostris crederem.

De quibusdam causis errorum, & temporis amissione habitatorum urbium. Cap. IIII.

Nempè qui alijs iter rectum ostendere solebamus, nunc quod exitio proximum est, cæci cæcis ducibus, per abrupta rapimur, alienoq; circumuoluimur exemplo, quid uelimus nescij, nam ut ceptum exequar, totum hoc malum seu nostrum proprium, seu potius omnium gentium commune, ignoratio finis facit, nesciunt inconsulti homines quid agant,

agant, idè quicquid agunt, mox ut coeperint, uergit in nauseam, non agenda enim agunt, sed quid agant quærent, & in densissimis fruticibus, difficultatum causas ac negotia aucupantur. Hinc ille discursus, sine termino, hinc medio calle discordiæ, & ante exitum damnata principia, & expleti nihil. quærent quomodo diffallant, & quasi parum Sol ad occasum properet, ingenio cursum iuuant. Et quam communis illa uox talium, Pellamus hanc diem, agamus aliquid, ut interim dies hæc transeat, at qui frenanda dies erat non urgeda, sed longa nimirum illis dies, multumq; nox longior, postremo longa ad fastidium uita est, nec tantum hyeme æstatem, æstatè hyemem, sed mane uesperam, sero autem auroram exposcunt uotis, utranq; cum uenerit cōtempturi, impletur in eis ad literam quod scriptum est: Sicut ceruus desiderat umbram, & sicut mercenarius prætolatur finem operis sui, sic & ego habui menses uacuos, & noctes laboriosas enumerauit mihi, si dormiero dicam quando consurgam. & rursus expectabo uesperam, & replebor doloribus usq; ad tenebras, quod inops afflictis quæ Iob dicebat, hoc ualitudine prospera, diuites nostri dicunt, quærentur repleturque doloribus, expectando, & cum rerum natura perpetuo litigantes, segnes horas increpant, pigra momenta præcipitant, cum, ut dixi, freno non calcariibus res egeat, si modo frenum ulla arte rapidissimum tempus exciperet. isti autem puto mortem, quam præ omnibus timent iam adesse, uitamq; quam præ omnibus optant abiisse iam uellent, tanto nisu fugam temporis impellunt, quam exitij multis causam fuisse certissimum est, qui futurorum anxij, et præsentia semper exossi, uiuendi tædio manu mortè arcessere sunt coacti.

Quomodo iucunditas uitæ solitariae, præferuet ab istis malis & tædijs. Cap. V.

Quid autem hæc tam multa ad id unum, de quo agimus forsan interroges. Nempè ab his malis, & ab huiuscemodi tædio præferuat solitariae uitæ iucunditas. lætè præsentibus utitur, futura æquanimiter expectat, non pendet in crastinum, nihil in posterum diem differt, quod hodie fieri possit aut debeat, nec immeritò. quid enim stultius, quam futuro desiderio aut spe, quod alienū est, & mille casibus subiaceret, expetere præsens, qd unum tuum est certumque negligere? nunquam pendere desinet, qui in crastinum pendebit: nullus enim dies præter ultimum crastino carebit, nullus præter primum, non alicuius diei crastinus fuit. Quæ res uitæ nostræ malum, quo uix illum maius intulit, uiuendi spe nunquam uiuere, & more canis ociosem se leporem insequentis, semper inanes auras moribus captare, nunquam apprehendere quod intendas: siquidem dies crastinus ubi aduenit, iam crastinus esse deserit, ecce iam uel crastinus alter apparet, uel idem ille clam progressus, & si enim dies alter est, uterque tamen est crastinus, illum sequimur, ille semper iuxta, semper tamen antè est, & uicinitate nos fallit, & cum ad eum uenerimus, improuisus elabatur, sic interim atque interim è faucibus nostris ereptus, & semper antè nos fugiens, nunquam consecuturos ad sequendum incitat, ita interim nihil fit eorum quæ hodie fieri possent. Solitario cui non modo de partibus, sed de tota ætate semel est constitutum, non dies aut nox longior, sæpè uero breuior est quam uellet, dum honestis in rebus occupatum deserit, & ante suscepti finem operis lux finitur. Non tamen & diei noctem, & nocti diem addere, & ubi res exegerit utranque miscere: alioquin utriusq; partibus officia, & id omnibus modis agens, ne datum tempus, cui neque stimulos addere uult neque frenum potest, inutiliter effluat: in hoc omne consilium, omne studium ponit, & hic se totis animi uiribus excitat, demum hæc illic curam omnium summa est, omnem malitiam, omnem molestiam, omnem tædij sensum demens, hodiernum diem hodie uiuit, crastinum si dabitur cras uicturus. Illius interea spe suam rem agere non omittit, sciens illum multos fallere solitū, & multa mētiri, huic potius fidē habet quod enim ille pollicetur, hic præstat. Et tanta est cæcitas mortalium, ut spē quā rem ipsam, cupidius amplectant, nouit præterea quis habitus, q̄s sermo, q̄ mores iuuentā, qui senectā deceat, his animū coaptat, nulla mutatio est, nisi quam ætas ipsa uaserit, quippe non assunt quos imitari uelit, quibus uel ducibus

quod uulgo dicitur va
nos apasax tempo alac
uersacio. alij nego dela pe
ta. acaca apasax est

ducibus infaniat, ad naturam respicit, hanc ut ducem, ut parentem sequitur, à qua non uerisimile est, ut ait Cicero, cū cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tãquam ab inerti Poëta esse neglectum. Scio hominem, nō dicam ut Paulus, sed hominem in corpore uerum, & in solitudine constitutum, agresti uictu, & studijs contentum suis, cui & si multa desint ad fœlicem uitam, hoc non exiguum solitudinis munus adest, quod si ne concursu hominum & sine tædio, sine ullis angoribus, totus illi annus lætè ac tranquille quasi unus dies agitur. Cum isti interim delicati urbani, inter uina & epulas, inter rosa & unguenta, inter cantus & spectacula, Baccho madidi, somno marcidi, rerum fessi, undiq; tædio simul & uoluptatibus defluentes, diem unum anno iudicent, esse longiorem, & uix paucas horas possit sine murmure fastidio quæ traducere.

Quod solitarius debeat regere animum, sicut boni

reges regna. Cap. VI.

HActenus hæc quæ pro tempore, cuius mihi ingens penuria est, partim uisa uel audita commemorari, partim ex uisibilibus conijcio, & de altioribus quidē, ut peccator trepidè, de cõmunibus ut expertus audacius, quod mihi conuersatio hæc, et libertatis studium notusq; literarum ac solitudinis amor præstant, quibus iã tandem finis esto, si unum addidero, solere prouinciarum præfides rectoresq; urbium, ubi primum fines suæ ditionis ingressi sunt, edicto denunciare, maleficis ut absistant, qui mos adolescente me per Italiã frequens erat, an sit adhuc nescio. nam & inde nunc absũm, & ubiq; terrarum cuncta paulatim in deterioribus cedunt, omnes boni mores breuis æui sunt, mali autem immortales. Videbamus passim sub præsidibus nouis, manifestam ex urbibus circumscriptorum furum & lenonum fugam, quamquam si ad antiqua respicimus, aliquantò uetustior illa consuetudo est, quam opportunè admodum usus fertur clarissimus ille dux in exercitu Numantino, quem superiorum ducum secordia licentia quæ militum corruptum, acerrimo correxit imperio, quando castris coquos & lenones, & institorum magnam aciem, cæteraq; id genus fomenta libidinum, cum duobus scortorum milibus, quæ luxuriari & fugere solitum exercitũ sequebantur, eodem illo die, quo primum castra contigerant una præconis denũciatione subtrahunt. quæ res multũ præclaræ illi, & quasi iam desperatæ uictoriæ, contulisse creditur, secuti sunt alij clari duces, sed clarissimum nominasse iussit. Nobis ut ad rem ueniam, qui non urbes non regna, non exercitus, sed nostri pectoris statum regendum corrigendumq; suscepimus, parua quedam uideatur obuensse prouincia, uerum ubi ad comprimendos motus rebellantes animi, rationis imperium accesserint, tum primum intelligitur, quàm graue bellum difficilisq; prouincia est, seipsum regere. quid igitur hic agendum? Nempe si me roges quod præfides ducesq; solitos dixi, maius illis fortè negotium, numero quidem fatear, illis enim magnorum populorum aut exercituum, nobis unius animæ cura commissa est, periculo autem negem, quid est periculosius quàm perire, quamuis solus pereas, cum quibusdam potius mali solatiũ uideri soleat, perisse cum multis, itaque nobis quoq; pellenda flagitia, nostris è finibus fugandæ libidines, comprimenda licentia, castiganda mollities, erigendus ad meliora animus, & quod eleganter ait Flaccus:

Scelerum si bene pœnitet

Eradenda cupidinis

Praui sunt elementa, & tenera nimis

Mentes asperioribus

Formandæ studijs.

Alij regant urbem populũ, alij militum exercitum, et nobis urbs animi uestri est, nostrarũ exercitus curarum, bellis ciuilib. & externis quatimur. An putamus ullã inquietiorẽ esse Rempub. q̃ humani status animi est; an credimus leuiores nobis hic hostes esse quã apud Numantiã Scipioni; ille unã urbẽ, & unũ populũ oppugnabat, nos aduersus mundũ, carnẽ ac dæmonia certamus. quales hi tibi uidentur hostes, quàm concordēs, quàm solliciti, quam feroces; uenit ille dux ut dictũ est, ad exercitũ corruptũ uictis fugatisq; ducibus successit quid nos

quid nos, numquid non satis in languidum corruptumquẽ urbem uenimus, & exemplis ignauitæ refertum, non alienæ tantum sed & nostræ; quot cadentes audiimus; quod prostratos uidimus; quotiens ipsi cecidimus; quod cadendi periculis subiacemus; omnia circũ plena terroribus, nostri molles & enervati affectus, hostes multi & indomiti, ingens patrumq; discrimẽ, nullus somno locus aut inertia, si salutẽ, si uictoriã optamus, utamur exẽplo uictoriosi ducis, quando & nos rerum nostrarum duces sumus, & periculi paritas parẽ exigit cautionem, quid loquor, immò quidem & periculum nobis maius & præmiũ, illi enim aliena tantum uitia, nobis propositum est & nostra corrigere, ille mortalis aliquandoq; peritura patria statum, sibi uerò temporalem gloriã procurabat, nos immortalis animæ salutẽ & æternam uitam, quam obrẽ si maiora minoribus, & si alienis nostram præponimus, summa diligentia quæcunq; officiant, huic proposito propellamus. & quomodo inquires hoc fiet; tu ne uitia in exilium pelles, quod nec leges unquam potuere nec reges; tu ne nouis artibus res inenodabiles, ut absoluas, desperatus ad hoc tempus iter aggrediẽre, luxum diuitibus, furta seruis, lamenta pauperibus, inuidiam plebi, nobilitati superbiam, fraudem curiæ, uoluptatem foro, discordiam multitudini, auaritiã ferẽ omnibus extorquere; uellem posse sed non spero, & facilius fateor omnẽ sulphur ex Aethnæ uisceribus, omne cœnum è cunctis paludibus egeri posse, quàm mala hæc, hos scelerum ardores, has morum sordes ex urbiũ sentina, ubi talitũ pessima mercium sedes est, inter quas infœliciter fœlix, licet ingentiũ coalescat, & unde fœlicius sit, abesse: quid ergo? Ad meum illud familiare consilium recurro, ut pestes quas fugare non possumus, fugiamus. In quam rem, unicum solitariæ uitæ portum ac profugium scio, de quo tam multa disserui, ut iam uerear, ne fastidio tibi sim, ne uel ipsi solitudo tibi loquatur uideatur.

**FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. DE VITA SOLITARIA
LIBER II.**

**AD VIRVM SVMMÆ REVERENTIÆ
DIGNVM PHILIPPVM PATHAM, EO TEMPORE
CAVALLICENSEM EPISCOPVM, MOX PATRIARCHAM
Hierosolymitanum, deinde S. R. E. TIT. S. Sabinæ
Cardinalem atq; Legatum, literis ornatum
ac literatorum patronum.**

S E C T I O I.

Qui patres solitudinem illustrarint. Cap. I.



Entio tamen adhuc aliquid deesse, & uideo nunc etiã quid expectes, re suapte naturæ ualidam, exemplis armari, longa est historia, qui Philosophi aut Poëtæ, quo sese altius attollerent, primum pedem in solitudine posuerunt. nam de sanctis & uulgarior & notior & longior, qui urbes spontaneo, damnantes exilio, sacra sui præsentia solitudinem illustrarunt, de quibus, si exactius loqui uelim, nō possum non inculcare notissima, etenim hæc in parte, quid incognitum est tibi, illud ne expectaueris, ut trãscribam tibi, quas uocant patrum uitas, quem libri titulum, sumpsisse nostros à Marco Varrone arbitror, qui & ipse de uitis patrum scripserat, sed alio quodammodo, nō tam inflammãdis deuotione animis, quam

quā notitiā rerum studens. Non dicam qua in spelunca sexaginta annos latuit Dorotheus, ut pater Amon coniuge dimissa, quæ secum cōtinentia uirginali diu uixerat, solus reliquū uitæ tempus in deserto Nitriæ mōtis habitans, nouissimè foelicem Deo animam reddidit, quam comitantibus & gaudentibus Angelis, ad cœlum euntem tredecim inde spatio dierum semotus Antonius uidit. Non referam qualē eodem in monte uitam duxerit, aut Pambo ille, qui cautis responsionibus à nonnullis scriptoribus, ipsi quoq; nō tantum Antonio comparatur, sed præfertur, aut discipulus unus ex multis, Antonius, quem dū studiū ac notitia literarū sacrarū clarū faceret, proptereaq; per uim in episcopū peteretur, fugere aliter nō ualens, captūq; se cernens, ne solitudine priuaretur, aurē sibi præsecuit, sic saltē pontificio futurus inhabilis, cum nec ea quidem arte proficeret, minatus urgētibus, si perstarēt lingua se propter quā ea sibi importunitas fieret abscissurū. non loquar foelices solitudines utriusq; Macharij, in quibus mirabiliū patratores operū, alter ad nonagesimum, alter ad centesimū uitæ annū uenit: non attingam qualiter Moyses quidā æthyops, de latrone factus est p̄sbi ter, solitarius *CHRISTI* seruus. q̄liter Arsenius ē senatore glorioso, maximus & *CHRISTI* amator, & suimet cōtemp̄tor euaserit. ad quem est illa uox cœlestis: Fuge homines & salua beris. & illa. Arseni fuge, tace, & quiesce. qualiter Paulus simplex, cognomen nactus ex moribus, dū cōiūctū fugiens uxoris adulteræ, solitudinem petiisset, in tantam familiaritātē *CHRISTI* gratiam uenit, ut spirituum principem impurorum, quem à se pelli non posse Antonius fateretur, ille de obfesso pectore, purissima & quidē & efficacissima prece depelleret. Non exponā quas tētationes corporis, atq; animi solitarij senes uicerint Pachomius ac Stephanus, nō inquitā quo consilio Paphnucius tres Dei amicos ex urbibus ad deferra perduxit, quasi ad tutiorem, & Deo propinquiorē locū, qua uirtutis admirationē monachorum turmas, in solitudinem traxit Helpidius qua charitate Serapion bis se hominū ser uū fecit, ut dominos suos peccati seruitio liberaret. Non narrabo pietatē Diaconi Effren, Prioris constantiā, sudores Adolij, misericordē Innocentiū seueritatē, Euagriū industriā, & labores, non scrutabor qua in solitudine Malchus immitis, domini gregē pauit, quo in specu simulata cū confuge latuit, & Ieena pro trepidis decertate, furorē heri persequētis euasit. Nō ostendā qua Ioannes Aegyptius uirtute claruit, quantaq; præsentia futurorū, à quo tam lōgē posito Theodosius Imperator, anceps animi, responsa deposceret, & consilio solitarij pauperis armatus pia, sed maxima & incredibilia bella conficeret: à quo alter quoq; licet inferior dux Romanus, graui Aethyopū incursu infinitaq; multitudine atq; aliqd̄ in faustis congressibus exterritus, cum præliū decertaret, & in eo statu nō per internūcios, sed p̄sens ipse uirum Dei pro consilio adijisset, ad spem certæ uictoriz, erectus, præfixa etiā & pugnæ die quodq; & uictor hostiles prædas ageret, & suorum res præreptas ab hoste, reueheret, & Imperatoris sui gratiā mereretur: uuit iam securus, pugnauit, statuit hostē, spolia retulit, gratiā est adeptus, cui uiro tā sancto, tāq; futuri præscio, si quid de præsentibus & expertis creditur, accipe quid hic idē de solitudine senserit: nequid enim me proposito fauentē immutasse quis quā credat, ipsa eius uerba scripsi, ab his relata qui ex ore loquentis acceperāt. Multū, inquit, prodest secretior habitatio & solitaria conuersatio. & iterū: Ad effugienda pericula, inquit, uel lapsum, & conquirendam Dei gratiā, atq; ipsius diuinitatis euidētiorē notitiā capiendā, plurimū prodest secretior cōuersatio, & heremi interioris habitatio, utq; quod uerbo docebat, facto probasse eum scias. Ipse Hieronymus hortū quæ in serui uerborum scriptor, hunc Ioannē, inquit, uidimus in Thebaidis partibus in heremo, quæ adiacet ciuitati Ligo, in rupe quadā montis ardui cōmanentē: ascensus ad eū difficilis, aditus monasterij eius obstructus & clausus, ita ut à quadragesimo ætatis anno usq; ad nōagesimū, quē tunc gerebat, cū eū uidimus, monasteriū eius nullus intrauerit, adueniētibus uerò per fenestrā se uidendū præbebat. Nō describā habitaculū Heliz monachi propē cūctis mirabilius, ut desertum horrendū, ut solitudo ualētissima & nullæ quanda sermonibus, ut spelunca serua, ut asper ad illā & angustus trames, quiq; uel suspensos pedes læderet, uel intētos adeuntū oculos frustraretur, ut illic corpore tremulus, sed animo cōstans, senex ad centū ac decē annis quos habebat ætatis, totus septuaginta transegerat. Cogitabis autem per te ipsum, quantus, & hic solitariæ uitæ magister esse potuerit, qui tantū in eo studio, tanq; cōtinuum

tempus

tempus exigisset, cum nostri homines ambitionē & auaritiæ studium, ne dicam popinas urbium ac tabernas & lupanaria, reliquisse uel triduo, grande supplicium opinentur. Non in medium traham, Eutychanum illum, circa Olympum Bithyniæ degentem, & cœlesti gratia & terreni principis amicitia insignem. non Theonem mitem ac modestum hominem & iuramenti expertem, & mendacij inscium, & triginta annorum, iugi silentio in summa omnium ferē literarum eruditione mirabilem. non Thebaidis incolam Apollinem, qui quadraginta annis in intima solitudine abditus, nec sic latuit miraculorum fulgore, tandem proditus. non Beniamin senem, hydropticum morbo clarum, & cum interim ægrotautes sib adductos eximie curaret, de sua enormi licet ægritudine non curantem, solantemq; alios atque orantem, ut pro anima orarent sua, non pro corpore addito uerbo illo memorabili. Corpus enim hoc, aiebat, & dum sanum esset, nihil mihi profuit. Non Epiphanium quem famosum prius heremicolam, solitudo episcopum Cypro dedit. non seu Aphratem inopem ac pannosum seniculum, quem pietas fideique zelus ē speluncis in urbes medias eduxit, imperatori imperio responsurū p̄mordaciter atque acriter: seu Isaac monachum, illius impietatem diuini comminatione, iudicij retundentem: seu Macedonium iugi syluestris habitorem, uirum infinitæ simplicitatis. atque constantiæ, frenandum pij quidem sed irati principis impetum, montis ē uertice descendentem. Non Acepsenam sexaginta annis in cella reconditum, semper tacitum, nulli uisum. nō Ceumatium aut Didymum ambos cæcos illustres, & uidentium ac piorum omne munus implentes, alterum uerò insuper & in literis clarum. nō deniq; innumerabiles alios, quorum uel nomina non capiunt libri. Postremò ut summa etiam, quia peruulgata erant, omisisse me noueris, nō insistam eloqui, ut adhuc inhospitam ac penē solis heremum notam feris, orientalium atq; orientum monachorum princeps Antonius penetrauit, ut crebrescente fama nominis, & ad gratiam sanitatū turbis ægrorū confluentibus tædio affectus, & metuēs ne tanta illa celebritas, aut sibi inanis gloriæ, aut alicui erroris & falsæ cuiuspiā de se opinionis materia esse posset, dū paucis panibus pro uiatico assumptis, ad ripam fluminis federet, fugam cogitans, uox ad eum de cœlo facta est. quæ nā uerò uox? illa forsitā. Fuge solitudinē, urbes cole, locus hic tædij, ille gaudij locus & quietis, Alexandriā pete, in patriā tuā redi, & non potius illa uox fuit. Si quiescere cupis Antonij, uade nunc ad interior desertum? Cui mox obtemperans, oblato diuinitus, uiarum duce profectus est, ut in deserto manēs, & semper in acie armatus, omnes demonū uicit insultus, ut Philosophia mundiq; sapientia tumidū nomen, ab humili & illiterato seniculo, ualētissimis atq; clarissimis rationibus cōfutat atq; conculcata est. Ut eum Romani Imperatores, miraculo famæ eius electi familiaribus ad illū epistolis, quasi patrem uenerati, & q; respōso dignari essent uehemētissimè sunt gauisi ut tot iā spiritalibus bellis uictor, tot inuisibiliū hostiū exercitiis triumphatis, cū ad nonagesimū uitæ annū peruenisset, nullo uspiā apparente hominū, se iā solū heremicolam cogitaret, multo uetustior atq; remotiorē solitudinis incolā alterius, Paulū Thebæum quærere admonitus, reuelatione noturna claruit, quæsiuit, inuenit horrificis in itinere primū mōstris inuentis, ut congressis tandē, & post longum silentium collocutis, ad ripam fontis exigui, & ueteris umbram palmæ, secretissima in spelunca, missus ē cœlo panis unus, duobus *CHRISTI* fortissimis ueteranis, multo ieiunio exhaustis, ab eū suffecerit: deniq; ut paucis post diebus, moestus animi, multis quē cū fletibus hospes, Paulū sepeliuit, in effodienda humo, leonū unguibus in sueto pietatis officio adultus. ad summam, qualiter in desertis latitans, & intantum omnis gloriæ fugitans, ut sepulturam quoque suam uellet absconditam, ne qua uel gelidum cinerem mundani fauoris aura contingeret, adeo nobilitatus & gloriōsus effectus est, ut *CHRISTVS* homunculum suum Aegyptiæ solitudinis latebris abditum, ut ipsius Athanasij hæredis atque historici sui uerbis utar, alio penē orbe cælatū, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiā qui urbū caput est Romæ, ut in exordio promiserat, demonstraret. Nō exequar ut in solitudinē quoq; fugit Hilarion, Antonij uirtutum nobilis æmulus, fama uiri primū, mox bimestri obseruatione uitæ eius, ac montis p̄sentiq; concitus exemplo, ubi ab adolescētia in seniū perseverans, brumæ primū & æstatis intemperie augusto

tuguriolo,

tuguriolo, post autem celsa nihil angustiore, neque tam domus quam sepulchri speciem habere submouit, ut inde dum ad uiri nomen turbis coeuntibus, & solitudine una multarum in-quieta negotijs fugam meditareretur, re cognita decem et eo amplius hominum milia iter eius impedire. quo dolore, cum inedia consumptus penes esset, populo patiente sed dolente & prosequente, tandem abiit in profundissimas solitudines, & ad Antonij locum, qui paulo ante tanto uacuis habitatore remanserat, perueniens, atque ibi discipulis eius inuentis, auditu flebile, pium dictu audivissimum cuncta perquirens, hortulanum eius & lectulum unde ad celum felix ille condescenderat inuissit, atque in eo dulci quadam tanti uiri memoria procurbuit, ipsum recentem uelut Antonij accubitu calentem, saepe complectens. atque deosculans, quidque non tam lectione quam opinione fretus addiderim, alienum stratum suis lachrymis rigans, ut inde alias atque alias solitudines petens exoptata sibi inuidens quietem, semper eum sua fama praecurreret, interdum etiam ad barbaras nationes clam decreuerit proficisci, ubi nec intellectus nec cognitio respiraret. at eadem fama nominis eum persequente, primo quidem in Sicilia nauigauit, inde in Dalmatiam, postremo autem in Cyprii insulam suis moribus longe dissimilem, cuius tamen una rupes, dum uiri proposito conueniret, ubi locum nactus terribilem ualde, ut scriptoris praecognitionis que sui Hieronymi uerbum ponam, ac semotum substituit, & ut cunctis eum, ne furtim dilaberetur obseruantibus quod uno in loco diu illum non posse subsistere, publice persuasum erat, ibidem laborum uitae finem habuit, in terris inuitatus fuerat, ad caelos secutus Antoninum.

De transitu praeteritorum exemplorum ad exempla minus trita. Cap. II.

Is igitur breui admodum & succincta commemoratione praeteritis, ut sic dicam, atque suppositis & reliquis silentio obrutis, quorum sunt id genus, quibus sola heremus coelum fuit in terris, quae copiosa & amoenae & uariae & penetrabilis atque ignea lectio est, & quae pretiosa materiae filum habens magnis texta ingenijs, natura pariter atque arte delectet, aliquid quot exempla minus trita, per secretiores scripturarum recessus sparsa recolligam.

SECTIO II.

De solitudine parentis humani generis Adam. Cap. I.

Et ut a primis ordiar, Adam publicus ille parens generis humani, quamdiu solus fuit, nemo felicior, mox ut comitatus, nemo miserior, solus stetit, comitatus ruit: solus beatum ciuis patriae, comitatus infelicis exilij peregrinus, solus in requie & gaudio, comitatus in laboribus & doloribus multis, Denique solus immortalis fuerat, iunge sociam, mortalis efficitur. iam tunc clarum & insigne praefagium, quid de societate foemina sperare posteritas deberet.

De cultu solitudinis Abrahæ. Cap. II.

Sed ne in limine haeream, magnus ille multarumque gentium pater Abraham, non in palatijs interque delicias urbanas, sed in tabernaculis inque conuallibus collocatorum Deum meruit, promissa illa, quae iugiter in nobis extremis, utinamque non pessimis hominum implentur, idem non in aula cortinis obsita, & uillis infrata crispantibus, sed in solo herbido & agresti, utque Geneseos textus habet, in conualle, ut Iosephus, ad Illicem Mambrae sedebat, quando dignus est habitus Dei angelos habere conuiuas: Neue quid forte aliud, quam quod uerba sonant suspicemur, non equidem sub auratis laquearibus tectorum, sed sub quercus umbra glandiferae rurale conuiuium celebratum est. & ille certe sanctissimus atque omni diuino fauore dignissimus uir, fuit tantae obedientiae, ut dum Dei iussis obsequitur, unigenito filio non parceret, ut reliqua laudem eius sileam, de quibus dicendum tempus forte aliud, alterque locus opportunior dabit. Ex quibus omnibus, minime mirum sit, si talem uirum arcus est amplexa diuinitas, illud magni quod suo merito ancilla eius Aegyptia fugiens, ab angelo reuocata & iterum in extremis

posita,

posita, atque desperans, rursus ab angelo recreata est. Et ut ad propositum spectet, alterum iuxta fontem aquae, alterum subter unam arborem, utrumque certe in solitudine gestum est, ut ne id mirum sit infantem suum, quem fugae comitem gestabat, in solitudine seruatum caelestis beneficii memorem, & ipsum post solitariam euasisse.

De solitudine Isaac. Cap. III.

Quid hoc patre fatus Isaac quando sibi de terra longinqua fecunda uxor aduecta est, quid putas agebat? erat forsitan in foro, perorabat causas, exercebat iudicia, emebat aliquid, aut uidebat, dabat mutuum uel poscebat, uel datum exigebat, acceptumque soluebat: nihil horum omnino: Quid igitur? Deambulabat, inquit, eo tempore, per uiam quae ducit ad puteum, cuius nomen est uiuentis & uidentis. Vere autem uiuens & uidens, hoc est in aetherum uiuens & uidentis omnia, non Sol, ut Ouidius & Apuleius dixerunt, sed creator solis & siderum rerumque omnium omnipotens Deus, apud quem puteus, siue ut Psalmista loquitur, Fons uitae est, quo non dormiendo nec per inuia gradiendo, sed per uiam deambulando peruenitur & sequitur. Habebat enim in terra Australi, & egressus fuerat ad meditando in agro inclinata iam die. Vbi similiter nihil est, quod mysterio uacare putem, habebat enim in terra australi, terra humili & deuexa, & clara & aetheri solis uicinitate praeferuida. Et egressus erat, uidereris, nisi extra corporis sui domum egressus, inquam, extra seipsum, & miseriam mortalis ergastulum, non ad infame oculum sed ad meditando. nam quae oro alia hominis uita est, aut quid aliud agens ab animalibus brutis differt? Praecclare Cicero: Docto uiro, inquit, uiuere est cogitare: in hanc rem, non urbem aliquam, non theatrum, sed agrum locum prorsus idoneum, insuper & inclinatae diei commodissimum tempus elegerat. nullus enim locus, nulla pars aetatis aptior meditati, quam & agrestis solitudo, & iuuenilis feruore praeterito, relictoque ut ita dixerim, meridiana hora, a tergo placatis uitae tranquillitas iam uergentis ad uesperam.

De solitudine Iacob. Cap. IIII.

Quid huius etiam natus magnique nepos Abrahæ Patriarcharum maximus Iacob, quando scalam illam caelotenus erectam, ascendentes descendentesque angelos, & innixum scalae dominum uidit: ubi fuisse illum opinamur, quam magna in urbe, quam pulchra in domo, quam locupletem cubiculo? erat ille non modo procul ab urbibus, sed etiam procul domo, ut enim ipsius Iosephi uerba non mutem, propter odium prouincialium, apud nullum quidem succedere uoluit, sed sub diuo iacebat, caput suum lapidibus subditis supponens. Eidem gemina coniuge & natorum turba seruisque & ancillis, omnigenumque gregum possessione aucto, in patriam remeanti, occursum affuit angelorum, sed ubi nam quae fors nunquid in urbibus quiescentis non uerum cepto itinere abeuntis, quo nondum peracto, eidem luctatori ille nocturnus, nomen unde nouum sibi inditum clarum mansit in posteris, non in urbis amphiteatro, neque inter turbas hominum, sed cum remansisset, solus in transitu torrentis apparuit.

De solitudine Moysi. Cap. V.

Vbi erat ille familiarissimus Deo uir Moyses, quando legem colloquiumque Dei quidem salutem populi, memorabilemque uictoriam, absens solus & solus precum armis obtinuit: nempe non in aliqua ciuitate Syriae uel Aegypti, sed in syluis & altissimi montis in uertice. In solitudine erat dum aquas, amarissimas coegit ligni unius immixtione dulcescere, dum prodigia illa fecit, quae uix perlegere ne dicam recensere sufficimus. Idem certe immenso exercitui, in quo tam multi iniusti atque in Deum & in homines ingrati erant, non de folio aureo, sed de solitudine horrida prouidit, & in summa inopia, miram necessarium rerum abundantiam procurauit, quando in castris coturnices ortygias affatim caelo lapsas, populus legit esuriens, & de rupe percussa, dulcis aquae copiam sitiens bibit, quando diuinum illum atque incredibilem, & neque cupiditati neque parsimoniae subiacentem cibum, non quidem in

urbibus

urbibus, nec è foro cupidinario petiunt, sed cœlitus destinatum quadraginta annis habuit in deserto. uides ut solitudo diuinis beneficijs atque colloquijs, & angelicis sit amica cōgressibus? quo minus miror, ut præclaræ uitæ uiri illius, sic & gloriosæ mortis solitudinem deputatam, dum ex hominibus migraturo, quod fratri eius iam antea acciderat, loquens Deus: non in hanc aut illam urbem, sed ascēde in montem, inquit, & morere. quod nobis in omni uitæ mortis quæ consilio, nisi fallor summo opere trutinandum est.

De solitudine Helix. Cap. VI.

Quid singula replicem? plena exemplorum sunt omnia, ubi erat Helix quando clarioribus portentis emicuit? quando populis intra urbes fame pereuntibus illū iussu Dei in solitudine latrantem corui pauere solliciti? quando ex summo Carmeli montis pronus humi, triennem siccitatem, terras ac populos affligentem, insperato imbri leniuit? quando octingentos & quinquaginta falsos prophetas, in eodem monte Carmeli, Deo iudice, sacrificio teste, superatos in torrente Cylon populo fauente mactauit. quam ob causam iraræ Reginx minis ac furori cedens, cum deserti latebram perisset, sub umbra iuniperi consopitum excitauit Angelus, & ut manducaret admonuit, non magni pretij cibum, sed tantæ uirtutis, ut in fortitudine illius, quadraginta dierum iter ac totidem noctium ieiunando perficeret. Quo peracto, inde ut in spelunca manens, dominico usitatus alloquio, reges inuigere mittitur ac prophetas, ut in cacumine mōtis sedens, imperat inopinabili fiducia, ut ignis è cœlo descendat, super quinquagenarios regios, & paretur statim, ut scisso amne, tactu pallij Iordanem sicco pede pertransit, solitarium sanctum uirum uenerantibus elementis, ubi inquam erat Helix dum hæc ageret? profecto in solitudine, unde tandem ad cœlum flammante uehiculo raptus est? ubi erat Heliseus quando geminum rapti, ducis cōsecutus est spiritum? quando ferrum contra naturam & consuetudinem suam natans, flentem restituit amico? quando tribus regibus totidem quæ regijs exercitijs, ne periret siti, repleto sine ullis imbris torrente subuenit? priora quidem ad Iordanis ripam, tertium in deserto Idumæ contigit. Illud quæsisse superuacuum, ubi erat dum pallio magistri diuisis aquis, per arenam Iordanis alueum solus transijt, qui transierat comitatus? Vbi erant denique tot prophetæ quando tam certis, & tam præfagis uisionibus illustrati sunt? de quibus singillatim nunc agere longum est. Neque soli prophetæ, sed filij etiam prophetarū, quos monachos ut Hieronymus ait, in ueteri legimus testamento, ædificabat sibi casulas ppe fluenta Iordanis, & turbis & urbibus derelictis, posita & herbis agrestibus uicibat.

De solitudine Hieremix. Cap. VII.

Ipse quidem Hieremias, silentio suppressendus non uidetur, qui uerò etiam huic uitæ testimonium manifestum præbuit, ubi ait, Bonum est cum silentio præstolari salutare domini. Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, & quasi hæc nisi in solitudine fieri non posse diffiniens, cum hæc dixisset, adiecit: Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. En audio foelicem patientiam expectantis, audio libertate qualibet meliorem, dominici iugi tollerantiam, audio quietem sessionis, & non semel, sed in principio positum, & in fine silentium, cuncta tamen audio, intra unam solitudinem contineri.

De commendatione uitæ solitariae, incidens. Cap. VIII.

O Verè uita pacifica cœlestique simillima. O uita melior super uitas, uita laborum uacua, bonorum quæ tantorum capax, ubi expectatur salus, suaue iugum domini portatur, tacetur & sedetur, & sedendo confargitur. Vita salutaris hominibus, formidabilis & inuisa dæmonibus, quod nisi ita esset, haud quaquam id uitæ genus ingressos, tam multis & tam uarijs temptationum generibus infestarent. uita reformatrix animæ, reparatrix morum, innouatrix affectuum, lotrix sordium, purgatrix scelerum, conciliatrix Dei & hominum, ruinarum innumerabilium instauratrix corporum, cultrix ingeniorū, modera-

trix

trix præcipitum, torpentium excitatrix appetituum, genitrix nobilium, alma uirtuum nutritrix, uitiorum domitrix peremptrixque, palestra luctantium, arena currentium, campus pugnantium, arcus triumphantium, bibliotheca legentium, cella meditantium, penetrabile orantium, mons contemplantium, & quid dicam, nisi simul omnia, uita foelix, ad omne bonum opus aptissima, uita philosophica, poëtica, sancta, prophetica, uita non immerito singularis dicta, & si dicere audeam, quod sentio, uita tam singularis, ut ea sola uera uita sit, reliquis omnibus conueniat, quod ait Cicero, & Ciceronem secutus Augustinus, quod hæc nostra quæ dicitur uita, mors est. Vita demū nisi expertis incognita & ut haberi peramabilis, sic superoptabilis non habenti. quod non ignorabat Hieremias idem, quo duce, ad hæc eiusdem uitæ præconia præmissis accumulanda peruenimus, dum in illa calamitate publica, pijs simul lachrymas, & lachrymis opportuna solitudinem exoptabat. Quis dabit, inquit, capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? sciesq; fontem hunc non in urbibus aut in turbis nitidum scaturire, subsecutus adiunxit: Quis dabit mihi, in solitudine diuersorium uiatorum? Cogitatum per facile est, quibus nobis expediat, quando uir ubilibet deo proximus, Deo plenus, ad honestū illud seque dignum officium, hoc est ad lugendum interfectos populi sui, quasi unam sine altera non speraret. simul utranq; possidebat solitudinem & pietatem. Vbi illud minimè negligendum rebar, quod cum in solitudine diuersorium optasset, addidit: Et derelinquam, inquit, populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, coetus præuaricatorum, & reliqua deinceps: quæ cogitare ne dicam loqui horret animus, tam proprie nostris hodie conueniunt populis, tam parum immo uerò tam nihil est fidei, nihil ueri uisum, nihil tuti, nihil denique uel humani, hi cum dicantur homines, & effigie sunt humana, ut ea mihi uel sola certè, uel maxima atque iustissima percolenda solitudinis, & declinandarum urbium causa sit.

SECTIO. III.

De solitudine sancti Siluestri papæ. Cap. I.

Ne forte autem uetustatis reuerentia, uel immemor recentium uel contemptor appaream, latuit in Soractis monte, Siluester diuitum primus ille Pontificum, & locum moribus & loco consonum nomen habens. Atqui nisi audire uerum pudet, è solitudine humili & inculta opes istæ, bonæ utinam, quas modò uix urbes capiunt fluxere? Hinc calcæus auratus, hinc eburneus scipio, pastoralis in morem baculi recuruus, suburbano cultu rusticæ memor originis, hinc chlamys coloribus inardescens, hinc stellatū diadema carbunculis, hinc niueus sonipes, thronus aureus purpureumq; uerendi capitis umbraculum, hinc denique totus habitus triumphalis, totus hic ut dicitur militantis, sed & latè iam regnantis ecclesiæ status, quem è syluis egressum stupent reges, & quem qui diligenter inspexerit, nescio an solitudinem tantæ uenerationis initium uenerabile negaturus sit, sed progredior.

De solitudine sancti Ambrosij. Cap. II.

Ambrosius, apud Mediolanū, magni populi curam, Deo uolente ac cogente sortitus, & si tam necessarij debiti tantiq; sibi conscius officij, continuè solitariam uitam degere non auderet, quotiens tamen, & quibus potuit modis quid optaret ostendit. habita uir ut nunc est ambitus murorum, in extremo ciuitatis angulo, ubi adhuc sacrum corpus habitat, & ab eodem fundata sacra domus stat, summa deuotione percelebris, & magnis populi frequentata concursibus, tunc quantum certis inditijs intelligi datur longè semotus penitusq; solitarius locus erat. ad hæc quoties episcopalis curis liber ac laborib. relaxatus, quos impellendis Arrianis ab ecclesia graues diuturnosque pertuli, aliquantisper se negotijs subrahere furariq; poterat, in secretiorem solitudinem se conferre sanctissimus uir solebat. Sylua erat, quamuis proxima contemplationi, tamen idonea, in medio parua domus, ingentis certè, sed humilis uiri capax, quæ multo dignius quam domus

T 2 olim

olim Metapontina Pythagoræ, in templi licet exigui speciem uersa est. nunc sylua conuulsa est, mutatoq; loci habitu, manet nomen, Ambrosij nemus uulgo dicitur, sinisterus ad orthoum latus, quod amnis hic undiq; magnis motibus, & multa rerum collisione memorabilis intra urbem ipsam, & extrema raptu molimine aucti ambitus septa concludit. Illic ut audio, & ut auguror, librorum mellifluos flores sparsit, quorum hodie per omnes tractus ecclesiæ gustus suauissimus & fragrantissimus est odor. ut uero non actuum modo sed uerborum, unum quidem ex omnibus, testimonium uiri huius proferam, in epistola quadam ad Sabinum: Perga, inquit, frequētius te in meis scriptis, & cum sim solus alloqui, deinde suum faciens Scipionis uerbum, de quo post dicam. Nunquam enim, inquit, minus solus sum, quam cum solus esse uideor, ne minus otiosus, quā eū otiosus. certē pro arbitrio arcesso quos uolo, atq; adiungo mihi quos magis diligo, & quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat, tūc ergo te magis teneo, et de scripturis cōfero, & prolixiorē simul sermonē Cædimus. Sola erat Maria & loquebat̄ cū angelo, sola erat, quādo superuenit in eam Spiritus sanctus, & uirtus altissimi obumbravit eā. sola erat & operata est mundi salutem, & concepit redemptorem uniuersorū. solus erat Petrus, & totum per orbem consecrandarum gentium cognouit mysteria, solus erat Adam & non est prauaricatus, quia mens eius adhærebat Deo, postquam uerō ei mulier adiuncta est, non potuit adhæreere mandatis cœlestibus.

Quod nullum uirus adeo pestiferum & uite solitariae contrariunt
(lit, sicut muliebri consortio, incidens.) Cap. III.

Vbi ut me Ambrosij dicto parūper immisceam, illud non siluerim, quod omnibus notum multi dissimulant. Nullū uirus adeo pestiferum uitam hanc sectantibus, ut muliebri consortio, fœmineus enim decor, eō formidolosior funestiorque, quo blandior, ut illeam mores, quibus omnino nihil instabilius / nihil studio quietis infestius. quisquis requiem quæris, fœminam caue, perpetuam officinam litium ac laborum, rarō sub eodem tecto habitant quies & mulier. Satyrici uerbum est:

(Semper habet lites alternaq; iurgia lectus.)

(In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.)

Nisi forte, tranquillior est concubinae accubitus, cuius & fides minor, & maior infamia, litigium pat. Scitum est & illud clari Oratoris dictū. Qui nō litigat cælebs est. quid uerō melius quam non litigare? Aut quid per *IESVM CHRIS TVM* oro te, quid, inquam, solitudine præsertim nocturna ac silentio & quiete, & lectuli libertate foelicus? nihil ergo foelicus cælibatu, nil uerō cælibatui aptius quā solitudo, quisquis ergo litem fugis, & fœminam, fuge, uix alterā sine altera effugies. fœminæ & si quod rarū est, mitissimi mores sint, ipsa præsentia, atq; ut ita dixerim, umbra nocens est. cuius si quā fidē mereor, uultus ac uerba, cunctis, q̄ solitar iā pacē quærent, nō aliter uitandi sunt, nō dico, quā coluber, sed quā basiliscus cōspectus ac sibila. nam nec aliter oculis quā basiliscus interficit, & ante cōtractum inficit. De quibus autem potius quā de nobis dici æstimes, quod in longinqua materia uerē ne magis an propriē ait Maro:

(Carpit enim uires paulatim, uirū uidenda)

(Fœmina, nec nemorum patitur, meminisse nre herbae.)

Sanē q̄ uisu solo corporis, atq; animi uires carpantur uraturq; tangere poterat uniuersos, quos ea pestis extenuat & accendit, at quod nemorum herbaeque memoriam eadem pestis eripiat, si ut de equis ac bobus dixit, sic de hominibus dixisset, quos alios quā nos intellexisse uideretur, quibus præcipua nemorum & herbarum oblectatio est. Proinde muliebres illecebras, tum omnibus, quibus suum uas sanctē & honorificē custodire propositū est, tum nobis maximē fugiendas uitandasque denuntio, quod qui neglexerit, norit se nō aliam ob causam ē paradiso solitudinis pellendum, quā ē paradiso uoluptatis primus hominum pulsus fuit. Hæc interfatus ad Ambrosium reuertor, qui illam ad Sabinum epistolam concludens: Liqueat, inquit, ex his, quia soli cū sumus, tunc nos offerimus Deo, tunc mentem

mentem ei nostrā aperimus, tunc amictum fraudis exuimus, quibus dictis, primo iterum parente ad memoriam reuerso, solus, inquit, erat Adam quando in paradiso est constitutus, sed non erat solus, quando de paradiso eiectus est. Solus erat dominus *IESVS*, quando mundum redemit: non enim legatus, neque nuncius, sed ipse dominus saluum fecit populum suum, Et si nunquam solus est, in quo pater est semper. Ad postremum cum cōsilio clausurus epistolam, Vnde & nos inquit, soli sumus ut dominus nobiscum sit, quod cōsiliū ne soli Sabino datum sit, ut ad nos trahamus nostrumq; faciamus; obsecro.

De solitudine sancti Martini. Cap. IIII.

Hunc solitariae uitæ statum & ab infantia quodammodo concupisse Martinum, & cum primum per ætatem perque necessariae militiæ occupationem licuit, apprehendisse nouimus, tanto ardore animi, ut in uita priuata, ceptum morem nec Præsul factus omitteret: auctor est Seuerus, qui res eius quibus interfuit uitæq; seriem scripsit. quo tempore quæri solitum accepimus, ante episcopalem curam, se maioris fuisse uirtutis. Mirum, quamuis enim nihil illi uiro, nisi summum semper atq; perfectum fuisse credendum sit, tamen pontificali fasce curuatus, nescio quid in se dum esset expeditior altius atq; perfectius recolebat, temporis illius memor quo liberius solus erat, ne quis fortē miretur eundem ante liberum frequentasse solitudines, qua & duri feruus officij, dum licuit frequentauit. Ne enim cuncta uestigem quod longū atque difficile est, in ipsa prius urbe Mediolano; ubi quod constat primum ex multis, quæ diuersis in locis ab eo fundata sunt, monasteriū extruxit, aliquantum tempus exegisse fertur, uicino quōdam Ambrosianæ domui, ac moenibus urbis habitaculo. loco etiam nunc solitario ac reposito, ad quem iam præsul Ambrosius tanto lætus hospite, clam solus exire consueuerat, secumq; dum posset auidius immorari, bone *IESVS*, quale hominum par, quæ suspiria, qui sermones? Quicquid principes imperant, quicquid Cōs. deliberant, quicquid prætores edicunt, quicquid statuunt legiferi; quicquid fabulatur populi, quicquid philosophi disputant, quicquid rhetores declamant; quicquid sophistæ cauillantur, sacro illi tranquilloq; colloquio admotum, meras nugæ dixisse non uear: Sinuessæ quidem erat Horatius poëta, dum sibi Plotius & Varus & Virgilius occurrerunt, pulchra nempe societas doctissimorum hominum, inuicemque familiarium amicorum itaque ait:

O qui complexus es gaudia quanta fuerunt,

Credo Edepol, & multa tibi pro tempore facetissime inter tales uiros, ac disertissime dicta nō dubitem, sed dulciores amplexus, & sanctius gaudiū fuisse crediderim Mediolani, inter Ambrosium & Martinū, locus ostēditur, ubi cōgredi & colloqui solitos fama est. Quibus ego congressibus atque colloquijs, si datum esset, interfuisse maluerim, quā regum omnium cōsilijs, quæcunque uino uel auaritia uel feritate ebrii cum purpuratis suis agitant. Foelix ergo & quanquā minus adusta, minus horrida nō minus fortē gloriosa, quā Thebaidis solitudo, quæ tales duos accolat uno tempore meruisti.

De solitudine sancti Augustini. Cap. V.

Nondum nos Mediolano egredi, magnus alter eiusdem urbis habitator sinit Augustinus, quem Ambrosio malis erroribus infectum, quasi filium docto medico pius Pater dedit, ut is eum undis salubribus ablutum, curatumq; Deo redderet. Ille ergo cum ignarus omnium, quæ erga se clam diuina pietas ageret. Mediolanum ueniens, ubi tunc sacer florebat Ambrosius, uitam tandem mutare decreuisset, ciuitate relicta, solitudinem ruris appetijt, ut qui cum multis insanierat, solus respiceret, Cæteum, uocat ipse, & id manet hætenus ruri nomen. quin etiam ipso die, quo primum hoc sancto desiderio exarsit, in ciuitate pestus, in illas fluctuantis animi procellas, per quas consilij nauigium regente Deo ad terram uiuentium, & ad portum salutis applicuit, quid egerit, qualiter se gesserit, eodem ipso narrante cognouimus. Certē non processit in publicum, neque populi cōcionem classico aduocans, quid acturus esset exposuit, sed dimisso socio fidissimo, confur-

T ; gens, eo

gēs, eo quod ipse ait solitudo sibi ad negotiū flendi aptior suggereretur, & secedēs remotius, quā ut posset ei onerosa esse etiā talis amici præsentiā, quod unū loci qualitas ac tēporis per mittebat, secretum horti angulum pro solitudine habuit. Vbi amarissimē secum loquēs, inter singultus & lachrymas, inter uulsum capillum percussamq; frontem & confertis digitis amplexum genu, & quæcunque magnus ac sanctus dolor elicit, tandem semel de se statuit, unde in perpetuum exultaret. Denique per omnem uitam solitarijs & quietis locis atque inter cætera Pisani montis ocio delectatus, & illic heremitico habitu traxisse moras creditur, & ad loci illius heremitas, liber suo quidem præsriptus est nomine. cæterū de hac re, quia non uacat infinita nunc hominis illius scripta reuoluere, unico eius quod occurrit, breui utique, sed aperto testimonio cōtentus ero. is ergo Euangelium Ioannis exponens: Difficile est, inquit, in turba uidere *IESUM*, solitudo quædam necessaria est menti nostræ, quadam solitudine intentionis uidetur Deus, turba strepitum habet, uiso ista secretum desiderat. Audis ut cautē uidendo, Deo necessariam, non quamlibet sed solitudinem dixit intentionis, intelligi uolens, dum suas intus turbas tumultusq; suos humana mens habeat, acuendis ad tantum lumen, purgandisq; oculis solitudinem corpoream nil prodesse. Iam uerò maximis tribus explicitis, non Mediolano tantum, sed Italia digredi stylum sinā,

De sancto Hieronymo, mirifico solitudinis ueneratore. Cap. VI.

Sileo nūc præconem uitæ huius Basilium, sileo Magnum uirum Gregorium Nazianzenum, præclarum huius uiri discipulum non sileo. Hieronymus urbe Romana dimissa Romanisq; opibus contemptis, æternæ patriæ spe ac desiderio illectus, & ut ipse fatetur, ob gehennæ metum, in illam primo uastam solitudinem, horridum monachis habitaculū præstantem, quam de uirginitate ad Eustochium scribens, Salustiano uerbo usus ab arduis exultam dicit, sese abdidit. ubi aliquot annis aduersus indomitæ carnis insultus, & cōspirantis animæ consensum, laboriosa militia exactis, quamuis uictor non ex acie Romæ, quasi iā securus ad triumphum rediit, sed in Bethleemitas latebras festinandus aufugit.

De sancta Paula, quibusdamq; alijs matronis deuotissimis, solitariæ uitæ cultricibus. Cap. VII.

Latuit ibidem Paula sancta & pia & illustris, & ut multa breuiter dicam, uerè Romanam mulier, summūq; suis temporibus foemineæ specimen uirtutis, & ut ad præsepe Domitium mori posset, ubi & qualiter orta esset, oblita est. cuius etiam præclaram uitam, & felicem exitum Hieronymus ipse, tam fulgido pinxit epigrammate, ut post eū mihi modestius sit tacere. Quid enim dignum sim dicitur us in transitu, inq; angusta opusculi mei parte clausurus, ubi ille tanto uir ingenio hæsit, & amore ac dolore dictantib. modum iusti uoluntatis impleuit, & quāuis nō defuisse scia, quod Hieronymus ipse nec ignorat nec dissimulat, qui utriusq; ocium liuido dente momorderint, nec morsum scriptis mandare timuerint, ita uix ulla uirtus uel alta uel abdita est, ut inuidiæ iaculis non tangatur, sed solidam ueritatē uulgaris aura non cōcutit. Sanè quicquid de sua alijs uisum sit, solitudinem sapiētis, idem ipse Hieronymus contra Iouinianum scribens, commendat his uerbis: Sapiens nunquam solus esse potest, habet enim secum omnes qui sunt, & qui fuerunt boni, & animum liberum quocunque uult profert & transfert, & quod corpore nō potest, cogitatione completur. & si hominū inopia fuerit, loquitur cū Deo, nunq; minus solus. quonā uerò nunc uertar, cōfundor multitudine, & acie occurrētium in diuersum uocor, sed Paulæ nomē admonuit, ut ante omnia, eidem & gēti & sexui solitariæ gloriæ partem darē, pauca igitur ex multis excerpam, nec uehor ne Romanarū in laudib. matronarū nimius dicar, quibus par esse non spero, prætereo Eustochiam Paulæ filiam, præcone Hieronymo insignem, & Marcellam & Afellam, & Fabiolam & Blefillam, aliasq; clari nominis uirgines aut uiduas quod autem de re dicam foeminarum optima & gloriosa Melania. Nō ego tātas concius ac uicinas, quas

nas, quas ætas, patria, *CHRISTUS* fides, animi pietas, utriusque cōiungunt stilo segregem; iuxta Paulam sedebis. tu quidem Romani filia Cos. Romani Prætoris mater, genus, opes & paternum decus uirtutibus supergressa, uiduitatis statum tanto pudicitie studio, tantisq; misericordie operibus honestati, ut uirginitatis laudem propè transcenderes, oblita potentie, soliusq; memor, *CHRISTUS* utq; illū indueres, exuta soli natalis affectū, exuta natali respectū, & amorē tuorū & corporis tui curā exosa. deniq; *CHRISTUS* consilio animam tuam in hoc mundo, ut in uitam æternam custodires eam, mira solitudine sanctos patres in desertis solitudinibus quæsiuisti eosq; etiam ad exiliū profecuta, de labore tuo sanctum illis obsequiū, de facultatibus piā alimoniam præbuiisti. honoratrix sanctorum, reuocatrix errantium, peregrinorum mater, tuorum in *CHRISTO* tutrix atq; consultrix. Cum ingentes enim opes inuicemq; patrimoniū, in egentium alimenta foelicissima libertate dispergeres, & quasi quidā inexhaustus fons bonorum, nulla largitionū exundatione deficeres, inq; aliud nihil intenta, septem & triginta annos, indeficite rerū facultate, & indefessa charitate animi peregriffes, iam sexagenariā, tuorū reuifendorū, non carnale, sed diuinū & spiritale desiderium cœpit. Itaque Romā rediēs, natū, nurū, neptem, ut nominis hæredem; sic animi propositiq; tui, ac ne longum faciam. tuos omnes, tua per uestigia distractis patrimonijs, in uia Christi & amorē uitæ solitariæ direxisti. Stupor est meminisse, quod aurū quæ argentū, quas sericas uestes, quātas pecuniarū summas, tua illa quoq; neptis egregia & sedula tuarum uiarum obseruatric, ecclesijs ac religiosis egentibus toto orbe diffuderit; quot pro *CHRISTUS* seruitio, suorū militia seruorū libertate donauerit, quas possessiones nō modo Romæ, sed in Aquitania etiam & Gallijs & Hispanijsq; uendiderit, pretio in misericordiam uerso, & his tantum agris, quos intra Campaniam, Siciliam atque Aphricam possidebat (tam late se fortuna muliebris extenderat) non ad aliud, quā ad usum pauperū, & iuge pietatis exercitium reueratis. Qua præterea ætate hæc ageret; cum uigesimo scilicet, ætatis anno, tuis accensa monitis, & exemplo, seculoq; renuncians, ipsum (ut ita dicā) purpureum uitæ florem, & præclarum coniugium, & tantas diuitias ac delicias neglexisset: quarum sanctas intentiones, adiutus cœlitus, uel hinc patet, que illa iunior Melania, ita illud ingens pretium è tantis possessionibus redactum, thesaurum quæ suum omnem opportuno tempore disperfit dedit quæ pauperibus, ut si paulum distulisset, ad Alarici manus illicò Romam Italiam quæ uastantis uicturum omnem fuerit, quod illa iā tunc in meliores usus magnis opum ponderibus, expedita cōuerterat, quasi teipsum suasq; res præepitatas lupi faucibus, *CHRISTO* libens sub multiplici scœnore largiretur. Tu autem foelix anus, omnibus tandem, quæ iter ad cœlum pandunt, non foeminea leuitate transactis, & quasi iam tēporis tui cursu ac laborum agone plausibiliter cōsummato nil in terris agendum superesset, ante duos menses, ex quo Hierosolymam redieras, relicto ibi monasterio, finem rerum transeuntium, & beatū uitæ laudabilis exitū, inuenisti, eum quæ tibi honorē *CHRISTUS* exhibuit, ut propter foeminam unam, tot uirorum ac foeminarum milibus pepercisset, & decretum seu promissum supplicium distulisset uideretur. siquidem mox ut patria & rebus humanis excesseras, urbem Romam irruptio illa barbarica & horrenda uastatio consecuta est. o ingens & pio mulier insignis exilio, & nescio quidem, an talis uita an morte foelicio, multo certè clarior iaces solitario in puluere, quā si Romæ carens his meritis, inanibus titulis, in sculpto sepulchro marmoreo iaciffes, multo quæ ibi gloriosius ædes *CHRISTUS* tuis manibus fundata cōspicitur, pauperibus seruitura, quā Romæ palatium auiturū, aut barbaricis flammis arsurum, aut senio ruiturum. sed diū, fateor me tuæ uirtutis admiratio in hoc sermone detinuit, & iam satis multa de foeminis, de quæ, transmarinis rebus, ad uiros & ad patriam redeat stilus.

De sancto Gregorio papa magno solitudinis amatore. Cap. VIII.

Quid ergo Gregorius hic noster Romanæ sedis magnus antistes, non ne magnificas ac frequentes domos, in solitaria templa conuertit, antiquas quæ possessiones sibi præcipiens *CHRISTO* dedit; ita sibi quantum licuit, in maxima plenissima quæ omnium

urbe, solitudinem fecit, ut ubi a uos attuosque suos creber obsequentis populi concursus ornauerat, illic ipse suo domino solus obsequeretur, & si fama illi splendor educti latebris, magno curarum in pelago supremam tandem dignitatis arce locauerit, quem suum ascensum cum saepe alibi, tum super Ezechielem scribens, in celsa commemoratione conqueritur. Et quidem, inquit, in monasterio positus ualebam, & ab ociosis linguam restringere, & in intentione orationis penè continuam mentem tenere, at postquam cordis humerum sarcinae pontificali supposui, colligere se ad semetipsum assidue, non potest animus, qui ad multa spargitur. alia sibi deinceps contra se praesentem quae tunc statum suum loquitur, sed multo plura in proemio dialogi, quem librum inceprurus, secretum locum amicis morori se petisse testatur, ubi uel modicum a rerum secularium tempestate quiesceret. illic ergo dilectissimo filio & familiarissimo amico respondens, Infelix, inquit, animus meus, occupationis suae pulsatus uulnere, meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labentia cuncta subtererant, quantum rebus omnibus quae uoluntur eminebat, quod nulla nisi coelestia cogitare consueuerat, quod etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat, quod mortem quoque quae penè cunctis poena est, uidelicet ut ingressum uitae & laboris sui praemium amabat. quibus commemoratis, ad contraria tristior se conuertens. At nunc, inquit, ex occasione curae pastoralis, secularium hominum negotia patitur, & post tam pulchram quietis suae speciem, terreni actus puluere foedatur. quae sequuntur, at texere longum est, & minimè necessarium. Finis est, ut & se recordatione uitae praeteritae torqueri acrius, & in comparatione quiete uiuentium miserum fateatur, quorum plurimos, in hac de qua loquimur uita secretiore placuisse diffinit. Nec minus & illa superuacuum sequi quae in eo libro scripsit, ubi Iob afflictum afflictus exposuit. Propterea quod & uterque peruulgatus est liber, & haec in utriusque uestibulo scripta sunt, mitto alia propè flebiliora, ubi ob hunc ipsum suum ascensum & incessanter se ait flere, & amicos orat, ut si eum diligat, secum fleant, ac pro se Deum roget, ut intelligas suum illum intellexisse periculum, quod quasi genus mortis existimans, solitarie uiuere desisset, amicorum auxilium in eo statu, tam suppliciter imploraret. In epistola autem ad Narsetem Patritium, de hoc ipso loquens, tanto se more percussum dicit: ut uix loqui sufficiat. Ex quibus apparet, & pontificatus permolestam illi sarcinam, sicut est omnibus profecto, qui illam immaculatamque custodiunt, & solitariae uitae dulcem fuisse memoriam, nisi collatione disparium, mutari status amaritudine acerbasset.

De sancto Benedicto singulari ac deuotissimo solitudinis habitatore. Cap. IX.

Sed ubi iam dux Occidentalium monachorum Benedictus remaneret, at quis est CHRISTI si delium non nouit, quis sanctum iuuenile consilium non audiuit, qui quauis a prima aetate uirtutum hospes, uoluptatum hostis, ardua coeli uia esset ingressus, ut compendiosius tamē actutius pergeret, Romam Nursiamque dimisit, quartum in altera educatus, ortus ex altera, utriusque amore, usu ac natura contraxerat, uicit tamē carnales affectus animae cura, petijtque foelix puer, non modo solitudinem, sed desertum & illud immanè, sed deuotum specus, quod qui uiderunt, uidisse quod dāmodo paradisi limen credunt. ubi qualiter uixerit sciēs sileo, cum & cuncta nobilitum scriptorum fides lateque loquax fama uulgauerit, & iacta illic ingentia praclarissime religionis fundamenta testentur, id nunc mihi suffecerit, & solitudines nostras honestasse commemoratione tantum incolae, & propositum meum praesens tali teste firmasse. Longum est enumerare, qui deinceps uiri & quales huius uestigia secuti, & uel claritate ducis & exempli stimulis, uel inclinatione naturae, uel diuinis oraculis admoniti, religionum uenerabilium fundatores, uarios solitudines petiere. Indito nunc etiam sunt coenobia, & inter spelea syluestria deuotissimae domus CHRISTI. Cistercium, Maiella, Cartusia, Vallisumbrosa, Camaldulum, Innumerabilesque aliae: quarum religionum riuus, & si coelesti deuotionis augmento, postmodum longè lateque diffusi sint, & plana compleuerint, si tamē ut magnorum fluminum fontes, si harum quaris origines, ex asperrimis montibus emanasse conperies. Clarum quidem ex omnibus & famosum Berie

sum Benedicti nomen cuius historiam uitaeque modum quisquis nosse cupit, non scrutari abdita tibeo, Gregoriana dialogi cuius supra mentio est habita, secundum librum perlegat, qui ex illis actibus est totus, & ubi rerum claritas stilo etiam illustratur.

De solitudine sancti Florentij. Cap. X.

Si in oculis serie rerum ductus, intra libri tertij metas excesserit, uidebit illa solitudinis Ita Silae congesta miracula, occurrer enim Florentius, qui in monasterio solus agens, dum a Deo cui cum iugis oratio & multa simplicitas familiarissimum fecerant, aliquod solitariae uitae solatium postulasset, protinus eidem rursus astitit, quo deinde feritate deposita, ceu pastore aliquo paucarum ad custodiam pecudum usus est, de qua eiusdem uisione quem quorundam fratrum liuor occiderat, imprecatio irati, dicto citius ad caelum uenit, ut illis mox horrendo supplicio affectis, obstupuerit, sequē perpetuo fontem uocans, & tam celeriter exauditum gemens, omnia reliqua uita sine lamento & dolore non fuerit. Rogo quae, legiones, aut qui reges ad hanc potentiam laborando perueniunt, ad quam solitaria humilitas quiescendo, occurrer inde Martinus ille Martij montis accola, cui de rupe solida fluens perennis aquae tenuis stilla, dure rupis stillantis olim in deserto prodigium renouauit, quicquid cum serpente terrifico, sub cuius specie uetus serpens terribilior latebat, uno eodemque specu, continuè sine offensa toto triennio uersatus, illo demum mira patientia procul pulso, ipse uictor solus substitit. Occurreret alter sine nomine, sed cuius nomen in caelo est, Argentarij montis inhabitator, qui cum defuncti faciem puluere fricasset, incredibile ac stupendum, nisi quia credenti nihil impossibile est, ex angue cadauer, & mox futurum puluere suscitauit. Occurrer solitarius Maenas, tantae uir innocentiae tantaeque fiduciae, ut non solum barbaros, tunc uicinia uexantes reuerentia, sui nominis fama que compereret, sed maximos atque immanes urfos, e sylua proxima, sancti uiri alcearibus insultantes, seruila quam de more gestabat, quasi domesticos catulos castigaret, trepidantesque depelleret.

De solitudine sancti Francisci. Cap. XI.

Operosum fateor cuncta complecti, nec ea mihi nunc cura est, neque enim scripturas historiam, ad calamum ueni, sed undique decerpiturus illustra, nec ea quidem omnia, sed quae coepti operis seruato calle praeteriens possem, an uero uel horum aliquem in patria sua, ut Benedictum Nursiae unquam ad id gloriae uenturum, uel Franciscum seu uolucrum audientiam, seu seraphicum raptae mentis ardorem, stupendumque illud insigne sacrorum CHRISTI stigmatum, & uulnus animi membra testantia, tantumque & tam breui de paupertatis coniugio genitae sobolis incrementum, habiturum credimus, si mansisset Alassis, qui licet, ut aiunt diuinitate consulta, & reuelatione caelitus accepta, pro salute multorum, inter uitae hominum bella, periculosas non tam sibi, quam militibus suis excubias elegeret, ipse tamen, magnus amator solitudinis, haeremique sectator fuit.

De triplici solitudine. Capitulum incidens. Et de solitudine Basilij & aliorum. Cap. XII.

Triplex nempè si rite complector solitudo est, loci, scilicet, de qua maxime mihi nunc sermo susceptus est. temporis, qualis est noctium, quando etiam in rostris solitudo silentiumque est animi, qualis est eorum, qui in profundissimae contemplationis abstracti, luce media & frequentis foro, quid illic geratur nesciunt, qui quotiens & ubicunque uoluerint soli sunt. Has quidem simul omnes solitudinum species, nulli quam Francisco magis frequentatas uideo, iustabat haeremos, in templis saepe semirutis pernoctabat, saepe per diem inter turbas a praesentium rerum sensu rapiebatur, & pulso huc illuc corpusculo, collisione hominum caelestibus mens affixa erat. Hinc illa securitas in quacumque hominum frequentia, quam sibi feruentissimus CHRISTI amor, & caro mirum in modum spiritui subiecta prestabat, unde arbitror effectum, ut sibi & suis stationem in populis acceptaret, ratus facile futurum, omnibusque possibile

possibile sibi esset, quia enim anima illa sese deijciendo sublimis & illimis, ac defecata ab omni colluuiione terrestrium, nullis tumultibus à *CHRISTO* separari poterat, quod in se experiebatur, id uel multo facilius in alijs præsumebat, sic illum in iudicio cæterorū, propria fallebat humilitas. quod ut sic opiner, opinio illa me cogit, quā de se uir sanctus habuit, peccatorem se maximum ex omnibus, quod cuiusdā fratribus percontanti, quid de se ille sentiret, respondisse legitur. Et quamuis hæc ita sint, sæpè tamen audiui, religione scientiæq; præditos, successores suos, si patris scita permitterent, solitariam uitam eximijs præcordijs suspirantes, ipse etiam ut dixi, quātum solitudinem semper amauerit, testis est uita eius literis ædita, testis uitæ regula, quam sibi primum & posteris in monte dictauit, mox perditā, non nisi in solitudine reformauit. Testis demum sua peculiaris habitatio, nam ut Benedicti, sic huius quoque locus ostenditur, unus ex multis, quo nō altius ferè uspiam remotior, Aluerna loco nomen. utriq; igitur solitudo calcari inculsit acutissimum, & ad alta dispositos sollicitauit animos. Itaq; dum latitant, mundi q; gloriam spernunt, toto illos orbe notissimos atque clarissimos fecit. Inter eos sanè, quos nobilitauit hæremus nec silendus est Blasius martyr, quem speluncis abdūctum, & uisitatum à feris & ab auibus pastum ferunt, nec Leonardus & Liffardus fratres, ambo monachi, ambo solitarij, nec Veridimius hæremita clarissimus, nec comes eius prætereundus Aegidius, qui Athenis regio genere ortus, ut perhibent, & genus & patriam, & opes & literas Græcas, quibus abundè pollebat, Gallicane posthabuit paupertati, studio solitudinis uniuersa contemnes, ubi & miraculis emicuit, & inter cætera blandiētis ceruæ lacte nutritus, & alumnam suam uenatorum canibus inuolabilem præstitit, ita ut miraculo rei tactus, Galliarum Rex ad speluncā uiri sentibus oblitam penetraret, non sine multo militum labore, ferro aditum pandentium. Veneranda deniq; uisi senis effigie, & iuxta senem accubantis spectaculo permotus altricis, submotis omnibus ad eum solo quodam cum præsule Rex accessit, & talem uirū reperit, ut magnis ei muneribus oblatis, magnificeq; contemptis, inq; usus alios uerti iussit, tandem & cœnobium cōsilio eius extrueret, illis in locis usque nunc celebre, & deinceps ad eum uisitandum, sæpè submissio fastu regio ueniret, quem sibi hominem non originis splendor ac patrias, sed solitariæ uitæ decor ac sanctitas peperere.

De solitudine sancti Remigij.

Cap. XIII.

Quid Remigium loquar? qui ad illam famæ claritatem, quæ immaturo xui pontificali pondus imposuit, quod amplius quàm septuaginta annos summa uirtute & industria gessisse traditur, quam Francorum & regem & gentem ad *CHRISTI* fidem primus iste conuertit, & cœlitus ut aiunt missio chrismate, regem unxit, unde in ungenderum illuc Regum nata solennitas, in seculum nostrum durat. Ad hæc, inquam & ad hanc altitudinem, unde oro, nisi ab ipsis humilibus uitæ solitariæ rudimentis ascenderat? quid Narcissum Hierosolymorum episcopum, uirum clarum atque mirabilem, quem & persecutio nis indignitas, & secretæ uitæ desiderium in solitudinem egere, ubi multos annos, desertis in locis degens, nō modo persecutorū calumnias declinauit, sed ueri Philosophi summum munus impleuit? Quid Guilielmum denique uirum fortem, & uetustæ prosapiæ, qui ætatis florem ipsum, cum terrenæ militiæ dedicasset, in deserto senescere maluit, & mori ultimis uitæ fructibus cœlesti militiæ consecratis? quid alium eiusdem & propositi & status & nominis Guilielmum, seculari primum fastu, post autem monastica humilitate conspiciuum, qui derelicto spretoque opulento oppido, solitudinem paupertatem & silentium exoptauit? Montis enim Pessulani dominus cum esset, grādis syluæ monachus factus est, inq; illo cœnobio, tanquam portu iecit ancoram, uitæ tempestatib; ereptus, uir magnificus in seculo, ut uerè de illo quidam scribit, sed magnificentior in seculi fuga.

De solitudine beati Bernardi.

Cap. XIII.

Quid Bernardum, cuius & recentiora & notiora sunt omnia, qui & forma corporis clarus & genere, in ipso adolescentiæ flore fructum animæ suæ cogitans, solitudinem

dinem adiit, sed non solus, siquidem quinq; germanos in eiusdē propositi uiam traxit, ubi illa relatu digna narrantur. Nam & cum Gerardus unus fratrum, sed armatæ studio militiæ, à fraternis consilijs abhorrens, melioribus cœptis & illuderet & obstaret, ille cœlesti zelo concitus prædixit fore, ut post non longum tempus, prædurum illud & diuinis monitis imperuium latus, hostilis hasta perfringeret, admoto insuper ad locum digito ubi uulnus instaret, sic, inquiens, ferieris, & cum dolore saltem corporis, subintrabit salus animæ. quod ut uaticinatus est accidit, & intellectu malis exercito, militaris asperitas in monachalem mansuetudinē flexa est, ut mox ultrò quod antea irridebat appeteret, & fratrum alter-natu minimus, cum fratres omnes in solitudinem pergentes cerneret, fortè tunc puerilibus intentus ludis, eiq; primogenitus ualefaciens, inter blanditas diceret. Ad te Lunarde frater, id enim erat puero nomen, totius terræ, quæ omnium fuerat peruētura possessio est: ille supra ætatem. Minime, inquit, æqua diuisio, uos cœlum habebitis omnes, ego terram: quod responsum breui rebus ipsis impleuit, & ipse nouissimus fratrum iter gradiens, & tellure dimissa, per solitudinem cœlum petens. Ita nullus omnium penitus terris hæsit, quorum profectuum pia mater, haud dubiè particeps uideri debet, quæ ab infantia sic natos instituit, ut uictu tenuissimo contentos, & solitariæ religiosæq; uitæ, quàm urbanis uoluptatibus aptiores uiriliter ætas exciperet. his moribus, his domesticis institutis creuit similissima matri proles, uerè nobilis ac sancta familia, & foecundæ uitis generosi palmites, etiam si alibi quàm inter Allobroges germinassent. Sanè cum omnes feruidi, promptique ordine tertius, in renascendū proposito primus fuit, ad postremum & annorum patrem & sororem unicam post se trahens, huius ego sacundæ abstinentiæq; omnis laudibus, quoniam omnibus notæ sunt, illud egregium ac præclarum dictum, & his quæ inter manus habeo, ualdè consentaneum nō silebo. Solebat enim dicere, omnes se quas sciret literas, quarum nescio an alius sua ætate copiosior fuerit, in syluis & in agris didicisse, non hominū disciplinis, sed meditando & orando, nec se ullos unquam magistros habuisse, præter quercus & fagos. quod idè libenter refero, quia si quid & mihi nosse datum esset, idem de me uerè dicere uellem, & nisi fallor possem. Iure ut arbitror hunc locum occupauerit Arnulphus, territorij Metensis heremicola, nobilis atque eiusdem urbis episcopus, nec minus Eucherius qui primam claritate sanguinis & senatorij ordinis dignitate conspicuus, multum postea religione ac solitudine clarior, speluncæ horridæ perseuerantissimus incola fuit, in territorio Lugdunensi, ad cuius urbis episcopatum, & hic demum non suo ambitu, neque humano suffragio, sed cogentibus meritis & angelica gloriose admodum reuelatione conscendit, ut que ueracem sanctarum solitudinum terram scias, ipsè in finibus & Romanus & Domitianus primum solitarij heremite, post Abbates celeberrimi claruere, atq; ut transmarinas solitudines transalpinis misceam. Vt facius seculari primum cognitis militiæ, illa post reiecta, notior *CHRISTI* miles apud Niceam Bithyniæ solitariam uitam, non sanctitate tantum, sed miraculis claram egit, sed iam satis exteras solitudines circūuimus, ad Italicas redeundum est.

De solitudine Carlomani.

Cap. XV.

Quis non eius, quem magnum uocant Caroli patrum, Carlomanum memoretur? qui cum Pipino fratre regni particeps, & regno simul & regijs curis cedens, Romam adiit ociandū proposito, atque ibi monastico habitu assumpto, Siluestri latibulum Socratis montem petijt, ubi cum uotiu relictiæ biennium exegisset, tandem quia crebro & nimis honorifico peregrinorum suæ patriæ concursu, locus is, ut qui Romam petentibus secus iter longeq; notus atque conspectus est, minus indies solitarius uotiq; suo conueniens uisus erat, ad secretiorem atq; remotiorem Benedicti domum Calsinense cœnobium commigravit, ibi quæ quod oprabat & quærebat, fratre interim ac nepote pro caduca sede laborantibus, & quietas latebras, & tranquillum uitæ finem habuit.

Deso.

SEquitur hunc alius ætate posterior, merito autem prior Romualdus Rauennatum urbis nobilissimus incola, & illustri ducum stirpe progenitus. hic ab adolescentia quam uis opū & ætatis & generis insolentia timidus, & deuinctus illecebris, animo tamen assurgens, inter illius temporis uoluptates & iuuenilia studia, sanctum semper solitudinem suspirabat, itaq; dum uenanti sæpe taciti nemorum recessus occurrerent, cœlesti mox desiderio percussus hærebat, atq; ad se uersus aiebat: O quam delectabilis, quam tranquillus, & quam Deo seruire uolentibus opportunus locus, quādo melius hic amici Dei, quam in urbibus habitarent. itaq; generosæ indolis adolescens, ad captandas feras profectus in syluā, captandarum *CHRISTO* negotiū animarū, iam florenti, nec dum matura pietate cogitabat, neq; uerò diū inefficax cogitatus esse potuit, ne quē spiritus sanctus aleret, assidue & augetet. In ipso igitur ætatis flore gloriam, uoluptates, opes, patrem, patriam, mundum denique, & seipsum talem fugiens, ut se alium inueniret, totum ad heremiticæ solitariæq; uitæ studium se conuertit. Et primus illi quidem è sæculo exeunti, haud procul à patriæ moenibus, ad Classensē coenobium saltus fuit. Inde autē exacto fermē triennio, fratrum uitis offensus abcessit, & ad Marinium quendam, solitarium degentem in regione Venetorū, sanctum utiq; simplicemq; hominem, quem per famam nouerat, deuotissima raptim humilitate perrexit, eumq; præceptorem ac magistrum fidelem potius quam discretū patientissimè pertulit, eiusq; nō solū uerba sed uerba, tam æquanimis ac submissis excepit, & eum ipsum meritum in stuporem cogeret, qui deinde secum magnis & honestis ex causis, pro salute animæ, scilicet Petri Vrleoli Venetorū ducis, & ducatum & seculum his comitibus relinquentis, transgressus in Gallias, breuicq; post tempore in Romualdo, spiritalium uirtutum incrementa conspiciens, discipuli tandem sui discipulus fieri non erubuit, & cui paulo antè præceperat obedire. Inde autem multo cum dolore gentium illarum, inter quas aliquantum tempus exegerat, usque adeo ut de eius etiam cede cogitarent, quatenus quem uiuentem tenere non poterant, mortui saltem corpus thesauri instar, ingens ad præsidium suæ patriæ retinerent, simulata dementia elapsus, & sic in Italiam non minus iustus reuersus ex causis, quam abierat, sed aliquanto etiam iustioribus, ut uidelicet patrem suum Sergium imminenti animæ periculo, tempestiuus eriperet. Ipsum quidem, qui in monasterio sancti Seueri propè Rauennam susceptus, in monachū fuerat, religioso iugo colla subducere meditātem, ut nunciatum illi erat, & ad seculum redire properantem reperit, cumq; nil uerbis ac precibus ageretur, non patrem cui subesset, sed monachū cui spiritali præfesset auctoritate considerans, salubribus uinculis pestiferum coërcuit appetitum, piè seuerus in parentem, ut eum patris æterni seueritate liberaret, successit quæ foeliciter, nam Sergius malis admonitus, ad cor rediit, & castigationem non ut filij, sed ut patris amplexus, mira comptione propositum immutauit, atque ita in uirum alterum uersus est, ut mox & lachrymis peccata dilueret, & beatifica uisione recreatus, amatum simul pondus corporis, & optatus mundi laqueos uotiuā morte desereret. Longum est deinceps laboriosam uiri militiam sub seruitio *IESV CHRISTI* deuotosq; discursus, non Italicos modò uel Transalpinos, sed etiam transmarinos uerbis amplecti, qui tam crebri ac difficiles fuerunt, ut ab illo qui uitam eius descripsit, meruerint excusari, quia scilicet ad hunc uirum, ne quicquam latitare cupientem, ubicūq; terrarum esset, innumerabiles Deo seruire cupientium turba confluere, non humilium modo, sed illustrium, ut quotiens locum unum suis monitis *CHRISTO* quæsitā familiā impleffet, rectore illis imposto, necesse haberet, omnis expers desideria & quietis inscius, in locum alterum commigrare, sanctissimus animarum pastor nouū domino iūo grege, nouis in pascuis quæsiturus. Longum præterea nominatim exequi, quot quā claros *CHRISTO* seruos, sibi discipulos ambiendo quæserit, in quibus & duces & comites & filij comitū fuerunt, quin & ipse Romanus imperator Otho, licet is differens atq; procrastinans, uotum in sancti manibus uiri factū, implere præuētus morte nequiuertit. longum deniq; quib. locis habitauerit, quas heremos discipulis sanctis impleuerit, quæ deserta frequen-

frequentauerit, quæ templa construxerit, in quibus præclarissimū nomen habet heremus, Camaldulensis, Aretinis in finibus, cuius ille & loci & ordinis institutor ac princeps fuit, tanta deuotione singula faciens, tantis ieiunijs, tantaq; cibi lautioris abstinentia, ipsæ gulæ suæ illudens, tantis suspirijs, tantisque cum lachrymis eoq; impetu & ardore animi, quem nullus unquam stylus æquauerit. Ea demum sollicitudine tam iusti, tamque anxia & usq; ad ultimum indefessa, ut more Cæsareo, sed intentione alia, nil actum credēs, dum quid super esset agendum, his sacris ædificijs ad exitum uix perductis, semper incipiens ac festinās noua iaceret fundamenta, prorsus quasi totū urbem unam heremū, omnes homines monachos facere decreuisset: & hæc inter quas persecutionum molestias, non dæmonū modo sed hominum, & præsertim suorum quam patienter tulit ac fortiter, quanta illi in aduersa alacritas atque lætitia, magnum solidæ mentis indicium, & in statu quolibet frons una perpetua serenitate notabilis, quod imprimis Socrati Lelioq; tribuitur, quibus hic sanctus de quo loquimur, uniformitate par fuit, pietate autem ac religione superior. Quanta uerò huic oris hilaritate iuncta esset auctoritas, & nescio quid diuinum in illis uultu uenerabile, pariter ac tremendum, quo & boni illum colerent, & timerent mali, magni licet ac potētes, & tanquam corā Deo positi contremiscerent, usq; adeo, ut & imperator Romanus Otho iunior, eum familiariter ac reuerenter inuiseret, inq; illius lectulo per noctem conquiesceret: & imperator alter Henricus, cum uir sanctus ad eum, & illius & discipulorum suorū precibus expugnatus, uix uenisset, sibi lætus ac uenerabundus assurgens, pio suspirio in hæc uerba prorumperet: O utinā esset anima mea in corpore tuo, & imperialium Comitum uiro Dei circumfusa acies, atque humiliter accliuus, pellicie, qua tunc ille erat indutus, uillos pro charis ac sanctis reliquijs in patriam relatura, nō sine ipsius graui mœrore, deuota undique certatim importunitate decerperet, opinatissima sanctitate barbaricos etiam spiritus molliēte. Ad hæc & Raynerius Tusciæ Marchio, neq; Imperatoris, neq; cuiusquam mortalium, quantum Romualdi solius aspectum, se metuere fateretur, neq; illo præsentē sibi omnino linguam aut ingenium constare. postremo, quæ per illum seu uiuentem seu defunctum diuinitus sunt gesta miracula, quæ præsentis Dei potentia ac uirtute geri multis & claris innotuit argumentis, illis duobus inter plurima, quod & Gregorij cuiusdam fratris intolerabilem capitis dolorem sola sanauit anhelitu, & alterius non dolorem, sed insaniam uno pepulit osculo, qui curatus se mox quidam, & sacra uiri labia contegisset, uehementioris auræ spiritū sensisse illius ex ore prodeuntem asserbat, quo affilatus subito, salutem pristinam recepisset. Id sane quid aliud fuisse crediderim, quam spiritum illum, qui ubi uult spirat, quo profecto uir Deo acceptissimus plenus erat. Longa, inquam, hæc relatu & minime necessaria, cum ab illo ipso, quem prædiximus eius historico cōtemporaneo, & coram ciue suo, sanctitate ac scientia uiro insigni, & ipso quoq; solitario, de quo sine medio, posse hunc dicam, de his æditus liber extet. Summa igitur re comprehendat, si quidem centū uiginti annis, quos habuit uitæ, uiginti primi in seculo acti sunt, tres in monasterio, cuius regimen coactus accepit uolensq; deposuit, reliquis omnibus septem & nonaginta, heremiticam uitam duxit, semper uigilantissimus, nunquā cessans, ubiq; fructificans, & ut de illo scribitur, sterilitatis impatientis, ac propterea omnibus locis & temporibus, toto corpore, totaq; anima ad nihil aliud, quam ad lucrum sollicitus animarum. Ad extremum uerò morbo uictus ac senio, ad Italiæ notam partem, uel Picenī uel Umbriæ regionem, & ad monasterium Vallis, quæ de Castro dicitur, quod ipse cōstruxerat, & ubi ante uiginti annos moriturum se prædixerat, seu ad hospitium fessus uiator, ad uesperam properauit. atq; ibi tandem post longissimos labores exactos, foeliciter requieuit, & quid nescio, an de alio quam de Paulo primo heremita legerim, solitariam uitam, solitario sine conclusit. ultima enim & diei illius & uitæ suæ horam sentiens adesse, fratribus qui aderant egredi iussis, & mane proximo reuerti, pia illos fraude decipiens, ut qui solitariæ *CHRISTO* seruierat, solitarius ad *CHRISTVM* & mercedem sui seruitij reposcendam irer, sese & beatum spiritum languidumq; corpusculū recollectit, atq; ita incomitatus hominibus, comitatus Angelis hinc abiit, ad æternam uitam.

Petrus nunc occurrit ille, qui Damiani cognomen habet, quamuis & de hoc ipso, & de uita rebusque uiri huius agentium discordia multa sit, quod eum alij e solitudinis ocio ad ecclesiastici negotij curas, contra alij ex ipsa curarum area strepitumque negotiorum, ad ociosi silentij pacem trahunt. utraq; uitae huius commendatio, seu tanto illum officio dignum fecit, seu ipsa digna uisa est, quae tanto fastigio praeferrereur, alij rem permisceret, nam cum exactius uerum quaerens, usque ad cenobium ubi is floruit misissem, qui mihi comperta omnia reportarent, religiosorum loci illius assertione didici, fuisse eum primo quidem solitarium, inde altius euectum, demum ultrò ad solitudinem rediisse. quod si ita est, & indicium eius extremum patet, & in unum exemplum solitudinis geminum decus coit, quae tales uiros seculo commodat, eosdemque sic recipit. Ita uero esse ut credam, epistolae quaedam eius hortantur, quas nunc maxime his auditis, ad memoriam reuoco, diuersis ille quidem temporibus, & alio atque alio uitae statu aditae, quarum in alijs, ut mihi uidetur occupatus, amissi ocij requiem suspirat, in alijs ociosus tractati negotij inquietudinem recordatur, quae huius mihi nunc certior memoria est, caeteris igitur extra propositum sunt ommissis, utique, inquam Petrus hic, quantum ex nouissimis eius scriptis elicio, Romanum cardinem, non sine laude possederat, uir haud dignitate clarior quam lingua, quid tamè & hic consilij coeperit iam audies. Siquidem statum illum pompasque seculi contribulibus suis linquens, ipse Italiam medio, ad sinistram Apennini latus, quietissimam solitudinem, de qua multa conscripsit, & quae uerus adhuc fontis Auellanae nomen seruat, perituris honoribus praefendam duxit, ubi non minus gloriosè postmodum latuit, quam innotuerat primò Romae, nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum decus, squalenti cilicio permutasse.

De solitudine Celestini papae qui Petrus ante papatum dictus fuit. Cap. xviii.

Huius Petri clarissimam faceret raritas ipsa contemptum, nisi eum Petri alterius Romani pontificis, quem Celestinum dixerunt, recentior contemptus, & clarior obscurasset, qui Pontificatu Maximo uelut mortifero, faece deposito, in antiquam solitudinem tam cupidè repedaui, ut hostili compede liberatum crederes. quod factum solitarij sancti, quae patris, uilitati animi quisquis uolet attribuat, licet enim in eadem re, pro uarietate ingeniorum non diuersa tantum, sed aduersa sentire. ego imprimis & sibi utile arbitror & mundo, utriusque enim propter inexperientiam rerum humanarum, quas multa diuinarum contemplatione neglexerat, longumque solitudinis amorem, periculosa esse, anceps & turbida poterat altitudo. Nam quid *CHRISTO* uisum sit miraculum, quod per eum Deus ostendit die, qui post renunciationem primus illuxit indicio est, quod profecto non fieret, si quod gestum erat diuinitas non probaret. Ego prorsus altissimi cuiusdam & liberrimi, & iugum nescientis uereque coelestis animi factum reor, atque ita sentio, non potuisse id ab homine fieri, nisi qui res humanas iusto pretio aestimasset, qui que tumidum fortunae caput pedibus subiecisset. Ambrosij patrocinio locus eget, ex eo praesertim libro, quo ad uerae humilitatis obseruantiam sacram uirginem Demetriadem cohortatur. Non ut dilectores, inquit, huius seculi putant, parui cordis aut segnis est animi, terrenas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec ibi gloriae quaerere, ubi laudatur peccator in desiderijs animae suae, & qui iniqua gerit, benedicatur, unde si uere intelligatur contemptus iste rerum praesentium, ad quae tendat, & qualia concupiscat, nihil huiusmodi mentibus rectius, nihil inuenietur erectius, quae sacratissimis desiderijs uniuersa transcendunt, neque ad ullam creaturam quam uis potentem, atque mirabilem, sed ad ipsum omnium uisibilem atque inuisibilem ambiunt creatorem, cui appropinquare clarescere est, quem timere gaudere est, cui seruire regnare est. Huius praeconio laudis, quis usquam quaeso, seu quis unquam dignior Celestino? Reliquerunt alij nauiculas suas ac retia, alij possessiunculas, alij teloneum, alij etiam regna uel regnorum spem, secuti que *CHRISTVM* dominum, facti sunt Apostoli, facti sunt

sunt sancti & amici Dei, papatum uero qui nihil est altius, (rem tam exoptatam tamque mirabilem, ut ab admiratione ac stupore dictum serant) quis ulla aetate, praesertim ex quo tanto in pretio esse coepit, tam mirabili & excelso animo contempsit, quam Celestinus iste, praesentium & nomen & locum, & amicam bonis moribus egestate appetens, atque dum caelum suspicit, terrae immemor, quem in statu quolibet aequè Deo placitum, quis non uidet, qui mira eius opera, sed alio digna stilo, trifariam distincta perlegerit, quae gessit, aut antequam ascenderet, aut postquam descendit, aut dum sedit? Quid miri autem, si uirtus operum non defuit, cuius & animi tenor unus, & qua licuit uitae mutatio nulla fuit? siquidem in supremo rerum culmine, & intra angustissimum ac papalem thalamum, angustam sibi heremiticamque cauernulam meditatus, in alto humilis, inter turbas solitarius, inter diuitias pauper uixit: adde quod & statim ab initio tentauit fugam, cum discipulo quodam suo Roberto Salentino, tunc iuuenè, sed inopinata & subita populi multitudine circumuentus, eum euadendi nulla spes esset, in discipulum uersus, quaesiuit: An se ad excelsa tractum & coactum sequi uellet? ille autem, qui a magistro didicisset mundum spernere, *CHRISTVM* uero & quibus ad *CHRISTVM* itur uirtutem, pacem, silentium, & solitudinem amare. Quae, ait, ut & labori & periculo meo parcas, meque potius cellae inopis & tui ocij successorem, quam diuitis ac sollicitae gloriae participem uelis, quod & factum est. Substitit enim patre Romam abeunte, cuius non multo post animam e carcere gemino, ad sydereas scandentem sedes conspexisse dicitur, ignarus rerum, & miraculo stupens atque interrogans: An se tunc etiam sequi, an quid aliud agere iuberet, quem ille, ut in solitudine perstaret, admonuit, & sic coelum petens, inter uerba disparuit. Discipulus autem ille consilij memor, usque ad tempora nostra perueniens, & dierum plenus ante hos paucos annos, post magistrum abiit, magna quidem apud suos sanctitatis opinione, & mirabilium fama operum relicta. Sed ad Celestinum redeo, cuius ascensus quam moestus, quamquam contra animum suum esset, descensus laetus & spontaneus declarauit. Audiui narrantes, qui uiderunt, tanto illum fugisse cum gaudio, eaque signa laetitiae spiritalis oculis ac fronte gestantem, dum a conspectu Concilij, iam tandem sibi redditus ac liber abscederet, quasi non humerum blando oneri, sed collum diris securibus subduxisset, utque eius in uultu nescio, quid angelicum reluceret. Nec inmerito, norat enim quid repeteret, nec quid dimitteret, ignorabat. Certè a laboribus ad requiem, ab insanis disceptationibus ad diuina colloquia remeabat, linquebat urbem, ibat animo, & nisi successoris fastus obstaret, pedibus ibat in montem hispidum fateor ac praeruptum, sed unde sibi planum iter esset ad superos: cum quouitiam uixissemus, quod idcirco praecipue de hoc uno, inter tot solitarios optauerim, quia nusquam rei optatae propinquius uotum erat. Neque enim magno disiungimur interuallo, modicumque uel cunctandum illis, uel nobis accelerandum fuit, ut iter hoc uitae pariter ageremus, quod ille cum patribus nostris egit. Et quam breui spatio temporis per omnem Italiam tractum, usque ad alpes quot ab eodem instituti ordinis conuentus sacri, iamque ut audio, alpes ipsas, deuotio propagata transcendit, durat religiosa successio, durabitque, & quos in solitudine genuit, uiuunt nati, cum in palatio geniti, quosque uel ad Ecclesiae cardinem, uel ad alios gradus extulit, iam pridem omnes obierunt, tanto stabiliora sunt sacrae solitudinis fundamenta, quam saeculi. Irrideant, licet igitur, qui uiderunt, quibus praefulgore auri & purpurae squalidus opum spretor & paupertas sancta sordebat, nos hominem hunc miremur, interque rarissimos numeremus, damnatumque uocemus non uidisse, cuius uisio lucrum ingens, exemplumque clarissimum praestare poterat, altioris uitae confragosa tentantibus, caeterum praesens fama consecratumque uiri nomen, & laudatoribus suis fauent & arguunt insultantes. Gratias autem Deo, tam magnanimus facti sumus, ut hos duos Petros aemulis carituros, & pusillanimitatem huiusmodi, sine exemplo nostri temporis futuram speremus.

De Petro hæremita, præcipuo solitudinis cultore, occasione cuius, commemoratæ querelæ introducuntur. Cap. I.

Sed ecce quod non putabam, rursùm uocor in Gallias, dumq; inter solitarios claros uirum eminus audire mihi uideor, cogorq; subsistere, is est Petrus hæremita, qui olim in territorio Ambianensi solitariam uitam duxit, qualem sanè non latuit, dum enim indignari & irasci iam *CHRISTVS* inciperet, hæreditatem propriam tamdiu suis & nostris ab hostibus conculcari, non ulli regum Christianorum pingues, somno in plumis purpuræ captantium, non Romano Pontifici Urbano, graui licet ornatoq; uiro, occupato tamen, sed Petro inopi, ocioso, solitario, & humiliore grabatulo quiescenti, quid fieri uellet aperuit. primo quidem inspirans, ut Transmarinæ peregrinationi se festinus accingeret, præsentem miseriarum spectaculo, pio promptior negotio futurus, deinde dum quo iussus fuerat peruenisset, & Symeonis qui tunc patriarcha Hierosolymitanus erat, cæterorumq; fidelium miserando seruitio, ac sacrorum tristi ludibrio locorum, concussus ac gemens, & orationes uigiliisq; nocturnas agens, tandem supra nudum ecclesiæ pauimentum, somno succubuisse, confopito iterum *CHRISTVS* apparuit, iubens ut ad uindictam sui nominis, pastores ac principes Catholicos excitaret, tantam uerò legationem, tanquæ supra uires suas, quam de uotè suscepit, quam impiger, quamq; fideliter executus sit, *CHRISTVS* q; p'is conatibus aspirante, quam uotiuè successerit, non est huius temporis exponere, præsertim cum & stilo tolerabili & sermone uulgari, duobus non paruis uoluminibus, ea res in populis etiam nota sit. & si de hoc quoque scribentium uariè affectos animos uideam, sed sequor in dubijs, quibus potius credendum censeo, & quos rerum non hominum studio agere: atq; utinam qualis exitus, talis euentus, & ut fœlix *CHRISTVS* ultio sic perpetua fuisset, neque peccatis hominum è tanto uictoriæ successu, ad antiquas misérias reditum esset, eò fœdius, quò iterum amisisse quod nostrum erat, quam nò recuperasse deformius nobis, hostibusq; formosius, & nobis spei minoris illisq; maioris aduersum nos, uel custodiæ in posterum, uel crudelitatis occasio est. Nunc uerò quid desit, aut quid querar, præsepè, caluarîa, busti saxum, oliueti montem, uallemq; iudith, & reliqua dilecta singulariter *CHRISTVS* loca ubi homo factus est & in lucem editus, ubi natus uagite, ubi infans reptauit, ubi puer lusit, ubi uir docuit, ubi uiuificum nobis spiritum exhalauit, ubi exanimis iacuit, ut exiret, unde ad inferos descendit, unde conscendit ad superos, ubi postremo uiuos ac mortuos intractabili sententiâ iudicabit. terram maioribus nostris promissam, nobis ereptâ, nobis debitam si uiri essemus, spei nostræ sedem, arram patriæ æternæ, nunc Aegyptiacus canis tenet, heu, quid præter gemitum & querelas relictum est misero, quando & nostri Reges nil nisi delicias, & nostri Pontifices nil nisi diuitias amant, populi uero uel serui flent, uel infantiunt liberi, & omnes quæ sua sunt querunt, quæ *CHRISTVS* autem nullus, cuius peculiare patrimonium nobis spectantibus otiosè quæ sedentibus laceratur, quid loquor, aut quid omnium occupatissimos ociosos uoco, immò uerò dum fremimus, & meditamur inania, dum cœno uoluimur ac libidinibus exercemur, & nitimur profugas retinere, dū nummos pauperum numeramus atq; abdimus, dum superuacuas & ineptas turres in nouissima Babylone construimus, ut cœlotenus scâdat ruitura superbia, humillimam *CHRISTVS* sedem, non est qui tueatur aut uindictæ deniq; dum fratribus nostris insidiamur, impijs hostibus incustoditum & inermelatus obtulimus, aditumq; præbuimus in thalamum regis nostri, crimen ingens, & nostrarum frontium pudor æternus, quibus *CHRISTVS* uexillum impudenter affigimus, ut tam magnifice *CHRISTVS* iniurias ulciscamur, quas ipse nunc quidem posset uel ulcisci, & fortassis ulciscitur secretiore iustitia, ex alto tamen interea prospiciens fidem nostram.

De repr-

De reprehensione Regum & principum nostrorum, qui somno, uoluptatibus, turpibus lucris, subditorum spoliationibus, ac cæteris uitijs incumbunt, & nullus eorum Terræ sanctæ dispendio mouetur. Cap. II.

Nos autem uel torpemus uel ardemus animorum æstibus, ecce nunc, ut inexpleta cupidine & flammante odio, de prophanæ seu barbaricæ telluris angustijs altercantur reges & principes terræ, & esto conueniant in unum, quid inde publicum bonum sperent, nunquam Herodes & Pilatus, nisi aduersus dominum & aduersus *CHRISTVM* eius, atque illius iussu conuenient, quiescente fortè, somnoq; & uoluptatibus incumbunt, turpia lucra captabunt, & subiectos quos armati spoliant, togati spoliabunt, dum quæ necessitas belli est, licentia pacis erit, Coniugem ac sobolem omnes diligent, Deum nullus ac proximum, par corporum cura erit, & incuriositas animarum: aurum, gemmas, prætiolamq; suppellectilem aggregabunt, uirtutum ornamenta despicient, amabunt proprios agellos, pro his pugnare & digladiari & perire non metuent, nemo erit qui terræ sanctæ uniuersali dispendio mouetur: cur quæso, nisi quia uerissimum est quod dixi, hæc singulorum uidetur esse, illa autè *CHRISTVS*: Ita creatoris ac liberatoris nostri gloriam spernentes, nostram querimus, nec redit in mentem, his olim moribus cœlo cecidisse Luciferum, quibus nos cœlum hodie speramus ascendere. quod si ad credendum uerbis es tardior, utiq; rebus credes, quæ mentiri, ut dicitur, non solent. Circumspice, oro, & percurrere prouincias, & quære quid agatur apud nos, Gallus & Britannus litigant: quinq; iam lustra uoluuntur, ex quo non *CHRISTVS* & Maria, sed Mars & Bellona inter illos Reges regnât, cumq; iam ferum, utrinq; lentescat, nihil ferrei animi molliuntur, nec dum imber sanguineus tantas irarum lenit ardorès, itaq; tamen quod inopinabile apud nos, apud auos ac proauos inauditum erat, hunc modo longe nostrorum regum maximum, multo impar hostis in uincula traxerit, nec fortuna amplius tanti regni pondus ferri potuerit, nullus tamen ideò rerum finis, primogenito capti regis arma retentante. unde ut uides nunc maximè bellum tonat, tunc ex integro regi coeunt exercitus, & Christo refundendus sanguis inuidiæ consecratur. Hispanus ille maior hæreticus per ignauiam sinit intra suos fines Fratres, propudor, angusto in scopulo maiestatem *CHRISTVS* nefarie blasphemari, hic uerò qui littora nostri maris incohit, nil præter aurum Venetorum, ac sanguinem Ianuensium sit & cogitat, auaritiæ imperio illorum satellites, horum hostis, ab illis auro uinctus, ab his ferro uictus. Ille autem extremus regum sonoris ac refluus Oceani fluctibus obsorduit, ut de tam longinquo suspicia nostra non audiat, & in occidente ultimo sepultus, quid agat oriens non curat.

De Romanorum Cæsaris & pontificis accusatione, Germanos & Græcos adiuciendo. Cap. III.

Cæsar hic noster, rapto diademate, in Germaniam abiit, patrijs latebris & nomine contentus imperij, cuius extrema membra complectitur, caput spernens, quem recuperaturum perdit sperabamus, suum seruare non audet, nullocq; fugiens persequente, spōsæ sacros amplexus, & pulchræ faciem horret Italia, tanquam sub cœlo aliquid pulchrius. Arguit eum, fateor illa callens & temeraria fides in ea quæ summa etiam perflare non metuit, excusat se, & ecclesiæ iurasse se iurat, ne amplius quàm unum diem Romæ ageret: O infamè diem, O pudendū fœdus, O superi, en iusiurandū, en religio, en pietas, Romanus Pontifex ita Romam suam deseruit, ut eam nolit ab alio frequentari, & de hoc cum Romano Imperatore pascitur. quid hic loquat, nescio, & si scirem, tacere consilium est, Vnum est quod me tacito res loquatur. Quoniam qui habitatorem urbi eripit, aratorem si posset induceret, quod quàm iuste uelit uiderit: Germania nil aliud studet, quàm stipendiarios latrones in Reipub. exitium armare, & è suis nubibus, in nostras terras iugem ferreum imbrem pluit, dignum non inficior, quia uolentibus accidit, Italia suis ipsa se iuribus conficit, & si quando respirat, auri amor *CHRISTVS* amore potentior, animos occupat, & per omnes terras ac

V maria

maria distrahit. Græcia uel suis erroribus, uel nostris auersa superbijs, ouile pristinum & pascua nostra contemnit.

Qualiter fides Catholica fuerit olim, quasi per uniuersum mundum dilatata, sed nunc negligentia superiorum, multum minorata. Cap. III.

TAm de Regibus alijs ac terrarū dominis, deq; pontificibus nostris loqui, superuacua labor, uulgata sunt omnia, & hic quidem Europæ status, piget hinc longius proficisci, sed attingenda sunt uulnera, quæ quamquam haud procul à capite, & uitalibus membris, situ tamen & longa segnitie putruerunt. Augustinus quidem oriundus ex Africâ, in confessionibus suis, Homeri librum sibi difficilem dicit, quod externis Virgilij facilem, quod suis hoc est Latinis literis scriptus est, atqui nunc Africam metire, & à Illi alueo ad Atlanticum oceanum, uolucris meditatione perambula, puto nullum ibi reperies, qui literas nostras norit aut diligit, nisi peregrinus fortè uel mercator, uel captiuus sit Hieronymus ad Euandrum scribens, post Gallias atq; Britannias, prouincijs nostri orbis, Africam & Persidem & Orientem & Indiam omnemq; barbariem unū *CHRISTVM* adorare cōfirmat, unam seruare regulam ueritatis, id quàm uerum hodie sit, ne dici quidem expedit, sed ut recentius testimonium nostri dedecoris attingā, non ne Gregorius quodam loco gloriatur & exultat, quod sua ætate Asia tota iam crederet, nunc, heu, ut à læua Tanais usq; ad dexteram Nilij ripam, per Eoi. littoris amplissimos flexus ambiendo peruenias, & quicquid illos longè distantes mundi terminos, nostrique maris æquor interiacet, siue terrarum siue hominum excutias, quamuis ad huc fortè ibi aliquis sit, qui *CHRISTINOMEN* in ore habeat, qui tamen ueram *CHRISTI* fidem habeat in corde, nisi ex eodem genere, qui peregrinatione, mercede uel carcere teneantur, nullus ut arbitror est ibi, sed ut notissime ueritati, quartus nunc etiam testis accedat, certè in hanc ueram *CHRISTI* religionem, suis temporibus concordasse omnes Ecclesias, non solum in Hispania & Britannia ut incipiamus ab ultimis, nec non Gallijs, Italia, Sardinia, Cypro, Creta & Dalmatijs constitutas, sed in Cappadocia etiā & Mysia et Macedonia, & uniuersa simul Helladia, insuper & uniuersa Africâ, Paphlagonia, Lycia, Isauria, & in omni Aegypto & Libya & Ponto, totoq; oriente præter paucos Arrij sectatores, ad Louinianum Augustum missa, fidelis Athanasij testatur epistola, non famam sequentis, sed comperta referentis, & ut ipse ait, experimento sententiam omnium cognoscentis, & literarum pignus hominumq; notitiam habentis. Sin fortè pluribus testibus res eget, Ambrosius secundo Vocationis omnium gentium libro, & post eum Augustinus ipse in Psalmo *CXV*. Christianæ fidei latiores, & quàm Romani imperij fines ponunt, nec peruenire potuisse iugum populi ferro regnantis, quo regnatis aliquo peruenerit fides *CHRISTI*. Id si de uero imperio loqui eos constat, non de isto quod iam non imperium, sed imago quædam, & imperij umbra est, utinam nostris quoque temporibus uerum esset: profectò non tota insaniret Africâ, non Persis, non Syria, non Aegyptus, non Asia ferè omnis, non deniq; quod est grauius, maxima pars Europæ. Romano enim imperio illi antiquo, ut præclari testantur auctores, nihil omnium defuit nisi modicum Orientis, nobis, heu, præter omnia defunt, nisi modicum Occidentis, quibus cum per se singulis, tum simul omnibus in hac ipsa querimonia, quanta insit auctoritas ac fides, neminem tam infidelè tamq; hebetè puto esse, qui nō sentiat: quicquid tamē hi omnes dicunt & plus aliqd paucissimis uerbis amplectit Augustinus libro Veræ religionis, haud procul à principio: Per omnes, inquit, terrarum partes, quas homines incolunt, sacra *CHRISTIANA* traduntur. dictum breue, sed flebile nobis, & quo facile damni totius cumulum metare. Quamquam quid testimonijs singulorum nitor, Ecclesiasticæ relegantur historiae, quot ibi ante annos mille catholicorum nomina præfulum, à septentrione ultimo, uel oriente uel austro, ad roborandum uulgandumq; sacrum Christi dogma cœuentium occurrent, ubi hodiè dicam nullus Episcopus, sed ne Christianus quidem uir inhabitabat. Et ut leuiora præteream fileamq; alias, quibus idem principium, par exitus, ipsa uenerabilis urbs Nicea, ubi Apostolorum

Apostolorum fidei fundamentum, ab illis ueri opificibus tot tam sacris senibus tanta rationum calce compactum atq; uallatum est, simul & tota Bithynia, cuius illa pars est, ab hostibus fidei possidentur, ira regimur, ea nostris principibus Reipub. cura est, sic aliena concupiscimus, ut nostra perdamus. Sed in alijs quidem facile me ipsum silentio aut obliuione consolet, tibi quid dicam prodita ac deserta Hierusalem, hoc uulnus assidue recens in oculis & fronte gestamus, hoc regi dissimulariq; nullatenus potest, aliquantocq; facilius damni sarcinam ferimus quàm pudoris. Cæterum hæc salutis spes, hoc studium gloriæ, sic calcantur sacra, membrisque languentibus nostrum caput impune nunc ab Aegyptiaco cane discerpitur, & insultant pedes impij sanctuario *IESU CHRISTI*, eodem ipso propter nostrum dedecus, uel suas iniurias patiēte, uel ut dictum est, forsani occultius uindicante, & est in tot tam publicis malis quisquam, qui ueterum Romanorum gloriæ detrahere, talibus que mendarijs suum os inquinare audeat: O nos prorsus indignos, quibus tanto cœli fauore, tam nullis omnino meritis sit consultum, o uerè gratuita dei dona, hic enim quando & æstu doloris & feruore animi rapior, & audax dolor, & indignatio loquax est, & opima materia querularum incidit.

De excellenti uirtute antiquorum Romanorum, in comparatione Regum modernorum. Cap. V.

Dic pater, libet equidem percunctari, si hodie Iulius Cæsar ab inferis, remearet, animū illum potentiamq; suam referens, & Romæ, hoc est in patria sua uiuens, ut haud dubie faceret, *CHRISTI* nomē agnosceret, diutius ne passurū credimus, q̄ Aegyptius Iatro. *Pelusiaci tam mollis turba Canopi,* Ut ait ille non dicam Hierosolymam & Iudeam, & Syriam, sed ipsam Aegyptum atque Alexandriam possideret, dum meminisset olim se, non tyranno impio, sed legitimo quidē regi, regnum simul & coniugem & uitam abstulisse, terrasq; illas ut Cleopatraz dono daret, suo periculo domuisse (non quæro quàm id iuste egerit, sed animi uim & acrimoniam illam miror, ac necessariam temporibus nostris dico) quàm facile enim fidelis effectus *CHRISTO*, suum restitueret, à quo se spiritum accepisse & æternam gloriam accepturum crederet, qui illud adulterij pretium donauerat concubinz. An si Cæsar Augustus, si uterque Scipio Africanus, si magnus Pompeius, ut mille alios taceam, eiusdem Christianæ fidei sacris initiati, & in eadem urbe reuiuiscerēt, pati possent, aut primus in Hispania, quàm multis ante sæculis fluctuantem nominis sui maiestate composuit, aut secundus in Africâ, quam tributariam alter fecit, alter euertit, aut tertius sub Arcto & per Orientem, ubi tot colla regum uineulis innexuit, *CHRISTI* sui nomē esse conceptus: si enim pro terrena patria, uerè fidei luce carentes tanta sunt ausi, quid non ausuros *CHRISTO* duce sceleriter crederim pro æterna?

Qualiter nostri principes comparantur Mahometo. Cap. VI.

Nostri autem principes ac duces elatissimi hominum, in thalamo leonibus fortiores, in campo ceruis timidiores, ora uirilia mulieribus animis dehonestant, ad nocturna bella præoptissimi, imbelles ad reliqua, & ad nil aliud animosi, quàm ad luxuriæ studiū uirtutis que odium, quos imitari nequeunt, quosq; uel uenerari uel mirari saltem taciti debuerant insectantur ac spernunt, nihil autem insolitū est, si uirtutis exempla, uirtutis hostibus sunt molesta, aut si Mahometi fautores, ut in multis, in hoc quoq; secū sentiūt. Ille quidem ut scriptū teneo, Mechem ex urbibus ac Hierosolymam benedicens, Romam & Antiochiā maledixit, & quoniam iuuatur impietatum suarum cogitando causas quærere, in Mecha equidem & Roma nihil est quo mouear. quid enim noui est, si Mechem urbem, machius & impurus homo dilexit prophanū, omnis impietatis habitaculū dignūq; cōmaculati & incesti sui corporis hospitium? ibi enim sceleratus & infamis prædo sepultus est iuporum coruorū que uisceribus dignior: & iacet ille carnifex in medio gētis suæ summo cultū ac reuerentia prorsus indigna, cū tamē heu dolor *CHRISTI* tumulus irreuerenter ab hoste possessus, nō sine graui periculo & infami penititatione tributari raro furtim à fidelibus adeatur.

Rursum uero quid miri est, si nefandæ superstitionis artifex, suis artibus infestam almam Urbem aspersam sacro sanguine martyrum, eminentissimamq; arcem religionis ac fidei, oderit, præcipue metuens, unde potissimum uenenato dogmati suo posse uerisimiliter excidium prouenire, simul id recolens, tot inde ruinas & graues casus, diuersis iam temporibus Persis, Medis, Aegyptijs & Chaldeis, ac maioribus suis Arabibus prouenisse, iustum penè odium sibi conflauerant metus & dolor: Miror magis, si non & Niliacas solitudines odio habuit, in quibus audierat Antonios atque Macharios tot miracula, tot uirtutes, solo *CHRIST* nomine peregrisse, nec dubito, & illas odisse eum, magistrum uoluptatum, & totius obsecræ libidinis incentorem: illud animum tãgit, unde uel amor Hierosolymæ, uel Antiochiæ odium: Sed inducor ut suspicer, ciuitatē ubi aduersarium eius *CHRISTVM* aduersarium planè, quamuis forte de ipso propter maiestatem & gloriam nominis eius palam obloqui non auderet, tot contumelias, tot flagella, tam crudelem mortem pertulisse meminerat, & gaudebat amasse illum, quasi locū odij sui in *CHRISTVM* inuidiæq; participē, & si amorem quem ferino in corde pepererat *CHRISTI* mors, eiusdē resurrectio extinxisse debuerit, sed illam homo insensatus & impius, & cæcus regnandi cupidine non uidebat. Antiochiam uerò odisse, quod illic primo cognomen Christianitatis exortum esset, quod Apostolorum actus indicant, & Petrus Apostolus *CHRISTIANICUS*, & Christianæ dux ac signifer cohortis, illic primam pontificij cathedram conscendisset, quasi harum altera quantum in ea fuit & *CHRISTVM* & *CHRISTINOMÈ* oppressit, altera Christi & nomen & uicarium celebri ueneratione sustulerit. Nullum sane locum odiosorem illi quā Bethleem fuisse coniecto, tacuisse autē nomen illud, hominē licet indoctū, natiua tamē ingenij calliditate uersutū, ne nimis apertas odiorum causas exprimere uideretur. Hactenus gratum mihi, & lectori non ingratum puto diuerticulum præbuerim.

De detestatione Catholicorum principum, eò quod præcipuam curam patriæ negligant. Cap. VII.

Tempus est ut unde discessimus reuertamur, ego itaq; mœstitiæ stimulis impulsus, qd solū potui candenti & ignita literarum acie indebilem hanc infamiz notam populis atque principibus nostris incusserim, qui tot inutilibus, immò dānosis & impijs curis impliciti, honestam hanc & debitam præcipuamq; curam patriæ, negligunt, patriæ, in quā, æternæ nostræq; Hierusalem, non huius quæ in terris, sed quæ sursum est in coelis matris nostræ, unde nūc exulamur, cuius imaginē hanc importat, quæ si per se ipsam extimetur, nec patria est nostra, & meritum casum passa, & grauiore odio digna est, quippe quæ Deum suū, qui sub ueste humili eam saluare descenderat, multis licet & magnis de nube carnis miraculorum fulgoribus coruscāre, ausu sacrilego & cōsensu nefario crucifixit, ea quæ uis impietas sibi pestilēs, mūdo utilis foret, dū in crucē actū, quasi de loco altiori, adorandū gētibus demonstrat.

Quod non pro omni, sed pro qua patria sit meritò pugnandum. Cap. VIII.

Non pro patria qualibet audenda sunt omnia, quanquā q̄ ausi sunt, multis ad cœlū laudibus efferantur. Laudatur ex nostris Brutus, laudatur Mutius, laudat Curtius, laudatur Decij, Fabij, Cornelij, q̄ sanguinē suū pro patria effuderint. laudant & exteri, Similis enim uirtus, non dissimilem laudem meretur: Codrum ac Themistoclen Athenæ laudant Lacedæmon Leonidem, Epaminundam Thebæ, Carthago Philenos fratres, aliæ quæ urbes ciues alios, de quibus omnibus si quid sentia quæris: cœlestis amada Respub. est, quæ non tumultus tribunitij, non cessiones plebis, nō senatus insolentia, nō inuidia simultatum, non bella ciuilia, non externa perturbant, pro qua quisquis sanguinem suum dedit, bonus ciuis & premij certus est: non quod ideo temporalem hanc terrenam quæ patriam deserendam rear, pro qua si res exigat pugnare etiam iubemur, sed ita demum, si iustitia regitur & legibus & quis uiuit, quale aliquo tēpore fuisse Rēpub. Romanorū Salustius ac Liuius multiq; alij scripsere. De quo in primis acriter copioseq; disputat Cicero, in his libris,

quos

quos de Repub. scripsit, quibus facile consentirem, ut tunc etiam, dum toti orbi uim faceret, & uiolentissima uideretur iusta esse quod hisiis qui cogebantur expediret cogi, & unum idq; non nisi optimum & excellens rerū caput esse mundo, licet gustu asperū, certè necessarium foret, nisi quod dicam huic sententiæ uehementer obstaret, quod scilicet, & si inter homines iustitiam seruarent Cuiq; ius suū tribuendo, & illis Romanis artibus à Poëta descriptis, paci morem imponendo, parcendo subiectis & superbos debellando, quamuis ut præclare, ait Cicero, idem alibi. Imperium P. R. beneficijs tenerentur, non iniurijs, bella aut pro socijs, aut de imperio gererentur, exitus bellorum essent aut mites aut necessarij, Regum, populorum, nationū portus esset & refugium Senatus. nostri autem magistratus Imperatoresq; ex hac una re maximam laudem capere studerent, si prouincias, si socios æquitate & fide defendisset, essetq; uerissimum, quod illud patrociniū Orbis terræ uerius quàm imperiū poterat nominari, quāuis hæc, in quā, sic erga homines summa iustitia & innocentia Romanorum illius temporis acta consenserim, iniustos tamen in Deum fuisse non ambigitur, cui non leue aliquid, sed seipso abstulerant fugitiuorū more seruorum, sui furtum damno facientes, quodque grauisimū furti genus, cultum illi debitum eius hostibus exhibētes, quæ nimirum iniustitia multo est maior, quàm si uicino fundus auitus, aut mancipiū raperetur, qui locus ab Augustino in suæ cœlestis Reip. libro excussus curiose quæ tractatus est. Quid uerò si quis nascendo patriam nactus, iniustam malis moribus, quales ferè nūc omnes uides, nū pro tali sanguinem fudisse laudabitur: nihil minus quippe qui malis uiris, improbis ciuib. impunitatē publicā facinorū, propria morte quæsierit. Hūc tu mihi laude dignū, ac memoriā, quā multis ob hanc causam cōtigisse quidē legimus, hunc tu mihi per gloriam uiuere dixeris. Ego & uitæ prodigum, & bis mortuum dicā, qui simul corpus atq; animam simul hanc uitā proiecerit & æternam. contra autē ne longius uager, pro cœlesti Hierusalē, pro patria illa perpetua, quæ beatū nobis spondet habitaculū, sine fine, sine labore, sine sollicitudine, sine metu, sine ulla deniq; molestia, in qua nil turpe, nil impiū, nil iniustū habitat, quid nō uel audere uel aggredi iustū esset, si quid pietatis aut iustitiæ esset in nobis. Iam uerè ut Petrus à patria, sic ego longius ab incepto peregrinatus sum, hos quæ mihi animos unius solitarij senis occursum dedit, ut oriētale nostrū obprobriū, Occidētis principibus ac populis exprobrarem. Quæ in re tam efficax, utinā dextera mea sit, quā illius lingua fuit, quod frustra me optare certè nescio, uerèor magis ne importune nimirū & audacter hæc locutus uidear, inter illos quibus libertas animi temeritas, & ueritas furor & admonitio omnis iniuria est, ut cūq; res accepta erit, ego his. uerbis, & digressione hac, leuatus graui & molesto fasce quærelarū, ad susceptæ narrationis iter alacrior redeo.

S E C T I O. V.

De solitudine sanctissimi Ioannis Baptistæ, atq; beatæ Mariæ magdalenæ, quæ ex hoc sorori præfertur. Cap. I.

Quid uerò nunc minoribus immerer. Ille inter natos mulierum maximus Ioannes sanctus ab utero, quem è cœli fastigio uenturus ad terrā *CHRISTVS*, ut rex nunciū, ut præconem iudex, auroram dies, & luciferum sol præmisit, non se tutum credidit, nisi deserti antra tenera ætate subijisset. Fecit idem Mariā post peccatum, non populus longum conspici, aut habitare in palatijs elegit, sed patriam fugiens, in has terras, uelut in orbem alterum delata, perseueranter latuit hic in finem, & pro dōmo habuit nudam, & concuam illam rupem quam uidisse te arbitror neque enim procul hinc abest, & locus est sacer, quodam horrore uenerabilis, ac uisitari de longinquo etiam non indignus, ubi & sæpè me fuisse, & tres olim noctes totidem quæ dies, non sine uoluptate alia quàm quæ in urbibus capitoliet, exegisse memini. Illic dulcis ac cœlix *CHRISTI* hospita, non ornat cum seruitio puellarum, sed obsequentium ministerio angelorum uiuens ac moriens usa est: at nil tale fecit Martha soror, dicat aliquis, & tamen sancta est: non inficior id quidem, sed certè multo sanctior Maria quæ id fecit: Iure igitur, ab illo summo & infallibili rerum extimate, de

optimum

optimæ partis electione laudata est, ut si uerum est, quod doctorum hominum habet assertio, sub duarum sororum integramto, præter historiarum ueritatem duplicis eam uitæ mysterium contineri, nullus dubio relinquatur locus, quin contemplatiua actiuosq; uitæ, & CHRISTI iudicio prælata sit, & electione præsertim CHRISTI fidelium præferenda.

De solitudine IESU CHRISTI domini & saluatoris nostri. Cap. II.

Quis ergo miretur, si peccator tot circumfessus ab hostibus, tutas cupidè fugit in latebras, & imbecillitatis suæ memor, & tot exemplis admonitus, non humanis tantum, sed diuinis? Cum enim ualida omnia, tum illud inexpugnabile, quod ipse saluator fons omnium salutarium exemplorum, quanquam nec egens solitudinis, nec frequentiarum metuens, ut doctrinam tamen suam factis astrueret, in montem oraturus ascendit, solus orauit, in solitudine ieiunauit, in solitudine tentantem uicit aduersarium, post in multitudine licet uolens ad aduersarijs perimendus, in solitudine bis paruo cõiuuio, & pauculis panibus paucioribusq; pisciculis, inextimabilè ac famelicam turbam pauit, cum saturitate mirabili tum ingenti miraculo fragmentorum. In solitudinem tanquam locum consolationis & pacis, audita Ioannis morte se contulit, deniq; in loco campestri turbas docuit, in excelso monte transfiguratus est, ubi supra eum, uox æterni patris intonuit, in monte etiam pernoctauit orans, & rursus in montem oraturus ac moriturus ascendit, non contentus, nisi parumper auulsus à suis, orationi propè nouissimæ magis magisq; solitariam locum quæreret, facto docens, ut & nos artis in rebus solitudinem quæreremus. Idem & offerendum regni pondus respuens, solus in montem fugit, etiam nondum tempestiuæ mortis periculum in solitudinem declinauit, ut nos & fortunæ blanditias & minas in solitudinem fugere & ex alto contemnere doceremur. quæ si uera omnia, si testimonijs Euangelicis nota sunt, dubitamus adhuc Christiani homines, quid nobis de solitudine sentiendum sit, de qua ita sensisse magistrum & ducem & dominum nostrum scimus; cuius ut dictum est præcursor ab ipso primordio in solitudine uitam egit, cuius tot amici idem uitæ genus & prius elegerat, & postmodum elegerunt, cuius postremo mater uirgo, Deo grauida confestim in montana perrexit, in solitudinem antequam nasceretur sacri uteri beatissimum pòdus ferens, cui profectio spiritum sanctum, ducem fuisse fidelium nullus hæsitauerit.

Ex dictis uita solitaria commendatur. Cap. III.

His autem, & si qua sunt eiusmodi, nam neq; cuncta concludere, uel necessarium fuit, uel tam parua licuit papyro, ingens & solitudinis laus est, & ad imitandum stimulus exemplumq;. Profecto enim quisq; hæc audiet, si eadem aspirat, idem faciet, nec ad unum tantum diuersa feretur uia, præsertim cõ neq; compendiosior ulla sit. & nimirum à populis proposito atq; opinione distantes, haud absolum uideri debet, si ut studiosum, sic locorum quoq; distantia uel dissimilitudine separemur, diuersos animos, diuersi habitus decent dissimilitæq; mansiones, plerunq; contraria infeliciter miscentur, amanda nobis & in familiaritate admittenda solitudo est. Idq; nõ honestatis tantum, sed securitatis causa, ut enim raris luxus in syluis, sic in urbibus perrara modestia est, quisnam uerò rationi aut uirtutis locus esse potest, ubi & exemplis & consilijs malis est imperium, ubi opinionibus fallis occupata omnia, & consuetudini datum regnum ac præscriptus error, quasi quicquid delectat & deceat? Vbi non quæritur quid in re sit, sed quid agi soleat, aut quid plurimis uideat, quo fallatius testimonium nullum est. Crede igitur mihi quisquis aut uirtutem sequeris, aut uitium fugis, ut hanc teneas, ne uel ab illo tenearis, anceps tibi in populis est mora. quid enim ibi uideas nisi contentiones, adulteria, fraudes, iniurias, furta, rapinas, homicidia; hæc te artes excipient, primo urbis in limine, hæc rerum imagines circumuolabunt, hæc exempla circumstrepent, difficilimum erit, quin & si alius fueris quales cunctos inueneris, talis fias.

De Dauid

De Dauid rege quibusdamq; patriarchis solitariae uitæ cultoribus. Cap. IIII.

Ne tibi nunc forte spes melior blandiatur, quasi aliud audirurus uisurus ue, uel inter lubrica constantiore uestigio mansurus sis innocentioris æui, & altioris uitæ exemplo discere, quid speres, Dauid certe rex erat & sanctus & sapiens, & propheta, & tamen contristatus & conturbatus, & formidine mortis & timore ac tremore obrutus, tenebrisq; cõtectus quid aliud uidit, nisi iniquitatem & cõtradictionem in ciuitate, ut suis utar uerbis, & super muros eius iniquitatem, & laborem in medio eius & iniustitiam, & non deficientes de plateis eius usuram & dolum; propter quod ipse quoque tantorum rector ac debitor populorum, pro salute propria elongauit, fugiens & mansit in solitudine, expectans dominum qui eum à tempestate animi saluum fecit. nempe meminerat sibi in solitudine diuinitus oblatum regnum, seq; non fratribus tantum suis, qui in ciuitate erant maioribus natu, sed regi etiam Israel, qui erat in regia diuinitus iudicio prælatus, eumque ipsum regem sibi implicabiliter aduersantem, in solitudine ac speluncis, bis in manus suas traditum ac dimissum, tam manifestis inditijs innocentiæ suæ, ut ora chlamydis hastaque regia procul ostendisset, immitem licet animum, beneficio uictum flere compelleret. reputabat tamen inde secum, ut bis in solitudine magni hostis, & qua nulla clarior uictoria bis animi sui uictor, in Hierusalem uerò uictus libidine, indignum maiestatem regis scelus, turpi adulterio degenerem fraudem, & homicidium crudele coniunxerat. Conferebat cum Isaac solitudine, sortem suam urbanam cogitans, ut illi post diei medium, meditanda gratia in agrum egresso, per uiam deambulanti, scilicet castumq; coniugium, sibi post meridiana somnum uoluptuose deambulanti, in solario regie domus, aliena coniugia scedandi uoluntatem impiam ac superbam, & occasionem poenitentiam ac miseram contigisse. iure ergo periculosam & infautam urbem fugiens, tutam ac felicem in solitudine properabat. Quod si de CHRISTO dictum accipimus, ut quidam uolunt, eò maius ad id de quo agitur argumentum est, quò non modo Dauid, sed omnium maior est CHRISTVS, non sine causa equidem ut sermonis illius extrema cum primis iugam, de ipso Abraham scriptum opinari licet, quod eduxit eum dominus foras, & ait illi: Suspice coelum. meo namq; iudicio, qui coelum uult suspicere, quicq; celestia contempleri, educendus est foras, eò q; in urbibus obiectu multarum & malarum rerum mortalis obtudis ac præpedis obtuitus, ita dico educendus foras, sed educendus à domino, alioquin nusquam tutus, piaculis nostris in media nos deserta sequentibus, & multa alta tranantibus. Vnde est q; non ducem Deum, sed concupiscentias suas secuti quidam, in solitudine corruerunt: nec ignotum habeo, ut Loth iustus in Sodomis, in monte peccauit, quamquam enim quid fecerit ignorauit, ut ait Hieronymus, & quamquam uoluntas nõ sit in crimine, tamen error in culpa est. Hoc est ergo, in quo excusari uir in ceteris iustus & integer nõ possit, qd ita se uino obrui passus est, ut uel ignorans probrum illud admittere, quod cogitare scires ac sobrius horruisset: lauo pede igitur ascendit in montem, melius forte mansurus in Segor, quam imbecillitati suæ sedè sponte delegerat. Sanè clarior testatorq; res est, quam ut tot opè explorum flagitet, eos qui coelo inhiant, nõ sonoros urbium cõuentus, sed tacitas actraquilas solitudines optare, ubi Deus illis assidue supra uerticem est, mundus atq; humana sub pedibus.

SECTIO VI.

De uita moribus ac ritu Brachmanorum, & solitudine famosi uiri Calani. Cap. I.

Tempus erat ut finem facerem, & destinatus operi modus exceditur, & me alia uocatur curæ, tu uerò iam nimium sermone hoc, ab officij maioris intentione distrahens, sed te perare mihi nequeo, quo minus aliquot exempla, ex alio genere hominum attingam, eorum qui aliquam rarioris famæ materiam ingenio moluntur. Sileo autem Gymnosophistas, quos per ultimas & umbrosas Indiæ solitudines nudos, quod ipsum nomen indicat, ac uagos philosophari solitos ferunt: prætereo Brachmanos, de quibus Ambrosij nomine præ-

V 4 notatus

notatus liber à nonnullis ostenditur qui trans Gangem in Orientis extremo, saluberrimis auris & solitaria regione habitat, quæ quantum opinione assequor, haud longè remota ab illis est locis, ubi terrestris paradisi esse credit, & ipsi per sylvas uagi & nudi, quos dicerent Gymnosophistas nec secta, nec moribus differentes, nec re ulla, nisi loco forsã aut homine, nisi Bardafanes uir Babylonius, et ob id saltè uicinitate plagarum fidè meritis, Gymnosophistas apud Indos, in duo dogmata diuisisset, quorum unum appellat Brachmanos, alterum Samaricos cuius contra Louiniantum meminit Hieronymus, ut appareat generis nomē esse Gymnosophistas, Brachmanas species, quauis non melateat, ex his quæ in proemio diuinarum scripturarum Hieronymus idē narrat, longè aliam sententiam nasci posse, sed ne hic scrupulus ceptum opus impediatur, præuehar, & id potius sequar quod institui. Est itaque Brachmanorum gens, ut aiunt, & continentia & puritate mentis eximia, & contemptu diuitiarum & graui multum ueneranda silentio, in quibus illis non in fabellis anilibus, & multis, summa aurium uoluptas, id non hominum clamor, aut symphoniacum carmen obrupit, sed uel cætus autem uel hymnorum sonus, quod unum linguæ exercitium habent, omne illi desiderium, omnis spes non nisi in futuri sæculi uita est. Cibus ex herbis aut arborum baccis, uestis ex frondibus, si qua tamen est uestis, postremo tectum ex ramis, lectus ex floribus, potus ex fontibus: horum unus Calanus ille fuit, cuius ad Alexandrum Macedonem fertur epistola, cui etiam instantem uitæ exitum, iocando prædixit, cum ipse succensa lignorum strue, more gentis ad uoluntariam mortem iret, cuius & Græci & nostri scriptores meminerunt. Vir apud nos famosus, infamis inter suos, quod quasi disciplina uerborum & moris patrij defector, ad uerbosam Græcæ Philosophiam, & delitiosam molliciem transfugisset, in quem acriter quidem omnes, sed acrius cunctis inuehitur illi uenerabilior nudus senex Dydymus coetaneus suus, sed nec externis moribus, nec dogmatibus peregrinis infectus: cuius quoque epistolam, nescio an uerbosam magis an uerbosam, ad eundem Regem in aliorum scriptis inuenio. Nam Calani epistolam quam dixi, ne quis dubitet, ipse Ambrosius epistolis suis immiscuit, huius uero non epistola, sed cum ipso rege colloquium extat. Longum quidem & ab omni parte libertinum, in eo libro, quem de Brachmanorum uita suo nomine scriptum, supra retuli, qui licet non plenè mihi redoleat Ambrosij stilum, inter Ambrosij tamen libros medijs est, ingenti quodam & uenerabili & uetusto uolumine librorum eius, quod in Archiueo Ambrosianæ Mediolanensis ecclesiæ custoditur, quantum sanè haud fortuitis suspicionibus auguror, non Ambrosij sed Palladij liber est, quis quis aut sit auctor, narrat certè, quod auditu forsitan non fuerit inuicundum, detulisse illi regem munera, aurum, argentum, uestes, panes, oleum, illum omnia præter ultimum contempsisse, quod aurum & argentum diceret, usque adeo nullius esse momenti, ut nedum uiri animum capere, sed nec ullam qualibet circumuoluntatiuam auicularum ad canendum dulcius possent inducere, uestes non ut superuacuas modo respueret, sed ut impedimentum libertatis ac uinculum abhorreret, panem ignis quasdam quasi reliquias irideret, sed ne ad unum regalium munerum contemptor existeret, sumpsisse oleum refert, & mox magna lignorum congerie succensa, superfundisse, flammamque clarissimam erumpente, per breuiter quidem, ut in omnibus omnipotentis Deo gratias egisse, quasi hoc illi sacrificij gens esset. Et de hoc quidem solitario senesciteno: de quo rursum de quæ omni ritu gentis illius pronunciem ignoro, nuditas nanque illa non placet, quantalibet elementorum clementia, neque enim tantum frigidibus, sed pudori modesti amictus honestate consulitur: quamuis ut scriptum est, Genitalia uelare seletant, cætera nudi. Non placet incuriositas belluina, somni cibi que ne dum extremum curiosæ uitæ fugimus, in contrarium relabamur, placet hac in re, ut multis Ciceroniana temperies, Adhibenda, inquit, est mundicia non odiosa, neque exquisita nimis, tantumque fugiat agrestem & inhumanam negligentiam, eadem ratio est habenda uestitus, in quo sicut in peris que rebus mediocritas est optima, hic inquam, mihi uitæ modus placet. Sit somnus breuis, cibus leuis, potus facilis, humilis toga, modo aliquid inter habitum ac thorum mensamque hominis & pecudis intersit: non quæro tectorum diuites casus, atque aureas ruinas, non quæro celato argento & æstantibus epulis graues mensas, non immemor adeo mei sum, sed in omnibus modum quæro, non prohibeo interdum humi discumbere

cumbere aut sopiri, ne familiarem, meum improbasse uidear, qui ait in Epistolis:

Cæna breuis iuuat, & propere somnus in herba.

Totum uero sub diuo tempus agere, non tam hominum quam urforum iudicio, quamuis ille se coelum pro tecto, terram totam pro lecto, habere gloriatur, uerum hæc in comparatione grauiorum leuissima dixeris Ille peruersus mos mortis anticipandæ, ut quasi uita eorum, non ab alio quam ab eis sit, & statione corporis in iussu Dei abire liceat, cum uelint, quod non solum fides CHRISTI detestatur, sed Philosophorum quoque clarissimi, ut uero dementia hoc, sic illud importunæ superbæ est, quod se peccatum non habere confirmant, sed uocantes se & mendacem facientes Spiritum sanctum, qui per os Ioannis Apostoli, insolentiam hanc retundit ad confessionem & poenitentiam nos inuitans. Hæc sunt quæ me offendunt in hac secta. & si nescius non sim, senem ipsum, qui Alexandro in frontem multa cum libertate restiterit, & mihi, si adsit pro sua hæresi magnificè responsurum. Ex diuerso autem placet ille contemptus mundi, qui iusto maior esse non potest, placet solitudo, placet libertas, quæ nulli gentium tanta est, placet silentium, placet otium, placet quies, placet intenta cogitatio, placet integritas atque securitas, modo temeritas absit, placet animorum æquabilitas, unaque semper frons, & nullius rei timor aut cupiditas, placet syluestris habitatio, fontisque uicinitas, quem ut in eo libro scriptum est, quasi uber terræ maris incorruptum atque integrum in os suum mulgere consueuerat, mouetque me, fateor, collocutio illa grauissima cum Brachmanorum omnium, tum præcipue Dydymum, de qua paulo ante dicebam, cum Alexandro habita. In qua non illi uni, sed uniuerso propemodum generi humano, exprobrantur scelerum innumerabilium acerui, nominatim inexplibilis auri sitis, inhumana feritas, odium omnium contemptusque Dei, puerilis diuitiarum admiratio, foemineusque marium ornatus, tumor animi, tremor mortis, incosultus appetitus gloriæ, ad hæc linguæ lapsus, multiloquium inane, & loquenti sæpe noxium, Philosophia omnis in uerbis, sensus in labijs, uitæ sermo contrarius, inconsideratio actionum, poenitentia proxima, infinita rerum indigentia per auaritiam inuecta, affectuum intestina discordia, & exterior membrorum multa rebellio, multa morum peruersitas, atque ante alia cedis amor, ac bellorum studium, domestici quoque uictus enormitas, præceps ebrietas, & gula sui hostis ac pernitias alumni, ridicula ciborum conquisitio, & in primis ætus carniū, ubi præmodaciter nos, non bobus equisque uel ceruis, sed lupis ac leonibus pares dicit, atque ardentiorē conuictio mortuorum etiam corporum sepulchra uiuentia. In hoc quoque te sermonis diuersorum chate animo meo Pater, non inuitus adduxerim, quoniam licet ut audisti, non omnes Brachmanicos mores probem, solitudinem tamē ac solitariam uitam probo, de qua scribens, prætereundos non credidi, quos ac uita singulariter, præque omnibus gloriari solitos acceperim. Transeo tamen hinc uelut è regione suspecta, ne diutius insistens, tam longinquus in rebus, ueris fortè falsa permisceam.

De quodam solitario apud Indos. Cap. II.

Quamuis nunc etiam dum hæc scribo, non desint aliqui ex nostris, quibus nulla natio orbem lustrare curiosior, qui asserant apud Indos esse hominem, his moribus in credibili innocentia ac doctrina, ad quem uisendum populi ac reges Indorum plus quam dici possit, humiliter atque suppliciter accedant. Intercessionem eius apud Deum, & responsa in dubijs ac uitæ consilia poscentes, & quem per omnia propè diuinis uenerentur honoribus, cum ille grandæuus, nudus, humi recubans, nec ipsis assurgens regibus, uix motis labijs pauca respondeat, cuius uoces pro oraculis excepta, magnum omnis casus sint solamen, & longissimarum refrigerium uiarum, Reges ipsos perhibent (quod cum his quæ fecisse Alexandrum legimus satis conuenit) cum ad eam quam is inhabitat syluam uenerit, solitos ex equis desilire, purpuream chlamydem exuere, diademata & annulos & armillas & scepra deponere, dimissis que satellitibus, solos aut cum paucissimis electis uiris ad eum, non sine stupore quodam ingredi, atque ad pedes eius procubuisse, uel semel colloquio, que dignatum esse, æternæ gloriæ haberi. Quod penitus fabulosum suspicari possem, nisi Bardafanes ille, cuius paulo supra memini, Hierosolymusque post eum diceret, quod ab his, nisi

quia dicitur breuius, non ahorret, esse ibi hosce homines, ad quos cum rex uenerit adorare illos solitus sit, pacemque prouinciae in illorum precibus arbitratur sitam. qui si olim plures fuerant, quid uerat unum esse hodie, multa praeterea de his dici poterant, quae persequi longum est.

De solitarijs, trans aquilonem montesque Ripheos, ac gentem Hyperboream, & caeteras insulas existentes. Cap. III.

Sed quoniam iuuat, inter singulares solitudinis amicos, solitarias etiam, ut ita dicam, gentes attingere, longè alio mundi tactu, trans aquilonem montesque Ripheos, ubi exigente coeli ratione, non nisi unam toto anno diem atque unam noctem ferunt, & utranque semestrem. Hyperboream gentem esse, ipsam prope moribus fama est, nisi quod de nuditate nihil credo propter immitius caelum, eadem tamen uoluntariae mortis consuetudine pessima, sed alio genere moriendi, sicut enim Indi in flammis eunt, sicut ubi, ut aiunt, non tædium, sed satietas uitae & desiderium mortis incesserit, fertis ornati, laetum uelut ad festum ac solenne pergentes, se in proximos fluctus maris ab altissima rupe praecipitant. hic per celebres uitae finis, hoc sepulchri genus eximium. Gentem sanè in reliquis certè innocentissimam esse iustissimamque mortalium, & longioris & beatoris uitae, bellorum experientem, ac nesciam iurgiorum, ocioque semper pacifico fruuentem, & inter lucos ac solitudines habitantem. cuius gentis & Pomponius Melas in Cosmographiae libris, & multi alij meminere. Addunt Plin. Secundus, & Solinus curiosissimi talium scrutatores, gentis alterius, sed uiciniae & huic per similes mentionem, Arimpheos uocant, quibus sedes nemo, ra, alimenta sint baccæ, eam gentem feriem & clementem dicunt, habitare autem ubi Rypheorum montium iuga definiunt, gentem sacram haberi, cuius auctoritas tanta sit, ut inter tot ferocissimas nationes non ipsi solum, sed quicumque ad eos confugerint, quasi ad templum aliquod, salui inuolati que sint. Apud hos coma probrum, sexus uterque tondetur, hinc ad Occalum uersus transeo Philosophos Gallorum, quorum inter scriptores crebra mentio Druidas dixere, solitos in specubus ac remotis in saltibus docere nobilissimos, gentis sapientiam atque faciendam, & naturas rerum & siderum motus, & deorum arcana, & immortalitatem animarum & alterius uitae statum. transeo Thylen & Hyberniam quarum altera scribentium uarietate famosissima sed ignota est, altera uero notissima, cuius gentem, opum rerumque ciuilium contemptricem, insuper & agriculturæ negligentem, pascua & syluas incolere compertum habeo, cui pro delicijs ocium, pro summis opibus sit libertas. Foelicem gentem dicerem, nisi alia, si modo uera est infamia, & morum malignitate retraheret. Praetereo Fortunatas insulas, quae extremo sub occidente, ut nobis & uiciniores & notiores, sic quam longissimè uel ab Indis absunt, uel ab Arcto, terra multorum, sed in primis Flacci lyrico carmine nobilis, cuius per uetusta fama est recens: Eo siquidem & patrum memoria, Ianuensium armata Classis penetrauit, & nuper Clemens VI. illi patriae principem dedit, quem uidimus Hispanorum & Gallorum regum mixto sanguine, generosum quendam uirum. Qui meministi enim, dum eo die corona ac sceptro per urbem spectandus incederet, repente tantus coelo imber effluxit, atque ita domum madidus rediit, ut omenti esset incubuisse illi uerè pluuiialis & aquosa patriae principatum: cui quidem in domino extra orbem sito, qualiter successerit non noui, scio tamen, quod multa scribuntur & feruntur, propter quae non plenè Fortunatarum cognominum terrarum, fortuna conueniat. Caeterum gentem illam, praecunctis ferme mortalibus solitudine gaudere, moribus tamen incultam, adeoque non absimilem belluis, ut naturae magis in stinctu, quam electione sic agentem, non tam solitarie uiuere, quam in solitudinibus errare, seu cum feris seu cum gregibus suis dicas. Sed iam satis curiositate hac, longè lateque distinctos mundi angulos peruagatus sum, quorum omnium non apud me, qui lecta uel audita refero, sed apud auctores rerum primarios fides erit, ego autem his decursis, ad clariora & nobis notiora progrediar.

SECTIO

SECTIO VII

Commemoratio clarorum philosophorum, ad solitudinem confugientium. Cap. I.

Quid ergo philosophi, quid poetarum Philosophos autem dico, non istos quos qui cathedris enim philosophantur, in actionibus insanunt, praecipunt alijs, praecipitque suis primi obstant, primi legibus a se latis derogant, & signiferos se professi, primi ordines deserunt, primi uirtutis imperio rebellant. Non hos igitur dico, sed illos ueros, qui semper pauci, nunc nescio an penitus nulli sint, qui quod profitentur exhibeant amorem studiumque sapientiae. Rursum & poetarum intelligo, non hos quibus contexere uersus sit satis, & ut ait Flaccus, uersus inopes rerum nugaeque canoras: quibus usque ad fastidium abundamus, sed eos, qui, si quid Ciceroni credimus, fuerunt semper ipsis quoque philosophis rariores, Poetas, inquam, ueros quibus ingenium sit Flaccus idem ait, & mens diuinior atque os magna sonaturum, & quibus ex merito huius honor nominis debeat. Hi tales uel philosophi uel poetarum, qualem nec unum digito monstrare, & si multos possim cogitatione mihi fingere, si quos tamen uel nostra habet aetas, uel posteritas habitura est, non ne & urbes fugient, & solitudines sectabuntur? De his enim qui fuerunt, constat, Platonem interrogata, credo Academiam suam multum laudatis praeferebat Athenis, interroga Plotinum inter Philosophiae professores, cum Platone principem, ut Macrobius ait, respondebit Campanum sibi ocium, de toto orbe sufficere: cuius & si miserabilis finis, tamen electio gloriosa. Percunctare Pythagoram, dicit se non modo solitudines amoenas, sed uastas etiam & horrendas, & saepe laboriosissimas peregrinationes, desertis regionibus, uestigandae ueritatis studio quaesuisse. nam doctrinae eius, ac nominis successores Pythagoreos, uoluptatum procellis expositam frequentiam declinantes, in solitudine desertisque locis habitare solitos, teste quoque Hieronymo certum est. Quare a Democrito, fatebitur se sibi oculos eruisse, ut uideret uerum & ueri hostem populum non uideret. sciscitare Parmenidem & Athlanta, inuenies eos nomina propria, his in quibus habitauerunt montibus reliquisse, ipse Prometheus si ueritas requiritur, non negabit hinc fuisse locum fabulae, qua in Caucaaso religatus, edacissimo uulturi rodendus exponitur, quod magna cum intentione animi incumbens, totius indagini rerum archanarum, quae haud dubie studiosum extenuat, montis illius solitudinem usurpasset. Saepè locus ingenio stimulos admouet, ideò aptus & liber optandus est, his qui animum rebus altis applicere, quem in populis innumeræ uanitatum formae depriment atque discerpunt, & mille uias per fenestras ingressura mors inuenit. quibus rationibus inuitatos multos philosophorum, non modo frequentias urbium reliquisse, apud Hieronymum ipsum lego, quasi primas inquietudinis ac laborum sedes, sed hortulos etiam suburbanos quos suspectos, scilicet, uel eorum nimis culta molities, uel tumultuosarum urbium uicinitas faciebat. Quamobrem idem quoque de Socrate deque Aristotele atque alijs, ut opiner, multa me inducunt, nisi quantum forte uel discipulorum maiestas & imperium, uel Rerum pub. iussus aut necessitas, uel casus aliquis solitarijs, ut cumque uotis obstirrit. Iugam tot ueteribus recentiore unum, nec ualde remotum ab aetate nostra, quam rectè nescio, sed apud quosdam ut audio suspectae fidei, at profecto non humilis ingenij, Petrum illum, cui Abaelardi cognomen est, qui ut in historia suarum calamitatum, longa narratione idem ipse meminit, inuidiae cedens, solitudinis Trecentis abdita penetravit, & si non sine magno undique studiosorum conuentu, quos è multis urbibus illi solitario discipulos doctrinae celebris fama contraxerat, sine requie tamen optata, quam sibi radicibus tenax liuor odiumque conuulserant. Hinc ad antiquiora rerum studiorumque genus aliud redeundum, quibus id ipsum quoque quod tendimus roboretur.

De poetis

De Poëtis solitudinem eligentibus. Cap. II.

Quid loquar Homerum Poëtarum patrem, quando superiorum Orphei scilicet & Lini & Musæ, siue hos poëtas, siue musicos, siue propter artium cognitionem, quod quibusdam placet, & musicos credimus & poëtas, ad nos, uix nomina nuda perueniunt. Hic uerò non tantum Græcas solitudines, sed Italicas sic descripsit, ut quæ ipse non uiderit, sicut ait Cicero (cæcus enim traditur fuisse) nos ut uideremus effecerit, ut illius ingenij non poësim, sed picturam quodammodo uideamus, an putamus id eum facere potuisse, nisi eadem loca sollicitè ante cæcitatem, ac memoriter obseruasset: quid Virgilium nostrum loquar, qui fugiens urbem Romam, ubi & ingenij laude, & toto orbe regnantis principis amicitia florebat, ac solitariam libertatem petens, mortem quidam immaturam obuiam habuit, quæ omnibus eum talibus curis absolueret: ille tamen sic censebat, ope solitudinis opus esse, ut diuinum illud suum opus posset absolui, Latinis ingenijs mors inuidit, nocitura amplius, nisi pietas mitissimæ & literarum amatissimæ principis obtitisset. Horatius Flaccus, non iam sibi regiam Romam placere palam prædicat, sed uacuum Tybur, aut imbelles Tarentum, quibus in uerbis quid intelligi uult aliud, quam solitudinem & quietem, utriusque contrarium expertus Romæ, cuius urbis tædia ex populi concursatione nascens, sic diligenter enumerat, ut facile uideas affectum loqui. Epistolarum eius ultima est ad Florum scripta, quem non semel interrogat, de re certa ut expressior fiat: ait enim:

*Roma me ne poemata censes
Scribere posse, inter tot curas, totq; labores?*

Deinde autem eleganti tædiorum narratione interposita, ironice concludens ait:

I nunc. & uersus tecum mediare canoros. neq; his contentus, iterum querit:

*Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos,
Vis canere, & contacta sequi uestigia natum,*

Nec dum satis est, nisi rursus interroget:

*Fluctibus in medijs & tempestatibus urbis
Verba lyrae motura sonum connectere digner?*

Ne uerò iratis percontationibus ironicisq; sententijs, contentum credas, clarè de populo nihil loqui, breuem quidem, sed uniuersalem tibi dat regulam, quæ est quod:

Scriptorum chorus omnis, amat nemus & fugit urbes.

Quem secutus ego in epistola quadam, eademq; restringens apud poëtas dixi:

Sylua placet musis, urbs est inimica poëtis.

Idem Flaccus & Baiani sinus tempore captus, & syluas suas atque agellum quinque focis habitatum, multis laudibus accumulans, amatiq; ruris aspectum, inter grauias & inuisa negotia spirans, urbanam profectio damnat ac despicit stationem, de hoc cum amico, ut ex omnibus his nulli sit dubium, quid sentiret. In quodam uerò sermone sui domesticij ocij mentione facta.

*Hæc est, inquit,
Vita solutorum misera ambitione grauiq;.*

Quam quantifaceret, in epistolis expressit:

Ocis, diuitijs Arabum liberrima muto.

Laudat igitur solitudinem, ocium præfert magnis opibus, atque & ocij eius opera extant, & solitudinis memoriam locus seruat, Campus Horatij dicitur, & tot possessoribus mutatis, adhuc famosioris domini nomen tenet. cui quidem hoc in genere uitæ quempiam aduersantem inuenire posse arbitror: quippè cum ferè nullis hominibus, tam uel necessaria uel amica solitudo sit, præter unum Ouidium Nasonem, seu qui fortè illum sequuntur, uel quos ille sequitur. Ille mihi quidem magni uir ingenij uidetur, sed lasciuus & lubricus & prorsus mulierosi animi fuisse, quem conuentus foemine delectarent, usq; adeò, ut in illis foelicitatis suæ apicem summamq; reponeret, itaq; amatoriam artem scribens, insanum opus & meritam, nisi fallor, exilij sui causam, non modò urbem Romam ceu marronarum puellarumq; præfertilem quærendam docet, ab his qui ad illam insaniam præter naturalem stimulum, artis quoq; cuiusdam calcar adijciunt, sed loca etiã urbis & festa distinguit, quibus uberior materia

materia sit furori, ut sileam uotum illud infame, & relatu etiam foedum, ex ore licet desperati cuiuslibet perditij hominis, quod stilo quoque non puduit, ad omniæ ueritatem præferre, quo scilicet in actu uenero resolutum, foelicem diffinire, & in eò statu mortem laudare ausus, in quo maxime turpis & inutilis uita est, hanc eandem sibi à dijs optat læti causam, & hoc utiq; ut idem ait, sibi suæq; uitæ conueniens, in se uerò miserrimum genus mortis, & ipsa proculdubio peius morte. qui nisi his moribus & hoc animo fuisset, & clarius nomen haberet apud graues uiros, & Ponticum illud exilium, atque Istri solitudines, uel non adijisset uel æquanimius tolerasset. sed ad rigidioris ingenij exemplum transeo.

S E C T I O. VIII.

De solitudine Senecæ Cordubensis ciuis ac Senatoris Romani. Cap. I.

Seneca ex ciue Cordubensi, Romanus iam ciuis ac senator, & Romæ clarior quam saluti ratio latendiq; securitas postulabat, in quadam tragœdia, cum animi non parua dulcedine solitudinem Corsicam recordatur, & illam ociosi exilij ignominiam, præsentis occurrat gloriæ, haud immeritò anteponebat. lege locum illum, intelliges ex contrariorum collatione, quid tu quoq; præferendum censeas. De hoc præterea quid eidem uideretur, sat consilium illud Lucillo datum indicat, cuius supra memini, in hanc omnino sententiã tam præceps, ut mihi etiam cui solitudo semper placuit, solitudinis consilium non placet. & quamquam uiri huius exitus, in re dubium esse non sinat, habet tamen is, quem dixi locus tragicus, etiam stuporè, quod ille, cui deferta in solitudine libertas integra, & imperturbatum philosophiæ studiũ, in urbe autem regia, ne uita quidem ab inclementia hominum salua fuit, casum ipse suum & ruinam grauem, tanto antè præuiderit literisque mandauerit.

De solitudine Tullij Ciceronis. Cap. II.

VNum hoc in genere Ciceronem uideo, nõ sat æquo animo ferre solitudinem, quod contigisse arbitror, nõ tam idèò, quia rem ipsam, quã quia rei causam odisset, legum ac iustitiæ interitum, quod ipse querelarum suarum tenor indicat, accedit quod præter philosophiam Oratorum maximus, quidq; nec ipse dissimulat, de hac studiorum parte præcipue gloriã quærens, nusquã profectò illã, nisi in turbis & magno in populo uidebat. itaque coram Iulio Cæsare, Deiotarum regem defensurus, queritur quod intra domesticos parietes, & non coram P. R. causam illam agat. & illud Oratoribus singularè & propriũ, ut pro magnitudine ingenij magnis urbibus ac populorum frequentia delectentur, solitudines execrentur, iudiciorumq; silentium auerterentur atq; oderint, ut ergo minores alij, suam quisq; sic Cicero urbem Romã, non solum ut suam patriã, eo sibi chariorem, quo in eam conseruandã atq; ornandã curæ plus ac laboris impederat, sed ut patriã ingenio suo parem exoptabat, in quo quidè teste Seneca uterer, qui solã Ciceronis uocem uerè uiuam dicere, quãquam id errore sermonis publici multis attribueretur, solum Ciceronis ingenium P. R. imperio par affirmare non timuit, nisi quolibet teste ueracior, euidentissima rerum fides ostenderet, fuisse ut P. R. imperij & gloriæ, sic Ciceroni ingenij & eloquentiæ monarchiã. Ceterũ quid eidè licet inuito Ciceroni, solitudo illa contulerit notũ est, fecit enim magnũ de summo Oratore philosophũ, ex quo quantum studijs Latinis accreuerit, nemo studio sus est qui nesciat. certè idem de se loquens cum dixisset. Nam & à Repub. forensibusq; negotijs armis impijs uiquè prohibiti, ocium persequimur, & ob eam causam urbe relicta, rura peragrantes, sæpè soli sumus, quærelam suam tali fine solatus est. Plura enim inquit, breui tempore eueria, quã multis annis stante Republica scripsimus. Equidè nec sefellit, nam quis præclara ocia uiri huius, & solitudines gloriosas explicet atque æstimeret Arpinatem, Cumanam, Pompeianam, Formianam, Tusculanam, ibi fundauit leges, ibi uallauit Academiam, ibi armauit oratorem, ibi descripsit officia, ibi deorum formas, ac naturas pinxit, ibi diuinationem radicem errorum multiplicium conuulsit, ibi bonorum ac malorum fines statuit, ibi ad philosophiã magnificentissime cohortatus est, quem li-

brum ad

brum ad uitæ imitationem & ad studium ueri ducem fuisse, sibi tantus fidei nostræ pugil Augustinus, ingenuè profitetur. Postremo ne de multis agens, post unum amore captus aberrasse uideat. ibidem mortem spernere, dolorem corporis patientia uincere, ægritudinem mœstitiæq; animi ratione depellere, extirpare morbos & morborum causas, & quod maxime philosophiam totam, ut uerbo eius utar, illustrat, uirtutem ad bene beatæq; uiuendum nullis adminiculis egere, sed sese esse contentam docuit, contra sententiam maximorum hominum. Et quod alij aride ieiunæq; garrunt, id ille copiosissime florentissimeq; differuit, & ut utilitati delectatio & maiestati rerum, uerborum splendor ac dignitas non deessent. accendit ergo uirtutis ingenium solitudo, & quod miraberis odiosa, quid putas factura esset optata, aut quantum putas optanda est, quæ uel nolentibus tantum prodest: quodlibet tamen ipse sibi uitæ genus optaret, certe quid Philosophis sit optandum, in eo libro quo omnis generis hominum officia explicat, exequitur. Ait enim, multos tranquillitatem appetentes, dimissis publicis negocijs, ad otium profuisse, & in his fuisse nobilissimos philosophorum longeq; principes, necnon & quosdam homines seueros & graues, ferre populi mores ac principum non ualentes, quorum aliquos in agris uixisse ait sua re familiariter delectatus, atque unum idemq; propositum habuisse, quod reges, licet non iisdem artibus, ne cuius rei egentes, ne cui hominum subiecti in libertate uiuerent. Deinde collatio ne facta, & si actiuam uitam Reipub. fructuosior dicat, quod nos in parte etiam non negamus, otiosam tamen & faciliorem & tuiorem, & minus alijs grauem aut molestam confitetur, unde & eam cum omnibus, quibus aliqua iusta causa est tum his præcipue permittit, qui excellunt ingenio & doctrina, quamuis Cicero idem, primo uitæ huius impatientis ut dixi, eandem multis tandem doloribus & in primis amantissimæ filie morte defectus optauerit, & sibi Attico suo scribens: Nunc inquit, omnia respuo, nec quicquam habeo tolerabilis quam solitudinem, & iterum: Mihi, inquit, solitudo & recessus prouincia est, ualde urbem fugio, multas ob causas. Item: Nec enim esse in turba possum, & rursum: Nil hac solitudine iucundius, in qua, inquit, careo omnium colloquio, cumq; mane in syluam me obstrusi, densam & asperam, non exeo inde ante uesperum. quod uerbum quotiens lego, sic assentior, ut à meipso non ab alio dictum putem, ita mihihi sæpe idem accidit. Demum ut iam Ciceroni ualedicam. idem ipse mox dulci blandiens amico: Secundum te, ait, nihil est mihi amicus solitudine, & adiecit. In ea mihi omnis sermo est cum literis, non colligo singula, ex his enim uides, ut amator ille urbis & fori, & amata oderit, & literatam solitudinem rebus omnibus anteponat.

De solitudine Demosthenis. Cap. III.

Qua in re unanimum cum Cicerone Demosthenem fuisse auguror, & nisi forte aliquam mutandi quoq; consilij ratio inceserit, quod non legi, idem sensisse illi, semper quod hic noster aliquando senserit, Nam & professio eadem amborum, & est ille leuiculus, quod Cicero idem ait, qui delectaretur illo muliercularum susurro, ut sit à tergo insibilantium. Hic est ille Demosthenes: & si constet eum Oratoriam illam uim, quam in uribus tam potenter exercuit, maxime in solitudine didicisse. De quo Quintilianus inde inquit, Ille tantus amator secreti Demosthenes, in littore, in quo se maximo cum sono fluctus illideret meditans consuecebat. concionum fremitus non expauescere, nec te moueat quod supra dictum est, hunc ipsum Demosthenem locum tacitum atq; undique abditum eligere solitum, hic undisonum patenter que, ibi enim ingenium acuebat, hic uocem exercebat, utruq; tamen in solitudine faciebat. Discebant soli quod in populis uenderent, meditabantur in syluis, quod in uribus ostentarent, excusabatq; professio, quibus intentio una esset, uel loquendo uel tacendo rem augere, quod de Cicerone non memini, Demosthenem constat, quod in noctibus Atticis scriptum est, pretium quoque silentij pepigisse, nobis quibus uenale nihil penitus, nihil ostentui esse debet, sed omnia ad salutem uitæq; legem temporalis & æternæ spem, in solitudine discendum est, quod restat in solitudine exercendum, in solitudine uiuendum, in solitudine moriendum. quod cupio quidem ualde, & si Deus pie nos aspicit spero etiam.

De Anaxa-

De Anaxagora alijsq; clarissimis uiris uitam solitariam
amantibus. Cap. IIII.

VT tamen ab oratoribus diuersum semper sensisse philosophos credam, & diuersitas morum facit, & omnino alius intentionum finis. Illis enim plausum populi captare animus, horum labor, nisi falsa professio est, circa notitiam sui reflectendum ad se animum, & circa contemptum inanis gloriæ uersatur. Nā qualem fuisse arbitramur Anaxagoram, uel qualem constantia illa abstinentiaque sua Xenocratem seuerissimum philosophorum, ut ait Cicero, uel Zenonem Stoicorum patrem, uel laboriosissimum ex omnibus Carneadem: cuius exactissimam illam studiosæ mentis intentionem, quæ ut legimus discumbentem sæpe sibi fecit immemorem: an putamus usq; post nonagesimum uitæ annum, tam fixam tamq; continuam inter tumultus & tædia hominum peruenturam fuisse, & non potius in solitudine, ubi animum à proposito nullus auerteret? Mihi quidem haud facile persuaderetur, & si præter coniecturas nihil habeam, aut horum cuiuspiam, aut Chrysippi domum, aut dolium Diogenis in plateis urbium fuisse, cum & illi salutatio hominum, & hunc umbra etiam summi regis offenderet, nisi Hieronymus illorum propinquior ætati, habitasse Diogenem diceret in portarum uestibulis, & porticibus ciuitatum. quod non cuiuslibet crediturus, ut credam sibi, & sua cogit auctoritas, ac uaria & multiplex lectio, tale enim aliquid profecto non scriberet, nisi apud idoneum legisset auctorem, & de his quidem satis est dictum. Ipse autem Solon, cuius inter illos septem Græciæ sapientes præclarissimum est nomen, & si primū legiser suæq; Reipub. dux moderatorq; ætate tamē ultima, ut Timeus indicat Platonis, & alijs se studijs dedit, & inter solitarios deputandus est, quando & patriam liquit legibus ornatam suis, & cupiditate discendi ignotas terras adiit, peregrinatione delectatus Aegyptiaca.

SECTIO IX.

De Iulio atque Augusto Cesaribus, qui solitudinem optabant
& amabant. Cap. I.

Quis nam uerò mirabitur studiosis hominibus solitudines placuisse, quæ quod admiratione non uacat, Imperatoribus ac bellorum ducibus placuerunt? transeo Iulium Cæsarem, qui licet admodum iuuenis, dum è procellis forensibus in otium Rhodium secedere decreuisset, atque ibi literis operam dare, prohibitus tamen tunc incursum pyratarum, & postea hinc ciuiliū, hinc externorum æstibus bellorum, implere non potuit quod optabat. Augustum Cæsarem, penes quem potentia mortalis & humani fastigij summa est, & si interdum habitantem rure, atque in syluis spatari solitum inueniam, quæ rarum tamen, ut auguror, priuati otij licentiam publici negocij moles dabat, ut solitarijs inseruisse non ausim, sic solitariae uitæ miratoribus, annumerare non uerear: huius enim uitæ requiē semper optauit, quicquid cogitabat, quicquid loquebatur, in otium desinebat, hoc solamen præsentium laborum, hæc præteritorum merces, hæc uenturi temporis spes erat. Omnis huic statui collatus diuitiarum honos, omne onus imperij, seu graue sibi aliquid ac uile sordebat. denique in summa omnium quæ fortunatissimo homini contingere possunt, bonorum copia defessus, in solo huius uitæ nomine respirabat. Cuius rei & scriptores aliqui meminere, & quæ in manus meas uenit, quædam eius ad Senatum epistola est testis: quanta cum uoluptate igitur eò peruenturum fuisse æstimamus, quo tam dulciter oculos mentis intenderat? Nec uerò senatum modo per literas orauit, ut sibi iam tandem uiuere, patiente Republica, priuatamque senectutem agere, liceret, sed aliquando etiam præsens Senatu & magistratibus domum accitis, rationarium imperij tradidit, ut Tranquillus ait: Siue autem reputans, & se priuatū non sine periculo fore, & Rem publicam plurimum arbitrio temerè committi, in retinenda perseuerauit, ut eidem placet historico, atque ita propriæ sanæ & publicæ salutis, modestissima uota habuit. siue ut

opinari

opinari licet, Senatus ac Populi precibus id tribuit, quorum quod constat nemo principum fuit amantior, siue nullis omnino precibus motum, nullo publico priuatoque metu, ipsa eum rerum natura turbabat: ab altissimo enim fortunæ culmine, cui mundi dominus ac rector infederat, ad illud humile submissumque desiderium præreptus, fortè cogitanti animo descensus uidebatur, & ut dici solet, quædam cerebri uertigo altitudinem tantam merientis inceserat, itaque & deliberans & circumspectans hærebat, nec unquam nisi morte descendit. Quo circa licet ut dictum est, inter solitarios atque ocio fruētes, nullus huic occupato magnoque Principi locus esset, quia tamen boni huius quanta dulcedo est, non alio clarius teste cognoscitur, non fuit ista tractantibus prætermittendus Cæsar, qui cum omnia dare posset, hoc sibi unum dari optabat, cunquē omnibus præseset, solum hoc folio suo altius uidebat.

De Diocletiano atque Antonino Pio uitam solitariam colentibus. Cap. II.

AT quod Augustus optauerat, Diocletianus impleuit, ille qui primus ex nostris imperatoribus adorari se ut Deū iusserat, quicquid calciamentis ac uestibus inferens margaritas, & onustus gemmis incedens, habitum Cæsareum ex Romano atque humano, Persicum seu diuinum fecisse uidebatur, qui captiuis insignibus ante currum actis, prælatamque Parthorum præda, paulo ante triumpharet, postquam frementis aulae pretiosaque sarcinæ, ac satellitum acti, & seruitutis publicæ pertæsum est, mutauit repente animum, ut solus & pauper & liber esse concupisceret, interque fluctus imperialium curarum, in portum uitæ humilioris, quasi gubernator nudus est magno naufragio enataret. Et miramur Cælestinum, cum tamen, quod propter uitam æternam sanctus ille uir fecit, tantus ille peccator propter breuissimas & incertas senectutis reliquias, iam fecisset, qui quietis extremæ desiderio priuatæ fortunæ redditus, non sibi mutatæ sedē uitæ Romam statuit, ne quis nouam requiē dimissi funus aut odor imperij turbaret, sed antequam patriam Salonas Dalmatiæ repetijt, illic quoque non intra, sed propè muros patrios, in uilla propria moriens, quam idipsum præcogitans fortè cõstruxerat, ut multum tranquillitatis senio additum, sic supremis honoribus nil detractum, per solitariam atque humilem uitam sensit, solū omnium priuatus Eutropio atque Eusebio testibus, relatus in numerum deorum. Sanè quod post imperium Diocletianus fecit, id ante imperium Antoninus Pius fecerat, quem Iulius Capitolinus historicus, omni priuata uitā in agris frequentissimè uiuissè, clarumque locis omnibus fuisse commemorat.

De solitudine Numæ Pompilij secundi Regis Romani. Cap. III.

Sed nimium propero, retrocedendum est, omittō autem Quintios, Curios, Fabricios, Serranos, aliosque quorum magna pars uitæ in agris acta est, hanc ego uitam iam inde ab initio, & ante initium Romanæ Reip. prudentissimo ac optime regum placuisse monstrabo. Numa Pompilius illius ordinis, si atrēdas numerum secundus, si iustitiam primus, peregrinus, insperatum ad imperium accitus, cum ad ciuiliū ac sacrarum curam legum totum intendisset animum, ut ardentem & ferocia primi regis imbutū populū ingenio regeret leniretque, pro re sæpe solitariū & opacum locum, quem his oculis ipse conspexi, quindecim aut non multo amplius milibus passuum, ab urbe distantem, fertur petere solitus. Est illi Aricino sub colle cauus & umbrosus lapis, unde perpetuus fons emanat, circū migrantibus illicibus, densum nemus altumque silentium. Ibi ergo leges hominum, ac cerimonias deorum, rex ea tempestate doctissimus inuenire, seu alibi forsitan inuentis auctoritatem dare, artem fecerat. Ibi diū tacitus solus sedens, atque inde post longum tempus, solus ac meditabundus egrediens, scriptas leges efferebat, quibus adhuc rudis & insolens, sed mox futurus dominator gentium populū teneretur, quamuis ut nouos & indomitos animos religionis laqueo quodam, & freno metus obstringeret, imitatus, ut aiunt Minois Creten sum regi

sum regis exemplū, & calidissimo cōmento, nocturnis se Deorum congressibus alloquio, que frui, simulās, cōsilio fidē quæret. Quā fictionē, unā cū sacris à se reptis, in morte dānauit, libris Græcis Latinisque editis, per quos utriusque linguæ doctoribus, ut poterat indicaret, se pro tempore ad auxiliū uerū, uel patrocinio falsitatis usum esse. Cū uero iā fundamentis suis, legū à se latarū auctoritas staret, non placere, ut populū superuacuis implicaret erroribus, licet nescio, an quia libros ueræ religionis aduersus crederet, quā factio causam præstidisse dicit, an in quod pronior sum, quæsito colore, hoc uerè autē, ne populū metu liber, iugum nobilitatis excuteret, multis post seculis iuxta sepulchrum regis inuentos libros exurendos prætor Romanus Senatu consentiente decreuerit, quanta uel uanitate uel impietate prætereō, illud enim nunc innotuisse senectutis suffecerit, multarum optimarum rerum solitudinem fontem esse, ex qua Romanarum quoque legum fluxere primordia.

De Romulo, Achille atque Hercule, qui solitudinem diligebant. Cap. IIII.

ARdētor atque acrior successore suo Romulus, & ipse tamē in syluis inque pastoralis causa tatis assuefecit animū rebus, ut summi imperij fundamento, non nisi solitarius Architector idoneus haberet. cogitatu arduū, solitudo omnium asperrima, Regiæ urbium & materiam & nomen & aream præbuit & auctorem. Achillem in solitudine didicisse legimus, quod eum mox & urbibus Asiæ terribilem & Græciæ clarum fecit. Ipse Hercules in solitudine sanum illud consilium uitæ cepit, cuius libro priore mentionem feci, quando uelut in biuio diū multumque hæsitans, ad postremum sprete uoluptatis uia, semitā uirtutis arripuit, quam indefessè gradiens, non ad humanæ modò gloriæ uerticem, sed ad opinionem diuinitatis euectus est, quamlibet altè lateque ramos porrigat uiri fama, si radicem querat, ad solitudinem erit animo recurrendum.

De scipionibus singularibus solitudinis amatoribus. Cap. v.

DVos autē illos longe ducim, maximos ubi dimittimus Africanos, uerè duo fulmina belli, ut Maro ait, quæ à quibusdam de alijs intellectum miror, quorum primus ex quo uirile togā sumpsit, ut est apud Liuuiū, nullo die prius ullam publicā priuatamque re egit, quæ in Capitolium iret, ingressusque ad eum cõfederet, & plerumque tempus in secretū tibi terreret. hic mos per omnē uitā seruabat, ita uir ille unicus, neque Græcorum fabulis ac superstitionibus, sed Romanis iuditijs celebratus, & ipse quoque uirtutis admiratione diuinæ stirpis opinionem cõsecutus, principia gerendarum rerum à religione poscebat, religioni sedē optimā solitudinē deputabat. Inde quicquid id esset aggredi cõsuetus, plusquam humana fiducia, & asperrimos sibi ac suis ceptorum exitus polliceri, ita ut nunquam falleret. Cæterum ne tam iunctos, & tam pares separem, hos eosdē duos, suis quicquid temporibus, ut uirtutis sic solitudinis amatores fuisse nota res est: & post sudores bellicos, post uictorias, post triumphos uel Liternū, uel Formias, uel Caietam solitos cõmigrare, ibique cū singulis amicis solos cõquiescere. O præclarū spectaculū, quodque omnium regū pōpas & scepra transcenderet, cernere tales uiros, seruatorum Reipub. liberatores ciuium, defensores Italiæ, domitores gentium, foeliciter rebus gestis, dimisso in libertate & latitia populo uictore, relicti Romæ stipatoribus laterum frorum, deposito habitu triumphali, ac percupidè restitutis insignibus dignitatū, solos, ociosos & humilium nescios curarum, per colles & littora uagari, & sæpe cõchulas littoreosque lapillos interlegere uarios, candidulos ac nigellos, denique quod uerecundè admodum reuerenterque scriptum apud Ciceronē uideo, incredibiliter repuerascere solitos, cū rus ab urbe, tanquam è uinculis euolassent. Sed illa profecto solitudinem, cogitationes pulcherrimæ sequebant, & in illo ocio semper grande aliquid gerebatur. Itaque Cicero ipse, ubi suam luget, ibidem Africanus superioris solitudinem admiratur, uocemque illius, ut ipse ait, magnificam, & magno ac sapiente uiro dignam ponit. Catone cõetaneo illius atque æmulo teste fretus, Nunquam seminus ociosum quam cum ociosus, nec minus solum quam cum solus esset. Cuius rei gloriam Ambrosius, mirum dictū, conciuique suo tentat eripere, nec ubi unquam Romanum genus ciuilibus bellis uacet, ipsis in libris pugnant. Ecce enim Cicero officiorum tertio,

hanc Africano laudem tribuit, Ambrosius in officijs suis, ubi cum in multis, tū in nomine ac numero librorum Ciceronem sequitur, ut aperte obuiet eodem libro, eodemq; libri parte, hoc est in ipso principio libri tertij, eam laudem Scipioni Africano ereptam, ad prophetas domini Moysen & Heliam atq; Heliseum, operosa nititur disputatione transferre, q̄s fuisse uelut ante Africanū diū, & in ocio negotiosos, & in solitudine comitatos. non obliator Ambrosio, nam & uera loqui illum scio, & si nescirem, multo ille potentius quam Ciceronē, Plato ipsa auctoritate me frangeret. magna est enim apud me, nec immeritō eius auctoritas, cuius ore loqui spiritū sanctum credo. Quomodo ego Moysen unquam fuisse solum suspicari ausim, qui non ipse secum tantum, quod ipsum sapientis doctiq; uiri est, sed cum quo Deus facie ad faciem loquebatur, quasi amicus cum amico: quomodo ociosum, qui tacitus & inermis sedens & clamabat ad Dominum, & usque in cœlum audiebatur, alterius quē uix auxilio fessas manus attollens, unus tot præualidas manus hostium uincebat, quod sine eo armata non poterat legiones? Quomodo solum putem Heliam, cum quo Deus itidem & angeli loquebantur: aut quomodo ociosum, qui pluuiæ imperat, & mulieri hospitiæ famis interitum metuenti, indeficientem farinæ hydriam, & inexhaustum olei uasculum uerbo facit, ingenti quē nisu fidei defunctum illi filium uiuum reddit: quomodo solum dicam discipulum eius Heliseum, qui pauenti hostem puero ministro inuisibiles, alijs auxiliares currus & equos, atque acies ostendis angelicas: quomodo ociosum, qui filium hospitiæ Sunamitis ex marito sene pollicitus & dedit & reddidit, natum scilicet, & primis annis extinctum suscitans, ut puer unus prophetiæ uel fidei uel potentiæ argumentum esset: quid magni autem si uiuens suscitatur, qui solo contactu sacri corporis mortuus, mortuos suscitasse noscitur: quis præterea hunc æstimet ociosum, qui in ipso sedens ocio, conatus omnes absentium, & cogitatus atq; consilia hostium, quasi præsens nouerat, suis cuncta denunciatis: quo cognito, iussu regis Syriæ toto circumuallatus exercitu, legiones obsidentium, se linguæ solius imperio, in cæcitatem captiuitatem quē perductas, uerbo etiam liberauit. imperiosi ocij sunt hæc, & solitudinis præpotentis. Sed sic sanè penes prophetas antiquior rerum gloria, quos uel ætate uel merito primos constat, an ideo minor Africani laus est, quod eum aliquis eodem in genere laudis antecesserit, præsertim cū ut mihi certus uideor, nulla prorsus interueniente notitia, omnis cesset imitatio, quam de rebus humanis laudum famæ quē particulam deliberare atque decerpere solitam, non nego, profecto autem quisquis in partem rerum uenerit, dictum illud unde post rātum interuallum, ad hoc prophetarum nomina reddi, quod ipse mihi non neget Ambrosius, unius est primum ac proprium Africani.

Ex sententia Africani declarat de quali solitudine quouē ocio

uelit intelligi. Cap. VI.

Cuius dicti sententia, quid tot uerbis admonet, uolo solitudinem non solum, ocium, non iners nec inutile, sed quod è solitudine proficit multis. q̄ enim ociosi, prorsus, languidi & segnes & soli sunt, eos mœstos semper miseros quē consentio, quibus nec honesti actus exercitium, nec nobilium studiorum illustrium quē nominum possit esse commercium. Hæc igitur summa est, admitto ad ocium, non hæc uento mobiliora, sed mansura negotia, quorum finis est non labor, non quæstus & dedecus, sed delectatio & uirtus & gloria, corpori nō animo ferias indico, ueto in ocio ingenium quiescere, nisi ut assurgat & intermissione fecundius fiat. Solet enim ut aruis, sic ingenij intermissio prodesse, rursus & generosas curas in solitudinem non tantum recipio, sed arcesso, quarum comitatu nullus omnino facilius, nullus amœnior fingi potest, & sine quo misera uita est, æquē uel in urbibus uel in syluis. Libros præterea diuersi generis, & simul per quos aut de quibus scripti sunt comites gratos & alsiduos, & promptos, uel in publicum prodire uel ad arculam redire, cum iusseris paratos quē semper uel tacere uel loqui, & esse domi, & communicari in nemora, & peregrinari, & rusticari, & confabulari, & iocari, & hortari, & solare & monere, & arguere & cōsulere, & docere secreta rerū, monumenta gestorum, uitæ regulam

regulam mortis quē contemptum, modestiam in prosperis, fortitudinem in aduersis, æquabilitatem in actionibus atque constantiam. Comites lætos, doctos humiles ac facundos, sine tædio, sine impendio, sine querela, sine murmure, sine inuidia, sine dolo, inter quæ tot cōmoda, nullo cibo interim, nullo potu & ueste inopi & angusta domus parte cōtentos, cū ipsi potius hostibus suis inæstimabiles animi diuitias, amplas domus, fulgidas uestes, genus, de quo & iocūda conuiuia ac suauissimos cibos parent. Admitto & in solitudine amicos, dulce genus, de quo multa præmisimus, sine quibus truncam ac debilitatam uitam, & quasi lu minibus captā puto. Quotiensq; sub noctē, ut assolet, fores nostras amici manus impulit:

Ac mihi seu longum post tempus uenerit hospes.

Sive operum uacuo gratus conuiua per imbrem

(quos mihi uersiculos è profunda grati conuictus experientia, & ex ipso naturæ gremio uidetur Flaccus eliciisse) quotiens ergo tali aliquid & mihi accidit hospes, sed post longū tempus gratus conuiua, sed uacuo operum, ne me forte uel frequentibus conuiujs, uel impedimentis operum delectari credas, tunc ego non alium inuenisse, sed meipsum, quodāmodo geminatum censeo. Non penitus duo sunt quorum unus est animus, nouit amor è duobus unum facere, alioquin impossibilem rem iuberet Pythagoras, ut in amicitia scilicet unus fiat ex pluribus. Quod cum ita sit, sequitur ut quisquis unius idem & duorum capax amicorum locus sit, nulla igitur solitudo tam profunda, nulla tam parua domus, nullum tam obstrusum limen, ut non pateat amico.

S E C T I O X.

Tam ob uirtutes eius ad quem scribit, quam ob comites quos

illi ad solitariæ uitæ solatium fors dedit, ad solitudi-

nem suadens. Cap. I.

Tibi Pater si te ipsum, si tua bona noueris, nihil deest quod gratam solitudinem, & dulce ocium possit efficere. adest animus bonus, & adeo bene institutus ætate, non negliger excultus, multarumq; artium ac rerum notitia instructus, animus humanorū actuum dux ac rector, totiusq; uitæ nostræ gubernaculum tenens, ut iam tali gubernatione, nā nigatio nisi foelix esse nō debeat: uiros claros & insignes qui fuerunt nostri (uellē dicere posse q̄ sunt, sed ut res eunt uides, si q̄ tamē uspiam supersunt, haud ignoti nunc etiā sunt tibi) cum quibus nō potes aliter animo uersare, qd̄ genus, tibi non maria nec mōtes eripiēt, cū quibus potes & corpore. Abundas pluribus forrals è, quanq̄ huiusmodi rei nunq̄ magna copia fuit, nunc inopia summa est, sed unum nomen honoris causa, huic loco inferendum credidi: eorum quos tibi ad solitariæ uitæ solatium fors dedit, Pontius Samsonis est, quod à te secundum ornamentum habet ecclesia tua, de hoc enim, ut quem à prima ætate familiarissimè cognitum, nunc quoque certius nosse mihi uidear, fidentius loquar. Huic ego non temerè, sed è re natum Samsonis cognomen obtigisse crediderim, quod quantus Hæbreus ille corporeis, tantus iste sit animi uiribus, humanitate, prudentia: ad hæc, & literarum non mediocri notitia, ea quē morum suauitate, quæ facile si quid habet solitudo asperum lenire queat, illum ut facis, tota mente complectere, illum in ocij solitarij partem uoca. nisi enim fallor augurio, sequetur uolens & fessus urbanarum rerum, fugam urbium non horrebit. Sed o ubi Socratem nostrum linquo: fallor nec hunc linquo equidem, nam cum reliqui comites, ille pars nostri est, itaque cum cæteri euocandi sint, hunc nobis inseparabilem amor præstat. Nosti hominem, quem & stabilis amicitia fides, charum & Musarum multa familiaritas clarum facit: cum quo ita gaudium uitæ quē iucunditas aderit, ut consilium non absit, ita ut uis ingenij uigor quē animi, ut qui his nonnunquam iungi solet, mœstitiæ nulla nubes interueniat, sed ea semper lætæ frontis uniformitas, quā in Socrate illo sene & mirari solemus & laudare, in hoc & conspiciamus & amamus. Proinde nec nostrum sileo Guidonē, cuius animo nihil est purius, nihilq; candidius, nihil ingenio

X. 2 acrius.

acrius, nihil iudicio grauius, nihil conuersione suauis, qui non Septimus ut cognomen eius spondet, sed quintus accesserit, non intelligo quid hoc dulcius comitatu, quanquam nec alij quidem desint, & uoto pares & studio, nisi illos nobis aut status imparitas, aut omnino difficultas quædam, & inenodabilis humanarum rerum perplexitas inuideret. sed et hi satis multi sunt, & illis animo frui, nec ipsa uetuerit fortuna. hi igitur tales uiri aderunt, ut neque ualitudo aspera, neque uergens occupatio, neque commigrandi incidens necessitas, ita nos distrahat, quin unus nostrum assidue tecum sit. & quid singula enumeremus? Nihil deerit omnium uoluntas, una non desit. assunt quidem minime graues, sed agiles expeditæque diuitiæ, siue ut aliter idem dicam, adest paupertas non moesta nec sordida, sed honesta & læta, & si uerum fateri uolumus, multis inuidiosa. Adest librorum bona copia, legendi dulcis ardor, intelligendi memorandi que facultas data cœlitus, & studio aucta peruigili. quod sequitur siluissimam (sic enim pudor hortabat, ni scirem pro utentis affectu pretium rebus accedere) & ipse igitur adero, & mea quam diligis, nunquam aberit papyrus, noui aliquid afferens indies, cuius æstimationem, tu mihi fateor ante alios inexplibili illo tuo legendi desiderio geminasses, nisi quod à principio dixeram, & uetus est uerbum. Iudicio fauor officeret. Repeto enim quotiens illam, ne dicam alijs, sed certe Platonis ac Ciceronianis codicibus prætulisti, dum tibi Bibliotheca meæ limen ingresso (quod sæpe non ut Episcopus, sed ut amicus facis) legendi que audio, quæ nunquam in te sitis extinguitur. ego diuina illa opera cœlestium ingeniorum obtulissimam, tu autem manu obiecta, frontem auertens, tantum nostra deposceres. in quo, ne quid tuum ratione careat, inclinasse te potuit, uel ueterum perfecta cognitio, repetitæ lectionis iam non egens, uel hinc nostrorum amor, hinc nouitas, & si enim in scriptis uetustatis auctoritas maior, & illud Flacci uerbum sit, quod meliora dies ut uirga poemata reddit, habet tamen & nouitas gratiam suam, & forte iuuat experiri quantum uiuendo profecerim. nil enim impigrius, nil experientius est amante, qui quid autem causæ est, tuum fateor, hunc ardorem ipse coram sæpe miratus sum, sæpe absens Villici mei uerbis agnouit, qui assidue redeuntem his me lamentis aggreditur. Cur nescio quam papyrus, quam tu hanc inuiseris domum solam petere soleas, abstulerim. Rideo & miror uel Patris affectionem, uel custodis fidem, uel uillici puritatem. itaque aliquando abiens, & cum sene meo ludens, papyrus illi uaciam dedi, quasi illa esset quam quæsisse: quo facto se illud, reuertenti iterum grauitè quæstus, totaque demum res in iocos & in risum desijt.

De ijs quæ solitarius debeat semper desiderare, & de loco habitationis eiusdem.) Cap. II.

Sed redeo ad ordinem. Adest ergo tibi præterea sine quo uita, ne dicam fœlix, sed ne uita quidem est, malarum rerum naturale odium & bonarum amor, uirtutum cultus, bonæ famæ pulchra cupiditas, honesti studium, contemptus superuacui. quod si unum est solitariæ uitæ fundamentis dixerem, uerum dixisse me dicam. adest corpus laboribus obeundis idoneum, nondum fragile, iam maturum. adest ætas adhuc uirens, sed iam adolescentiæ malis explicata, quæ optima uitæ pars, nec expers actuum, nec consilij inops est, & ad magnas res audendas aggrediendasque sufficiens. adest denique patria, ubi ciuis ac præsul hinc amoris in populo, hinc reuerentiæ arcem tenes. illud tibi natura præstat, hoc dignitas, utrumque uirtus ac meritum. Eam quoque sortitus es patriam, quam licet Episcopatus tuus, ciuitatis appellatione nobilitet, ea tamen præter uetustatem & nomen, de ciuitate nihil habet, non luxum, non frequentiam, non tumultum, singula ad eam uitam, de qua loquor aptissima: cuius ego si ritè computo, annis circiter quinquaginta ante domini aduentum, Iulio Cæsare Britanniam oppugnante, in authenticis scriptis, inter antiquas iam tunc urbes, memoriam inuenio. aspectus loci talis est, ut non ineleganter idem ipse Socrates noster, quotiens illuc ad te uisendum conuenimus, dicere soleat. En ciuitas illa parua quidem sed honesta, quæ similè Abagarus rex IESU Saluatori obtulisse legit in Ecclesiasticis historijs. Illius in medio tibi solitudinè facere si uelis potes, non eges ad hanc rem peregrinatione longinqua, ad quam multi eorum contigerunt, quos supra commemorauimus, ea locorum conditio

conditio est, ut in patria tua, inque tuorum gremio solitarius esse possis, haud spernenda quidem opportunitas, domi habes, quod multi trans maria quæsiere. (Sin autem tibi nudus rursus sordet, aut quid forte liberius petis, etolare licet in propinquum ramum, & supra uicinum fontem amoenissima et quietissima statione consistere: adest tibi tuus Sorgia rex fontium, ad cuius tibi murmur hæc scribo, adest liberrimum gratissimumque perfrugium Clausæ uallis (sic enim uocant incolæ) sic uocari uoluit natura, quando illam circumductis collibus abdedit extra omne iter, omnemque concursum, uiderique nisi ab incolis non permisit hic tu quoque, quod rarum, & liber & dominus & præsul & solitarius esse potes. Poteris ne tuum locum locum spernere, qui aduenis & reuerentiam inijcit & stuporem: si quis specus, inquit Seneca, saxis penitus exesis montem suspenderit, non manufactis sed naturalibus causis in tantam laxitatem excauatus, animum tuum quadam religionis suspicionem percütiet. si hoc uerum est, ubi quæso religiosior usquam specus? & si quod sequitur est uerum. Magnorum enim, inquit, fluminum capita ueneramur. ubi maior ueneratio: flumina quidem maiora, longæ uix spatio & congestu aquarum multarum nouimus, fonte nullum. rursus si tertium est uerum, Subita, inquit, ex abdito ualli amnis eruptio aras habet: ubi, oro, dignius aras fuerint. Quas ego iam pridem CHRISTVM testor, si qua uoto facultas affuisset, illuc in hortulo meo, qui fontibus imminet, ac rupibus subiacet erigere meditor, non Nymphis, ut Seneca sentiebat, neque ullis fontium fluminumque numinibus, sed Marix, cuius partus ineffabilis & fœcunda uirginitas, omnesque Deorum aras ac templa subuertit. aderit ipsa fortassis, ut quod diu iam, & nisi fallor pie cupio, aliquando perficiam. nunc ceptum sequor. Poteris ne igitur tuum locum spernere, quem alienigenæ uenerantur: locum libertati & quieti, & ocio & scientiæ & uirtuti, ac ne in singulis immerer, ad summam, omnibus quibus studes amicissimum locum, ut cætera fileam, tanto olim & tibi tam culto habitatore dignatum. Scis quod Veranus tuus CHRISTI confessor eximius, qui sedem tuam nunc solito duriores, nescio quous ante te tenuit, quærens locum pacis, hic demum substitit, pulso que hinc dracone terribili, sanctam ac solitariam uitam his duxit in locis: cuius nomen, inter famosæ solitudinis amicos, non præteritum sed dilatatum est, ut in extremo positum, tenacius hæreret memoriæ, non tam tux (unde illud auelli cõmemoratio quotidiana non sinit, & præsens semper phanum sub oculis, fidei tux testis, in quo pretiosis sancti uiri reliquijs exornandis omne tum studium, omnes opes, ut dici solet, uentre fraudato, omne denique quod tibi usquam erat argentum atque aurum, uirum optime contulisti) quam cæterorum, qui fortassis hæc legent. Hic equidem habitauit ille dum uixit, priusquam ad statum curæ Pontificalis, inuitum spectata uirtus attolleret: hic uelut in terra hostili, sed à se perdomita ac pacata, & cultui hominum acquisita, CHRISTO cuius auspicijs signoque uicerat, tropheum erexit, titulo Virginis Genitricis insigne, templum exiguum, sed decorum & ualidum hunc ipse montem peruium fecit, & hanc montanam præduramque silicem perforauit, suis, ut aiunt, manibus, opus feruoris atque ocij ingentis. hac in ripa cellam habuit, CHRISTO diues, atque hortulo contentus & flumine. postremo procul hinc moriens, huc referri, atque hic sepeliri uoluit, ut nosti, tam claro stupendoque miraculo, ut quod olim in transitu maris rubri, uiuentis Moyse arga potuerat, hoc si qua fides, in transitu fluminum, Verani pallium posset extincti. Hæc hæc hactenus: nam de reliquis ruris tui laudibus multa dici possunt, sed & multa sæpe diximus, & hodierno colloquio dandus est finis.

Quod qui Deo seruire uelit, siue artibus bonis ingenium excolere, siue aliquid aliud boni facere, fugiat ne dum opem ferre alijs uideatur, ipse obruatur, & quod in alio reprehendat, ipse ne committat.) Cap. III.

Siue itaque Deo seruire uolumus, quæ una libertas est atque una fœlicitas, siue artibus bonis ingenium excolere, qui proximus egregius labor est, siue aliquid meditando & scribendo nostri memoriam posteris relinquere, atque ita dierum fugam sistere, & hoc bre-

ansimum quidem uitæ tempus extendere, siue simul hæc omnia præstare propositum est nobis fugiamus oro, iam tandem, & id quantumcunque quod superest in solitudine transigamus, omni studio cauentes, ne dum opem ferre naufragis uideamur, ipsi rerum humanarum fluctibus obruamur, rerum humanarum scopulis allidamur, denique quod probamus id agamus, ne qui morbus est publicus, quodque in alijs sæpe reprehendimus, committamus, & iudicia sermonesque nostri ab actionibus discrepent.

Quod non debeamus amplas opes expetere, non enim adiuuant sed impediunt. Cap. IIII.

Nemo uero nos fallat, nemo nobis persuadeat in hoc amplas opes expetendas, non adiuuant sed impediunt, premuntque non subleuant. ad hanc uitam ascensus est, nemo in altum ascensus, superuacuis sponte ponderibus, aut laqueis implicatur, nihil auro grauius, nihilque tenacius, id nisi quoad necessitati subuenit, nec oprandū nec amandū quidē, ubi enim auaritiæ obsequiē, nihil est quod ferentem magis incuruet ac deiciat & in terrā cogat, neque id mirū, si à terra ortū ad eandem suo pondere, fertur. Non conuenit animam celestis originis, terrestrium cauernularum sarcinis obrui, fecibus inquinari, præfert quidem splendorē & lenitatē sensibus illudentē animo, aut affert tenebras & spinas, & tribulos cararū tristitū ac pungentium, & quo purgatius uideat, eò abditis malis infectius est. nunquā solæ ueniūt diuitiæ, multa & uaria mala secū uehunt, & innumeros labores causasque discriminū. si mihi non satis est fidei, quare ab his quos foelices uocant, & adiura ut ueri nihil occultent, inuenies eorū uitam supplicij plenam suis, ut quam mirabarīs, exhorreas aut cōtemnas, & intelligas huic uitæ ad quam te hortor, magnas diuitas nil prodesse, sæpe autem obesse quàm plurimum, ut nedum non tanto studio conquirendæ sint, sed abiiciendæ, potius si ultrò adessent, donec ad eum quem natura & uirtus statuunt modum, more naturarum graui tempestate laborantium, iactu damnoque rerum salua puppe, peruentum esset. Mira res nunc animum subit, ut te Pater meque tecum rogem & obtester, ut unius pueri consiliū, uni datum seni, duobus esse utile patiamur. Is puer Alcibiades fuit, postea uir & forma notus & ingenio, alternantisque fortunæ clarissimum exemplum: huic auunculus Pericles fuit, uir & ipse raris annumerandus, in primis eloquio potens, & cui ad magnam imperium fuerat lingua pro gladio. Ad hunc ergo cum puer Alcibiades ex more ueniens, senem solito tristitorem offendisset, motus quod non solitis fortē blanditijs exceptus esset, perconatus fertur, quæ causa tristitiæ, seu quid incidisset noui, & cum senex pueri ingenio delectatus, ueram rei causam non exlasset, dixissetque, Se. immensam pecuniam expendisse, in usus Reip. cuius impense rationem qualiter redderet non posset, apud se cogitando reperire. tum puer supra ætatem. Tu uero, inquit, cogita potius, qualiter non reddas, callidum nempe consiliū, uel si à sene datum esset, magnumque & euidentis plenum præfagium ætatis, quo fretus auunculus, concitatoque externo bello, civilem difficultatem reddendæ rationis euasit. Sed ad consiliū reuertor, in quo laudare soleo non facti iniustitiam, sed acumen ingenij, & celeritatem, hoc est illud pueri senile consiliū, quod in usus nostros uertere moneo, sed in alios terminos ante uersum. Ecce enim ueniunt, qui uiam nobis ad magnas diuitias ostendant, quod nihil est aliud quàm auaritiā docere, pestilens sanè schola, & operosa admodum difficilisque doctrina, multo uigillarum ac laborum impendio discenda, & uel effectū caritura, uel nocitura successibus. in his cogitationibus occupato animo dicamus, Cogita potius, qualiter ista non cupias. ea enim utilior & certè facilius ars est, ad quam si adhuc lentus & indocilis est animus, additis urgendus est stimulis. ostendamus ei præter mala diuitiarum, de quibus & à nobis modò aliquid, & multa quotidie dicuntur à multis, esse artem hanc in manibus nostris, illam alteram in arbitrio fortunæ. spernerè opes potest quisque, consequi non ita, scitumque est illud amici: Quare, inquit, potius à fortuna impetrem ut det, quam à me ne petam? itaque rem difficilem & euentus ambigui, puto præstat intentatam linquere, quæ & si certè utilis foret, esset tamen intempestiua & sera. ecce enim sudabimus, anhela-

anhelabimus, torquebimur, ne desint uitæ breuis ac fragilis alimenta, quæ ut dixi, iam pridem cumulatè & usque ad inuidiam ac delicias assunt. Verum esto, desit aliquid. Quis est enim Regum, cui non aliquid desit? hic magno nisu assurgendum dicit aliquis, ut omnem prorsus indigentiam futuri dijs similes, propellamus, quæ nunc penitus pelli potest, & ad tempus pulsa redit acrior.

Quod anxia uita, quæ in crastinum prominens non est uita, sed uita meditatio, & quod auaritia sit uincenda, & iter ad ueras diuitias condiscenda. Cap. V.

Cicero quidem ad germanum scribens, Quod me, inquit, sicut sæpe antea cohortaris, ad ambitionem & laborem, faciam equidem, sed quando uiuemus. o breuis quæstio: sed efficax. hinc uero quisquis erit hortatori nostro, aptè ne satis & grauius responderi potest, Placet amice quod suggeris, si modo possibile est: sed quando uiuere incipiemus. Oro te quos scilicet non modò uiuere, sed uixisse iam deceat. Nam hæc semper anxia, atque in crastinum prominens non est uita, sed uita meditatio nunquam fortè uentura, & quod constat ambigua. Inter multa quidem hoc à plebeio Poëta non ignorabiliter dictum tenes:

Crede mihi, non est sapientis dicere: uiuam,

Sera nimis uita est crastina, uiue hodie. Est uero consiliū illud Alcibiadis latè patens & ad multa uersabile, ultio stimulat, gula sollicitat, suspendit ambitio, incendit amor difficillima exequendo contemnendoque facillima, hæc animum doceamus, ut anceps & periculosa ad nocendum uia, itaque sæpe dum ulcisci uolens iniuriam acerbabis, ut uilis gulæ seruitus & solliciti apparatus turpissimus exitus, ut uentosa semper ambitio, supplicandū populo, quo nihil est durius, ut improbus superbusque amor, seruiendū mulierculis, quo nihil indignius uero fortè, ridendum inaniter lugendūque, & sæpe non minus lætis quàm mœstis et enibus, tanta uanitas rei est, horū omnium una est regula, siquidē his implendis cogitatio impeditur, nunquam deerunt mœstitiæ mortales & malorum causæ, ut euadas hinc, & ut lætus ac liber sis contemptus ipse præstabit. hoc potius cogitandum est igitur, qualiter difficultates has effugias, quàm qualiter explices. uide in quam uirilem sententiam puerile dictum trahit potest. Sed omisis alijs, quod nunc unum agitur, auaritiā hoc artificio uincamus, necessarias nobis ad hoc ocium magnas opes ostentantem, & spernendo mortalia frenandoque cupidines, & naturæ modestiam æstimando, compendiarium iter ad ueras diuitias condiscamus. re enim uera, cum omnibus ad uirtutem nitentibus, tum uel maxime proposito nostro inimica cupiditas est, nam nec finem habet ullum, & cumulando superuacua impedimentū querit huic uitæ, cui præsidium pollicetur, quam non onustam, sed expeditam atque agilem esse oportet. Nempe cum constat multis qui omnia posse uidebantur, ne hoc unū possent opum potentiaque magnitudinem obtinisse, tibi nil obstat, nisi quod minime suspicor, ipse tibi obstes, potes equidē potes, modò non singulos nodos soluere, quæ simul omne amputare malueris: aduersus hydræ res est nobis, nullus erit finis, nisi repululantiæ capita ingenio præcidamus herculeo, ego solus esse non tantum possum, sed iam cepti facile perseueraturus, si tantus mihi uitæ solitariae dux & comes accesserit. non modò enim meæ quietis adiutor, sed ut quæ in animo est, quomodo libet enunciem, ipse quies mea, nec tantū solitudines, solamē, sed ipse quodammodo solitudo mea eris, tunc uerè plærunque solitarius uidebor, dum tecum ero. Præcessi ego te tentauique uadam, sequere saltem qui præcedere debuisti. en quasi dubio torrente transmissio, ripa clamans ab aduersa, ut intrèpidè transeas edico: nihil omnino periculi est, & ubi primo pedes tenui strupea omnia atque suspecta, hic amœna omnia & secura denuncio. si dubitas, si cumctaris ire, pertranseo, & uestigia retro obseruata sequor: ut Virgilius ait, ut scilicet manu prehensum, ad hæc te loca perducam, quibus cum affueueris, regum thalamos pontificumque aulas, carceres & molestos laqueos ducas.

De remedijs contra pigrum progressum ad
solitudinem. Cap. VI.

Quod si forte omnia, quæ animos tenent abdicare nondum possumus, id enim unam est, ex eorum genere, quæ prius incipiunt homines docere, quam discere, at saltem amicam nobis solitudinem faciamus, quod nullo uetante permittimus, inque illam cum omnibus fortunarum nostrarum sarcinulis commigremus, quibus cum fortiter carere posse coeperimus, tamen demum plena libertas erit, & securum gaudium. Interea ut res sunt, nisi quam certe quietius uicturi sumus. Neque enim uel quia diffidam tam obnixè ago, uel tanto uerborum nisu quicquam tibi durum aut graue suadeo, cum & altitudinem animi tui norim, & siue huius siue arctioris uix clarissimi tibi que notissimi duces sint. nam & Martinus cui multum fidis, & cui quod peregrinationes sermones que tui indicant, inter **CHRISTI** amicos amicissimum te notauit, hunc uitæ modum, ut ex superioribus liquet impleuit, simul & solitarij requiem amplexus, & episcopi dignitatem retinens, ut iure suo Gennadius & monachum & episcopum illum uocet. nempè qui prius ante baptismum quod difficiliter est impleverat, in adolescentia, inque ipsa militia utraque religiosis aduersa consilijs sic uiuens, ut iam tunc sicut in uita eius scriptum est, non miles sed monachus putaretur. & alter Menas, cui natalis idem, qui Martino est, terrenam celesti militia, non in urbe sed in heremo permutauit. & huc quoque de industria dilatus Gregorius Nazianzenus, ut Hieronymus testatur, immò se episcopum in suo loco ordinans, ruri uitam monachi exerceuit: cuius uitæ quantus illi semper amor fuerit, hinc elicis, quod iam antè sub recentem ex Atheniensi auditorio digressum, Basilium Casariensem famosum compatriotam & collegam, atque ut famam secutus, Augustinus ait, etiam carne germanum suum, è cathedra magisterij detractum, ubi ille rethoricam florentissimè docebat, iniecta manu, ad solitudinem, & ad meliora studia insigni quadam amoris fiducia, & auctoritate deduxerat.

De repulsione argumentorum illorum qui uitæ solitariae aduersantur. Cap. VII.

Audio autem è tranuerso, quid aduersus hæc rursus obstrepi soleat. Nam primo de scripturis sacris, nobis facere nituntur inuidiam. **Ve soli**, qui non ceciderit non habet subleuantem se & **Melius est duos simul esse, quam unum**, habent enim emolumentum societatis suæ, & quæ sunt id genus plurima: quod omnino non diceret, si quid ego sentiam, & quid loquar attenderent. Deinde Aristotelicum illud obijciunt, ubi ait. **Vel quod naturaliter sociale animal est homo, uel quod qui alijs non communicat, aut bestia est, aut Deus** (quasi ego uel odium indicam, uel societatem omnium hominum interdico, uel anceps sit electio quid esse malim, an bestia, an Deus: hoc est bestialis homo an diuinus uir). Ciceronianum præterea illud nobis immurmurant, ubi non necessitate, quæ quibusdam uilum esset, sed à natura profectam hominum societatem, non semel deseruisse contentas, rei huius argumentum attulit optimum, quemque licet omnibus copijs suffultum, & omnis necessitatis expertem, tamen & solitudinem fugiturum, & socium studij quæsiturum: quibus satis ut arbitror libro superiore responsum est. Nam nec ego nisi in hoc mihi plenè cum Tullio conueniret, solitudinis ac studij socium, immò uel socios & quærendos dicerem et colendos. & hæc igitur, & quæ ad obuiandum nobis similia trahi solent, teneo, & deserta solitudine Aphraten cuius supra meminimus, & Iulianum illum famosissimum heremitam Antiochiam & famosiorum Antonium, Alexandriam urbemque alias petisse non sum nescius, uerum id non motu proprio, seu leui, qualibet ex causa, sed pro graui necessitate summoque fidei discrimine gestum noui. Sic enim scriptum est: sciebant illi sacratissimi uiri, quid temporis unicuique congrueret, & quando esset opus frui quiete, & quando necessarium solitudini præponere ciuitates. iam id propè ridiculum, quod præmissis accumulans, quodque præsentem mihi sæpius obiectum scio. **Quid enim fiet, inquit, si**

palsim

palsim omnibus persuadere potueris quod intendis? aut quis tandem in urbibus reſidebit? uide ergo, ne contra Rempub. loquaris. quibus planè res ipsa respondeat: siquidem omnes inde migrauerint, certam esse mutandæ sententiæ rationem solitudines defendendas, quæ iam solitudines non erunt, eoq; protinus redeundum, unde omnis tædij pater inquit popellus abscefferit. **Sed bene habet, non hi sunt hominum mores, neque tam patulas uulgas, aut tam faciles honestis consilijs aures præbet paucis utinam persuaserim, nec uerò par est omnibus unam uitam, & præsertim, solitariam suadere. nec ego loquor omnibus, sed tibi, sed mihi, & his paucis quibus hæc rara conueniunt. nobis certe si non uulgi uoces, sed naturam nostram sequimur, nihil est aptius.**

De hortatione ad solitudinem, & quod urbes relinquendæ sint
(occupatis in sæculo.) Cap. VIII.

Inquamus urbem non redeundi animo, ne posita ad aratrum manu respiciamus retro, sed precemur potius, ne unquam ad ingratum de que omnibus bonis malè meritum populum reuertamur. quod fecisse Lentulus traditur, is qui sub obrentu profectiois honestæ, æternum exilium elegit, quem ut imitare uelimus, & si non quietis amor, ac saltem turbae odium persuasisse debuerat. quanquam non desit exemplum minus notum, sed deuotum magis Chronij Phœnicis Monachi, qui solitudinem ingressus orauit, ne unquam inde discederet, multa que per seuerantia sibi præstitit, ne irritæ preces essent. Extirpandæ sollicitudinum causæ sunt, frangendique qui nos tenent unci, rumpendusque pons à tergo, ne qua fugæ uel reditus spes supersit. Dicam enim tibi, non quod Palladius exemplo talium historicus, dixisse sibi Ioannem scribit Aegyptium heremitam illum, cuius supra est mentio habita. Episcopus enim, inquit, es futurus, plurimum que tribulationum habiturus es ac laborum. si igitur ista uis fugere, noli relinquere solitudines nostras. nullus enim te in desertis degentem locis, episcopum faciet, hæc Palladio Iohannes. Ego autem tibi de episcopatu nihil, iam enim es, qui ille cauendum præmonebat, nec iam tibi possibile est Episcopatum non fuisse, ad quem statum ante annos matura te uirtus erexit. sed quid huic proximum est dicam. Episcopatus enim tuus talis est, in quo & honore summis, in libertate mediocribus, atque infimis par sis. quod si maioris episcopij pondus times, solitudines nostras ama, & si laborum immortalium nexibus uis absolui, hanc requiem quaere. Ut enim à militiæ labore rediens, ait Romanus ille Centurio, Hic optime manebimus: quod si fortuito prolatum, ad omen tanti imperij tractum est, ex proposito dictum non spernatur. Surge, ueni, propera, linquamus urbem mercatoribus, aduocatis, proxenetis, feneratoribus, publicanis, tabellionibus, medicis, unguentarijs, lanionibus, cocis, pisttoribus, atque factotibus, alchimistis, fullonibus, fabris, textoribus, architectis, statuarijs, pictoribus, mimis, saltatoribus, citharædis, circulatoribus, leonibus, furibus, maleficis, adulteris, parasitis, hospitibus, circumscripitoribus ac scurris, edacibus odorem fori uigili nare captantibus, quibus ea felicitas una est, illi inhiant: nullus autem nidor in montibus, & solitis ac placitis caruisse supplicium. sine illos, non sunt nostri generis. Permite diuitibus nummos suos numerare, & in hoc arithmetice præsidio uti, nos diuitias nostras, sine studio, sine arte numerabimus: nihil est quod illis inuideamus, nisi nunc etiam, quod absit pueri simus, quos ficta adumbrata suspendant. Demiphalaras, equis uenalibus uetus est cautela, nemo sanus puellam deformem, quod bene uestita esset, in coniugium optauit, nos si phalaras, immò laruas his purpuratis felicitibus detrahamus, clarè uidebimus esse miserimos, suas sibi diuitias habeant, suos mores, suas uoluptates, nempè quas æternas uellent, diuitiæ abibunt, & quas manu retrahunt uoluptates fugient, at quibus caruisse cupient mores stabunt, & comitabuntur inuitos. cuncta hæc, quæ illos uulgo mirabiles ostendunt, momento temporis euanescent, sub imperio fortunæ uiuunt, si illa pepercerit, mors non parceret. qui pretiosissima rerum habent, si tamen dicendi sunt habere, quibus seruiunt, ipsi mox à uilissimis habebuntur, & à quibus, iniquas habebit diuitias ingratus hæres, & forsan hostis inuisit

corporum uermes & uulæ.

X s Tartarus

solius studio q̄rum
dus.

Tartarus animas, nomen obliuio sempiterna. contra quamuis pauper hic fuerit, in memoria aeterna erit iustus, non nos igitur, ad aemulationem prouocet falsa prosperitas, falsa miseria, seque stentur a nobis molles et eneruati diuites, illis thermæ, fornices, atria, popina, nobis syluæ, mortes prata, fontes placeant, illi carnis desideria & lucrum undecunque ueniens, nos studia liberalia & honesta sectemur, & siquid mechanicum miscere iurat, sit agricultura uenatioque, cui quamuis inesse clamorū aliquid, & nostro proposito dissonum uideatur, de uenatione uetusque sit uerbum. In uenando multam uerborum esse iacturam uenationem tamen & meditationi & studijs opportunam, magnis quibusdam ingenijs usam scio, propter solitudinem scilicet, & nemorum latebras silentiumque retia ipsa seruantiū. quod tum maxime uerum fiet, dum præter numerum, hoc est non uenator sed spectator in syluam eas, habitaturus ex commodo, sine ullo uenantium commeatu, ea forte uel clericis præcipue inter syluas agentibus permissa licentia est, nec huius generis interdicta uenatio, rara quidem & modesta, & exercitio corporis indulta non luxui, quæque illi cognata sunt piscatio aucupiumque, hæ sunt ruris artes. denique illi semper pendeant ac uoluantur, nos ad petram pressis uestigijs insistamus, illi semper hæreant, nos aliquando progrediamur, illi semper dubij consultant, nos iam tandem salutare consilium exequamur. Postremo illi mundum fugientem amplexentur, teneantque si possint, nos dominum & queramus dum inueniri potest, & inuocemus dum propè est, quin & dum corpora nostra peregrinantur ab urbibus, peregrinentur a corporibus animi, præmittamus illos ad cælum, cum tempus aduenerit (quod Philosophi non sperant) & corporibus secuturi.

De præclara solitudinis commendatione. Cap. IX.

IN quo impetus calamum tulit, quam multa diximus de re parua, ut, ut ego sentio per maxima, et mihi equidem tam iucunda, ut cum in hoc corporeo carcere diu uinctum me fuisse meminerim, uixisse non amplius mihi uidear, nisi quam diu solus ac ociosus uixi quanquam ò si usurpare audeam præclarum illud singularis & egregij ducis dictum, ne importune detur insolentia, gloriandi par, in tanta imparitate licentia: ego quoque non modò nunquam minus ociosus quam cum ociosus, minusue solus quam cum solus, sed semper ociosus, nisi dum ociosus, semper solus, nisi dum solus fui. Et si non sim dubius, quod sæpè iam dixi, magno strepitu, populum his omnibus occursum, sed ueritas intrepida & inuicta est, nec uanos horret strepitus, ut descriptor generosi cornipedis Maro ait:

illi ardua ceruix
Argutumq; caput.

Cuius quidem non assertor adhuc magnus audax, quam sollicitus inquisitor sim. Ad quam licet enim studio semper aspirem, uereor tamen nequando mihi, uel illius latebræ, uel meæ curæ, uel tarditas quædam obstet ingenij, ut sæpè res quærens opinionibus implicer. hæc ergo non diffinitor, sed scrutator uestigatorque tractauerim. Nam & diffinire sapientis est proprium, & ego nec sapiens, ne proximus sapienti, sed ut Ciceronis uerbo utar, magnus sum opinator, contra autem paucos quibus loquor, affuturus scio, præter numerum, superiores rebus omnibus atque uictores. Ego iam hinc iudicij tui aram teneo, latis est qui alij iudicent, pro se quisque uiderit, dum uagas fluctuantesque sententias nulla necessitas ad uerum cogit. Certè cum euenerit inuitabilis dies, & urgere animam hinc ceperit, ineluctabilis mortis hora, quando non in porticibus aut compitis populi, digito monstratum esse, non Regem aut pontificem fuisse, non pecunia, non gratia, non delictijs affluxisse, sed castè, sed piè, sed innocenter uixisse profuerit. Tunc ut spero fatebitur, qui nunc negat tranquillum hoc, saltem fuisse consilium. Itaque tantus ardor, tantus materis amor est, ut cum multa dixerim, plura se offerant, sed studio consulendum est: putabam enim Epistolam scribere, librum scripsi, quem diuisurus non fueram, quo scilicet solitaria uitæ solitarius liber esset, nisi quia in mentem redijt, eam me solitudinem laudasse, non quæ unum etiam,

etiam, sed quæ turbas fugit, simul illa me cogitatio proposito emouit, ut conuictum fessumque uitæ medio lectorem partitio releuaret: unum igitur in duos secui. Dulce autem mihi fuit, præter morem ueterum, quos in multis sequi soleo, his qualibuscunque literulis meis, sæpè iacrum & gloriosum CHRISTI nomen inserere, quod si fecissent præsci illi nostrorum ingeniorum duces, & eloquio humano uim scintillarum cœlestium miscuissent, delectant fateor, sed multò ampliùs delectarent. nunc mulcet eloquentiæ prima frons clara uerborum luce, sed sententiarum ueris orba luminibus, cum diu aures delinierit, neque quietat animum, nec perducit ad illam supremam stabilemque dulcedinem ac pacem intellectus, ad quam, quod insensati & superbi homines contemnunt, nisi per ipsam CHRISTI humilitatem, non est aditus. Hæc tibi autè sic affecto animo dictaui, ut omnis impulsarum uento frondium fragor, & omnis circa nascentium sonitus aquarum, hoc unum dicere uiderentur. Bene suades, recte consulis, uerum dicis.

FRANCISCVS PETRARCHA SODALITATI
Magnæ Carthusiæ, S.



IGNAUM fratè Felix Christi familia, & eo temporis spatio quo uobiscum fui, ut aliquid eorum ipse loquerer, quod uestræ fidei mea deuotio commendaret, & communis amor domini, sed ut uidistis, breue tempus ad explicandum grauidum curis animum fecit, & ut omnis dulcedo uitæ huius uento fugatior esse solet, ueni in simul atque abij, utque in longinqua ualde materia uerbo Cæsareo uti possim: Veni, uidi, uici, siquidem nil aliud est uincere, quam uoti compositionem fieri, uictor est enim uoti compos, uici ergo quod uotis optabam consecutus. Veni ego in paradysum, uidi angelos Dei in terra, & in terrenis corporibus habitantes, suo tempore habituros in cœlis, & ad CHRISTVM cui militant, exacto presentis exilij labore uenturos. qui nisi nos, priusquam formaret in utero, nonisset & sanctificasset, & prædestinasset, in numerum electorum nequaquam hoc uobis restitit & cõpendiosum iter, & à mudi deuto semotissimè ostendisset. Sed ne quid hic plenè sperè, sancto illi gaudio, quod ex uestra cõuersione percepi, sola breuitas aduerfata est, uix uerendos uultus aspiciere cõrigit, nunquam mihi breuior lux, nunquam uelocior nox fuit. Dū religiosissimam illam hærem, replumque cõtemplor, dū deuotū silentiū & angelicam psalmodiā stupo, idum uos hinc omnes, hinc singulos mirè & humani more animi, depositū opus, uos prædulcem pignus amplector, inque multum ex optatis Germani optimi, atque uinci colloquijs acquiesco, non sentienti mihi totum illud exiguum tempus effluxit, uerba nestendi collegendique animum facultas defuit. Vnum quoque continuum obsequium & charitas, non illa cõmunis quam in CHRISTO eundis hospitibus exhibetis, sed singularis quidem atque præferuida me sollicitum habebat, ne mea longior mora diuinis laudibus, uestroque proposito forsan officeret, & festinare abitum monebant. Insuper & confabulationes cum singulis iucundæ & breues, quibus huc illuc, sed semper in idipsum, sacra & sobria uoluptate rapiebar, cursum continuæ orationis areebant, obliuione omnium iniecta, nisi eorum quæ uicissim, ex ore nunc huius nunc illius, uelut è totidem cœlestibus oraculis erumpebant, quid multa: ita mihi accidit, ut intentus inhiansque omnibus, cunctaque circumspiciens, multa sparsim audiens ac loquens, cõtinuum nihil, penè tacitus abierim, comitantibus quidem uobis, quantum arctissimè religionis frena laxare licuit. Nonissime abeuntem, oculis & quod de uestra dilectione mihi spondeo ais, ac multa ad cælum prece prosequentibus, ut qui unum illic germanum quærerem, multos inuenerim. nunc tandem in solitudinem propriam regressus, & totius sacre dulcedinis memor, quam ceu apes dominica flosculis insidens, hausi, eam nunc ipse mecum in abscondito ruminans, multa reperio, quæ illæ mihi per breues dies, in longum profuturum tribuerint. Proinde, quod à me tunc ibi tumultuariè prætermisum memini, hic modò supplere propositum, & scribendo agere, quod uia uoce non potui, si modò mea uox uiua est, peccatoris hominis fessi, in seij, occupati. utcunque ante linguæ debitum digitus perfoluet, nescio an gratus, sed certè durabilis. quamuis enim grania uerba præternolant, leuia etiam scripta manent. Scribam ergo, etsi uestra non interfit, id ex me seu nouum aliquid audire, unde iam putem radicatum uobis habitum compassatis, mea interest semper, si fieri possit, talia loqui, si forte loquentem ipse me audiam exaudiamque, neque qui communis prædicantium est morbus, loquax simul & surdus sim, ita uerbò modèrator stylis, ut qui ad presentes sermo mihi sit, ad absentes epistola, quamuis, ut quod est fatear, maiore & meliore mei parte sim præsens.

FRAN.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. DE OCIO RELIGI-
osorum, Liber I.



Nde uerò nunc ordiar, seu quid primum semiabsens dicam, nisi quod to-
tus præsens dicere uolui, illud nempe Dauidicū: Vacate & uidete. quod
ut nostis, in Psalmo quarto & quadragesimo regius propheta, & prophe-
ticus ille rex posuit, in quibus quidem, non nisi duobus, sed imperatiuis
uerbis, spiritu dei licet, hominis ore prolatis, totius nisi fallor uitæ nostræ
series, tota spes, tota deniq; cōtinetur intentio, finisq; ultimus, quicquid
agendum, quicquid optādum sperandumq; nobis est, in uita non solū transitoria, sed æter-
na. Vacate igitur & uidete. ō foelices animæ, ō excubitores assidui intentiq; ō sollicita &
deuota *CHRISTI* mancipia, proq; breui seruitio non libertatem modò perpetuam, sed
ingenuitatem filiationemq; promerita, ō mercimonium optabile, faustaq; rerum alterna-
tio, seruire modicum non ut diu regnes, sed ut semper. nam quot annos seruiuit homini
Iacob, ut mortalis ei sponsa contingeret, & uidebantur ei pauci dies præ amoris magnitu-
dine. ita enim scriptum est: neque uel sic promeruit quod optabat, nisi tempus seruitij du-
plicaret, uobis Deo seruientibus, nuptiarum immortalium foelicitas æterna proponitur,
seruite alacres. magnum ille & alienum gregem, inter hominum dumeta pascebat, uos
singulas oues uestras, hoc est animā quicq; suā pascitis, lætis ac dulcibus in pascuis *IESV*
CHRISTI seruite securi. non habetis calumniolum dominum, qui commodis & augmen-
tis uestris inuideat, qualem passus est Iacob socrū Laban. sed qui uestris lucris atq; profe-
ctibus delectetur, necessitatibus succurrat, imbecillitatibus opem ferat. Vacate igitur &
gaudete, qui talem dominum metulistis, non uacamus ut uacemus inquit Aristoteles, nos
uerò uacate ut uacatis, uacate ad tempus, ut uacatis in æternum, & sortem uestram plau-
dentes, agnoscite, quæ alienarum collatione sortium clarior fiet. Lustrant naturæ maria,
omne mundi latus ambiunt, peregrinis errant sine fine littoribus, inter uentos & fluctus
& scopulos, inter freti coelique minas, omnes cum glaciali imbre stillantibus comis, mem-
brisque rigentibus, propè tartareas noctes agunt, dum cuncta in circuitu miseros rerrent:

Præsentemq; uiris intentant omnia mortem: ut Virgilius ait.

Quid non miseriarum ac periculi subeunt bellatores uiri, quibus & pluuias & uentos &
grandinem ferre iugis ludus: pernoctant sub armis, humi recubant, gladijs ultrò se offe-
runt, præcipites terram cruenta casside feriunt, ne si quid horum lentius egerint, pauidi at-
que degeneres habeantur. denique uulnera non sentientes excipiunt & mortem, quæq;
iacturarum minima sed æterna est, nudi & insepulti abijciuntur, præda feris, ludibriumque
uolucris, tantorumq; discriminum merces est gloria, deq; mortali hoste uictoria, & sæpè
minor his sensus exiguus, quibus nullus usquam mercenarius desperatior, nullus est ui-
lior. Quid agricolarum labor: quæ mercatorum sollicitudo: quæ literarum uigilia: qui su-
dor artificum: quæ luxuriosorum anxietas: qui conatus: quæ ambitiosorum sedulitas, atq;
circuitus: quorū omnium rogo, quis exitus, uel ubi terrestre lucrū, uel fama uolatilis, uel fu-
gitua, & insatiabilis uoluptas, uel ueto quolibet immitior atq; fugatior popularis ineptis-
simus ac leuissimus auri fauor, tot tã duris anfractibus huc aspirant, quo nisi puenerint, tūc
gescent. Interim secundū Aristotelicam disciplinam, non uacant ut uacent, hoc est labo-
rant, ut quiescant, & laborant multum, ut quiescant parum. immò uerò ut nihil, immò ue-
rius ut laborent magis, longè itaq; fallent, & tota, ut dicitur, errant uia. Fallit eos dux eorū
siue is Philosophus, siue cōsultor q̄spiā, siue gacuiuscq; spes opinioq; insita. profectò enim
cū diū multūq; laborauerint, siue perueniant seu non perueniant quo tendebant, crescit
labor,

labor, ingeminant curæ, quas aceruari non minus solet uotiuū gaudium successus, quam
repulsæ Idolor. quo circa rectius dicuntur, non uacare ad tempus, ut nunquam ua-
cent. Quanto melius securiusque consilium uobis affero, immò quidem non ego, sed
propheta Dei, immò equidem Deus ipse. nam sic ait. Vacate & uidete, quoniam ego
sum Deus. quis tam humano imperio rebellis, atq; incredulus, ut nō & tremēs uocē Dei
audiat, & præceptum submissus excipiat clamantis: Ego sum Deus, uacate. hoc est enim
quod uobis ingeritur consilium, seu uerius præceptum. Vacate, inquā, ille iubet, cui ob-
stare fas non est, quem fugere aut declinare nemo potest, nisi ut pacatum fugiens, in ira-
tum incidat. & uacate nunc, ut uacatis semper, quiescite in præsens, ut quiescatis in finem,
uacate: quies præsens, Videte requies æterna. uacate in terra, in cœlo uidebitis & in terra
etiā, quantū purus & deterius, sed adhuc carneus uidere oculus potest. mira res & prorsus
insolita, multoque foeliciores quàm cæteræ res humanæ. Labore labor, apud cæteros, apud
uos autem quiete quies quæritur, nulla tam pretiosa unquam merces, tam facile pretio em-
pta est: parate animos, date dextras, caute omni studio, ne tam foelix prætermittatur
ocasio, quietem quæritis animæ, nihil exigitur à uobis, nisi ut animo quiescatis, requies
requiem dabit, ad quam quærendam promptis per omnem uitā & indefessis animis labo-
randum erat, nec uideri magnus labor ullus poterit, cuius tam amabilis finis esset requies:
nunc nihil certè iubemini, nisi ne laboretis, ut quæ in perpetuum quieturi iam quiescere con-
discatis, neque uerò licet, si illam requiem amatis, hanc spernere, quæ etiam per seipsam dul-
cis est, & ad illam dulcissimam iter pandit, planum, rectum, tutum, delectabile. Vacate
fratres mei, præceptum breue, nec difficile, non præcipitur ut pugnetis, ut nauigetis, ut are-
tis, ut ambiatis, ut congregetis aurum, famā, literas, inanes instrumenta, libidinum, inutilia,
nocitura, pestifera sunt hæc, multo constat, quærendo fatigant, quærita non satiant, amissa
cruciant, seruata sollicitant: nullæ prorsus inter hæc quietis partes, undique labor, pavor un-
dique, unum tutissimum, utilissimum, facillimum præcipitur ut uacatis. quid omnino tam
fragilis, qui hoc præstare nequeat, ut quiescat? certè si quis eorum quæ mortale genus
exagitant, iuberetur pro se quisque posset aut corporis, aut animi imbecillitatem, occupa-
tionem, impedimenta, inexperimentiam, ignorantiam, excusare. nunc quæ nam excusatio
relicta est, quando nihil nisi hoc unum præcipitur, Vacate. Est fortasse aliquis, qui hoc aut
illud facere nequeat, & si enim illud late uulgatum sit, nil uolenti difficile, sed quidem:

Nil mortalibus arduum,

Flaccus, multa tamen non difficilia modo, uel ardua, sed impossibilia, & penitus negata
sunt homini, uacare autem quis non potest. hic maria, ille gladios, studium alter, aut labo-
rem fugit, sed quis oro, requiem timet, nisi qui seipsum odit? uacate ergo: nunc uacando
utique quiescitis, quiescendoque uidebitis, uidendoque gaudebitis, gaudento autem de-
ueritate foelices eritis, quàm nulla certior foelicitas, nulla sublimior. quiescendo equidem
fieri animam prudentem, quæ maximè uirtus in uidendo consistit, illi etiam affirmant, qui-
bus, & uera quies, & perfecta uisio, & utriusque uerus actor incognitus. Et tamen, heu,
miseris cæcisque mortalibus, est qui laborem amet, & timeat atque oderit quietem. Le-
gimus senem illum, quem quia neque necessitas ad laborem urgebat, & uita longior fati-
gasset, quietis indignum fecisse debuerat, ætati consulens, imperator iussit uacare, uetuit la-
borare, publicis arguit negotijs, & laborem fortem, Curiam interdixit, illè uerò quem
gratias agere par esset, indoluit, quæstusque est, seque tam diu uelut mortuum fleuit, do-
nec qui quiescere iusserat, stultum senem laboribus curæque restituit. Sanè qui hunc
unum legimus, quam multos tales uidimus senes, quos à rerum nexibus laboriosisque
negotijs, nec ratio unquam, nec ætas extrema diuelleret, nisi inuitos & in summo bene-
ficio naturæ iniuriam accusantes. Satis ne igitur uerum est, quod in Libro uerè religi-
onis ait Augustinus: Mundi amici huius, tam timent ab eius amplexu separari, ut nihil
eis laboriosius quàm non laborare, quisquis igitur talis est, ear hic, & post concupi-
scentias suas currat, ibi quod quærit affatim reperturus, sibi que dictum audiat, la-
borabit in æternum, & uiuet adhuc in finem, hoc est, nec mortem quidem à laboribus
requiescet.

requiescet, quæ una finis omnium uisibilis est laborum. Sed uiuet in perpetuum, non ut uiuat, modo ut labore, sic enim ait quidam, loci illius expositor: Vellent impij mori, sed non possunt, uiuunt igitur ut moriantur, ut enim uita sanctorum ita & mors impiorum perpetuo est. hæc ille. Iure itaque laborum quisque auidus laborabit in æternum, & licet corpore moriatur, animo tamen interim uiuet, quod uel Philosophi quidem gentium negant, aut quod prorsus ignorant, & corpore reuiuiscet, ad supplicium non ad uitam, & rursus totus atque integer, & idem ipse, & non alius, uiuet adhuc in finem, ut sine fine crucietur ac laboret in æternum, uoti compos nil habeat quæ queratur. dicitur enim sibi, quid mæstus es? quid dentibus fremes, aut quid defles? quod quæ rebas inuenisti, quod optabas adeptus es, uacare metuebas & quiescere, iam labora. non est hic tibi unquam aut quærendus labor, aut requies timenda. uade modo discurre, litiga, altercare, contende, clama, pugna, modisque omnibus labora, nemo dissuadet, nemo prohibet, habes eos comites, qui talibus delectentur, qui que tibi olim, ut ijs, delectare præstabant, & quid putas, ij te quiescere & si uelle ceperis non sinent, ut enim eodem Libro, sed alio quodam loco Augustinus idem ait: Miseri homines, quibus cognita uilescunt, & nouitatibus gaudent, libentius discunt quam norunt, cum cognitio sit finis discendi, & quibus uilis est facilitas actionis, libentius certant quam uincunt, cum uictoria sit finis certandi. sileo quæ sequuntur, nam & ea me scripsisse recolo in eo Libro quem huic, et materia & stilo, ualde cognatū de solitaria uita nup edidi, qui hunc ut in tempore, sic serie rerum præit: & omnia ad unum tendunt, ad notam scilicet mortalis infantie, magis labore gaudentis quam laboris fructu. Cæterum patefactus in sistens, quid inter horum erroneas ac peruersas, & iustorum sanctas ac sobrias intentiones interlit, non multo post addidit. Quare qui fines ipsos desiderant, prius curiositate carent, cognoscentes eam esse certam cognitionem, quæ intus est, & ea perfruentes, quam in hac uita quæ runt. deinde accipiunt actionis facilitatem, per uicaria posita, scientes maiorem esse facilioremque uictoriam. non resistere animositati cuiusquam, & hoc, quam in hac uita quæ runt sentiunt, deinde paucis interpositis. Post hanc autem, inquit, uitam & cognitio perficietur, quia ex parte nunc scimus, cum autem uenerit, quod perfectum est, non erit ex parte, sed pars omnis aderit, & tota sanitas, & nulla indigentia, & nulla fatigatio aderit corpori. quia corruptibile hoc, tempore atque ordine suo, quo resurrectio carnis futura est, induetur in corruptionem. nimirum autem amant in actione solam pacem, et in corpore solam sanitatem, hoc in eis enim perficietur post hanc, quod in hac uita plus diligunt. ijs dicitis ex quibus summam spæ uestræ potestis apprehendere, uos qui quam possibile est homini, carnem spiritui subiecitis, ad eos quibus inceperam carnales, iugem silli impetum detorqueis. Qui ergo male, inquit, utuntur, tanto mentis bono. ut extra eam uisibilia magis appetunt, quibus ad conspicienda & diligenda commemorari debuerunt, dabuntur eis exteriores tenebræ, & qui certaminibus delectantur, alienabuntur à pace, & summis difficultatibus implicabuntur. Initium enim summæ difficultatis est bellum atque contentio, & hoc significare arbitror, quod ligantur eis manus, & pedes, id est facilitas omnis aufertur operandi. Neque his contentus ceptumque de industria protrahens sermonem. Plures enim, inquit, sunt qui hæc omnia uicia simul diligunt, & quorum est spectare, manducare, bibere, concubere, dormire, in cogitatione sua, nihil aliud quam phantasmata, quæ de tali uita colligunt amplexari, ex eorum fallacia superstitionis uel impietatis regulas fingere, quibus decipiuntur, & quibus inhærent, etiam si ab illecebris carnis se abstinere conentur, qui non bene utuntur talento sibi commisso, id est mentis actio, qua uidentur omnes, qui docti aut urbana aut faceri nominantur, excellere rebus habent eam in sudario ligatam, aut in terra obrutam, id est delicatis & superfluis rebus, aut terrenis cupiditatibus inuolutam & oppressam. ligabuntur ergo ijs manus & pedes, & mittentur in tenebras exteriores. ibi erit ploratus et stridor dentium, non quia ea dilexerunt, quis enim diligit, sed quia dilexerunt, ea initia sunt istorum, et necessariò dilectores suos ad ista perducunt. qui enim magis amant ire quam redire, aut peruenire, in longinqua mittendi sunt. quoniam caro sunt & spiritus, ambulans & non reuertens, hæc ab Augustino carptim mutuatus, multis abstineo, ne prope maior

maior pars suscepti, operis aliena sit. Quamuis & longo studio, multoque pretio temporis quæ sita, aliena non debeant uideri. Et hæc salutares ac magnificæ non singulorum, sed ut Senecæ placet, publicæ uoces sint, ea sanè quæ ad rem pertinere uisa erant, curiosius atque prolixius inserui, quibus ostenderem eos, qui in hac uita præcupide & superuacuo laborarent, in ea quoque uita, quam expectamus laboraturos in æternum, inque finem uicturos ut dicebam, ne qua finiendi labores, spes in morte sit, & omnino quibus quisque dum uiuit delectatur, eorum sibi post obitum, uel gaudium uel supplicium reseruari. id que uno solum, ueris quibus in Libro sapientie scriptum est, ut sciant quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sed potestis quoque dicere, gentilibus persuasum erat, quando præstantissimus eorum, apud inferos amantum animas, secretis callibus celat,

Quos curæ non ipsa in morte relinquunt.

& idem animas bellatorum suis locis ascribens, cū in gramineis palestris exercentes membra luctantes que faceret, ad postremum ait:

Stant terre defixæ hæstæ passimque soluti

Per campum pascuntur equi, quæ gratia currum

Armorumque fuit uiuis, quæ cura nitentes:

Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Quæ licet pro scribentis arbitrio ficta sint, non tamen talia tantus ille uir fingeret, nisi opinione inflata, pro uarietate studiorum huius uitæ, alium atque alium animarum statum superesse post mortem, sed is maxime similem, quandoque quisque uiuens gesserit. Quam sententiã Augustino, utant alij licet uerbis, qualia piũ & catholicũ uirũ decent, astipulante firmatam cernitis, ubi certaminibus delectatos alienandos à pace & summis difficultatibus implicandos, incunctanter asseruit. quod attendens, quid amplius dicam Fratres, nisi quod & sæpe dictum est, & repetendum sæpe. Vacate. Et forte nunc uestrum aliquis bonæ uoluntatis, sed non pariter doctus, interroget à quibus rebus, amice, uocabimus, neque enim ab omnibus uacare phas est *CHRISTI* militiam professos, neque ego uos torporem doceo, sed ocium, idque religiosum. Vacate autem à superuacuis laboribus, qui corpus & spiritum fatigant, à concupiscentia carnis ac libidine, quæ totum foedant eneruant que hominem, à concupiscentia oculorum, quæ obtentu scientie seducit, ab ambitione seculi, quæ uncis atque compedibus, alligat, ab inuilibus curis, quæ corruunt abditis facibus, denique à peccatis omnibus, quæ infœlicem animam torquent opprimunt que & interimunt. inter cuncta feriamini & uacate, non solum à noxia recordatione præteriti temporis, quæ & absens reuehit, & extinctas suscitât passionis, sed ab omni quoque memoria præcedentium meritorum, unde bene confocijs mentibus, fiducie mixtus torpor obrepit, quin potius cum Apostolo quæ retro sunt obliuiscetes, ad ea uerò quæ sunt priora extendentes uos metipso, ad destinatum persequimini, ad brauium supernæ uocationis Dei in *CHRISTO IESU*, quodque in Antonio laudatis in uobis explete, de quo scribitur, quod nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo, semper tanquam in principis constitutus aspectu, ad profectum diuini metus concitabat, nouisque cupiens augere præteritum, semper & memoratum supra uerbum istud Apostolicum ante oculos habebat. Et illud propheticum Helie: *Uituit dominus cui asto hodie.* Vbi idcirco hodie esset appositum, quia non computabat Helias præteritum tempus, sed tanquam quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus. Tales & uos igitur spectatotes nostris oculis exhibete, futuri periculi prouidentes, præteritorum & negotiorum oblit, & immemores meritorum, & si qua etiam nunc à tergo uelit, mundi cura, siquæ uel tenuis sibilans aura seculi blandimentis, & sequitur: *Induimini remedia scripturarum, in quibus conquerendis non laboro, quoniam prior nobis in illorum conquisitione laborauit Augustinus.* Dicitur enim, inquit, & avaris, Nolite uobis condere thesauros ubi tinea et rubigo exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate uobis thesauros in cœlo ubi nec ærgo nec tinea & c.

dicitur

dicatur luxuriosus, qui seminant in carne, de carne metet corruptionem, et qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. dicitur curiosus, Nolite quærere quæ uidentur, sed quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna. postremo dicitur omnibus. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, horum ergo commeminat nosque commouit Augustinus, sed infinita sunt alia id genus ad consolationem animarum & consilium dicta. Dicitur immitibus, discite à me quia mitis sum & humilis corde, longas uitæ spes habentibus. Stultè, hac nocte animam tuam repetunt, à te, quæ autem parasti cuius erunt. dicitur regni cupidus & magna uolentibus: Quid prodest homini si mundum uniuersum lucretur, anima uerò suæ detrimentum patiat? dicitur elatis ac rapacibus diuitibus. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluent nolite cor apponere. Et diuitibus id huius seculi, illud præcipe, non sublime sapere, neque sapere in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui præstat omnia nobis abundanter ad fruendum, benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uerã uitã. dicitur opes suas nimis amantibus, & de illis sperantibus, neque ponentibus deum adiutorium suum, Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis, ab increpatione tua Deus Jacob dormitauerunt, qui ascenderunt equos, tu terribilis es & quis resistet tibi? Etiam illud æquè terrificum alterius prophætæ. Si exaltatus fueris ut aquila & si inter sydera posueris nidum tuum, inde te detraham dicit dominus. dicitur mendicitate non contentis. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum ut tui meo necessaria, ne fore faciat illic ad negandum, & dicam quid est dominus? & egestate compulsus fuerim, & perire nomen Dei mei, & illud: Magnus quæstus est pietas cum sufficientia, nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quæ nec auferre quid possimus, habentes alimenta & quibus tegamur ipsi contenti sumus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Dicitur persecutionem patientibus: Ne mirentur omnes, qui pie uolunt uiuere in *CHRISTO IESU* persecutionem patientur: & iterum ne frangantur. Beati qui persecutionem patiuntur & c. dicitur hanc solam uitam cogitantibus. Dulce lumen & delectabile est oculis uidere solem, si annis multis uixerit homo, & ipsi omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dies multorum, qui cum uenerint, & uanitatibus arguentur præterita. letare iuuenis ergo in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uis tui cordis, & in intuitu oculorum tuorum & scito, quod pro omnibus ipsis adducet te Deus ad iudicium. dicitur piger ad bona opera. Vade ad formicam piger, & considera uias eius, & discite sapientiam, quæ cum non habeat ducem nec præceptorem, nec principem, parat ætate cibum sibi, & congregat in messe quid comedat. usque quo piger dormies? quando conserges è somno tuo, paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus tuas, ut dormies, & ueniet tibi quasi uisitor egestas, & quasi uir armatus. si uerò impiger fueris, ueniet ut fons mensis tua & egestas longe fugiet à te. dicitur accidiosus ac etiam tristibus. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo, iucunditas cordis hæc est uita hominis, & thesaurus sine defectu sanctitatis, et exultatio uiri est longæ uitas. miserere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longè expelle à te. multos enim occidit tristitia. & non est utilitas in illa, zelus & iracundia minuit dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. dicitur uiolentis ac gulosis. quàm sufficiens est homini erudito uinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non senties dolorem, uigilia & colera & tortura uiro infimo, somnus sanitatis in homine parco, dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabit. quæ est uita quæ minuit uinum in iucunditate creatum est non in ebrietate ab initio, exultatio animæ & cordis uinum moderate potatum. sanitas est animæ & corporis

corporis sobrius potus, uinum multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit. dicitur culpas suas excusantibus, & in deum reflectentibus. Non declines cor in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. & illud solummodo hoc iuueni, quia fecit hominem rectum, & ipse se infinitis instituerit quæstionibus. dicitur desperantibus de peccato. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est ut remittat nobis. & illud. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis, quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se, quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras, dicitur diffidenti. Modicæ fidei quare dubitasti? dicitur poenitenti. Gaudium erit in cœlo super uno peccatore poenitentia agente, quam super nonaginta noxas iustis, qui non indigent poenitentia, & rursus. Epulari oportebat, quia frater mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Sed quid ago, aut quid usquam est scripturarum angulus, qui non utilibus minis ac monitis, qui non consolationibus at remedijs animæ plenus sit? uacate itaque Fratres ab occultis pestibus. & ut semel expediã, ab omnibus abstinete, in quibus uertitur animæ periculum. nolite periculū amare cum sit scriptum, Qui amat periculū, in illo peribit. nolite frequēs & ambiguū experimentum uestri quærere, aduersarij artes sunt & caute ne propriarum uirium spe, uos in præcipitem locum trahat, plurimum fiducia suggerere, credulamque animam supra se ipsam attollere solitus fertur, ut cum se delusam ceptoque lapsum senserit, erubescat etiam facillia derelinquens, sic audaciæ metus ac torpor quidam, & pessima rerum uice odium ac desperatio succedant. Vacate, hoc discrimen & hos dolos, subdite animas uestras *CHRISTO*, iugumque eius ferre deuotis ceruicibus & nihil est dulcius, illi seruire in timore & exultate ei cum tremore. Quod si regibus & superbis terræ iudicibus præcipitur quantum magis humilibus *CHRISTI* seruis præceptum intelligitur, mementote mandatorum eius, & secum percussi fœderis, quo die deserto sæculo ad illius imperium transfugistis, Habeto te ante oculos professionem uestram, uotum seruate, implete regulam, id si letè facitis, satis est, de reliquo sæpe anceps uirtuti iuncta tentatio. nam qui in qualibet, seu corporis seu animæ, opus sit extremum potentia suæ facit, citò desinet, non posse enim immodicum conatum à lassitudine procul abesse compertum est. Omni custodia seruate cor uestrum, & caute iugitudo, quæ dānosa cognoscitis, quod facile erit expertis in sæculo. quid insidiosum, quid uiolentum, quid præcipue moribus uestris formidabile fuerit, quæ nocentiora sensitis, cautius declinate, hunc ira torquebat, hunc libido, hunc superbia extollebat, hunc deprimebat accidia, hunc auaritia, & hunc gula, hunc tristis coquebat inuidia, quisque familiarē suum hostem in prælio recognoscat, & de eo maxime caueat, unde sibi amplius nocere solitū recordetur, neque uera uos tutos arbitremini, quia in castris *CHRISTI* agitatis, quauis sub optimo duce militetis, & castra munitissima sint ac fortissima, nullus tamē locus ad plenū tutus æstimandus est, quem insomnes & feri hostis obsidēt, atque circumsonant, nisi pro uallo excubent armati uigiles, contra insultus insidiasque hostium, animis atque corporibus intenti. Hos autē ubi quæram, si inter nos non inuenero, aut de quibus potius, quam de uobis dictum rear illud Esaiæ: Super muros tuos Hierusalem posui custodes & c. uigilias & excubias uestras noui, que mihi tanto peccatori & nuper & olim lachrymas exciuerunt, præcipue cogitanti, nequaquam uos esse de numero istorum, de quibus est dictum. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. sed *CHRISTUM* multo etiam magis corde quàm labijs uenerari, habet hoc autem uera uirtus, excitat animos, pungit affectus, & sicut blessi linguam spectata uirtus animi cõmendat, sic si etiã uirtutis opinio defuerit, loquēs de uirtute Demosthenes non placebit. uestræ uerò me diuinæ laudes mulcent fautor, non minus quàm si peccator quispiam, multa arte, uel ipse mihi ad aurem Aristoxeni personaret, musicam nempe suauitatē, deuotio mentis æquiparat. minus dixisse uideor, & transcendit qua ipse me sapius cogitatione reuerberās, interdum uereor ne hæc qualiacunque ex me, minus auctoritatis & minus habitura sint fidei, ne uel actionis lenitas rerū pōdus imminuat, & audire merear quod ille cæcus natus illuminatus à domino, in peccatis natus es totus, & doces nos, & sic eijciar foras. sed hæc mihi sollicitudinē imminuit uestra charitas, &

ritas & ipso *CHRISTO* simplicitas mentem iudicans, & potius auditura quid loquar quā inspectura quid uisū. Sed ad uos reuertor, quos etsi sacra heremus, uigilq; custodia præstare tutos ab omni discrimine uideatur, intentissimos & paratissimos tamē ad omnia esse oportet. tunc enim plena securitas certaq; demum pax speranda uobis est, quādo fortiter atque feliciter exacta militia, uitæ huius ab exilio, in patriam & e castris in regnum, atq; in regno regis eritis translati, & facti de laboriosis militibus ueterani, emeriti, suadete præmio, interea nolite multum confidere, neque enim antè periculorum aderit, quā uitz finis, circumspicite semper, & uelut in acie galeati loricatiq; strictis gladijs stare, nec bellatores egregios frangat labor, qui quantumcuq; sit, præmio par non erit. non magis non dicam quā una olympias mille annis, sed quā & æternitati dies unus, isq; breuissimus, facite ergo pro coelesti rege, & pro uestra salute, facite quid pleriq; mortalium pro terrenis dominis, & pro parua pecunia facere solent, hostes uestros nostis optimè, quod multis iam causa uictoriae fuit: in omni quidem bello quid agant hostes, & quid possint, scire optimum, subita enim terrēt & impræmeditata perturbāt, aduersus cognitos conatus, facilius est cautela, & leuius accedit quicquid à longe præuideris. hostes iraque uestros scitis, neque quid agant, aut quid cogitent ignoratis, occurrere partibus impijs, & uitate tria in primis hostium atq; armorum genera. Mundi laqueos, carnis illecebras, dæmonum dolos: ille uanissima spondet, hic q; familiariter blanditur, illi autē pessima cōsilia mortalibus insurrant, totū in eo uertitur ut uacētis, in hoc unum intenti ut animos uestros ab omni horum confortio distrahat, ne alijs fortē negotijs implicitos improuisi opprimāt, mundus fallit, mulcet caro, dæmones impellunt, nulla uobis inde spes, nulla hinc uoluptas, nullum uitz consiliū, omnes pariter nostras in perniciem mortemq; conspirant, & quamuis ut ab ultimo incipiam, inuisibiliter hostium ullum esse confidam, qui non uitam nostram atq; habitum, & habitaculum exhorreat, ubi tamen non timendum reat, quando paradisi limen ille non timuit, sed ingressus, & hominem ad imaginem Dei, & ipsius manu factum dolis aggressus uicit, strauit, expulit, & in exilium ac mortem trulit. Et quid loquor, aut quantulum fuit Adam fallere, qui *CHRISTVM* dominum temptauit, omnia quidē audet superbia, & inuidia stimulat, sed in nullos plura quā in *CHRISTO* famulos molitur, ubi enim felicitas amplior, & plus inuidiæ loci est. Vacate ergo atque omnibus dæmonum & eorum principis consilijs abstinere, mendax enim & mendacijs pater, sic eum uiua ueritas, talē quisquis eum in societatem admisit, inueniet. multa iste quotidie ad aurē cordis suggerit, claudite illam & aduertite, & spuite os impurum & male suadum: nolite tremiscere *CHRISTVS* suis militibus in acie laborantibus opem fert, alioquin haud dubiè tot bellatorum fatigatione deficerent, infelix quisque eum non inde repulerit, merito quē passurus quod ait Psalmus: ut scilicet diabolus sterā dextris eius. fugite hanc funestam commutationem, induistis dominum *IESVM CHRISTVM*, & armaturam eius uexillum crucis suæ uestris frontibus affixistis, sub *CHRISTO* iurastis, indixistis bellum sathanæ, quod iam inde ab exordio generis humani ille uobis indixerat, habetis ducem, cuius uel signi solius aspectum, uel nominis sacrisonum hostes ferre non ualeant, uinci hoc prælio non potestis, nisi consenseritis. Nemo consentiat, nemo transfugiat de uictore ad uictum, à potente ad ualidū, ab optimo ad pessimum, in sæcularibus historijs irrisum legimus Labienum, qui relicto Cæsare uictore, ad Pompeium transiuit, & cum tamen inter partes illas, ut fortunæ iudicium apertum, sic clarum, sic occulta discretio, quantò iustius irridendus qui *CHRISTO* uictoriosissimo rege deserto, ad illum confugit, cuius non proprium temptare, uinci, fugere modo fuerit, qui resistat primum quē eius impetum ferat. sicut enim scriptum est: Resistite diabolo & fugiet à uobis. sanè cum istud cunctis, tamē uel maximè uobis est debitum, cum enim cæteri homines, qui *CHRISTI* nomine gloriantur, semel tantum in regeneratione sacri fontis, uos & tunc, & rursus in uoto sanctæ religionis abrenunciastis aduersario, desertisq; castris illius quorū stipendium est mors, feliciter *CHRISTO* signa tulistis, conuersi perseuerate fideliter, nil hosti molestius fieri potest, dolet iste equidem, fremit, irascitur, sed quid agat, nihil amplius potest, quā quod sibi ab

aduerso

aduerso duce permittitur: sperate ergo, & æquanimis estote, nihil omnino contra suos in quorum acie uos estis *CHRISTVS* illi permittit, nunquam autem permittet, nisi pro ipsorum exercitio ac salute, ualde autem imbecillus est qui nil potest, nisi quod eius hostis uult, discamusq; nil nobis fidere, sed leuare oculos in montes, unde ueniet auxilium nobis, non tamen à montibus auxilium nostrum, sed à Domino qui fecit coelū & terrā. solent bellorū duces suos milites in pericula mittere, ut eorum uirtutem atq; animos agnoscant, at non ita noster dux, quippè qui nos ante omne sæculum nouit, sed ideò nos exercet, ut nobis notissimus, ne ut cæci & ingrati nobis tribuamus, quæ illius sunt, præclare Marcus Tullius quædam loco. O dii, inquit, immortales, uobis enim tribuā quæ uestra sunt (quid religiosius, quod gratius, aut quid omnino modestius, modo non deos iste, sed domini consiliorum suorum & rerūq; gestarū fateretur auctore, quod fortasse faceret, si inuenisset à se scriptum, non conuenire philosopho dicere deos esse, sed unum fabricatorem mundi Deum. sed ea mihi de illius ingenio spes est, ut etsi uel meum aliquo, uel abusu, lingua se calamus uulgarium tereretur & errorum, animus tamen insolito permaneret, præsertim qui præter naturale autem acumen & insitam rationem, quam inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, & unum fabricatorem mundi Deum à Platone, & à discipulo eius Aristotele, unum principem inuentibus didicisset) quod si ille diuini numeris recognoscit & prædicat, coniurationē Cathilinæ deprehensam, indicatā & oppressam, coniurationem fateor grauem atq; pestiferam, & à domestico quidē, sed mortali & uisibili hoste conflatam, quid Christianus dicet homo, cuius in mortē hinc domesticus & mortalis & uisibilis, hinc inuisibilis et immortalis hostis accingitur, quādo ut ait Ambrosius, iter uitz occulta dæmonum infestatio, uelut latronum obsidet multitudo, quibus per omnes uias supplantatores inuisi, animarum laqueos tendunt. innumerabilium mortibus expauescēdos. & Apostolus Paulus. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harū &c. & Augu. in eo libro, quem sepe hodie in testimonium acerfor, loquēti enim de ocio religioso, quid opportuniū, quā ueræ religionis liber astipuletur: Omnis, inquit, hominum dominatus, in homines, aut dominationem aut seruentium morte finitur, seruitus autem sub angelorum malorum superbia, per ipsum tempus quod est, post mortem magis metuenda est, illud etiam cuius cognoscere facile est, quod sub homine dominante liberas cogitationes habere concessum est, illos autem dominos in ipsis mentibus formidamus hos igitur non dominos, sed tyrannos superbissimos, in ipsum mētis arcem scandentes, à propugnaculis arcere, atq; horum nostræ quæ carnis coniurationem, sub nube transitorie uoluptatis abdicandæ uoluptatis abditam deprehendere, uitare, comprimere, non ne magnificum diuinæ gratiæ donum sit, ut cui contigerit, o Ciceronianam illam uocem suam merito faciat. O deus immortalis, tibi enim tribuam quæ tua sunt, & quod sequitur dicat: Nec uerò possum meo tamen ingenio dare, ut tot res, tantas, tam uarias, tam repentinas in ista turbulentissima tempestate mea sponte despexerim, tamen profecto animum meum conseruandæ animæ cupiditate intēdisti, tu me ab omnibus cæteris cogitationibus, ad unam eius solam contulisti, tu deniq; in tantis tenebris erroris, & in scientiæ clarissimum lumen pertulisti menti meæ. Hæc Ciceroniana, pro re paucissimis & immutatis in usus nostros sic uertere libuit, ut animæ salutē, & de inuisibili hoste, & doctore cognoscere, tali etiam teste discamus. In hac sententiā in hac spe igitur Fratres stare, sicut enim multa commissimus, quibus mors haud dubiè debebatur, nisi diuina clementia succurrisset, sic nihil est, quod non peccare potueramus, nisi nos à tantis malis diuina providentia perseuerasset, utrunque pariter Dei munus. & non ægritudine & ægritudine liberatum esse, & miserum non fuisse, & misericordiam non meruisse. Quorum nempe utrum sit maius dubitare potest, mihi quidem primum uidetur integrius, secundum uerò ipsa contrariorum collatione conspectius, periculiq; memoria gratius. in hac reuerentiā & sobria diuini operis recogitatione cōsistite, bona omnia illuc referte, unde sunt omnia, talibus enim opinionibus circumseptos, certū habeo inuadi posse sed nō opprimi, in hac autem uita tam ardua, tam angusta, tam uepricosa, tam lubrica, tot obicibus inter

Y 2 supra,

rupta, tot obseffa latrunculis, tuta cautio est, suspecta securitas, & quæ non spiritales tantum profectus impediatur, sed etiam temporales. Quæ enim, quæso, ista securitas est, cui dum tranquillior stabilior quæ uidebitur, subito metus interuenit, improuisa calamitas, mors inopinata, cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. igitur non dormiamus, inquit, sicut cæteri dormierunt, sed uigilemus & sobrii simus, utique non uerat quid periculis securitas secum uehat, nam quis dinumeret, quod non dicam homines, sed potentissimos populos illa pessumdedit: unico argumento, eodemque clarissimo contentus ero, sinite reuocem uos patumper, ad exempla gentilium. Romanos gentium certe dominos, & terrenæ ciuitatis absque æmulo principes, Carthaginensium metus, uirtutibus semper claros, perpetuoque deterfo exercitio seruabat, armorum periculisque frequentia, eosdem rubigine uitiorum obscurauit, parta inde cum securitate segnitie, quod præuidisse ac prænucciassè dicitur, iste uir, qui igitur tunc & in ciuitate habebatur optimus, & hac in re ipsa qua sapientiæ famam habet, Catone sapientior est inuentus, cuius sententiæ aliorum quoque illustrium conciuum dicta conueniunt, Apji Claudij & Q. Marcelli, nec fessit horum quisque, si quid rei bellicæ disciplina & imperij gloria, quas metus & negotium & labor in suo uigore tenuerunt, euerterit securitas ocium & quies, ne illud prægrauiter à poëta Satyrice dictum sit:

*Nunc patimur longe pacis mala, seuor armis
Luxuria: incubuit, uictumque ueliscitur orbem.*

Vobis quoque uestroque coetui fortasse non expedit omnimodo pacè frui, ne unà cum pace, pacis comites securitas inconsulta, & delicati ac molles affectus, denique luxus & uitia reuertantur, nec est uobis optandū, quod diu hæc fragilis uitæ militia protenditur, aduersario caruisse, ne simul & uirtutum exercitio careatis & præmio, unde dictum fuit Apostolo. Sufficit tibi gratia mea, dum rogaret, ut ab eo discederet stimulus carnis. & addita ratio. Nam uirtus in infirmitate perficitur, hanc & uos gratiam petite, & cum eodē Apostolo, in infirmitate uestra uirtutis perfectrice gloriâmini, ut in uobis CHRISTI uirtus inhaberet: optate bellum, non quidem propter se, sed propter CHRISTI gloriam & æternam pacem. In hoc sanè temporali bello, sempiternæ pacis, præuio patientiæ longanimitatis & fidei clypeo, uos armate, nihil erit aduersario formidandum, nunquam tamen desinet, tanquam leo rugiens lupusque famelicus circum ouilia uestra uersari, obijciet tunc uobis in fide scrupulos, quibus pedes ad salutem properantes uulneret, tardet, impediatur: audite regem nostrum proclamantem: Si mihi non creditis, operibus credite. Proinde si CHRISTO non creditur, cui credetur? an saxi? an ebori? an ligno muto exanimi os habenti nec loquenti? manus nec palpati? pedes nec ambulanti? aures nec audienti? nares nec odoranti? oculos nec uidenti? cui ergo similem fecistis Deum dicit Esaias? aut quam imaginem ponetis ei? nunquid sculpsit faber? aut artifex auro formabit? uel illud aut forte præsecutus, pretiosiori materiæ argenteo aut auro credere, quia scilicet simulacra gentium argenti & aurum, opera manuū hominum, quibus similes fiât, qui faciunt ea & omnes qui cōfidunt in eis. nostra tamē ætate tã multos eis credere cernimus, colitur tamen argentum & aurum tãto cultu, quãto nec CHRISTVS ipse colit, & sæpè uiuus Deus, inanimati metalli desiderio atque admiratione cōtemnitur, nō tamē adhuc aurum & argentum Deus esse credit, sed an forsitan pagano ritu religiosius insanit, an melius Herculi creditur furioso, an Marti homicidæ, an Ioni adultero & incesto, an Mercurio, pditori. & si enim uerū sit quod propheta ille maximus ait: Omnes dii gentiū dæmonia: tamē illud subintelligi oportere arbitror, uel homines dæmonis seruietres atque simillimi, quod apud eorū quod cultores, suarūque scriptores rerū facie uigilans lector inueniet, apud nostros uero nō dubiū est quidē, atque in primis Lactantiū Firmianū, quod omnē deorū scenā turpesque latebras scelerū aperies, totā rei seriē quod fuerint, quod egerint, quod mores, quæ uita, quæ exitus, quæ sepulchra operosissima disputatione cōplectit, in eo libro, quod Institutiones ueræ fidei tractare adortus, utinā tã nostra affirmare potuisset (ut Hieronymi uerborum) quod facile aliena destruxit. Quid uero si CHRISTVS cōstiti fide nōdū creditur, expectabitur

etabitur ne Messias: seu uerius utique uenturus expectabitur Antichristus, qui hostis resistēdi animo, nō ut dominus obsequendi proposito expectandus est. Messias enim uerus dominus iam uenit, ipse est CHRISTVS ille, qui exiuit à patre ubi in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, per quē scilicet omnia facta sunt, dissimulata tantisper diuinitatis maiestate, descendēs sub seruili habitu, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quid igitur seminant Iudæi, aut quis tantus & tam latens sopor, miserorum oculos oppressit, ut sperare & expectare malint, quã habere per quē salui fiant: nam ut ait Augustinus. Quid adhuc expectant alium CHRISTVM, cum hoc prohetatum legūt, & impletum uident, quod impleri non potuerit nisi per CHRISTVM. Nos ergo Fratres hunc tenentes, creatorem, redemptorem, saluatore, optimū & nobiscū familiariter conuersatum, absit ut aliū expectemus, præter eum ipsum ad iudiciū reuersurū: quē secundū eius aduentum, læti utinam & intrepidi uideamus, illi aut præsentī gaudio, per iusticiam atque insolitū se præliantes, futuri speinani, & stultissima expectatione se torqueant, quoniam nempe sex ætati nulla longior hac, quæ modo agitur, cuius initium CHRISTI ponimus ab aduentu: quid igitur præstolantur insani, nescio quē suæ gētis esse uerturū, qui iam pridem suis sedibus auulsi, & toto terrarū orbe dispersi, nec ad aliud reseruari, nisi ad sui ludibriū & ad testimoniū eius quē crucifixerant, IESVS CHRISTI inuidum ualent, aut uolunt intelligere impletū in eis, omne quod in Psalmo legūt, ex ipsius persona Dauidico ore prophetarū. Resuscita me, & retribuā eis, post eiusdem resurrectionem strati diuino iudicio, totiens attriti testantur historiz uulgatæ, testatur euerfa Hierusalem, cuius quanta fuerit ruina, ut omittā fœdā famem, & obtentu famis incredibilia & horreda facinora, quæ locus iste nō capit, ipse cæcorū numerus iudicio est, qui quoniā omnem similitudinem excedit ueri, apud illius temporis historicos & præcipuè Iosephum uirum non mediocris auctoritatis, qui ei bello interfuit, quaratur: quorum malorum omnium, quod cuiquam pio dubium esse non debet, quid aliud causa fuit, quã ista gentis impietas, & ingratitude in CHRISTVM principium omnis cladis, ab hac stulta & indigna expectatione profectum est. Quod Christus ipse similem periturā quæ urbem miseratus prædixisse legitur, adiecta causa, eo quod non cognouisset tempus uocationis suæ, quod profectio cognitionis necessariæ defectus, expectationis superuacua causa fuit, res non omnibus forsan nota, nec tamen ideo minus uera, cuius certè Tranquillus curiosissimus rerum scriptor meminit: Percrebuerant enim, inquit, Oriente toto, læta & constans opinio, esse in fati, ut eo tempore Iudæa præfecti rerum potirerentur. licet iste autē ut paganus homo, & suspicionis apud nostros, suo iure fati nomen usurpet, & uaticinium in Vespasiani principatu dicere uelit impletum, qui in Iudæa bellum gerens, ad imperium est assumptus, uerè tamen ea nobis expectatio Messie credenda est, quæ iam ante per ipsum CHRISTI tempus impleta erat, id cæci coram positū non uidentes, quod iam transierat expectabant, sicut & nunc hodieque expectant, & usque in finem ut credimus expectabunt: sed tunc ea fiducia elati eludet eos Dei sapientiā, quam ipsi crudeliter & irreuerenter eluserant, & ligno crucis affixerant, quasi iā futuri rerum domini, Romanum excutere uoluerūt iugum, celo Præposito & Legato Syriæ fugato, quæ rebellio materiam prebuit Romanis traiciendi in Asiam, & Hierosolymam obsidendi, duce belli Vespasiano, qui secū in arma primogenitum suum duxit, cuius tandem consilio ac uirtute urbs euerfa funditus ac deleta gens est. Et de Iudæis quidem hætenus. Quid deinceps, an dolosas Mahometi tabulas, an philosophorum dissonas & inextricabiles ambages, ac temerarij uirtus Auerrois, ac uenenata conuicia, & sputa ad cœlum putrido ore transmissa, an forte potius de *** ne sacrilegia Fotini, uel Manichei nugæ, uel Arrii blasphemias audiamus: quæ si omnia procul absunt à pectoribus sanis, si neque miserabilis paganorum erroris & obstinata Iudæorum cæcitas, neque odibilis Sarracenorum furor tangunt animos, aut delectant, aut ullam penitus spem ostendunt, quid circumspicimus, quid agimus, aut quæ inter huius uitæ naufragia portum petimus, præter CHRISTVM, in quo quisquis spei suæ anchoram iecit, uarijs quanquam persecutionum procellis, & expositum fluctuare & laborare quidem potest, mergi

test, mergi nequit, aut perire orate isto simul ac iubete, ne deficiat fides uestra. Nihil impossibile Deo est, in me est omnis impossibilitas assurgendi tanta peccatorum mole obruto, saluare ille potens est ego saluari nequeo, quantalibet enim clementia Dei sit: certe iustitia ratio excludit, & quamuis immensa misericordia, ad mensuram meae miseriae redigenda est, nam nec actus agentium, circa patiens in dispositum operatur, ut Physicis placet, & cum aridam stipulam tenuis fauilla succendat, aquae uis ualidum extinguit incendium. Haec & quaecunque similia obuersantur animis, siquidem salutarem metum discusso torpore afferunt, quaedam tacita uelut angelorum nos amantium consilia aestimanda sunt, sui spem omnem fiduciamque afferunt, commeta uidentur hostilia, & ancipites ad ruinae uitae: quo enim sequacem animam ducunt, nisi ad desperationem malorum omnium extremum, nihil uero uos terreat, nam nec diuina potentia ullis naturae terminis circumscribitur, neque solum in ijs quae disposita sunt, uim propriae actionis exercet, sed quae indisposita sunt disponit, & misericordia Dei, miseriam longe transcendit humanam, iustitiamque etsi non extinguit, tamen temperat ac frenat. Male de Deo sentit, male de potentia & misericordia Dei opinatur, quisquis & misereri illum uelle poenitentium, & tantum misereri posse iudicat, quantum se peccare, cum peccatum hominis quantumcunque sit, finitum certe sit, infinita Dei bonitas, infinita potentia, itaque salua spe salubri, salua sunt omnia, ubi illam abieceris actum est, gubernaculum carnis, animae nauigium in huius uitae pelago, rerum fluctibus & tentationum flatibus agitur, nusquam portus quo spes dirigebat, nusquam caelum quod spes ostendebat, sed undique pontus, ut ait Maro, undique naufragium & procellae, haec igitur summas spes tenete, nemo illam uobis extorquebit, & si magna sint ualde quae speramus, magna sunt nobis, Deo nihil est magnum, ante quemque, tanquam nihilum substantia nostra, & cuius ante oculos mille anni, tanquam dies hesternae quae praeteriit, magna sunt fateor immo quidem immensa, si humanis meritis aequentur, ad largitorem attollite mentes, pusilla omnia nec possibilia modo, sed facilia uidebuntur, nam quid est, oro, quod mutare spem & titubare animos cogit: digni nobis supplicio uidebimur, misericordia indigni, & utrobique non fallimur, nostrum enim erat affligi, illius est misereri, & dignum est, ut indignitatem nostram dignitas eius absorbeat, quod profecto non fieret, si peccatum hominis posset Dei misericordiam impedire. Esto igitur, nos odio dignissimi, ille mansuetudine & misericordia dignus est, dignus est parcere, dignus nihil odisse omnium quae fecit, dignus nullum perdere omnium quos tradidit sibi Pater, ista uolentibus, erga genus humanum Dei opera ineffabilis, cum cuncta mirabilia & plena gratiae uideantur, nihil impossibile uidebitur, nihil incredibile, stante hoc scilicet fundamento, omnipotentissimum atque optimum Deum esse, ut nil tam magnificum cogitari queat, quod iste non possit, nil tam beneficum, quod non uelit, supra hoc fundamentum, quicquid fides extruxerit, solidum stabit, & hostilibus omnino cuniculis atque arietibus inconcussum. quicquid iste suggererit, omnis illius impetus ac uis, promptis ac facilibus retundetur obiectis, ijs in fidem receptis, omnia plana sunt, uenisse Deum inter homines, partu uirgineo editum, & habitasse in nobis, docuisse uiam uitae, crucifixum, passum, mortuum, descendisse ad inferos, tartarum spoliasse, surrexisse a mortuis, ascendisse ad coelos, ad iudicium expectari, magna sunt fateor, sed quid horum omnium impossibile Deo est? quod si omnia potuit, quid est quod nouerit, omniumque quae ad creaturae suae salutem, pertinere cognosceret, aut quid non potuit *CHRISTVS* Dei filius, Deus uerus implere, quae praescire & praenunciare potuit *Esaías* Dei famulus purus homo, nec *Esaías* modo nec prophetae alij, sed *Sibylla* ut aduentum Dei omnis conditio testaretur, iste enim ait: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, quid Iudaei cogitent, quid expectent, miror, haec legentes, pudet puto mutare sententiam, at qui miseris libera uoce denuncio, impetum *Esaiae* oraculum in Maria, nec iam aut amplius parituram, mitto

mitto alia huius, & caeterorum sacra praeconia de *CHRISTO*, quae & attexere longum erat, & minime necessarium, quod & nimis multa, & nimis omnibus nota sunt, *Sibylla* autem *Erythraea* quid de *CHRISTO* praedixit, audiamus, siquidem de *Caesare Augusto* loquens, sub cuius imperio nasciturus de uirgine *CHRISTVS* erat, inde, inquit, taurus pacificus, leui mugitu, mundi climata sub tributo concludet, ecce iam, ut *Euangelicae* concordant historiae, ubi traditur, exiisse edictum a *Caesare Augusto*, ut describeretur uniuersus orbis, de aduentu autem Domini, breuiter primo uates eadem attingit his uerbis. Cuius, inquit, diebus agnus caelestis ueniet, nec multo post, id ipsum latius exequitur. In ultima, inquit, aetate humiliabitur Deus, & humiliabitur proles diuina, iungetur humanitati deitas, lacebit in foeno tanquam agnus, in puellari officio educabitur Deus & homo, non intelligo quibus uerbis illud clarius *Euangelista*, qui uidisset exprimere potuisset, quam in sancta diuino spiritu mulier, instinctu sacrae mentis expressit, quin & *Ioannis praecursoris* originem praehabuit: Signa, inquit, praecedent apud apellas, mulier uetustissima praecursorem capiet, deinde ipsius Domini progressum atque exitum sic complexa est. Elegit sibi, inquit, ex piscatoribus, & delectis numerum duodenarium unumque diabolium, non in gladio belloque *Aeneadam* urbem regesque subijciet, sed in hamo piscantis, in deiectione & pauperie superabit diuitias, superbiamque conculcabit, morte propria mortuos suscitabit, & cum mactabitur, uiuet, & regnabit & consumabuntur haec omnia, fietque regeneratio, ultimo bonos iudicabit & malos, multa deinceps exequitur, quantum datur intelligi, de *Euangelistis*, de *Paulo Apostolo*, ad postremum de quibusdam quoque religionibus claris, quae in ecclesia his diebus nouissimis sunt exortae, mihi ad praesens quae ad ipsius *CHRISTI* personam attinent, attingisse suffecerit, quae omnia eo ordine quo praedicta erant impleta conspiciamus, praeter ultimum scilicet iudicium, quo eum de re certi, de tempore dubij expectamus: & haec quidem uaticinia quia non adeo uulgata uidebantur, curiosius inserui. Quae *Erythraeae* proculdubio *Sibyllae* sunt, ut quae ex illius libro ad contextum eliciui, quae sequuntur, ut *Sibyllae* fuisse conuenit, sic cuius incertum est, cum *Sibyllas* multas *Varro* numeret, studiosissimus atque doctissimus *Latinorum*, quae a *Lactantio* sparsim posita, *Institutionum* eius libro primo, Ab *Augustino* autem recollecta, in *Ciuitatis Dei* libris disponuntur hoc ordine. In manus, inquit, infidelium postea ueniet, dabunt autem Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent uenenatos sputos, dabit uero ad uerbera simplex sanctumque dorsum, & colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod uerbum uel unde uenit, ut inferis locatur, & corona spinea coronetur: ad cibum autem fel, & ad sitim acetum, dederunt, in hospitalitatis hunc monstrabunt mensam, ipsam enim incipiens, tuum Deum non intellexisti, ludentes mortalium mentibus, sed spinis coronasti & horridum miscuisti. templi uero uelum scindetur, & medio die nox erit, tenebrosa tribus horis nimis, & morte morietur tribus diebus somno suscepto, & tunc ab inferis egressus, ad lucem ueniet, primus resurrectionis principio reuocatus ostenso. Haec uaticinia *Sibyllina*, cuiusuis *Sibyllae* sint, antiqua esse compertum est, siue fuerint *Erythraeae*, longe antiquissima esse quis dubitet, quippe cum eam, qui ferius locant, *Romulo* regnante circa urbis conditae aetatem, alij autem multo ante *Troiam* belli uaticinatam fuisse temporibus, tradant, qua aetate ipsam *Cumeam Sibyllam* floruisse nulla uidetur esse dubitatio. Haec si quis acriter animum intendat, non minus *Euangelica* quam *Prophetica*, hoc est non uaticinia magis, quam historiae uideantur, quod eorum euidentissima claritas facit, ut quasi de praeterito dici putet, qui mos quoque *Propheticus*, quod ut de pluribus probem, satis a *Gregorio* probatum, unum uerbum *Sibyllinum* *Dauidico* consonum annotabo. Vbi enim ille ait, Et dederunt in escam meam fel & in siti &c. ita quid audiuitis, nempe tam simile, ut uno ore locuti uideantur, qui haud dubie uno spiritu loquebantur: & haec quidem ac mille alia de *CHRISTO*, ante carnalem eius originem dicta erant, & circa ipsum tempus originis repetita sunt, quibus uero & aeterno Dei filio temporalis fides hominum quare-

retur, quod non modò per Prophetas & electos suos, sed per alienigenas siue sanctos, qualis est Iob, siue etiã infideles actum est, quid dicerent ignorantes. huc etenim & ista trahi possunt quæ Virgilius in Bucolicis de alio loquens ait:

*Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo dimittitur alto.*

Et in Aeneidæ de Augusti imperio agens, sub quo *CHRISTVM* natũ suprà diximus ait:

*Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna,
Responsus horrent diuum, & Mædida tellus,
Et septem gemini turbant trepida ostia Nilii.*

Quæ quidem religiosus & pius lector, quamuis de Cæsare dicta, ad cœlestem potius trahet imperatorem, cuius aduentum toto orbe signa præcesserant, quæ audiens Poëta, neq; altius aspirans, ad imperatoris Romani, quo nil maius nouerat, reflexit aduentum, cuius si uera lax oculis affulsisset, haud dubiè ad alium reflexisset. Nobis uerò iam, gratias illi qui usque adeò immeritos nos dilexit, hæc omnia sine ullis externis testibus clara sunt, & ita se oculis fidelium diuinæ lucis radij infundunt, ut nemo cæcus sit, qui non iustitiæ solem *CHRISTVM* mente prospiciat, & quamuis ab ipsa ueritate uerissimè dictum sit: Beati oculi, qui uident quæ uos uidetis. Ego tamen hanc ipsam in terra luminis claritatem, qua post *CHRISTI* reditum ad cœlos, & nunc usque ad finem sæculi deuoræ animæ, non carnis oculis, sed spiritus acie *CHRISTVM* uident, illi corporeæ uisioni, quæ ex parte non imparẽ demonstrabo, ualdè quidem fateor, nam quis neget, foelices oculos, quibus in carne *CHRISTVS* apparuit, quàm prædulce enim spectaculum uidere nostra carne nostraq; anima uestitũ Deum, audire uerba, incessum aspicerẽ, notare actus, inter homines conuersantis quem stupent angeli, quæ adorant, cuius pascunt intuitu, cuius imperio gloriant, grande prorsus & mirificũ spectaculũ posse dicere: ecce hic homo est quæ audio, quæ tango, quem uideo, homo, inquam, mortalis, uerus inquam homo, & cui præter peccatũ ortusq; mūditiã, de nostra humanitate nihil desit, & rursus, ecce hic idẽ Deus nũc terras inhabitans, & terrenas patiens ærumnas, paupertatẽ, famem, frigus, æstum, dolores animi & corporis, tandẽ passurus & crucẽ, sed in illa mortẽ moriẽdo uicturus. ecce ut carnis pedibus, terrã pmit, q; cœlũ creauit ac terrã, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. Videre ad suppliciu duci, q; solẽ lunãq; & stellas, suis in terrã uis ageret, spectare in patibulo pendentẽ & languidũ uix ferentẽ caput, q; tamẽ maximè cœlũ ac terras & maria, suo regeret ac sustentaret imperio, usq; adeò, ut terras tremor quateret, & cœlũ tenebrosus pallor inuolueret, ad nutũ sui creatoris, orbe turbato, eaq; omnia, p nostra salute credere, magna hæc & deuoris inuidiosa animis, sed est aliqd, q; nobis licet extremis mortaliũ cõtingitẽ foelicius uideat, q; igit nō miret, se familiaritate cõtemni, aut q; in quo ferat animo, idẽ sibi accidere q; *CHRISTO*, ille equidẽ à multis, stupendũ dictũ, familiaritate sacratissima contemptus fuit, quia inter eos natus atq; uersatus erat, quos saluare poterat & uolebat, ab eisdem fabri filius, & comestor carniũ, & dæmoniũ habens, blasphemus & seductor dici meruit: q; aduertens ipse ait. Nemo ppheta sine honore nisi in patria sua, uerũ hæc ab infidelibus est passus, dicat aliq; fatebor, sed & fidelium fidem titubasse, & ipsa etiã Apostolorũ corda saluatoris morte turbatũ cõperimus, & Thomæ duritiã pfutura, posteris legimus. Quæ si adhuc uiuo uel rediuitio iam *CHRISTO* fidelibus cõtingere poterunt, q; miret *CHRISTO* ad cœlũ unde uenerat iã ingresso, & ab oculis hominũ amoto, illas tam multas blasphemias, quibus à nostris, præcipuè ab Augustino studiosè grauiterquẽ responsum est, ita, ut acuti uir ingenij Porphyrius præstringente oculos, pura ueritatis luce conuictus sit. quod de eo dicas, quod non hominis, sed Dei cuiuspiam, ut aiunt, uerè autem dæmonis ore confictum fertur, cum uideret enim *CHRISTO* nomen dolorem atque tormentum suum, in orbe terrarum ante expectatum cœlari, & ueram fidem martyrum supplicij assidua roborari, non ausus quæ in oculis omnium erant præsentia negare, de futuro uaticinari, miris cœpit ambagibus, sed neque tunc equidem in

CHRISTVM

CHRISTVM loqui ausus, Petrum apostolũ maleficijs atq; artibus magicis Christianæ fidei fundamentũ statuisse ait, non tamen nisi trecentis, & sexaginta duraturũ annis, atq; illis exactis è uestigio ruiturã, quo mendacio quid sibi uoluerit, nō uideo nisi uel mentiendi more nō deserere, uel in q; magnis inclinor, miseris animas in dubiũ adducere, & ab exortu lucis radijs aduersas in præteritarũ tenebrarũ reuocare caliginẽ. Ita uero nugator & falsus ille spiritus, & quicumque esset, *CHRISTVM* non amore spontaneo, sed coacta reuerentiã excusans, Petrum uirum innocentissimum ac simplicem piscatorem magis reum facit: Et infert, quod nullo coarguente falsum pateat, dictis cum magicis artibus laboribus ac periculis multis, atque ad ultimum ignominiosa & truci etiã morte sua quæsiuisse famam, aliter quoque studio effecisse, quod iam suprà diximus, non ut ipse, sed ut *CHRISTVS* & non nisi breui tempore haberetur Deus. Vbi efficacissima uidetur Augustini percunctatio. Si enim inquit, Petrus maleficus fecit, ut *CHRISTVM* sic diligeret mundus, quid fecit innocens *CHRISTVS* ut eum sic diligeret Petrus, nec minus efficax annexa responsio est. Respondeant, inquit, igitur sibi, & si possunt intelligant, in illa superna gratia factũ esse, ut propter æternam uitã *CHRISTVM* diligeret mūdus, qua gratia factũ est, & propter æternã uitã, ab illo accipiendã, & usq; ad tempora nostra, mortẽ pro illo patiendã *CHRISTVM* diligeret Petrus. me uerò non tam reliqua tacitũ sequi iuuat, quàm super ijs ipsis exclamare. ò rationabilis anima, ò diuina uis ingenij, cui neque lux ad deregendas hostiũ fraudes, neque robur ad firmandas amicorum mentes desit, cuius & interrogatio et responsio talis est qualis & fidei pugilem, & ueritatis athletam decet, itaque satis reor illum signiferum ciuitatis Dei, in cuius libris hæc ait, sæpè consilijs suis exercitum hostiũ terruisse, eorumquẽ cogitatus impios, à mœnibus repulisse, Ecclesiæ pace uel reddita uel seruata. quod tum sæpè alibi, tamen in hoc præcipuè in hoc hostili calumnia notum fecit, ubi dæmoniacũ commentum, quo interminabilis *CHRISTI* fides, ad tam exigui temporis metam redigi uidebatur, infregit, supputatione temporum falsum docens quod ille prædixerat, & sua ætate, qualibrum seu maximè locum illum scriberet, præterisse, iam præfixum christianæ durationi terminum. & si ritè recoło, octo præterea & triginta annorum spatium effluxisse, eoquẽ potissimum tempore, quo casurũ penitus *CHRISTI* nomen credebatur, idẽ propter ipsum *CHRISTI* nomen apud caput Africæ Carthaginẽ fuisse subuersam, atq; ita dum maximè ruina speraretur, tum & solidatum fidei fundamentũ, & culmen ecclesiæ spolijs hostilibus exornatũ. Et iste quidem plè, arguẽ, fideliter more sed suo, sacrilegium deprehendit, mēdaciũquẽ derexit. Cæterum fortan nimis exiliter probatum uideri poterit animis ad credendum tardioribus, suggerente, nunc etiã dæmone, non idẽ falsum omnino uaticiniũ uideri, quod parumper erratum esset in tempore, hoc est igitur, quod dicebam, in quo foelicius nobiscum agitur. De quo mihi uideor asserturus *CHRISTVM* in carne, non uidimus eo modo quo Apostolis est uisus, quamuis eum in operibus mirabilem suorum, si non oculos claudimus, assidue uideamus, sed uideamus utique indicantem, atque firmatam fidem, quam illi sæpè tremulam uiderunt. uidimus longè latequẽ uulgatum *CHRISTI* cultum, & quanquam segnitie & recordiaquẽ nostra, *CHRISTO* nihil, nobis multa decreuerint, multo tamen adhuc latius, quàm tunc resonat *CHRISTI* laus. miramur imperia regesquẽ persecutores olim Christianæ religionis, nunc in *CHRISTI* nomine & in crucis obprobrio gloriantes, rusticos cernimus iam de fide certiores, quàm nunc esset Apostolus Thomas. nec locum clauorum nec uulnera requirentes. multos scimus pro *CHRISTO* intrepidè mortuos & paratos mori, & non solum unius solum hostiarũ uocibus, sed omnium tyrannorum minis atque tormentis immobili patientia, uictam impiorum rabiẽ, Carnificum duritiẽ fatigatam, iniectum pudorem iudicibus, & repente de tortoribus martyres euasisse. non quod nos peccatores, Apostolis, ut apostolicis uiris, aut omnino ætatem nostram illi conferam, sed quod (nisi fallor) ad nos quoque, diuinæ munus gratiæ peruenisse uideo, eodem ipso largiẽte, qui dat omnibus affluenter nec improperat, quicq; operarios horæ undecimæ non prioribus tantũ

Y S æquat,

æquat, sed in exiitione diem mercedis, ab eis incipiens, de nouissimis, primos facit. quam, uis enim Dei filius, ut iudex puniat, miseretur ut pater. Plus multò paternæ clementiæ retinens, quàm iudiciarij rigoris, quod si nō ita esset, iam dudū nihil reliqui superesset, in quo puniremur, tantò enim est maior uis quàm ægrotantis, & faucis humanæ naturæ uigor, nisi eam qui condidit adiuuaret, cuius uel gratiæ magnitudinem, uel consilij altitudinem super filios hominum, quis ne dicam humanis uerbis explicet, sed humana mēte concipiatur nempè ad diuinum munus metiendum, diuino auxilio est opus, & Dei gratiam agnoscere, gratia Dei est, non est hominis per se ipsum cœleste mysterium scrutari, tamen & cæci & claudi, licet in tenebras fessi, recta semitam palpitantes quarunt. Loquar pauca, de his quorum scientiam quæro magis quàm profiteor, en fragilitas nostra ante oculos nostris semper, nihil agimus quod non humanæ nos conditionis admoneat atque miseræ, de qua tamen integros ediderunt libros, tractatus alij eximios, de qua Plinius secundus, VII. naturalis Historiæ breuiter attingit, sed stilo excellēti ac florida ubertate sententiarum, de qua & Augustinus latius agit in libro de Ciuitate Dei, unde Cicero ante omnes librum suæ consolationis impleuerat. de qua mihi quoque nōnunquā fuit impetus loqui aliquid, & uagantem calamum in hos fines immittere, nisi quia & nimis magna, & nimis nota res uisa est, quod etiam multa se offerrent, ut unde ordire, aut quid potissimum dicerem incertus, nunquam satis explicare posse tantam arbitrarer, & superuacuum uideretur, quicquid ea de re dictum esset, & de qua non dici nihil posset ab homine. Hoc unum itaque commemorasse satis esse, nil miserius homine, nil debilius, nil pauperius, & aduētitiæ opis egentius, quamuis indigentiam, imbecillitatem, & miseriam hanc, unde sumus, & quid simus, & ne futuri simus quibus uē transmittimur, unde, quo pergamus, nisi nos fallimus, & sine libris, & sine cuiusquā admonitione scimus experti, neque dum non meminimus, horum possumus obliuisci. Contrā uerò diuinæ naturæ omnipotentissimam maiestatem, non tam scimus quàm opinamur inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciētes Attoniti, & ueluti luce solis luce mortales uincente oculos, Hoc unum scimus, non quod nihil scimus, ut parum intellectui suo fidens, sit Socrates, sed hoc certè, rem esse ineffabilem & incomprehensibilem, ac nostris ingenijs inaccessible, horror stuporque ferat animum nostrum, simul humilitatem & illius altitudinem contemplantis, illud quod ne contemplari quidem, ad plenum possumus, ex quo factum est, quis antequàm fieret cogitasset, quo scilicet quam potenti, & quam misericordi remedio huic tantæ miseræ sit consultum, lippi et & inualidi, adhuc tantæ lucis aciem ferre non possumus, & in ipsum lumen, quod amamus figere oculos non audemus, tali tamen foelices impotentia, quibus plus gratiæ collatum est, nō dico quam mereamur, aut mereri ualeamus, quorum omne meritum in primo parente, quasi uigor arboris in radice aruit, non dico, quam pro quo dignas grates saltem uerbo persoluere, sed plus intelligere uel ueniter suspicari. Gaude igitur humana natura de extremis miserijs, facta foelicio, quam, toto capere possis ingenio, intendite quæso, huc ingenia literata, audite Plato, Aristoteles, Pythagoras, non hic ridiculus ille circuitus animarū, & uana *μετὰ τὸν οὐρανόν*. Sed maius quoddā ueræ salutis archanū latet, audi Varro sturdiosissime hominū, abdicarūq; rerū q̄sitor ardentissime. nō hic tuorū turba et fallaciæ Deorū, sed unius Dei ueritas pietatq; describit. adeste Cicero atq; Demosthenes, nō forensis sed cœlestis causa agitur, qd hic ingenitū, qd facundia, uera possit experiemini, & uos Homere ac Virgīli adestote animis. non hic Græci reges, aut Romani imperatores & duces neq; fallus ille superi regnator olympi Iuppiter, sed regnator cœli uerus dicitur *CHRISTVS* cogitate inter cœlum & terras quanta distantia est. & ubi diu frustra, ita tandē utiliter laborare animis ut terra salua sit, necessario illā iungi quibus id artibus fiet. Hic uestrum acumen, hic uestram intelligentiam requiro, nunquam reor talia cogitastis, cogitate modo, & intendite, excitare animos ingenia subleuate. puto autem cum ualde surrexerint, mox ad destinatam peruenire nequeuntia, & labore indaginis fessa subsident. multa de nubibus, de imbribus, de fluminibus, de uentis, de glaciē, de niue, de tempestate, de grandine, multa de animalium

animalium naturis, de potentijs herbarum, de qualitibus rerum, multa deniq; de tumore pelagi, de tremore terrarum, de motu cœli ac stellarum, disputata acriter ac tractata subriter reliquistis: at quibus modis cœlū terræ iungeretur atque uniretur, unum hic ex omnibus non uidistis, magnum & forsan & profus impossibile, contraque naturæ leges uideatur, tam magna tamq; distantia iungere, aut qui maius quiddam multò distantius est, quid moueri oportet, & inclinari ut terra soluetur. Inter cœlum nempè & terram distantia, ingens fateor, sed finita est, inter Deum & hominem infinita, homo quidem terra est, unde nomen accepit, de terra orrus, in terra uiuens, in terram reuersurus. Deus autem non cœlum, sed cœli conditor, tantum cœlo quantum terra altior, utrobique tātundem præfens, & tantundem distans, & si enim cœlum terra nobilius non negetur, idem tamen utriusque creator ac rector Deus, qui fecit cœlum & terram, maria & omnia quæ in eis sunt, & loca spatiij non capax, ex quo omnem suam regit, ac supereminet creaturam. Quid igitur fiet, uos interrogo doctissimi homines, quæ multa curiosius quoq; quàm oportuit libris ac memoriæ mandantes, unum quod & maximum erat, & summæ salutiferum, atque apprimè necessarium siluistis. In quibusdam sanè codicibus uestris prædicari Deum, & eius uerbū, & multa quæ circa summum fidei uerticem & cœternam patris filij personā Euangelicis apicibus conueniant, Augustino testante, notū est, quod scilicet, In principio erat uerbum, & uerbū erat apud Deū, & Deus erat uerbum. quodque omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod aut qualiter uerbū illud caro factū sit, qualiter terræ notum habitauit in nobis, hoc doctus Plato nesciuit, ut ait Hieronymus, hoc Demosthenes eloquens ignorauit, quorū primus dixisse fertur, nullus Deus miscetur hominibus. at qui uel falsum hoc populo dixisti, uel falso tibi sententiæ huius inuidia data est. quantò melius hac in parte Seneca. ait enim, Deus ad homines uenit, nulla sine Deo mēs bona est, certè Deus noster ad nos uenit, ut ad eum nos iremus idemq; Deus noster hominibus mixtus est, quando habitu inuētus ut homo, habitauit in nobis. Profectò enim, quod non tantum Plato negans, sed & Seneca confitens ignorabat, quodque profus ignotum erat homini, nisi cui forte diuinitas reuelasset, immota lege, diuina consilij ab æterno tollenda erat humanitas, inclinanda diuinitas, utrunque pariter factum, & salubris celebrata coniunctio est, sine qua egra semper & languens humanitas iacuisset. Neutrū absq; altero potuit fieri, aut per alium fieri, quā per eum, qui inclinat cœlos suos & descendit, qui respicit terram & facit eam tremere, per illū itaq; nec per alium factum est. ò inenarrabile sacramentum, nam quo altius humanitas attolli poterat, quā ut homo ex anima rationali & humana carne subsistens, homo mortalis casibus, pro talibus necessitatibus nostris obnoxij, & ut paucis absoluam, uerus ac perfectus homo, & à uerbo filio Dei, Patriq; consubstantiali & cœterno in Deum atq; in unitatē personæ ineffabiliter assumptus, duas in se naturas, mira rerum profus imparium aggregatione coniungeret. quo inquā, homo poterat altius ascendere, quàm ut homo Deus erat, ex diuerso, quo nō magis deprimi inclinariq; diuinitas poterat, quàm ut persecutiones, iniurias, terrores, & mala nostra præter peccatū, omnia passurum, mortale corpusq; indueret, cum quousq; ad ultimas cōtumelias, ad uerbera, ad passionem ac mortē, mortem aut crucis, pro salute assumpta hominis humiliata descenderet: quæq; tam magna, tamq; supra intellectū erant, ut ea capere ingenia dura & superbia non possent. quippe qui nō ingenio sed & fide capiuntur, fecerūt sibi hæreses innumeras. & in primis duas, quarū altera *CHRISTVM* Deū tantū & nō hominē, altera hominē & nō Deum decepti cōtendūt, ceterū utriusq; duriciēs ut reliquarū omnium, ueræ fidei malleis concussa, fidelib. cautionem, suis actoribus interitū sempiternū peperit, iamq; ad eō prouulgata est ueritas, ut aliquando fortè uirus mortiferi dogmatis, latere aut fallere catholicū gustū quæat, omnia passim in oculis, atq; in manib. sunt, frustra iam pijs foribus obuersatur circulari hæreticus, frustra inuisibilis hostis accingitur, patescunt doli omnes, artesq; omnes translucunt, pastor hunc horridus, hunc feriat miles, durus fossor, insomnis mercator, nauita uagus, deniq; hūc fidelis spernet anicula, & si enim explicite fidei articulos defensionem quæ non

quæ nō nouerit, assuetæ tamen aures piæ ueris dogmatibus, & oppletæ diuinorum atque cœlestium fragore tonitruorum, contra omne sacrilegium, & simplicitate confessionis & fidei firmitate uallatur, sed deinde uictus, temporis malitia ambiguoq; successu dicit: Esto sit Deus *CHRISTVS*, quis illi obediet, quis implebit imperata tam dura: si saluari homines uellet, aut plus uirium daret, aut leuiora præciperet. rursus: Et quis consilium Dei nouit, cum sæpè homines lateant humana consilia; quis scit an idcirco præcipiat ut excitet, idè minetur ut terreat, ut impleti memor in iudicio sit, præcepti futurus immemor neglecti. contra hanc impiam atq; falsiloquã suggestionem, fratres mei clamemus singuli, clamemus omnes ad dominum, & exaudiet nos, & introibit in aures eius iustus clamor. dicat quisq; maximo animæ nisu potest, & uocem lachrymis, si datur, aspergat frangatq; spiritu, nulla melodia Deo suauior est, uult iste amari, uult de se sperari, uult cum gemitibus orari. dicat autem quisque: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa, spiritus quidem carnem & ossa non habet, linguam uocemq; non habet, quibus igitur instrumentis loquitur; ò utinam deforent & instrumenta periculis quæ nostris illius exarmatione succursum esset, quod fortasse idè non fit, ut aduersus hunc hostem, nostra militia quò laboriosior, eò clarior sit acceptiorq; duci nostro. Loquitur ille multa intus in anima, quæ quisque uestrum tacitus, non sine graui exercitio suo fert. ualde autem prouidentia cauendique sunt hostes, quo intra muros ut ita dixerim, ita familiaribus insidijs inq; intimis animæ penetralibus experitura habet, tum interdum & linguas & uocem, & quas ore, dicat aliquis; nempe linguas impiorum hominum, uocem uulgi siquidem è tot linguis una totius populi uox est, laudat uoluptatem, uirtutem despicit, *CHRISTI* uiam, uel ambiguam, uel inaccessibilem saltè dicit. raros ueritas testis habet, inter hæc uiuimus, & hæc temporum particulam cum lecti sumus, hijs moribus non utendum dico, sed resistendum, quod nobis miseris, quib. adhuc intus seculi fluctus anceps, nauigatio agitur, laboriosum longeq; difficile dixerim: nam & æstu rapimur rerum temporalium, nec plus ocij obtigit, quam quod nobis peccatorum & occupationum nostrarum intermissione permittitur, uobis uerò iam portus tuta tenentibus, circumspectio prouisioque facilius multo est, absconditis equidem mundi nodos, negotiorum laqueos, uincularum, nudis & liberi multis è tempestatibus enatastis, ubi quiescere liceat & uacare, itaque ad illud eximium salutis studium, cui uni neglectis, omnibus alijs intenditis, necessario ocio abundantes, hoc tamen magno, licet paucis cognito Dei dono utimini parcè, sobriè, sollicitè, ne qua uobis ex ocio, ut fit tum uoluptas occupatio renascatur: ocio etenim est opus, non resolutio, inertiatque eneruante animos, sed stenuo, & quid maxime uestrum est, religioso & pio. Hoc ergo fratres agite, hoc ad salutem tramite pergite, nullus rector, nullos tutor, atque idè toties hoc à uobis hodie postulo, ut uacatis, ubi enim Hieronymiana translatio habet Vacate, uertior habebat, ocium agite, cui inhaerens Augustinus ait: Vnum certè querimus quo nihil est simplicius, ergo simplicitate cordis quæramus illum, agite, inquit, & agnosceris quia ego sum dominus, non ocium desiderat, sed ocium cogitationis, ut à locis ac temporibus uacet. ò profundum & salubre consilium fratres, quod ut ad liquidum intelligeretur, adiecit. Hæc enim fantasmata tumoris & uolubilitatis, constantem unitatem uidere non sinunt, loca offerunt quod amemus, tempora surripunt quod amamus, & relinquunt in animo turbas fantasmatum, quibus in aliud atque aliud cupiditas incitatur, ita fit inquietus & criminofus animus. & frustra tenere in quibus tenetur exoptans, uocatur ergo ad ocium, id est, ut ista non diligat, quæ diligere sine labore non possunt. Hæc iste uir & pietate magnus & literis, ego autem fratres ad hoc ocium uoco, hoc postulo, hoc hortor, hoc obsecro, agite ocium & uacate, ambo enim paria immò equidem unum sunt, sicut & quæ sequuntur agnosceris, quia ego sum dominus, & uidebitis quia ego sum Deus. Dulcis uia, foelix terminus, Vacate & uidete, ocium agere & agnoscere. & non modò per breuissimam laborem ad longæuam requiem, quod ipsum peroptabile erat, sed quod immensum gratia est, & temporale gaudium ad æterna conscendere, in hoc culmè scandite, unde ascendendi altius est uia,

est uia, & in huius ocij arte consistite, hinc nullo strepitu auribus, nullo puluere rerum transeuntium obstante oculis, omnes hostis dolos tendiculasque prospicite. Quamuis ut dixi enim illi gratias, qui nos omnem ueritatem docuit, iam eousque profectum, uel suapte natura, uel consuetudine in naturam uersa, unde instituta mentes atque aures ultrò respuerè didicerint, quicquid aptè dissonum uerò est, illud tamen occultius diabolicum murmur, ex ore impij cauendum, qui apparenter melior, sed deterior existet, *CHRISTVM* laudando impedire cogitet, uestrum iter, quo ad *CHRISTVM* peruenitur, iste quidem ager hoc modo, sanctum fateor quicquid *CHRISTVS* iubet, sed implere præcepta Dei supra hominem est, itaq; si in rerum humanarum executione laboramus, usque adeò ut sæpè nos cepto impares agnoscamus, atque idè meliore consilio desistamus, quid de diuinis est sperandum, linquamus ergo ille angelis, quorum excellentissimi etiam sub pondere corruerunt. cœlestia sanè cœlicolæ, nos humanum tractemus, & fortasse consultius fuerit, non ingredi iter hoc arduum præruptumque, quam medio calle desistere, & hac saltè uita, dum adest frui, quam spem incerti certum prodere. Veniet alter eo periculosior quo proximi or, uera qui & rectas *CHRISTI* semitas & sancta iussa fatebitur, & has peruias & hæc possibilia non negabit, sed difficultatem rerum nostrarum que molliciem, multoque maxime nostræ ætatis decus, desperatis ac perditis moribus, nihil à quoquam satis, ne dicam nimium, dici potest uerbis exaggeras, feruenti proposito, quoddam diffidentia frigus aspererit, aut fortè facilia prædicans, differenda concludet, posse enim cum libuerit impleri, dandam quoque partem temporis huic uitæ, cuius muneribus haud dubiè sit aptior uirens ætas, cætera senibus committenda, quod maturioribus opportunum consilijs sit, attamen maxime de altera uita cogitandum, dum huius finis in proximo est, eo præsertim, quod in omnibus rebus sit ordo pulcherrimus, & cum semel abcesseris, turpis ad ista sit reditus, non minus Deo placuisse qui poenitentiam egerunt, quam qui sic uixerunt, ut eo remedio non egerent. Horum hac similitum suafores nō deerunt, uel sermones hominum uel taciti cogitatus, quod sibi contingere posse, quis non miretur, cum contingerit Augustino, quod ex confessionibus suis constat, & iam contigisset Antonio tam duri proposito, & tam solidæ uirtutis ac fidei uiro, quod Anastasij testimonio notum est, unde dicit: Vos autem fratres eodem quo Antonius orationis clypeo, hæc hostis tela repellite, siquidem diaboli telum est, quicquid loquitur impiorum os. multa igitur tela iaculatur, multas etenim linguas habet, seu totidem armenta, quibus hostilia uenenata contorqueat, nec linguas modo, & oculos & aures & manus habet, & brachia & pedes, deniq; sicut iusti anima sedes *CHRISTI*, sic impij anima sedes est diaboli, & sicut animæ, sic & in anima præsidet totum corpus obtemperat, inde igitur suadente illo talia, quid detur, aut quid opponatur uobis ad linguam dolosam, si hoc queritis respondetur uobis per Prophetas. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. ò ingentis mali remediū opportunum atq; efficax, quo genere sermonis alibi utitur Propheta idem. Sicut sagittæ in manu potentis ita filij excursorum. Vnde non immeritò hic queri solet, quis hic potens, quæ sint hæc sagittæ, qui sint hij carbones, & certè nemo potens, nisi cum dictum est: Scio quia omnia potes, & nulla te laet cogitatio. & ab alio quodam. Multum ualere tibi soli superat semper, & uirtuti brachij tui quis resistet? quoniam tanquam momentum stateræ, sic ante te est orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram, sed miseris omnium, quoniam omnia potes. Hic est Fratres solus uerus potens, nam quis quæso alius potens? aut quantula nostra potentia est? seu uera nostra fragilitas, in hoc præangusto terræ habitabili angulo, siue ut propriè dicam puncto, qui sit terra, ad uniuersum puncti rationem obrinet, puncti punctus esse depræhenditur, in quo quidè omnino digni mortales, genus laboriosum, anxium, sollicitum, tanto mori motu, totque paludibus obruto, tot desertis inhospito & inculto amnibus montibusque distincto, tot regnis ac imperijs scisso, tot bellis ac discordijs inquieto, quo tam fugibus curis, tam longo labore breuique tempore possidendo, non secus ac perpetuo superbimus, cuius fugitiua foelicitas, quamuis

quamuis in sancto fulgore præfringente oculos, aliquid esse videatur, quid tamen uerè sit multis experimentis, sed nullo clarius quam morte cognoscitur. Sagittas uerò, quas alias opinemur, nisi Apostolos & nuncios, quos potèss iste, de quo loquimur in medio suorum hostium iaculatus est, seu uerba uitæ & testimonia Euangelij late sparsa, siue per illos, siue per ipsum regum ac populorum infixæ pectoribus. Non doloribus asperi, sed præ dulcis amoris cauterio uulnere, de quibus ipse non semel, sed iterum & iterum gloriabundus & exultans dicit. In nomine domini, quia ultus sum in eos, uerè igitur potens, & paucis sagittis orbem domuit, sequè de tot aduersarijs ulciscens, tot animas duci hostium eripuit. uerè acuta sagittæ, quæ facili tactu durissimis adhiesere præcordijs. Carbones uerò desolatorios seu uastatores. utrunque enim in antiquis codicibus lectum est, quid aliud putem, nisi ardentes & ignitas animas eorum, qui uos in hoc sancto proposito præcesserunt, sæpe cui uerba non proderant, exempla profuere, puduit què non sequi, cui non credere non pudebat, tanto uehementior aculeus est actuum, quàm uerborum. aduersus igitur linguam dolosam, ne ancipiti cuspidè tenerum cor transfigat, duo hæc strata remedia sunt. Sagittæ potentis acutæ, si iste forte non sufficiat, carbones desolatorij. Dicam aliquid ne res careat exemplo, in primis meditare tu quisquis in hoc statu es, quàm dolosa lingua circumstrepat, quàm potens est, qui tibi hunc animum dedit, quàm facile illi sit quod inspirauit fouere, perficere quod inceperat, audis illam ueris falsa miscentem, ne si falsa sint omnia, pariter respiciantur. dicet, Caue ne quam timeas, ne cui te submittas, nil libertate melius, liber esto. Quid uano terrore, quid humili seruitute deijceris. Respondebis, primum ore Mosaiico, deinde per seipsam uera ueritas, ut dominum Deum tuum adores, & illi soli seruias, Nec tantum modò uiri, sed & mulier uidua Deum alloquens. Tibi seruiat, inquit, omnis creatura tua: Propheta autem, Rex & reges, & omnia seruite domino, cui seruiendum esse, nunc in timore, nunc in lætitiâ, denunciat, illi igitur & ego seruiam lætus ac metuens, cui sic seruiens liber ero, immò uerò cui seruiens regnabo. dicit iste, Seruitus aspera, iugum graue, respondebis autem. Dominus meus tam uerax quàm tu mendax, contrarium clamat, iugum suum suauè & onus suum leuè. Dicit iste. Tu peccator fragilis & mortalis. responde. At dominus meus fortis, sanctus & immortalis, si fatiger, illi hærebo, illius in gremio conuiescam, habet & fatigatio uoluptatem suam, & gratiorem efficit quietem. sunt qui fatigationem exercitio quærant, si quid sanè me impulerit in illi ibo, ille immobilis fixus, infatigabilis, & mei amans, non se auertet, nec corruam. si in illo confidam, non erubescam, neque me iridebunt inimici mei. ad diuina deinde consilia te conuerteris, teq; ipsius CHRISTI uerbis armabis, audiens enim ab isto prænunciatas huius uitæ molestias, & labores, & pericula, & scandala, & quicquid in hoc cursu temporum patiendum tibi est. audies ab aduerso melioris uitæ præmia, atque solatia in finem promissa laborantibus, hoc tibi datur & opponitur ad linguam dolosam, sine hoc quidem satis est, sed penetrabilior aduersarij cuspidis, urgere non desinit, & peccatorum cumulos, & fragilitatem conditionis ingere, ut iter durum, tempus asperum, ingens sarcina, tu delicatus mollis, infirmus, æger, adulescens, senex. Hi enim omnes sibi sunt, linguæ dolosæ, quid laboras, seu quo pergis, quid uel tam materiam præoccupas, uel tam sero aggredieris, gaude potius dum licet, de futuro uideat fortuna, quotiens istis urgemini fratres, neq; ad defensionem uerba, neq; acutæ sufficiunt sagittæ, tamen demonum carbones desolatorij in medium præferant. ego ne foeminis ac puellis infirmior, quæ sæpe non exiguum laborem ut ego, sed tam multa terribilia, & terribilium extremum, alacres pro CHRISTI nomine sunt perpeffæ, ego imbecillior Gregorio, delicatior Arsenio, uoluptuosior superbior què sum regibus, & filijs regum, qui totiens propter CHRISTVM regna & regnorum delicias, sæpe etiã spiritum contempserunt. non hoc iter primi non ultimi agitis, habetis & uos propositi uestri duces, habet enim ut Hieronymus, unus quisq; propositi sui principes. Romani duces imitentur Camilos, Fabricios, Regulos, Scipiones, Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, & Platonem, Aristotelem: Poëtæ emulentur Homerum, Vergilium, Menandrum, Terentium. Historici,

Historici, Thucydidem, Salustium, Herodotum, Lium, Oratores, Liliam, Gracchos, Demosthenem, Tullium. & nunc ad nostra ueniamus, Episcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apostolos & Apostolicos uiros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum. nos autem habemus propositi nostri principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad scripturarum ueritatem redeamus, noster princeps Helias; noster Heliseus, nostri duces filij Prophetarum. Equidem Fratres hij sunt nostri duces, qui Hieronymi duces erant, insuper ipse Hieronymus & Augustinus & Gregorius, & omnino quisquis aliquando hætenus proximi amore, solitaria atque heremiticam agens uitam, religioso ocio claruisse noscitur, dux & comes hortatorq; & adiutor noster est, & exemplum sui, seu paxillum quandam offert, uobis falce pressis aut fessis itinere, quam obrem si quis est iunior Paulus primus heremita, Antoniusq; & Hilarion ad memoriam reuocandi erunt. quorum primus sextumdecimum, secundus uigesimalium, tertius uerò quintumdecimum ætatis annum agens, in solitudinem perrexit, mundumq; deseruit. si quis senior, idem illi antè oculos habendi, sed perseverantia in primis æstimanda, & iungendus principio uitæ finis, è quibus Paulus ad tertiumdecimum atq; centesimalium, Hilarion ad octogesimalium annum, in isto sancti ac religiosi ocij seruire peruenit. Non est animus reliquos hic nominatim attingere, quorum nomina in secundam solitaria uitæ partem congestisse uideor, inde ergo uel aliunde, quàm quisq; laboribus suis aptissimè senserit, ducem legat, cuius uitæ atq; exemplis insistent, post regis nostri uestigia secum pergat: & si quis forte diffidit idem posse, & CHRISTI bellis indomitorum sanctis imitatio, difficilis uidetur, an nõ succurrit & hos prius fuisse pueros quàm senes? An præterea quod puellæ & infirmi & educati in purpura potuerunt, non poteritis? quasi uerò uel hij molles uel durati uiri, illi quicquid in se potuerint, & non in illo potius, qui eos confortabat, in quo se posse omnia gloriabatur Apostolus. an uerò senectus ab honesto retrahet, ad quod uel sola possit impellere, dum cogitare cœperit uiator dici ultimum, breue iter ac deuexum hospitium propè esse, paratamq; cum laborum sine mercedem, an Victorinum tenuit senectus; quo minus spretis omnibus, atq; in primis illa tanta literarum gloria, qui tam longa ætate floruerat, dimisso magistrj honore, propter CHRISTVM, quem aut antè non nouerat, aut forte contempserat, mori non timeret, paganus iuuenis, & paganus senex, sed decrepitus Christianus, foelix qui totius uitæ deuium, & longè lucis errorem facili compendio correxit ad uesperam, an uerò conscientia pondus in desperationem auget, aut opprimit memorantem, quot beneficiorum Dei immemor Dauid, quantaq; sceletum mole obrutus, non desperando misericordiam consecutus est? quantus persecutor CHRISTI Paulus, quantas persecutiones propter CHRISTVM pertulit? Quantus uerè fidei oppugnator Augustinus, quantus eiusdè fidei propugnator euaserit? quod Maria mulier in ciuitate peccatrix, in ciuitatem, in qua, nõ Dei, quàm peccatores non inhabitat, sed mundi, non ne deciuè Babylonica cœlestis Hierusalè ciuis effecta est? Adeoq; per misericordiam reformata, ut deletis impudicitia maculis, post genitricè CHRISTI solam primum, apud nos inter uirgines obrinuisse uideatur locum, argumentum euidens, quanquàm irreparabilis sit ipsa uirginitas, pœnitentiâ tamen & lachrymis uirginitatis gloria reparari: & uerissimè dictum esse, cui plus dimittitur, plus amari. humanus animus quasi ager, ubi herbæ inutilis neglecta soli ubertate luxuriant, recipiendis alèdisq; seminibus. uerborum Dei purgatur, opportuno atq; utili reparatur in cœdio. ne hæc tantum cauenda nobis opinemini, innumerabilia sunt, aduersus quæ semper armatū & intentum esse animum oportet. ad summam enim, quicquid contrarium rationi uel auditis ab alio, uel in silentio cogitatis, lingua dolosa est, uitate dolos, insidias declinate, eoq; uigilantius, quo coloratiore rationis pallio tegitur sermo, uel cogitatio uenit in animum cuiuspiam. quod ipsum magnis sæpe uiris accidit, non ut ab hoste, sed ut à domino signum perant, ne nimium insidias patentes sint, si propterea metienda natura, parum sibi fidei esse, sed à domino, quod ipsum diffidentia consiliū, & odio dignum est; Nihil est enim aliud quàm Deum temptare, absit hoc à uobis fratres. Non sumus ex his quibus dictum est: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei &c.

Optat aduersarius noster, nō ut discamus (cui ignorantia nostra gratissima, scire nostrū permolestum est) sed ut secum confundamur, qui audiuit à domino: Vade retro Satanas, scriptum est enim, non tentabis dominum Deum tuum. Vult ut domino nostro à quo, & per quem, & in quo sumus, sine pignore non credamus, immò equidem ut mille pignoribus acceptis, noua superuacua & nocitura poscamus, quo illū scilicet uanis suspitionibus iritemus, obdurantes corda uestra, sicut in ex acerbatione, secundū diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt eum patres uestri, probauerūt & uiderunt opera sua. hoc in uobis uelut oblitis hostis suggerit. quod in patribus nostris acerrimè uindicatum esse meminimus, hortatur ut præscientiam futurorum anxij quæramus, quæ nec possibilis est homini, nec necessaria profecto, nec utilis, & si possibilis foret, quæ non exequar, ne nimius sim, tum in eo præsertim libro quem de diuinatione composuit, eleganter à Cicerone tractata sunt, & post eum à Fauorino Philosopho, multæ facundiæ atque doctrinæ. Sed iste uos augurum atque aruspicum, aut qualibet arte diuinantium, hoc seruientium seruos cupit, horum tamen omnium facillimus est contemptus, recolentibus scriptum esse, quod multa hominis afflictio, qui ignorat, præterita & futura nullo scire potest nuncio. & eodem libro. Omnia in futurum seruantur incerta. & eodem. Ignorat homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurum est, quis illi poterit indicare? quem secutus Statius:

*Quid erasina uoluet etas, scire nephas hominum ait. De quibus Actianum illud probo:
Nihil, inquit auguribus credo, qui aures uerbis ducant alienas:
Suas, ut auro locupletent domos. Nec minus Pacuiana placet irrisio:
Nam si qua uentura sunt, inquit prouident, equiparentur Ioui.*

Non est hoc Fratres, fideles ac deuotæ animæ, poscere seu etiā cogitare, sufficiat nobis Apostolos atque sanctos uidisse quæ credimus, nos in illis uitis, contra calumnias imperitorum, & contra terrenæ argumenta sapientiæ, ducebamur, nos illorum instruxit aspectus, nos eruditus auditus, nos confirmauit tactus: gratias igitur agamus diuinæ dispensationi, sanctorum patrum necessariæ tarditati, dubitatum est ab illis, ne dubitaretur à nobis. hæc Leo papa. Sufficiant nobis quoque uulnera martyrum, & inde perfluens facer sanguis, uide descripta pijs in mentibus fides nostra est, cuius nisi pignus idoneum accepissent, nunquam tam intrepidi & tam læti ad supplicia & interitum festinarent. Nouerimus, inquit, quia non sine magno discrimine de religionis ueritate disputamus, quàm tantorum sanguine confirmatam esse uidemus, magni periculi res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post martyrum uulnera, & ueterem fidem, quasi nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post mortem sudores ociosa disputatione contendas. ueneremur in sanctorum martyrum gloria fidem nostram, hæc Maximus. Hos autem qui miracula postulant, quorum ridiculis uotis ac uocibus usque ad nauseam plexi sumus, non tam præsentis aut futuri auidos, quàm præteriti incredulos, & fidem quam negando non audent, optando & dubitando minus aptè quidem, sed minus impiè damnare, nos autem siue nostris temporibus miracula fuerint, agnoscamus summum & solum mirabilem auctorem, siue non fuerint, & eò amplius eidem gratias agamus, qui ita fidem stabiliiuit, ut iam sine miraculis crederemus Augustinus ait, Vnde ergo tanta fide *CHRISTVS* usquequaq; canitur in coelū cum carne sublatus. deinde Ciceronianis, ut sæpè solet uerbis, ad præsidium nostræ sententiæ usus. Vt unde inquit, temporibus eruditus, & omne quod fieri non potest respicientibus, sine ullis miraculis, nimium mirabiliter incredibilia credit mundus, an fortè credibilia fuisse, & idè credita esse dicturi sunt. Cur ergo ipsi non credunt? ad postremum concludens ualidissimè suo more. Breuis est, inquit, igitur nostra complexio, aut incredibilis rei, quæ non uidebatur, alia incredibilia, quæ tamen fiebant & uidebantur fecerunt fidem, aut certè res ipsa credibilis, ut nullius quibus persuaderetur miraculis indiget. ita istorum nimiam redarguit infidelitatē. Quæ cum ita se habeant, prorsus à consortio dæmonum abstinendū dico, nota quidè mendacis hominis poena est, ut ei ueritas nō credatur, quid igitur huic fiat, in quo ueritas nulla est, una securitas auerti, qui nil mendaci crediderit, mēdacio non fallatur, Vacate ergo nil est melius.

FRAN.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. DE OCIO RELIGIOSO-
RVM, LIBER II.



Am satis ut arbitror, quantum inter has angustias datum, aduersus maioris nostri hostis insultus, *CHRISTO* duce, certatū est, superest ut ipsū auspicijs, & contra reliquos conflagamus, quorum primus Mundus hic errat, cuius ut blanda frons & superficies decora, sic dura ultima, & foeda intima, & nulla fides aspectui est, nihil omnium quæ pollicetur implenti, & ab huius quoque fallacijs pompisque terrestribus uacandum censeo, quæ cum sint innumerabiles, unus omnium est finis, fugiendo decipere. Fuisitis in seculo mundi quæ blanditias uel experti omnes, uel uestrum aliqui, nostis ut reor, quæ nihil in his solidū aut stabile, sed has lingua dolosa, uerbis inanibus attollit, magnumq; esse aliquid contendit, quod uel oblitus circumuentura animas, uel memoriam ablatura, itaque uanitates, quibus adolescentia uel iuuentus olim renunciauerit, sæpè senio occurrant & recurrant & incurrant, & blando murmure querulæ, ubi nos, in quiunt, dimittitis. ipsi ardoribus atque ipsi animi motibus respondet illud, quo nihil est uerius, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas, & afflictio spiritus. hæc ille regno & ingenti fama sapientiæ clarus uir aiebat, quæ uobis Fratres, multa licet rerum imparitate conuenerat, dicat ergo pro se quisq; uestrum, ego quoque similia & cogitauit, neque enim monachus sum, de seculo ueni, Babylone uersatus sum, non potes me Munde decipere, expertus nouite, Et præterea magni ducis exemplum habeo. Non fui rex ut Salomon, neque ut ipse supergressus sum operibus, omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem, sed fui unus hominum occupatorum, & uitæ agentium & de te sperantium, quod ergo credo iam tandem experientia, non tibi, nam & ego cum experrectus essem, cumq; post Salomonem conuertissem me ad uniuersa quæ fecerant manus meæ, & ad laborem in quo frustra sudaueram, uidi in omnibus uanitatem & afflictionem spiritus, & nihil permanere sub sole. unanimes in *CHRISTO* Fratres mei, mundo fallaciter blanditi, acutas huiusmodi sagittas obijcite, non hic multis est opus, præsentem statum uestrum scitis, & præteriti meministis, & nisi, quo nihil est ab ingenio nobilium uiuacitate semotius, fucum aut phaleras, potius quàm medullam rerum extimatis, admonendi à me uel ab alio non estis, nulla palatia uestris cellis, nullas pompas uestre humilitati, nulla imperia, nullam peccandi licentiam uestre innocentia, nullos rerum temporalium, quamuis operosissimos apparatus, uestro ocio, nullas epulas uestro ieiunio, nullas denique purpuras uestro cilitio comparari: sinite igitur gloriari alios in purpureis amictibus, in marmoreis palatijs & peritura potentia, in uentosis honoribus, in uoluptatibus blandis, in quæ alijs, quibus Babylonicis tument ciues, uobis si ad æternam pertinētis Hierusalem, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri *IESU CHRISTI*, per quem mundus crucifixus est, & ipse mundo. Quem nunc etiam si blanditur spernite, nolite credere, mendax & ipse est, sui principis exemplo, quod si quando aliquid mundus idem, cuius species exterior pulchra est ratione sopita, sensibus persuadere temptauerit, cū quibus illi familiaritas ingens est, excitare rationem sensusq; compescite, & clamate de terris celeste præsidium inuocantes: clamate omnes, clamate singuli, Saluum me fac deus, quoniā intrauerunt aquæ usque ad animam meam. nam quid, oro, aquæ fluenti similis, quàm res hominum sine fine uolubiles, ubi sunt quæso lætitiæ breues, & inanes illorum omnium, qui se ab ipsa mundi origine ad hoc tempus uoluptatibus foedis & curis inutilibus dederunt. nempè ut istæ delapsæ sunt, & in nihilum uersæ, sic præsentis dicto citius, cū suis amatoribus collabuntur. & ut ait Psalmographus ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens, & sicut cæra quæ fluit afferentur. Hæc sunt flumina Babylonis, quorum meminit

Z

scriptura:

scriptura: uidelicet lapsus, instabilitas, & fuga rerū tēporaliū, ad Babylonis ius spectantiū, nō ciuitatis regīe, cuius incolarum pedes stantes erant, in atrijs tuis Hierusalem. nam qd est aliud Babylon, nisi cōfusio; aut qd mūdo cōfusius & amicis suis, qbus ad literā illas inferni fabulas applicari posse, si dixerim, nouā fortē rem dixerō, sed ni fallor uerā. Is animorū ita, tus, ea fluctuatio uitæ est, ut tartareis uadis omnib. immersi, & de uno quoq; nacti aliquid, De Lethe obliuionē naturæ melioris, de Phlegetonte, irarū æstus atq; cupidinū, de Acheronte infructuosam pœnitētiā & dolorem, de Cocyto, luctus a lachrymas. de Stygio, inimicitias atq; odia largiter hausisse uideant. nec præsens supplicium moribus desit, qui p. pē quos Tantali sitis excruciet, Lapytharū silex exterreat, saxū Sisyphi fatiget, Ticiū uultur rodatur, Ixionis rota præcipitans circūuoluat, ita nihil in eis nisi consiliorum circuitus, & flammæ iibidinum & tenebræ iudiciorum, & instabilitas actionum inquietam & turbidā efficiūt uitā, qd magis pdest homini, q; eo labente mūdus stat; quanq; ne is quidē, si uerum fateri uolumus, manet, sed licet occultius, suum & ipse pergit ad finē, quotq; urbes in quibus nascimur & nutrimur æuo, plixiore perdurant, quas tamen & senescere cernimus & perire. nec ulla urbs immortalitatē speret, cū caput urbiū uideamus esse mortale. Equidem ut pueris nouitijsq; uestris placeat ista lecturis, non ineleganter illud ait Prosper:

*Nam mihi quid prodest quod longo flumina curfu.
Semper inexhaustis prona feruntur aquis.*

Enumeratis quæ alijs, ad hunc modum intulit:

*Ista manent, uestri sed non mansere parentes,
Exigui uitam temporis hospes ago.*

Cogitate nunc & ante oculos ponite ciuitates quas inhabitastis, sed sic illas cogitate, ne de sideretis. amens est enim, qui in portu positus desiderat tempestates, gaudere potius salua puppe, uos nudos ē tāto naufragio euasisse, pteriti nempē discriminis memoria sua uis, desiderium infanū. cogitate quales eratis dum inter accolas (omnes enim magna ex parte referunt) per illarū plateas ac porticus errabitis, in tēplis nō orādī animo, in foro nō mercādī studio, sed spectaculis occupati, ut si uideretis & uideremini, & placeretis oculis infanorum, despectatoris, æternos oculos cūcta cernentes nō curantes. Fugite uerō nunc uobis reditū ad easdē urbes, rogo qd suspicamini, reuidebitis forsitan notas turre, recognoscetis antiqua mœnia, quamuis & illa iugiter ruant, durabit utrunq; species locorum, intrus labentur flumina, stabunt montes, quarite notos habitatores, nescio quomodo propē omnes abierunt. magnus uos habebit stupor, eandem simulq; aliam ciuitatem ingressos, ut dicatis cum Heraclyto. In eandem ciuitatem bis intramus & nō intramus. certe ego q peccatorum uinculis, in mundo uelut in carcere adhuc sum, ciuitates ueteres prospiciens, agnoscere uideor, & easdem ingrediens non agnosco. Transite autem Regum Pontificumq; palatia, ante limina ciuium superborum, quos familiariter nostis, muri forsitan adhuc senio resistunt, ipsi autem quid, pulsa, uoca, roga, si absunt, expecta paululum dum redeant: quam terribiliter inter afflictiones suas simplex & rectus ille uir dixit: Lignum habet speciem, si præcisum fuerit rursum uirescit, & ramī eius pullulant, si tenuerit in terra eius radix, & in puluerem emortuus fuerit, truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum tempratum est, speramus fortē, ut eadem conditio nostra. heu quam dissimilis est. sequitur enim homo, uerū cum mortuus fuerit, nudatus atq; consumptus, ubi quæso est? respondeant amatores seculi. ubi sunt patres eorum, si tacuerint, Iob ipse respondeat. quomodo si recedant, inquit, aquæ de mari et fluuius uacue factus arefcet, sic homo cum dormierit non resurget. cæterum ne his uerbis spem nouissimē abscinderet, addidit: Donec atteratur cœlum, non euigilabit nec consurget de somno suo. In terra Fratres irredituri abeunt huius terre domus habitatores, itaque dilecta hostia præterita, quos ibi reliquistis inquirite, ignoti hospitis supercilium occurret, in limine horror comas eriget, hærebit quæ uxor faucibus, cum audieritis more suo, de opibus fortunam, de sua mortem lussisse mortalibus, & ut in aquæ metaphora perseuerem, pulsabit

pulsabit animū illud eiusdē Iob. Fratres mei pterierūt me, sicut torrēs, q raptim trāsit in cōuallibus. credite mihi ex pto. dilectæ olim ciuitates, hodie sui odiū et horrore incuterēt, adeo mutata omnia, & nihil eorū, q ualde placuerāt tale est, aut omnino superest. qrerem de maioribus, de Iulio Cæsare, de Tyberio, de Gaio, de Nerone, de Vespasiano & Tito atq; Domitiano, de Seuero, de Diocletiano, de Cōstantino, sed efficacius animos tangūt exēpla q uidimus, ideò respicite ubi nūc est Bonifacius. VIII. R. P. uerus populorū & regū atq; ut dicitur orbis stupor. quē nisi fallor uestrū aliq uiderunt: ubi successores, q; pcul dubio uidimus, Ioānes, Benedictus, & Clementes duo, ubi Rom. Imp. Hæricus: ubi Philippus Rex Fræcorū pulchri cognomē ex re nactus. quē cū formosissimis filijs patriq; simillimis, qui eidem ex ordine successerunt, tam immatura mors rapuit, ut omnium non tam uita uideatur fuisse quam somnium. ubi Philippus alter regis huius pater, alio filio fortunatior, quod illum tumultus habet, hunc carcer. ubi Hispaniæ rex, Sarracenorum modò terror & fidei clypeus, occiduis obiectus insul tibus. ubi denique Galliarum decus, & Italiæ ornamentum Siculus rex Robertus, sub cuius temporali regimine æterno regi seruietes, quā suauiter quieuitis, insecutæ laborum iudicant procellæ. & sileo non tantum regio fastigio minores, sed plurimos quoq; regum, ne sim longior. quarite uos de istis ubi habitāt, ostenduntur uobis exigua sepulchra, exornata ingenijs artificum, fortē etiam gemmis auro quæ micantia, ut est ambitiosa non modò uita hominum, sed mors, uiuent in Pario lapide imagines defunctorum, secundum istud principis Poëtæ:

Viuos ducent de marmore uultus.

Sed ipsi, quæso, ubi sunt epigrammata quoq; magnifica & tituli altisoni, sed inanes, quos q legis obstupeas. Sed subsiste obsecro, dū limē extremæ domus pandit, noua subeunt spectacula, nouus stupor, heu q uel cinis exiguus, uel ingens copia, seu uermiū seu serpentū. o inopina mutatio, o multū discolor rerū frons, ubi nunc satellites armati: ubi puellarū greges: ubi Ganymedes regius ad poculū deputatus: ubi coquinæ artifices & callidi sectores altitū: ubi purpurea uestis & ostrum substratum pedibus, & sectum ebur trabibus, & compedes aurea frena mandētes: ubi supellex curiosior, & uasa et Damascenorum labor artificū, & alia in uasis aureis extantia: ubi thalamum atq; abaci, & cupresso atque ebene crustatæ domus: ubi spectacula, & cantus, & epistolæ terræ pelagique uisceribus erutæ, & uina aliò procul à sole uenientia: ubi tot lenocinia uoluptatum, luteique corpusculi tanti ornatus, & uertex diademate inhians, & baltheo rutilante succinctus uentriulus, & stellantes digituli, spolijs indici lictoris & sculptorum ingenijs, ad postremum ubi coniunx imperiosa, ubi imperiosa: ubi filij sicut nouellæ plantationes, & filia circumornatæ ut similitudo templi, quæ blando nuper attractu & dulcibus osculis, non duraturi pœnis colla mulcebant. o flebilis & infelix transformatio, omnia in uermes inquæ serpentes, omnia tandem in nihilum abire. hæc equidem, nisi fallor fructuosior animæ uitio contemplatio quæ funeris, quam illa cuius ut de Legibus Cicero meminuit, ubi ait: Sibi delectabiles non tam Athenas operibus magnificis exquisitisq; antiquorū, quam recordatione summorū uirorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare esse solitus adesset eorum sepulchra, studiosè contemplari. ualet hoc fateor ad ingenium excitandum, hæc enim æmulatio calor ingens, iuuat quæ magnanimum, & præcedentibus & sequentibus se conferre, maximum quendam & paulominus incomparabilem uirum, id dixisse legimus, maximo cui istud accidere animo, assertum se habere, ut se non cum præsentibus modò, sed cum omnis æui claris uiris compararet. illud aliud spectaculum horrendum sed efficacissimum ad salutem, apertio scilicet sepulchrorum præcipue quæ recentium, eo quæ magis si sint hominum notorum, dum ueniunt scaturigines, dum instar sparsa cernuntur, dum quæ ossa suis mota sedibus, consumptæ nares, commulsi dentes, oculorum specus limo oblitum, cœno concreta cæsaries, & o bonæ *IBSV* quanto periculosius est quod latet, quid enim nouit, talis corporis, qualis est anima, & quali, ubi misericordiam inuenerit, habitaculo sit recepta. equidem Adrianus imperator curiosissimus literarum, quid de animæ recedentis itinere formidaret, paucis expressit, quæ placet inserere, ut & sententiam tanti

principis, & affectum iudicent, qui sub extremum uitæ spiritum, dum alij plorant dicter, & quando nullus est fingendi locus, haud dubie sic loquitur, ut in animo est: animam enim ipse suam, in morte alloquens, sic ait:

*Animula, uagula, blandula,
Hospes comesq; corporis quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut soles dabis iocos.*

Parum ne quæso perspicue quid sentiret & quid timeret aperuit, quod si principibus talis est, mundus non durat, & si talis est exitus, quale putemus esse alijs, quibus uita quidē ipsa, suo quotidiano labore pmittitur. sed in uita homines hæc audiūt, quibus natura insitū est, animos quantum possunt ab amara & moesta cogitatione deflectere, & ea sibi fingere quæ delectent, non quæ crucient. Itaque cum medijs in ærumnis senuerint, adhuc sibi iam à tergo, relicta uitæ felicitatem spōdere non desinūt, tanta uotorum pertinacia est, ut expectare malint, quod fieri non posse sciunt, quam quod est ferre fortiter & prudenter aduertere. qua in re innumerabiles falluntur, siue ut uerius dicam, scientes & uolentes delectabilem in errorem incidunt. & sese fallendi studio ultrò inhærent, nec nisi flentes & coacti, à placitis, licet falsis opinionibus euelluntur, quæ sunt multæ. sed omnium summa est, illa à Cicerone posita in Tusculano, quod Metelli sperat sibi quisque fortunam, illa maior periculosiorque dementia, quod nec conditionem naturæ, nec tot assidue exemplis inducimur, ut de morte cogitemus, non credo, quia prorsus mortalitatis & imbecillitatis obliti sumus, sed iuuat oculos auertere, non ne in eodem uidemus, quasi non sit tutius aduenientem hostem prospicere, quam conniuentibus oculis expectare dum feriat, fragilitas quædam adest omnibus nota, nisi dissimuletur, mors autem instat ac properat, sed nobis dilatione blandimur, cum illa sit in foribus, ne dum seni sed anniculo, qui ppe quæ uitæ breuitas uicinam, incertitudo autē semper ceruicibus impendentem faciat, cæterum ergo clara uoce testatur, quod qui nunc uolentes utiliter de morte non cogitant, citò uolentes, quod ualde uereor, inutiliter cogitabunt. huic tandem articulo finem pono. Frustra nitimini, ne quicquam Fratres per uos ipsos assurgitis, non est opus uirium nostrarum, pondus carnis sordidum & graue, animam miseram imbecillem mole sua premit, & suffocat, ea uobis iugis & perdifficilis lucta est, reliquistis enim diabolium ac mundum, & utrunque sacræ domus obseratis foribus, exclusistis. Bene Cicero ergo in libris de Rep. disputat de animo ad coeli ascensum agili. Idenim, inquit, ocyus faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebat foras, & ea quæ extra erūt cōtemplās, quæ maxime se à corpore abstrahet, tale est, quod & dissociari à corporibus, et ea tanquam peregrini incolere iubemur, tale demum est utile Platonice istud, in Phedro ne. Nil aliud esse philosophiā, nisi meditationem moriendi, ubi duæ designantur mortes, altera naturæ, uirtutis altera, quarum primam nullatenus nec accersendam nec timendam, sed æquo animo expectandam, quo genere moriendi nostri, præcipue uisunt, uoluptatum & cupidinū omnium obliti, & ita uiuentes in corpore, quasi iam membrorum ergastulo euassissent. huc ergo doctrina philosophorum exhortatio referenda, uere enim carnem propriam relinquere, ubi naturæ imperio, hoc est morte non licet. & dum uiuimus, quocumque fugierimus illa nos sequitur, ubicumque latuerimus illa nos inueniet, itaque nulla inde homini requies, nulla usque ad ultimum securitas consumata. si quidē uanitates, quibus adolescentia uel iuentus olim renūciauerit, sæpe senio occurrant & recurrant. & blando murmure querulæ, ubi nos, inquit, dimittitis, ad quas de cætero nullus est reditus, ubi uos speratis, an ubi non somnus, non esca, non nuptiæ: quin fruimini dum licet, ne uel tempus indultū perditē, quod per breuē tum uelocissimè labitur. Ad illum, qui solus potens est succurrere, in hoc intestino & domestico prælio clamandum est, ille suppliciter exorandus, ut nos liberet de corpore mortis huius. unde meritum hominis non liberat, sed gratia Dei solius, cui nihil ne dicam impossibile, sed ne difficile quidem est, ita ergo cum apostolo recurramus ad fontem gratiæ, ne in nostra ariditate pereamus. quin & cum eodem illo sapientiæ tractatore, quem Philonem Hebræi opinantur, per quem continentiam domini Dei

Dei esse didicimus, per sapientiā dei Fratres in presenti certamine carnis uestre roborabimur, & uictores erimus, & ab omni corruptione purgabimur, corrigemur, sanabimur, hæc est uia qua gradiendū est uobis, ut carnem quæ relinque nequitis subiugare possitis. Multa quidē Fratres Babylonis flumina nouimus, magno trāsuadenda periculo, in quorum trāsitu nostri ducis dexteram poscetes, christiano ore Poëticiū illud exclamemus, ad inuictum uerè, quod ad suum uerè uictum & profugum ille naufragus apud Virgilium exclamabat:

*Eripe me his iniuste malis:
Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.*

Fluit, inquit Cicero, uoluptas corporis, & prona quæque auolat, sapiusque reliquit causam penitendi quæ recordandi. quidam inter hæc hæsitet Fratres mei: an erubescere malit, an sanctificari, an stipendiū peccati mortē eligat, an æternam uitam. quod si optione horum nemo dubitat, nec in eo dubitare conueniet, an carni an spiritui sit parendum, cum inde corruptio & mors, hinc sanctitas & æterna uita proueniat. Cato Cogitate cum animis uestris, inquit, si quid uos per laborem recte fecistis, labor iste citò à uobis dum uiuistis non abscedet. si qua uoluptatē nequiter fecistis, uoluptas citò abibit, nequiter factū illud, apud uos manebit. melius quidē ait, semper, quod ante dixerat, dum uiuistis, & presertim apud uos, quibus persuasum est opera uiuentium mortuos sequi, nec pœnas aut pœnia morū. Itaque fratres mei, hic maxime uel apostolici præcepti, uel philosophici cōsiliij memores insistamus: cogitet secum quisque siquid uirtuose gessit in uita, quæ illi gloria, & quanta secuta delectatio est, siquid libidinosè uel turpiter, quantus pudor uel pœnitentia, quantus dolor, & ex præteritorum memoria eligat, quid agendū uitandū uel sit, corporeæ turpitudinis magnitudinem fructui exiguo seu uerius nulli, simul & famæ damnū extimet, & corporis animæque iacturā, intēdatque acriter, quid est quod tanto pretio uenale proponitur nundinantibus mundo, carne, dæmonijs, & mortales oculos furo mulcente fallentibus, tendat intima rerum intraspicere, superficiemque cōtemnere, ne que cōcupiscentiæ inseruiat, sed salutē. In omnibus lapsum rerum præsentium cōsideret, principij memor, sineque prospiciens, & meminerit pudoris, astris se, quamuis in latebris, luce clarius cerni, sciens & blandientes illecebras, masculo supercilio reijciens, omnes cogitatus ad honesti studium deflectat. cogitet iuuenis pudicitiam, in iuuentute pulcherrimam, cogitet senex foedissimam in senectute libidinem, cogitet formosus, nati pulchritudinem cum castitate, cogitet deformis, animum ipsum uitij deformari, iste deformitatem caueat, hic formam concupiscat interni hominis, sciat se puer nunc cepisse, nouerit senior, nondum consumasse, longæ uitæ curam suscipiat, hic susceptam sollicitudinem non deponat. quærat diues continentiam laudem, pauper lasciuia uitet infamiam, pudeat monachum non actui modo, sed cogitatu foedo aliquem in cilitio locum esse. exulent à rigido limine molles curæ, & desideria delicata à duris cubilibus arceantur. quid autē tam diuersum, quam rigor heremi & mollities carnis? delicatissima res est amor ille carnalis, somno, quiete, cibis alitur, leui amictu, & exquisito cultu, clandestino murmure, lætitia, iocis & cantibus delectatur, asperitates odit acrefugit, nullum ergo illi, intra duritiam atque asperrimas domos uestras, diuersorium, nullum cum infomni & laboriosa ieiunia & inculta familia, moestis suspirijs & duris semper accentibus Deum laudate, commercium: speremus & precemur, ut temporalis domini nostri mors, ab æterna morte nos liberet, ut illa, inquam, mors carnis huius, peccatorumque nostrorum mortificatio, resurrectio eiusdem animarum nostrarum, & in fine etiam corporum uita sit. misereatur afflictis, opem ferat egentibus, manum præbeat fatigatis, graui enim sarcina premimur dum uiuimus, modo dum uiuere dicimur, dum hic sumus, & mutati que decor animi, sæpe ueteribus maculis clam repente respergitur. & adolescentiæ probra sensim longæ consuetudinis obducto uelamine, rursus ita se ingerunt, & iam fessam atque emeritam senectutem insequuntur, & ni coelestis excubitor, signo dato, insidias retogat, in antiquam legem, atque olim à tergo proiecta dedecora, relabendum sit. Cicero nullam capitaliorem pestem, quam uoluptatem corporis hominibus dicebat, à natura datam, cuius uoluptatis libidines temerè & effrenatè ad potiendum

incitarentur, hinc patriæ proditioes, hinc rerum publicarum euerfiones, hinc cum hoſtibus clandestina colloquia naſci, nullum deniq; ſcelus, nullum facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendū, nō libido uoluptatis impelleret, ſupra uerō & adulteria & omne tale flagitium, nullis excitari alijs illecebris, niſi uoluptatis, cum quæ homini ſiue natura ſiue quis deus, niſi hil mente p̄ſtabilius dediffet, huic diuino muneri ac dono, nihil tam inimicum quàm uoluptatem, nec enim libidine dominante temperantiæ locū eſſe, neq; animo in uoluptatis regno uirtutē poſſe cōſiſtere. hæc Architzæ ſententia eſt, Ciceronianis uerbis à me expoſita. Vigilare igitur & orate Fratres amantiffimi, laudantes inuocate dominum, & ab inimicis ſalui eritis, ocium agite, & ſciatis, Vacate & uidebitis q̄ opratis, & quicquid obſiſtit, amoli mini. Plurima quidem & maxima ſunt detrimenta libidinum, ſiue animam ſiue corpus attendimus, ſiue famam, ſiue q̄ inter leuia numerem, patrimonium ipſum, ſiue q̄ irreparabile dicitur, & eſt tempus. inter dāna tam grauia, fructus exiguus, ſeu potius nullus omnino eſt, quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo, nulla enim tam prompta rupes, nullū barathrū tam præceps, nulla crepido montis tam aëria uſquam eſt, unde tantus tamq; terribilis ſit deſcenſus, quàm ex innocentia uertice in abyſſum peccati (non ſiquis ex ſummo ſaxi huius, q̄ hæc ſcribenti imminet, q̄ neq; altius uifus fruſtratur, extimatio, neq; p̄mptus ullū uidē, cernuus in uiuum Sorgiæ fontē cadat) ut ruina, nulla utilitas, nullus fructus appareat, quamuis ea quoq; certior apertior quæ res ſit, quàm ut probari aut mōſtrari egeat. Scipio ait libidinofis. Vince animum, caue deformes multa bona, uno uitio, & tot meritorum gratiam, maiore culpa, quam cauſa culpæ eſt corrumpas. ô digna uox. Maiore inquit, culpa q̄ cauſa culpæ. ô utinam hoc dictum, examulſim intentent atq; expendāt, quæ que inſtinctu libidinis, p̄ſertim ad peccandū ueniūt, ut ubi carnē acres ſtimuli purgent, hoc ſaltem freno ſeſe mens incitata cohibeat. Nō equidē inficior, corpus ab adoleſcentia indomitū, poſtquam in licentia & libertate coāuerit, haud facile frenari, cū ſit ſcriptū, q̄ q̄ delicate & à pueritia nutrit ſeruū ſuū, poſtea illum ſentiet contumacem. ſeruus quidem, immo uerō aſellus hic noſter, nutritus in paſcuis uoluptatū lætis ac mollibus, inter flumina illa, de quibus duximus, aſuetas per planas & latas ſæculi uias, quid impiger eualeſerit, ad aſcendendum in montem Syon, cuius in uerticem arduus & anguſtus & ſcrupeus trames fert: quid hic uerō remedij eſt, niſi ut quò ſerius, eò acrius ſumma ui & omni ſtudio incumbamus, ut ſolita dediffens, inſueta condiffcat, durum opus & laborioſum fateor, ſed ſalubre. nam profectō ſi ſalui eſſe uelimus, frenum excipere & pati uerbera, cogendus eſt aſellus iſte cui inſiſtimus, ne ſuo more laſciuens, atq; recalcitrans, nos in præcipitium ſecū trahat. Feciſſe id quosdam uidimus, ſed plures audiuiſimus aut legimus, ſed in primis etiam illos eximios contemptores mūdanarum rerum Hilarionem monachum ac Franciſcū, quorum primus aduerſus flammam uoluptatis, generoſa indignatione, uix dum pubes, uiriliter inardescens, & ut Hieronymus de iſto ſcribit, iratus ſibi & pectus pugnis uerberans, quaſi cogitationes cordis exde manus poſſet excludere. Ego te, inquit, aſelle faciam ut non calcitres. nec te ordeo alam, ſed paleis & fame conficiam, & ſiti, graui onerabo pondere, per æſtus indagabo & frigora, ut cibum potius quàm laſciuam cogites: ſecundus uerō ſimilia & dixiſſe & feciſſe legitur. ſuum nemp̄ aſinum ſic enim & ipſe corpus ſuum appellabat, nudum noctu, niuis in cumulum demergens foedæ uoluptatis incendium, mentis ardore, & carnis algore ſuperauit. hæc nobis exempla ſequenda ſunt Fratres, hoc tenendum iter, & nobis noſter aſellus loris agitandus, cibo arcendus, grauioribus ſarcinis premendus, & urendus denique modis omnibus, caſtigandus & redigendus in ſeruitutem. Fratres mei in hoc tam periculoſo & continuo certamine, quod ueſtra cum carne geritur, hoſte domeſtico intendite, laborate, uigilate, circumſpiciate ad omnem ſtrepitum, galeati in aciem proſilite, nullæ ſunt induciæ ut in cæteris bellis, aſidue de ſalute & de ſumma rerum noſtrarum periclitamur, cum fallaciſſimo hoſte res eſt nobis: nunc ui, nunc dolis agimur tam uariè, ut nunc ueri hoſtis, nunc ſimulati amici Fratres appareant. quid enim inconstantius uoluptate, quid blandius, quid inſidioſius? ſciunt qui experti ſunt, quis aut̄ nō expertus eſt, ſi homo eſt, plena ætate, corpore integro

Cæterum

Cæterum quò pertinacior hoſtis, eò clarior uictoria. Blandiſſimæ uoluptates, magnas partes animi à uirtute detorquent, ait Cicero, & Seneca, Voluptates, inquit, præcipue ex turba, & inuiſiſſimas habe, latronum more, quos Cilicas Aegyptij uocant. in hoc nos amplectuntur ut tranſglutient. Sic eſt, cætera, nos uelut ab aduerſo ferunt mala, luxuria animum deiectura complectitur, ueniēti igitur reſiſtendum occurrendumq; principijs, & illud ante oculos habendum, beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. ſiquidem paruulos nouos, & modo natos cogitatus intelligimus, quos antequam creſcant, & nos ſuperent, & uſu armati nos de rationis arce deſciant, allidere monemur ad petram. Petra autem erat *CHRISTVS*. Nam quis obſecrō, tam præruptæ tamq; inflammatæ libidinis uſq; erit, qui acriter ad memoriā reductis *CHRISTIV* uulneribus, non frigeſcat, & ſanguine eius ad hoc fuſo, ut inde potiſſimum concretæ noſtrorum ſordes uulnerū lauarentur. nullus imber aut ros, herbis arētibus opportunus adeo eſt, ſi in deuorā animā ex alta nube calidæ cōtemplationis effluerit, multo ſit opportuniſſimus humanis ardoribus extinguedis aut ſedandis. quis uerō tam inhumanus, & ingratus, ut atrocē uel patris uel amici uel domini mortem recolens, ſuæ ſalutis cauſa præſertim, ſuique amore ſuſceptam, ſuarum libidinum non inciſiat obliuiſci, & ab inepta turpique lætitia pulchras ſubito uertatur ad lachrymas, atqui omnia hæc in *CHRISTO* ſunt: quid enim ſibi uult aliud Eſaiæ uifio, cuius principitū eſt. Audite cœli & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. ecce, inquam, paucis uerbis & patrem audiuiſimus et dominum, amicum certē ipſe idem ſe fecit. Vos enim, inquit, amici mei eſtis, iam non dicā uos ſeruos, amicos nos uocat ille. nos dominum agnoſcamus. quibusdam dominis mos eſt, ut cum ſeruis ſuis familiariter uiuant, ſuauiſſe colloquantur, multa ſerant, multa ignoſcant, multa deſerant, multa diſſimulent, qui non ideò timendi ſunt minus, ſed amandī magis. quis autem *CHRISTO* mitior, qui ait, Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. quanto id rectius nobis pater iſte cœleſtis, quàm apud Virgiliū Aeneas filio:

Diſce puer uirtutem ex me,

Ecce *CHRISTVS* pater & dominus & magiſter & Deus noſter, ore ſuo præcepit, ut ab eo non uirtutes illas diuinas, & nequaquam mutabiles diſcamus, ſed q̄ eſt hominis proprium, maxime eſſe mites & corde humiles, qui ad hoc deſcendunt. aliò equidē nos miſiſſet, ſi omnino ullum clariſſe exemplar manluetudinis inueniſſet, an forte eius ineffabilis & infinita clementia, nō ſatis omnibus in ſe ſperantibus. nota eſt. quotidie nos expectat, uocat, excitat, monet, hortatur, inuitat, per nuncios, per literas, p̄ ſeipſum. Venite ad me q̄ laboratis &c. offert requiē laborū, refrigeriū dolorū, ueniā peccatorū, ſpem bonorum, uitam deniq; ſempiternam pollicet. derelinquat inq; impius uiam &c. quid hac in uoce ſuauius: ſed expecta peccatū, ſiue ceperit iracū. Si aut̄, inq; derelinquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint &c. qd̄ nūc etiā hac ſeueritate tranquillus, uirgā minatur, & uerbera, nō gladiū, nō ſcutū. paterna cōminatio nō iuditiaria eſt, caſtigat & caſtigando nō perimit, ſed miſeret̄ & corrigit, quia ipſe nouit figmentū noſtrū, recordatus quoniā puluis ſumus, adhuc mitis & p̄tiens, adhuc miſerator & miſericors dominus. ſed caue, noli nimitū cōſidere, noli expectare dū ueniat, q̄ ait alibi: Si acuro ut fulgur gladiū meū, & arripuerit iudiciū manus mea, reddam retributionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuā. ecce iam nil mite, nil paternum, ſed iuditiarium, ſed hoſtile, non enim iam filios non amicos, non ſaltem ſeruos uocat, immo hoſtes, nulla iam mentio uerberum aut uirgarum, ſed quid. Inebriabo, inquit, ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: de crure occiſorum &c. non hæc paterna, inquam, caſtigatio, ſed hoſtilis eſt ultio. ecce quàm ſubito, quàm terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. multum differt. Subito iracūtur, arripienda dilationis occaſio eſt ſubita, ne nos ira corripiat. Cum exarſerit in breuiſſa eius, beati omnes qui conſidunt in eo: uera quidem conſidentia, niſi de uirtute non noſcitur. hanc colamus, ut illam adipiſcamur, quæ inter repentina pericula reddat intrepidus ac beatos. Quid enim aliud remedij eſt Fratres, aut quæ non inſtrumenta uictoriæ quibus fidamus in hoc bello, ubi ſpes noſtra ſe collocet, an in multitudine diuitiarum, an in regnis &

Z 4 caduca

caduca potentia, an in uirtute membrorum & in corporeo robore: Inquis, equis & curribus & bellico apparatu. absit hoc ab anima nostra. nō sunt hæc ad salutē uir. nō sit in nobis sup̄ quam iusti rideant & dicant. Ecce homo q̄ nō posuit Deū adiutorē nostrū &c. scimus q̄ nō saluatur rex per multam uirtutē &c. scimus quia fallax equus ad salutē, scimus quia nō in fortitudine equi uolūtātē habebit, qd̄ ergo est beneplacitū regis nostri q̄ saluari nostra possit infirmitas: Certē illud etiā scimus. Beneplacitū est domino sup̄ timētes eū, & in eis q̄ sperat &c. Hic est ergo rectissimus trames ad salutem, hic in arcu nostro nō sperabamus, & gladius noster nō saluabit nos, sed dextera dei & brachiū eius & illuminatio uultus eius, hic figenda est spes, huc uertendus animus, hinc auxilium poscendū, hi in currib. & hi in equis, nos autē in nomine Dei nostri inuocabimus. Et scientes quia uana salus hominis, in deo faciemus uirtutē & ipse ad nihilū deducet inimicos, hæc nostra uirtus, hæc nostra securitas, hoc remediū unicum contra iram Dei uacare, sperare, timere & orare, ne in furore suo arguat nos, neq̄ in ira sua corripiat nos. Amanda nemp̄ misericordia, tremēda iustitia, hanc bonis actibus mitigemus. Illam pijs precibus imploremus. Lactantius Firmianus & ipse magnus uir, ac in eo libro quo Genitū erroribus ex armatis, fidem nostrā quantū quiuit armauit, omnemq̄ hanc deorū sc̄nam mira & laudabili curiositate detexit, inq̄ hoc idē opus, Augustino atq̄ alijs sequacibus uiam fecit, cū multa de prima deorum inuentione disseruisset sic adiecit: Deinde ipsi reges, cū caruissent ijs, quorū uitam composuerant, magnū sui desiderū mortui reliquerūt, itaq̄ homines simulachra eorū sinxerunt, ut haberent aliquod ex imaginū cōtemplatione solatiū, p̄gressiq̄ longius per amorē, memoriam defunctorū colere ceperunt, ut & gratiam referre benemeritis uiderentur, & successores eorū allicerēt ad bene imperandū cupidinē. his dictis testimonio rem cōfirmās, atque, Cicero de Natura Deorū docet dicens: Suscepit autē uita hominū cōsuetudoq̄ cōmunis, ut beneficijs excellentes uiros, in cōlū fama ac uolūtate tollerent, hinc Hercules, hinc Castor & Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber. & alio loco, atq̄ in plerisq̄ ciuitatibus intelligi potest, ac uendæ uirtutis gratia, aut quo libentius Reip. causa periculū adiret optimus quisq̄, uirorū fortitū memoriā, honore deorū immortalū consecratam, hæc scilicet ratione Romani Cæsares suos cōsecrauerūt, & Mauri suos reges: sic paulatim religiones esse cœperūt, dū illi primi, q̄ eos nouerant, eo ritu suos liberos ac nepotes, deinde omnes posteros imbuerūt & habitū, reges summi ob celebritatem nominis, in puincijs colebantur priuatim uerō singuli populū, gentis aut urbis suæ conditores, seu uiri fortitudine insignes, erāt seu sc̄minæ castitate mirabiles, summa ueneratione coluerūt. Vt Aegyptus Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabyrum, Pœni Bramam, Latini Faunū, Sabini Sanctū, Romani Quirinū, eodem utiq̄ modo Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Vulcanum Lemnos, Liberum Naxos, Apollinem Delos. sic per populos atq̄ regiones uaria sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt, & q̄s alios honores uita carentibus deferrent, inuenire non possunt. præterea pietas eorum q̄ successerant, plurimum contulit ad errorem, qui ut diuina stirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus detulerunt, deferrique iusserūt. an potest aliquid dubitare, quomodo religiones Deorum sint institutæ, cū apud Maronem legat. Aeneæ uerba socijs imperantis:

Nunc pateras libate Ioui, precibusq̄ uocare.

Anthisen geniuorem.

Cui non tantum immortalitatem, uerum etiam uentorum tribuit potestatem:

Poscamus uentos: atq̄ hæc mea sacra quotannis:

Urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis,

Idem scilicet de Ioue Liber, & Pan, & Mercurius & Apollo fecerunt, ac postea de his ipsis successores eorum, accesserunt etiam Poëtæ, & compositis ad uoluptatem carminibus in cōlū eos sustulerūt, si tamen faciūt, q̄ apud reges etiā malos panegyricis mendacibus adulant. q̄ malū à Græcis ortū est, quorū leuitas instructa dicēdi facultate & copia, incredibile est, quātas mēdaciorū nebulas exciuerit, itaq̄ admirati eos & susceperūt primi sacra illorū & uniuersis gentibus tradiderūt. ob hæc uanitatē Sibylla sic eos Græcē increpat:

Græcia

Græcia quid confidis in uiros, Principes?

Ad quid dona inania mortuis dedicas

Imolas idolis, quis tibi in mentem errorem imposuit

Vt hæc perficias, magni dei ore,

Relicto?

Ad hæc, ut in libro Sapientia legitur, prouexit ad eorum culturam, & eos qui ignorabās artificis eximia diligentia, ille enim uolens placere, ille qui se assumpsit elaborauit arte sua, ut similitudinem in melius signaret, multitudo autem hominum adducta per speciem operis, eum qui ante tempus tanquā homo honoratus fuerat, nunc ut deum adorauerunt. & hæc fuit uitæ humanæ deceptio. quoniā aut affectui aut regibus deseruientes homines, in cōmunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Sanè quod ait affectui aut regibus eō pertinet, ubi Cicero excellentiū uirorū, Lactantius uerō regū defunctorū reuerentia, erroris posuerit fundamentum, hic & pietatem & affectū patrū addit, utrumq̄ possibile enim utrumq̄ similitudinē ueri habet. superædificasse etiam uel poëtæ, ut ille uel illustres artifices, ut hic ait pictores, scilicet aut quod idolo conuenientius est, sculptores, tam proprie dictum est, ut ad errorum cumulū nihil singi possit efficacius, cū in altero sint oculorū, in altero si auritū blandimenta, quibus præcipue sensibus & uarietas & falsitas in animū subit. Cæterū Lactantius his quæ proximè audistis explicitis, iterum uersus ad Ciceronem. Marcus Tullius, inquit, qui nō tantū perfectus orator, sed etiā philosophus fuit, siquidē solus extitit Platonis imitator, in eo libro quo seipsum de morte filia cōsolatus est, nō dubitauit dicere, Deos q̄ publice colerent homines fuisse. Qd̄ ipsius testimoniū eo debet, grauissimū iudicare, q̄ & augurale habuit sacerdotiū, & eisdem se colere uenerariq̄ testatur: itaq̄ intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. nā dū imaginē filia eodē se modo cōsecraturū profiteer, quod illi à ueteribus sunt cōsecrati, & illos mortuos esse docuit, & originē uanæ superstitionis ostendit. Cum uerō inquit, & mares & sc̄minas cōplures ex hominibus in deorū numerū esse uideamus, & eorū in urbibus atq̄ agris augustissima delubra ueneremur, asensiamur eorū sapientia, quorū ingenijs etiā inuentis, omnē uitā legibus institutis excolat institutāq̄ habemus. Qd̄ si ullū unquā animal cōsecrandū fuit, illud profectō fuit, si Cadmi progenies aut Amphionis, aut Tindaris in cōlū tollenda fama fuit, huic idē honore certe dicandus est, q̄ quidē faciam, teq̄ omniū optimam atq̄ doctissimā approbantibus dijs immortalibus ipsis, in eorū coetu locatā ad opinionem omniū mortaliū consecrabo. Hæc q̄ dem Ciceronis ad literā uerba sunt, in quibus & suū tenuit morē, & ita dolori suo paruic, ut ueritati subintelligentiū iudicio repugnaret, dū & homines ad cōlū non ueritate, sed fama tolli solitos commemorant, seq̄ priori exemplo defunctā filiam, quam summo amore dilexerat consecraturā, q̄q̄ fama & literis, ac deorū in cōsilio locaturū, non quidē uerē, sed ad opinionem omniū mortaliū pollicetur. Ipsi insuper dijs approbantibus, illis inquam dijs, qui nulla re magis quā erroribus mortaliū & superstitione delectantur, ut facile credi possit, illos, seu homines malī, fuerunt, seu demones, ultrō Ciceroni in consecratione filia cōsensuros, quo uel errantis facundia, uel scientis causa, saltē esset errorū his, quorum imbecillius ingenium uerborū splendor hebetaret. Rectē id quidem de Cicerone Lactantius, quale uerō est q̄ sequitur. & cū uerō ait, de Hercule, Libero, Aesculapio, Castore, Polluce incunctanter fateretur, de Apolline ac Ioue patribus eorū, item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, quos maiores gentium deos appellauit timuit apertē confiteri. Et idcirco ait, latē hoc patere ut idem de Ioue cæteris quæ antiquioribus dijs intelligamus, quorum memoriam, si eadem ratione ueteres consecrauerunt, qua se imaginem nomē quæ filia consecraturum esse dicit, ignosci moerentibus potest, credentibus non potest. quis enim tam demens, qui consensu & placito innumerabilium stultorum, aperiri cōlū mortuis arbitretur, aut aliquem quod ipse non habeat, dare alteri posse? ego sanè ut hæc diuinē dici fateor, sic in his Ciceronem timuisse non intelligo, & si enim amici conscientiam testaretur ex mysterijs intelligi posse, quam latē pateret, id quod dixerant, uolens & quæ de minoribus dicunt, ad maiores etiā trahi, tamē ad ipsum de maioribus expressē dixerat.

Z s maiores

maiores scilicet deos, etiā hinc à nobis profectos in cœlum reperiri cuius dicti argumen-
tum attulit mysteriorum traditionem, ad quam amici animum, memoriamque mittebāt.
Equidem si nec nostri ut faciunt urgerent, neque illi ultrò crederent, ac singula quæ ad reli-
gionem pertinent uana eis esse atque irrita faterentur, tamen intelligentibus ullis, illa con-
fessio satis erat, quod terram deorum omnium matrem esse dixerunt, quæ omnium quoque
hominum mater est, ut nihil dubij relinquere, omnes illorum deos quantalibet supersti-
tione, quantiscumque temporum spatij adiuta, cultos aut colendos terrenos homines ac
mortales esse, non deos, quorum error suis in terminis si mansisset, grande periculum erat,
præstare homini quod Deo debitum est. Verum occasione hac, dæmones freti callidita-
te insita, defunctorum hominum statuam, subire credulitate atque inscientia hominum
abutentes, unde geminata periculi materia est, dum non modo homini, sed dæmoni, Dei
hosti, diuinum offertur obsequium. Ipsa statua, hoc est idoli, materia uicem corporis de-
moueat, inclusæ animæ locum obtinente, ut sit ex corpore & anima factus, ab homine il-
lusor hominum deus, constet unus faciendi officij Trimegistus hominibus datum dicit,
quod scilicet aduentum ueri Dei uel ablatum esse, uel afferri debere conqueritur. Mihi
quidem, fateor nunquam in animum uenisse, ut Deos ex hominibus factos cōcedere sata
gens, tam multa ad cōtextum de Lactatio & Cicerone transcribere, nisi quia eorum libros
unde ista sumebam, & alibi quidem raros, apud uos uerò nullos esse memineram. sed iam
diū nescio an & uiriliter à proposito deerrasse uideor. Redeundum est. Ex omnibus igitur
uirs, quibus ad cœlum conscendisse sunt crediti, qui ad inferna descenderat, nulla uobis
eligenda est, non enim uia sed de uia, quædam sunt, non eò ducunt, quo intendimus, quod
rectum igitur nobis iter non ostendat, uel fugiendū totis animæ gressibus, secedendum
quàm longissimè ab arenosis atque palustribus, alto & confragoso calle gradiendum est.
Inquenda uicia, apprehendendæ uirtutes, stultitia deferenda, sectanda sapiētia, illarū enim
finis, harū principiū esse solet. hic est ordo qui ex Flacci uerbis elicitur:

Virtus est uitium fugere, & sapientia prima.

Stultitia caruisse: præclare quidem Satyricus ait.

Semita ceruæ tranquilla per uirtutem patet.

Vnica uita.

Vnica tranquilla uita semita est, nec nos aliam sed istam solam uitæ semitā quærimus per
uirtutem, hæc certè nō alia, quo cupimus ducit, nam Psalmographus sentiebat: ibunt, inqt
de uirtute in uirtute. hæc uia est terminus ille, q̄ sequit̄. Videbitur Deus deorū in Syon, per
uirtutes igitur ad uidendū itur. O præclarū iter, o cœlix terminus, rogo qd cupis hic in ter-
ris, interdū per opacas ualles & prata rosida, per frondosos & faciles colles, secus amœ-
nas et floreas fluminū ripas iter egimus, ut serò ad aliquam placitam mansionem ueniētes,
exoptatā amici faciē uideremus. & interea laborem uia oblitū, oculis rerum occurrentium
uaritate leniuimus, quātò hæc gratior uia est terminusq̄ beatior. Ire totū hūc breuē, & ue-
lut hybernū uia diē, & iter iugi ascensu, de uirtute in uirtute, iter altū & iucūdū, & cū semel
assueris, facile, ut ad uesperā uideatur Deus deorū in Syon altissimus & beatissimus. & nisi
desipimus propius noster finis, nā ut in extremo Ciuitatis Dei angulo scriptū lingt Augu-
stinus. Quid aliud noster est finis, nisi peruenire ad regnū, cuius nullus est finis. quæ nā ue-
rò natura amicitia uel uirtutis, quæ hic proculdubio dulcissima rerū sunt, uel cuiusquā om-
nino rei alterius delectatio tāta, uel esse uel fingi potest, quanta est ad ipsum, ultra quē nihil
est, omnis ueræ delectationis & gaudij fontē limpidiſsimū peruenisse, ad quē q̄ peruenit,
inebriabit̄ ab ubertate domus Dei. & apud quē fons uitæ, & in lumine suo uidebimus lu-
mē. Et idcirco miror hanc hominū cæcitatē, qui cū uoluptatis atridissimū sint, eaq̄ omni stu-
dio appetāt, à summa eos uoluptate minor abstraxerit, quæ impellere magis atq̄ animare
debuerat, ut multis & minimis usque adeo delectati, tandem unū id q̄ summè delectaret
inquirerēt. Si enim fesso uiatore tam suauis est cespes herbosus, & sub umbra arboris exi-
guus fons, quale est inter mortales uita molestias, inuenisse fontē aquæ salientis in uita æter-
nam, & umbrā illā, sub qua non ad breuis horæ spatium, neque ab æstu solis tantum, sed
in æternum

in æternum ab omni aduersitate protegamur, & ab omni metu. si magistra manu tersum
& exculptum aurum, si lapillos perlucidos Indico littore aduectos, si q̄ ijs omnibus ma-
ius est, si nitidum solis iubar, & apricas terras, & florentes ramos & prata uirentia, deniq̄
dilecti faciem cernere, & colloqui dulce est, quale illud spectaculum erit, unde cæteris con-
tigit ut placerent, quicquid oculos aut aures, quicquid omnino sensus atq̄ animum dele-
ctat, à quo precor, id ipsum ut delectaret, habuit, nisi ab isto, qui delectabilia cuncta, no tā-
tū supereminet, sed creauit, eisq̄ nō tantū ut delectarent tribuit, sed ut essent, atq̄ ideo nul-
lus mihi par furor in rebus hominum uidetur, nulla tam communis insania, quā propter ex-
iguā & incertam breuemq̄ dulcedinē, ab ista quæ immensa certa & æterna est, & sine qua
hæc ipsa dulcedo nulla esset, auerti. neq̄ satis apud me huius mali causā intelligo, uel inue-
nio, nisi quia diffidentia humanæ mos est, amare præsentia, futura contemnere. Cū tamen
& diuini amoris dulcedo, ut maior & melior est, sic esse possit & certior & p̄sentior. quo-
niā humanis et mutis in rebus, his p̄cipuē, in quas carnalis tendit affectus, aliquatenus spes
quæ res ipsa sit dulcior, sed ea mentium humanarū incōstantia, ut qd uelint diffinire diffi-
cile sit, cū cæteris in rebus, tam in hoc maximè quàm delectatione, in qua summā statuunt,
nec ineptè modò, uerum à falsa fugiunt. Et hæc quidē hactenus. Vos aut̄ fratres, quas Deo
meritas grates acturi estis, quibus in humilitate uestra paruulis reuelatum est, qd tot sup̄bis
sapiētibus occultatum fuit, quæ scilicet animæ uia, quis uia terminus, & quis dux, disputa-
tur apud eos, multis quidem uerbis de bonorum & malorū finibus, de quo Romani prin-
cipes eloqui, ut Augustinus ait, unus è numero doctissimorum hominū idēq̄ eloquentis-
simus omnium, Marcus Tullius Cicero integrū edidit uolumen quinq̄ distinctū libris. neq̄
uero his obstat, qd *CHRISTVS* ipse se uiam dicit: ibidem enim se dicit, & uitā, uerumq̄ est
illud *Seuerini*, Dux, semita, terminus idē. O philosophi magni & laboriosi homines, à qui-
bus ingenio uicti sumus, en gratia uicimus gratuitisq̄ muneribus. Laborastis, en quiesci-
mus, seuitis, en metimus, q̄sistis, en inuenimus. neq̄ culpa uestra, neq̄ meritum uestrum,
sed domini fauor solus, qui agente Deo foelicus quàm sperabam. ab illo igitur primū rap-
tus, & à semitis meis parumper adductus sum, accessit sacer nomināus Ambrosius, acces-
sere Hieronymus Gregoriusq̄, nouissimus oris aurei Ioannes, & exundās lacteo correte
Lactantius. Ita hoc pulcherrimo comitatu, scripturarū sacrarū fines, q̄s ante despexerā, ue-
nerabundus ingredior, et inuenio cuncta se habere quæ crediderā. accessit opportuna neces-
sitas, diuinas laudes atq̄ officium quotidianū, qd malè distuleram celebrandum, quam ob
causam psalteriū ipsum Davidicū sæpè percurrere sum coactus, è quibus fontibus haurire
studui, non unde disertior fierē, sed melior si possem, neq̄ unde euaderē disputator maior,
sed peccator minor. Has igitur scripturas, quas ego aduena, necdum notas, odo re, quodā
illectus adamauī serò, licet uos uelut indigenæ, & in his à principio enutriti amate, colite,
ueneramini, frequentate. nunquā de manibus uestris si possibile sit, certè de mentibus ue-
stris excidant nunquam. quarum siue auctoritas quæritur, à spiritu sancto prolata sunt, &
CHRISTVS ore firmata. siue antiquitas, & omnes omnino seculares literas antecedūt, ante
quàm Cadmus Græcarum repertor, antequàm Isis Aegyptiarū, antequàm Carmentis La-
tinarū inuentrix nasceretur, hæc literæ celebres erant in orbe terrarum, si etiam uirtus atten-
ditur. Et sagittæ sunt acutæ, & ardētes, quæ quibus infixæ fuerint corda uiuificant. siue fru-
ctus optatur, & certè cum cæterorum merces sit, aut breue lucrū, aut aura uolatilis, falsus fa-
uor, harum finis æterna uita est, & uera foelicitas, sin forsan ornatus exigitur. Et quamuis
multa de hoc dici possint, hæc tamen omnium summa est, quaedam superficietenus compo-
siores, pulchriorē nullam. Itaq̄ fingi iubeo hinc matronam formosam, sobriam, pudicam
cultu exiguo cōtentam, illinc exquisitissimè cōpositā meretricem, fucis ora uendētem quis
nā adeo hebes, ut dubitet quàm potius in coniugem sibi asciscatur. magni doctiq̄ uiri mul-
ti fuerūt, disertiq̄ aliq̄, nescio enim q̄modo facilius est doctū hominē repire q̄ disertum, im-
mò nō tam in proptu est, qd doctrina sine eloquentia esse potest, eloquentia uerò sine doctri-
na, eaq̄ multiplici & uaria esse nō potest, nisi fortè loquētē p̄ eloquēte posuerimus, qd nihil
est falsius. Et hæc est radix uel poëtica uel oratoria raritatis, de qua multa diuinitus in eo
libro

libro qui Orator inscribitur disputauit Cicero. Quamuis sanè doctorum & eloquentium omnis cohors, quotquot ab origine rerum, usque ad hanc diem quacumque parte mundi flo ruerunt, quos enumerare longum est, philosophentur, disputent, potent, res decoras stilo quolibet exornent, & tenuissimo artificio ac poetis uerbis tegant, non ne omnes indocti & muti et elingues uidebuntur, ubi ab aduerso sola *CHRISTI* uox intonuit, uerissimumque illud regij prophete. Absorpti sunt, ut in comparatione petreæ, per quã *CHRISTVM* intelli gi solere nouimus, nil prorsus appareat, & pro se maximi uidebatur. hæc sunt Fratres, quæ ocio religioso ut scriberem occurrebant, quamuis haud ignarus sim, eorumque sermonem pro tendi posse, quousque occupatorum miseræ protèduntur, quarum nullus est terminus. sed satis nunc dixisse uisus sum, reliqua ex uobis audire habeo, quos horum fecisse debuit experi entia magistros, hoc ergo de quo loquor ocium, & hæc uacatio præstabit ut uideatis, quo niã Deus ipse est dominus, & acriter intueamini, quæ ad salutem aptissima sunt, & si à sensu bus uehementer abhorreant, atque in primis nostrã & prætereuntium rerum fugam, neque mundi ac carnis aut dæmoni superaddite, nec capiamini, neue quis uestrum hostibus suis aut consiliarijs malis credat. Postremo nõ quã fletus aut luctus diuellatur, unde utique necessarium est diuelli, ad hæc uidentia lucidum & quietum delegistis locum, arripuistis iter rectum et securum, bono collyrio lauistis oculos, sic agite, pergite quo cepistis, nemo se in tergum flectat, Statua fa lis, inquam mulier retro respiciens uersa est, animas uestras salutifero sale cõdiuerit, nullus hominum sine peccato est. sed peccatori dicitur, peccasti, quiesce. Quiescite ergo, uacate, ocium agite, uidete, gaudete, pro me flete, & mei memores ualete, O felices, si uos ipsos & bona uestra cognoscitis.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. DE VERA SAPIENTIA,
DIALOGVS I.

Collocutores.

ORATOR, IDIOTA.



Onuenit pauper quidã Idiota ditissimum Oratorem in foro Romano, quem facete surredens sic allocutus est. I. Miror de fastu tuo, quod tu licet continua lectione defatigeris, innumerabiles libros lectitando, nondum tamen ad humilitatem ductus sis: Hoc certè ex eo, quia scientia huius mundi, in qua te cæteris præcellere putas, stultitia quædã est apud Deum: & hæc inflat, ex qua inflatione tumida oritur superbia, quæ natio ne coelestis, semper in altum nititur, ut grauius cadat, uera autem scientia humiliat, quæ nul la inflatione grauefacta, in altum non casura uolat. optarem igitur ut ad illam te conferres, quoniam ibi est thesaurus lætitiæ. O. Quæ est hæc præsumptio tua pauper, idiota & pe nitus ignorans, ut sic paruas facias studium literarum, sine quo nemo proficit. I. Non est magne Orator præsumptio, quæ me silere non sinit, sed charitas. nam uideo te deditum ad quæ rendum sapientiã, multo casto labore, à quo te reuocare si possem desidero, ita & tu er rorem perpenderes, puto contrario laqueo te euasisse gauderes. traxit te opinio auctori tatis, ut sis quasi equus naturaliter liber, sed arte capistro alligatus præsepit, non aliud comedit nisi quod sibi ministratur. O. Si non in libris sapientum est sapientiæ pabulum, ubi nunc est? I. Non dico ibi non esse, sed dico naturale ibi non reperiri. qui enim primo se ad scriben dum de sapientiã contulerunt, non de librorum pabulo, qui nondum erant incrementa receperunt, sed naturali alimento, in uiros perfectos euadebant. & hi cæteros qui ex libris se putant profecisse, longè sapientiã antecedunt. O. Quamuis fortè sine literarum studio aliqua sciri possunt, tamen res difficiles et grandes nequaquam, cum scientiæ creuerint per additamenta. I. Hoc est quod aiebam, scilicet te duci auctoritate & decipi, scripsit aliq̃ uerbum

uerbum illud cui credis, ego autem tibi dico, quod sapientiã foris clamitat in plateis, & est clamor eius, quoniam ipsa habitat in altissimis. O. Sapientiã attamen studio ac librorum lectione cõsecutus sum. I. Rem magnam si uera esset, & inseparabilem à uirtute, cre de autem mihi nunquam si uerè sapiens esses, hoc diceres: Sapiens enim quantum est quod si bi desit intelligit, nõ gloriatur itaque, sed suspirat. O. Sapientem me profiteor. I. Bene irer res si tot esset sapietes, quæ sapientiæ professores. hunc illud perdifficile est, hoc uerò facillimum. O. Studio ad sapientiã perueni. I. Utique sic ad illã peruenitur, sed an tu peruenieris cogi ta, nõ est enim res studij breuis egens, aliquot annorum ut reliquæ artes, tota uel longissima opus est uita, si quis ut aiunt, tota die currens peruenit ad uesperã, satis est. notum est illud Pla tonis, ut alia multa, præclarissimum, quod tuo Ciceroni placet, & mihi. Beatum cui etiam in senectute cõtingit, ut sapientiã uerasque opiniones assequi possit: has tu an calle medio obuias habueris miror, an nescio quo pennato equo uectus, an tempus attigeris, incertum, qui tam cito sapiens euasisti. O. Sapientiæ perfectionem coelitus accipi, est enim sapientiã do num, omne autem donum desursum est à patre luminum. I. Est fateor coeleste donum sapientiã, sed magnus certè uir erat & Dei amicus Paulus, qui non ut tu de sapientiã, sed potius hoc modo aiebat. Non quod iam acceperim aut perfectus sim. O. Sapientiã cupida mente compræhendi. I. Ut pecuniã rerumque multarum mala, sic sapientiã cupi ditas bona est. sed an tu tantæ rei capax sis uideto. certè ille idè de quo modo meminit Pau lus apostolus. Ego me, inquit, non arbitror compræhensisse: & ille quoque permagnus erat, qui cum Deo de seipso loquens aiebat. Imperfectum meum uiderunt oculi tui. hoc est pro prium sapientis, imperfectum suum nosse ac fateri. O. Sapiens dicor. I. Nõ tuæ neque aliæ uoces, unquam sapientem fecerunt, sed res ipsa. O. Sapiens uulgò dicor. I. Uulgus infanos sapientes, & sapientes infanos, iure suo dicere solet, quod est ut falsa pro ueris, & uera pro falsis habeat. nihil est à ueritate remotius, quam uulgaris opinio. O. Omnes me prædicant sapientem. I. Ad famã fortasse aliquid, ad sapien iam nihil omnino. sentio autem superscriptionibus inniteris literarum, quibus nihil est liberalius, non satis est face re sapientes, qui non sunt, sed egregios & insignes faciunt, & reuerendos, serenissimos in super & illustres, ut iam simplex sapientiæ titulus sit pudori, qui quam paucis tamen con ueniat, stupor est. uis autem nosse quam sis sapiens, uerte oculos retrò, recordare quotiens in hoc uitæ cursu cespitaueris, quotiens offenso pede cecideris, quot pudenda, quot do lenda, quot poenitenda commiseris, tunc si audes dicito sapientem, credo autem non aude bis. O. Scio me sapientem. I. Literarum fortè uis dicere. sunt enim planè literati aliqui, licet pauci, sapientes autem penè nulli. Aliud est sapienter loqui, aliud sapienter uiuere, aliud dici, aliud esse sapientem. fuere qui dicerent sapientem nullum, id quam ue rum falsumue sit, non disputo. certè nimis prærupta est sententia, & ad desperationem prona, & studio aduersa sapientiã. Hebræi sapientem Salomonem suum prædicant, qui quam sapiens esset, turba coniugum pellicumque testatur, multoque magis dijs alienis cultus exhibitus. O. At Romani sapientem Lelium & Catonem habuere, Græcia ip sa dum floruit, septem habuisse dicitur sapientes. I. Hæc de antiquis sapientibus. Fœ licior ætas nostra, quæ nõ unum duosue aut septem, sed in singulis urbibus ceu pecudum greges numerat sapientes, nec mirum, sanè multos esse qui tam facile fiant. Venit iue nis stultus ad templum doctoris insignia recepturus, præceptores illum sui celebrant, seu amore seu errore, tumet ille, uulgus stupet, applaudunt affines & amici, ipse iussus cathedrã scandit, cuncta iam ex alto despiciens, & nescio quid consulum murmurat. tunc maiores certati ceu diuina locutum, laudibus ad coelum tollunt, tinniunt interim campanæ, strepunt tur bæ, uolant annuli, signum oscula, uertici rotundus ac magistralis biretus apponitur. his peractis, descendit sapiens, qui stultus ascenderat. mira prorsus transformatio, nec Quidio cog nita, sic sunt hodie sapietes. uerus sapiens sit aliter. O. Sapiens attamen sum. I. Solent qui de se magnificè sentiunt, cõsideter maiora uiribus aggredi, inque nisu medio plapsi, suo magno uel piculo uel pudore, addiscere quã iusti rerum æstimatores fuerint suarum. Præstat igitur (mihi crede)

crede) falsas opiniones abijcere, insolentiam deponere, insipientiam circumspicere, & optare ne qua experienda sapientiae necessitas incidat, quae declaret te de nihilo gloriatum. haec rectior tutiorque quaerenda sapientiae uia est. O. Credo & ego ad sapientiam peruenisse. I. At si mihi obsequeris, ad illam potius assurgendo nitendoque peruenies quam credendo, nihil enim ascendit altius, quam humilitas operosa. O. Magna mihi sapientia est. I. Putasne forsitan si tacuisses, iam me praemonuisti, quoniam ubi maior iactantia, sapientia minor esse solet, ut tuus ait Cicero, Qui se, inquit, iactat, statim inuenit derisorum, immo & tot irrisores, quot habet auditores. O. Inter sapientes deputatus sum. I. Vnus forsan es de illo grege, quorum numerus multus est magnusque, quibus pretiosum magis est uideri sapientes, & non esse quam esse quidem, nec uideri. sicut & multi sunt, qui iusti potius uideri malunt & non esse, quam esse iusti nec apparere. Primos igitur sophistas uocat Aristoteles, secundos hypocritas, amborum autem effectus fallere est, & in primis seipsos, isti uerbis, illi gestibus, alij nutibus, gestibus ac uerbis iustos & sapientes se ostendunt, stultos autem prauosque moribus atque uita. Praeterea si tu sapiens esses, utique non diceres, quippe non praesumit, non inflatur, uerum gemit in seipso sapiens, non gloriatur, sed semper quod sibi desit ponderat, neque acquisita sed acquirenda semper cogitat: omnia namque illi desunt, qui sibi nil ad sapientiam desesse putat. igitur si uelis fieri sapiens, noli ut iam dixi te ipsum opinari sapientem. O. Verus tamen sapiens, consensu omnium iudicor. I. Ad sapientiam ueram nemo peruenire potest, quae falsa sapientia deceptus est: stultus igitur fias, oportet, ut esse possis sapiens. Perge ergo quousque tibi stultus uidearis. & attigisti sapientiam, stultus uero tunc demum tibi esse uidebere, cum ad tuum ipsius cogitationem peruenies. Porro cum a sapere sapientia dicitur, ille profecto sapiens esse iudicatur, cui res sapiunt prout sunt, qui sic rebus transitorijs nouit uti, ne aeternis obliuiscatur, ita quoque moderate praesenti uti mundo, ut quantum potest fruatur ipso Deo. Denique haec uera sapientia est, qua sapit Deus sapienti, uiuenti de spiritu eius, qua uitam suam ordinat, componit mores, actus dirigit, ac omnia opera, suo quodam diuino sopore condidit atque format, qua eos etiam, cum quibus hic uersatur homines, oleo letificantis gratiae adlinat, ut uidentes opera eius bona, patrem qui in caelis est glorificet, gratiam habens ad amicos, ad inimicos patientiam, beneficentiam ad quos potest, & ad omnes beniuolentiam ad quos debet, neminem contemnens, neminem iudicans, omnes diligens, & saluos fieri optans in uisceribus charitatis. Postremo ut breuiter cum uerbis Bernardi concludam, inuenisti, inquit, sapientiam: si mala tua praeterita desleas, si praesentia haec bona paruipendas, si futura bona toto cordis desiderio concupiscas. O. Stultum me dixisti fieri oportere, ut sapiens sim. quod quidem tunc demum assequi potero, ut tu dicis, cum me ipsum nosse incepero. quo igitur pacto, ediffere, mei ipsius notitiam adipiscar? I. Reminiscere in primis Orator, & saepenumero tua mente reuolue quid sis, magna si quidem mortalium turba ignara sui, quid in terris sit agendum, quidque in caelis agitur, quarit, philosopho cuidam per similes, qui siderum cursus noctu cum Astrolabio metiretur, in limosam lapsum est specum, quod ancilla sua cachinno magno ridens, Herus, inquit, meus ignorat quod ante pedes est, uile lutum, & rimari temptat arcana caelorum. debet ergo homo id primum inquirere quid sit, Homo, inquit, Porphyrius, est animal rationale mortale. Mortale, ait Bernardus, temperet rationale, ne forte in superbiam tollatur, & rationale confortet mortale, ne in desperationem labatur. hinc Bernardus ad Eugenium quem modo allegauit: a te, inquit, tua consideratio inchoet, ne frustra extendaris ad alia te neglecto. quid tibi prodest uniuersum lucrari mundum te ipsum perdens? noueris licet omnia mysteria, noueris lata terrae profunda maris, alte caeli, si te nescieris, similis eris uiro aedificati absque fundamento, ruinam non structuram faciens: non est sapiens, qui sibi non est sapiens, in acquisitione enim salutis tuae, nemo tibi germanior neque propinquior, haec Bernardus. Sunt praeterea nonnulli adeo seu fatui seu elati, qui seipsis ignoratis, scientiam diuinorum assequi putant, sed quo pacto uult ille Deum cognoscere, qui seipsum conuincitur ignorare? Nescienti seipsum impossibile est scire Deum. ex sui nempe cognitione oritur humilitas & timor Dei, quid fuit homo nasciturus, quid sit natus, quid mortuus erit: ex sui uero ignorantia oritur

tia oritur superbia, natione ut dixi coelestis, alta semper appetens, ut grauiori casu ad infimam ruat, quae fecit angelos daemones & daemones homines coequauit. ex superbia autem oritur Dei ignorantia, ex qua infelix desperatio, saepenumero consurgit, at uero sine timore Dei & humilitate quis potest de salute praesumere? Ille solus est uere sapiens, ac seipsum intelligens, qui uilem se ac paruum reputat, qui uero se magnum aliquid esse existimat, cum non sit fallitur, ille & uera sapientia in eo non est. O. Perge uero obsecro, perge, inquit, talia mihi inaudita hactenus uerba salutaria enarrare, sunt enim, ut uideo, ad salutem magis accedentia, quam ut Ciceronis aut Quintilianii reliquorum uerba in meis Oratorijs libris contentorum. I. Pergam profecto, idque etiam libens. Vere sapiens & rectus apud Deum ille animus est, qui cogitat qualis uita, non quanta sit. nempe ut pulchre ait & splendide Lactantius, Si ut uiuendi, sic & bene uiuendi cura nobis esset, infinitos penes labores quibus stultitia aestuat humana, tanquam superfluos & insanos fugiendos longe uitarem. Sed heu nemo iam uel admodum rarus, quam bene uiuat, sed quamdiu curat, cum tamen omnibus in potestate est ut bene uiuat, ut diu uero nemini. Quid est autem aliud diu uiuere, quam diu torqueri & quanto diutius quis in uita fuerit, tanto, maiori hac grauatur onerataque sarcina peccatorum. & non uides o Orator, immo o quilibet homo, quod sic es in uita ista, quasi hospes in domo aliena, qua die nescit hospes, uel qua hora dicatur ei, Exi foras, quia quam in habitas domus tua non est. Homo quippe uita comodat est, non donatus. Sapiens in hac uita sic dies studet agere transitorios, ut in futura dies aeternitatis inueniat. Stude igitur o homo sapiens esse, desideras saltem letaliter non peccare. A uenialibus enim cum septies in die cadat iustus, quis potest omnino continere? quod si peccaueris, orationibus, holocaustis, lachrymis, atque elemosynis tu quoad potes iustitiam redime. ait enim in Ecclesiastico Salomon: Fili peccasti, non adicias iterum, sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. sed hoc unum est, quod te uiribus totis fugere admoneo, procrastinatio scilicet emendationis & poenitentiae. dico enim tibi, quod Deus, qui peccanti ueniam spondit, peccanti diem crastinum non promittit. Testis est tuus in tragicodijs Seneca ita dicens:

*Nemo tam diuos habuit fauentes
Crastinum ut posset sibi polliceri.*

Deus enim licet ueniam ut dixi poenitenti promiserit, non tamen promittit ei dare uoluntatem poenitendi, sicut nec uoluntatem peccandi dedit. immittit namque diabolus longioris uitae securitatem, ut inferat perditionem, nec dinumerare est possibile, quantos hac inanis spei fallax umbra deceperit. Audi quam pulchre ait Gregorius: Deus quos diu ut conuertatur expectat, non conuersos durius damnat. Audi etiam si uis Augustinum supra Ioannem angelica potius quam humana uerba resonantem. Intendant, inquit, qui amant in domino mansuetudinem & timeant ueritatem. etenim dulcis & rectus dominus, amat quod dulcis est, time quod rectus est, an quam mansuetus dixi tacui, sed tanquam iustus nunquam semper tacebo. Misericors & miserator dominus. Ita plane, adhuc adde longanimis, adde adhuc & multum misericors, sed time quod est in nouissimo & uerax. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus, sed & iustus dominus & uerax dominus. largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto, & hodiernum diem malitia peregisti, uel cras mutare. semper expectas & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam promittit, indulgentiam promittat, tibi etiam prolixiore uita spondeat. Vnde scis, quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, Quando me correxero, Deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non possumus, correctis atque conuersis indulgentiam Deus promittit, nam in quo propheta mihi legis, quia promittit correcto indulgentiam, non mihi legis, quia promittit tibi Deus longam uitam. Ex utroque igitur homines periclitantur, & sperando, & desperando, contrarijs rebus contrarijs affectionibus, sperando decipitur is qui dicit. Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet laxas habenas cupiditatibus meis, ut impleam desiderium animae meae. quare hoc? quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus. spe isti periclitantur, desperatione autem, quae cum inciderint in grauiora peccata putantes,

putantes sibi non posse iam ignosci poenitentibus, & statuētes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipfos: Iam damnandi sumus, quare nō quod uolumus facimus? idē molesti sunt desperati, iam enim quod timeant non habent, & uehementer timendi sunt, istos desperatio necat, illos spes. Inter spem & desperationē fluctuat animus, metuendum est ne te occidat spes, & cum speras multum de misericordia, ne incidās in iudicium. metuendum est rursum, ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci quæ grauiā commisisti, non agas poenitentiam, & incurras in iudicem, sapientiam, quæ dicit, Et ego uestræ perditioni super ridebo: quid ergo agit Deus cum periclitantibus utroque morbo? illis qui spe periclitantur hoc dicit: Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem. subito enim uenit ira eius, & in tempore uindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicit? In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. propter illud ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum, propter illos uero qui spe periclitantur & dilationibus includuntur, fecit diem mortis incertum. quando ueniat ultimus dies nescis, ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris, hinc dixit ad peccatricē mulierem Dominus: Nec ego te condemabo, uade, deinceps iam noli peccare, sed facta secura, de præterito caue futura, nec ego, inquit, te condemnabo, de leui quod commisisti, obserua quod præcepi, ut inuenias quod promisi. hæc Augustinus, audisti iam Augustinum o orator, audito etiā & Chrysostomū super Iohannem sic dicentē: Quid est latrone & homicida deterius? Non ne ultima hæc species malitiæ est, & tamen ad summū uirtutis confestim peruenit, & ipsum migravit paradysum nō diebus indigens, nō una die, sed breui momento. quare licet repente transponi, & fieri aureum ex luteo? quia enim non natura uirtus aut malitia est, facilis est transpositio ab omni necessitate, eruta, si uolueritis, & audieritis me, ait, dominus, bona terræ comedetis. uides quoniam uoluntate indiget sola, uoluntate quidem nō communi, & nuda quæ est multorum, sed studiosa quæ paucorum est, quia omnes noui in cœlum uelle euolare nunc, sed per opera oportet uoluntatem ostendere. Etenim negotiator qui uult ditari, nō solum usque ad mentem uoluntatem sistit, sed nauem construit, & congregat nautas, & rogat gubernatorem, & in omnibus alijs præparat nauim, & pecuniam foeneratur, & transit pelagus, et ad extremam uadit terram, & pericula sustinet multa, & alia omnia quæ sciunt qui mare nauigant, ita & nos oportet uoluntatem ostendere, nauigamus enim & nos nauigationem, non eam quæ à terra in terram, sed eam quæ à terra in cœlum. construamus igitur mentem nostram ad aptam gubernationem quæ sursum fert, & nautas ei obediētes, & nauim solidā, ut neque circumstantia neque tristitia submergatur mundialis, neque elationis eleuetur spiritus, sed bene præcincta sit & leuis, si sic quidem nauim, si sic uero gubernatorem & nautas præparabimus, cum aptitudine uentorū nauigabimus, & filium Dei qui uerus est gubernator attrahemus ad nos ipsos, qui nō dimittet submergi nauim nobis, sed & si infiniti flauerint uenti, & uentos increpabit, & mare & pro fluctuatione multam tribuet tranquillitatem. Hæc Chrysostomus. Veruntamen quæ supra dicta sunt, ferē omnia de sola creata, & quæ homini inesse potest, sapientia dixerim. Et quidē & alia sed increata sapientia, longē illa præstantior longeque differentior, & tantō quidē, quantō finitū ab infimo, æternum à temporali differt. Media tamen ista ad illā, & non aliundē peruenitur. O. Ut audio cum te Idiotā reputes, sapere tamen non modicum uideris. I. Hæc est fortasse inter te & me differentia, tu te sapientē putas, cū non sis, hinc superbis. Ego uero idiotā me esse cognosco, hinc humilior, & in hoc fortē doctior existo. O. Quomodo ductus esse potes ad scientiā ignorantia, & in hoc fortē doctior existo. I. Non ex tuis, sed ex Deilibris. O. Qui sunt illi? I. Quos suo digito scripsit. O. Vbi reperiuntur? I. Vbiq. O. Igitur & in hoc foro? I. Immo iam & in capite libri dixi: quod sapientia clamitet in plateis. O. Optarem audire quomodo. I. Si te absque curiosa inquisitione affectum conspicerem, magna tibi panderem. O. Potes ne breui tempore efficere, ut quid uelis degustet? I. Possum. O. Contrahamus igitur nos in hac tonsoris proximā quæso apothecā, ut sedentes quæritus loquamur. Placuit idiotæ, & intrātes locū aspectū in forum uertētes sic exorditus est Idiotā sermonem.

FRAN-

FRANCISCI PETRAR-

CHÆ V. C. DE VERA SAPIENTIA,

DIALOGVS II.

Collocutores.

IDIOTA, ORATOR.

Quoniam tibi in præcedentibus dixi, Sapientiam clamare in plateis, & quod clamor eius est ipsam in altissimis habitare, hoc tibi ostendere sic conabor. & primū uelim dicas, quid hic aspicias in foro? O. Video ibi numerari pecunias, in alio angulo ponderari merces, ex opposito mensurari oleum & alia. I. Hæc sunt opera rationis illius, per quam homines bestijs antecellunt, nam numerare, ponderare & mensurare bruta nequeunt, attende nunc Orator per quem, in quo, & ex quo hæc fiunt, & dicitur mihi. O. Per discretionem. I. Recte dicis, per quid autem discretio? Non ne per unum numeratur? O. Quomodo. I. Non ne unum est unum semel, & duo est unum bis, & tria est unum ter, & sic deinceps. O. Ita est. I. Per unum igitur fit omnis numerus. O. Ita uidetur. I. Sicut igitur unum est principium numeri, sic pondus minimum est principium ponderandi, & mensura minima principium mensurandi. uocetur igitur illud pondus uncia & mensura Petitum. non ne sicut per unum numeratur, ita per unciam ponderatur, & expetito mensuratur? non ne hæc sic se habent? O. Immo. I. Per quid autem attingitur unitas, per quid uncia, per quid Petitum? O. Nescio. Scio tamen quod unitas non attingitur numero, quia numerus est post unum. sic nec uncia pondere, nec petitum mensura. I. Optimè ais Orator, sicut enim simplex prius est natura composito, ita compositum natura posterius, unde compositum non potest mensurare simplex sed conuerso, ex quo habes quomodo illud per quod, ex quo, & in quo omne numerabile numeratur, non est numero attingibile, similiter illud per quod, ex quo, & in quo, omne ponderabile ponderatur, non est pondere attingibile, similiter & id, per quod, ex quo, & in quo omne mensurabile mensuratur, non est mensura attingibile. O. Hoc clarè conspicio. I. Hunc clamorem sapientia in plateis transfer in altissimis, ubi sapientia habitat, & multo delectabiliora reperies, quàm in omnibus ornatisimissimis uoluminibus tuis. O. Nisi quid per hoc uelis exponas, non intelligo. I. Nisi ex affectu oraueris prohibitus sum ne faciam, nam secreta æternæ atque increatæ sapientia, non sunt omnibus passim aperienda. O. Multum desidero te audire, & ex paucis inflammar. ea enim quæ iam præmisisti, aliquid magni futurum enunciant, rogo igitur ut incepta prosequaris. I. Nescio si liceat tanta secreta detegere, & tam altam profunditatem facilem ostendere, tamen nequeo me continere, quin tibi complaceam. Ecce frater, summa sapientia est hæc, ut scias quomodo in similitudine iam dicta attingitur inattingibile inattingibiliter. O. Mira dicis & absona. I. Hæc est causa cur occulta non debent comunicari omnibus, quia eis absona uidentur. Admiraris me dixisse tibi contradicentia, dico autem, quod sicut iam ante de unitate uncia & petito dixi, ita de omnibus quo ad omnium principium dicendum. nam omnium principium est, per quod, ex quo, & in quo omne principiabile principiatur, & tamen per nullum principium attingibile. Ipsum est per quod, ex quo, & in quo omne intelligibile intelligitur, & tamen est intellectu intelligibile. & similiter per quod, ex quo, & in quo, omne fabile fatitur, & tamen est factu ineffabile. sic est per quod, ex quo, & in quo, omne terminabile terminatur, & tamen est termino interminabile & sine infinibile, tales facere potes innumerabiles uerissimas propositiones, & omnia tua oratoria uolumina illis implere, & alia sine numero illis addere, ut uideas quomodo sapientia in altissimis habitat, altissimum enim est, quod altius esse non potest. sola infinitas est illa altitudo. Vnde sapientia, quàm cum omnes homines natura scire desiderat, cum tanto mentis affectu querunt,

aa non ali

non aliter scitur, quam quod ipsa est omni scientia altior, & inscibilis, & omni loquela inefabilis, & omni intellectu intelligibilis, & omni mensura immensurabilis, & omni proportionatione improportionabilis, & omni imaginatione imaginabilis, & omni sensatione insensibilis, & omni tractatione intractabilis, & omni gustu ingustabilis, & omni auditu inaudibilis, & omni uisu inuisibilis, & omni apprehensione inapprehensibilis, & omni affirmatione inaffirmabilis, & omni negatione innegabilis, & omni dubitatione indubitabilis, & omni opinione inopinabilis. & quia omni eloquio est inexpressibilis, harum locutionum non potest finis cogitari, cum omni cogitatione sit incogitabilis, ipsa gloriosa, atque aeterna sapientia, per quam, ex qua, & in qua omnia. O. Hæc indubie maiora sunt quæ a te audivi putabam, non cesses, quæso, me illo ducere, ubi aliquid talium altissimarum theoricarum, tecum quam suaviter degustem, nam uideo te non fatiari semper de illa sapientia loqui. maxima autem ut puto dulcedo hoc agit, quam nisi interno gustu sapere, te non tantum alliceret. I. Sapientia est quæ sapit, qua nihil dulcius intellectu. Neque censendi sunt quous modo sapientes, qui uerbo tantum & non gustu loquuntur, illi autem cum gustu de sapientia loquuntur, qui per eam ita sciunt omnia, quod nihil omni. Per sapientiam enim & ex ipsa, & in ipsa est, omne internum sapere. ipsa autem, quia in altissimis habitat, nullo sapore est gustabilis, ingustabiliter ergo gustatur, cum sit altior omni gustabili, sensibili, rationali, & intellectuali. Hoc est autem ingustabiliter & à remotis gustare, quasi si odor quidem dici potest prægustatio ingustabilis. Sicut enim odor ab odorabili multiplicatus, in alio receptus nos allicit ad cursum, ut in odore unguentorum ad unguentum curratur, ita aeterna & infinita sapientia cum in omnibus relucent, nos allicit, ex quadam prægustatione affectuum, ut mirabili desiderio ad ipsam feramur. Cum enim ipsa sit uita spiritualis intellectus, qui in se habet quandam conaturatam prægustationem, per quam tanto studio inquirat fontem uitæ suæ, quem sine prægustatione non quæreret, hinc ad eam ut ad propriam suam uitam mouetur, & dulce est omni spiritui ad uitæ principium, quamuis inaccessibile continue ascendere & quando eò ducitur uitam suam quærens, tanto plus gaudet, quanto suam uitam infinitam atque immortalē conspicit, & sic euenit ut inaccessibilitas, siue incōprehensibilitas infinitis uitæ suæ, sit sua desideratissima comprehensio quasi si quis haberet thesaurum pecuniæ, & ad hoc pertingeret, quod illum sciret innumerabile, imponderabile, & immensurabile, hæc scientia incōprehensibilitatis est gaudiosa, & optatissima cōprehensio, non quidem ut ad cōprehendentem refertur, sed ad ipsum quoque amoroissimum thesaurum. quasi si quis amet aliquid, hic gaudet in amabili, infinitas & inexpressibiles amores causas reperiri, & hæc est gaudiosissima comprehensio amantis, quando incomprehensibilem esse amabilia mabilitatē comprehendit, nequaquam enim tantum gauderet se amare, secundum aliquid, incomprehensibile amatū, sicut quando sibi cōstat amati amabilitatē esse penitus immensurabile, infinitabile, interminabile ac incomprehensibilem, hæc est gaudiosissima incomprehensibilitatis comprehensibilitas. O. Intellego forte, iudicabis, nam hæc uidetur tua intentio, quod principium nostrum, per quod, ex quo, & in quo sumus & mouemur, tunc gustatur à nobis, ut principium, medium & finis, quando eius uitalis suauitas, ingustabiliter gustatur per affectum, & incomprehensibiliter comprehenditur per intellectum. At uero qui ipsum gustabiliter gustare & comprehensibiliter comprehendere nititur, ille penitus est sine gustu & intellectu. I. Optime coepisti orator, ob hoc, qui non aliud sapientiam putant, quæ id quod est intellectu cōprehensibile, & non aliud felicitatem putant, quam eam quæ est attingibilis per eos, hi longe sunt à uera sapientia aeterna & infinita, sed conuersi sunt ad finibilem quandam quietem, ubi putant lætitiā uitæ esse sed non est. hinc se deceptos comperientes in cruciatu sunt: nam ubi felicitatē esse putabant, ad quam se omni conatu conuertebant, ibi arumnam reperiunt, & mortem. sapientia enim infinita est indeficiens uitæ pabulum, de quo aeternaliter uiuit spiritus noster, qui si rectus est, non nisi sapientiam & ueritatem amare potest. omnis enim intellectus appetit esse, suum esse est uiuere, suum uiuere est intelligere, suum intelligere est pasci sapientia & ueritate. unde intellectus qui non est degustans, claram sapientiam, hic est ut oculus in tenebris. est enim

est enim oculus sed non uidet, quia non est in luce, & quia caret uita delectabili, quæ conuenit inuidere, tunc est in arumna & cruciatu, & hoc est mors potius quam uita. sic intellectus ad omne aliud, quam ad aeternæ sapientiae pabulum conuersus, se extra uitam, quasi in tenebris ignorantiae inuolutum potius mortuum, quam uiuū reperiet. Et hic est cruciatus mirabilis, intellectuale esse habere, & nunquam intelligere. sola enim aeterna sapientia est, in qua omnis intellectus intelligere potest. O. Pulchra certe atque rara, & mihi gratissima narras, nunc age quæso, quomodo eleuari quæam ad aliqualem gustum aeternæ sapientiae. I. Aeterna sapientia in omni gustabili gustatur, ipsa est delectatio, in omni delectabili, ipsa est pulchritudo in omni pulchro, ipsa est appetitio in omni appetibili, & sic in cunctis delectabilibus uel desiderabilibus dico, quomodo ergo tunc potest non gustari? Nonne uita est gaudiosa, quando est secundum desiderium tuum? O. Immo nihil plus. I. Cum ergo hoc desiderium tuum non sit nisi per aeternam sapientiam, ex qua, & in qua est, & hæc uita foelix, quam desideras, similiter non sit, nisi ab eadem aeterna sapientia in qua est, & extra quæ nequit esse, hinc non aliud in omni desiderio intellectualis uitæ desideras, quam aeternam sapientiam, quæ est desiderij tui complementum, principium, medium & finis. Si igitur est tibi stulte hoc desiderium immortalis uitæ, ut aeternaliter foeliciter uiuas, quandam in te prægustationem experiris aeternæ sapientiae, nihil enim penitus incongruum appetitur, sunt enim Poma apud Indos quorum prægustationem cum non habemus, ea non appetimus sed cum sine nutrimento uiuere non possumus, appetimus nutrimentum. habemus autem nutrimenti quandam prægustationem, ut uiuamus sensibiliter. Et hinc puer quandam habet lactis prægustationem, in sua natura, quare dum esurit ad lac mouetur: ex quibus enim sumus ex illis nutrimur, sic intellectus noster habet uitam suam ab aeterna sapientia, & huius habet aliqualem prægustationem. unde in omni pascentia, quæ sibi ut uiuat necessaria est, non mouetur, nisi ut inde pascat, à quo habet hoc intellectuale esse, si igitur in omni desiderio uitæ intellectualis attenderes, à quo est intellectus, per quod mouetur, & ad quod in te comperires dulcedinem aeternæ sapientiae, illam esse quæ tibi facit desiderium tuum ita dulce ac delectabile, ut inenarrabili affectu feraris ad eius comprehensionem, tanquam ad immortalitatem uitæ tuæ, quasi ad ferrum & magnetem attendas. Habet enim ferrum in magnete quoddam sui fluxus principium, & dum magnes per sui præsentiam excitat feruum graue & ponderosum, tunc mirabili desiderio fertur, etiam supra motum naturæ, quo secundum grauitatem deorsum tendere debet, & sursum mouetur, se suo principio uniendo, nisi enim in ferro esset quedam prægustatio naturalis ipsius magnetis, non moueretur plus ad magnetem quam ad alium lapidem: & nisi in magnete esset maior inclinatio ad ferrum, quam ad cuprum, non esset illa attractio. Habet igitur spiritus noster intellectualis, ac aeterna sapientia principium, sic intellectualiter effendi, quod esse est conformius ipsi sapientiae, quam esse non intellectuale. hinc irradiatio seu immisio in sanctam animam est, motus desideriosus, in excitatione. Qui enim quærit motu intellectuali sapientiam, hic interne tactus ad prægustandam dulcedinem, sui oblitus rapitur in corpore quasi extra corpus omnium sensibilium pondus eum tenere nequit, quousque se uniat trahenti sapientiae. & tunc extupida admiratione sensum linquens, insanire facit animam, ut cuncta præter ipsam nihili faciat, & talibus dulce hunc mundum linquere, ut expeditius ferri possint, in ipsam immortalitatis sapientiam. Hæc prægustatio facit sanctis omne apparens delectabile, abominabile, & omnia corporalia tormenta, propter ipsam citius adipiscendam, æquissimo animo ferre. Hæc nos instruit hunc nostrum spiritum ad ipsam conuersum nunquam deficere posse, si enim hoc corpus nostrum spiritum omni sensibili ligamento tenere nequit, quin audissimè ad ipsam corporeo dimisso officio feratur, nequaquam deficiente corpore, deficere potest. Hæc enim est eius assimilatio, quæ spiritui nostro naturaliter inest, per quam non qui tratur imago, nisi in eo cuius est imago, à quo habet principium, medium & finem. Uita autem imago, per uitam motum ex se exerit, ad exemplar in quo solum quiescit: nam uitam imaginis non potest in se quiescere, cum sit uita uitæ ueritatis, & non sua hinc mouetur,

ad exemplar, ut ad ueritatē sui esse, si igitur exemplar est æternum, & imago habet uitam, in qua prægustat suum exemplar, idcirco desideriosè ad ipsum mouetur. Et cum motus rei uitalis non possit quiescere, nisi in infinita, quæ est æterna sapientia, idè non potest cessare spiritualis ille motus, qui nunquam infinitam uitam infinite attingit. semper enim tam gaudiosissimo desiderio mouetur, ut attingat, quod nunquam de delectabilitate attactus fastiditur, est enim sapientia æterna, cibus saporissimus, qui satiendo desiderium sumendi non minuit, ut in æterna cibatione nunquam cesset delectari. O. Indubie te optime dixisse teneo: Sed ualdè referre uideo inter gustū sapientia, & ea quæ de gustu proferri posse. I. Bene dicis, & placet à te hoc uerbum audisse, sicut enim omnis scientia de gustu rei nunquam gustata, uacua & sterilis est, quousq; sensus gustus attingat, ita de hac sapientia, quam nemo gustat per auditum, sed solum ille, qui eam accipit in interno gustu, ille perhibet testimonium non de his quæ audiuit, sed in seipso experimentaliter gustauit, scire multas amoris descriptiones, quas sancti nobis reliquerunt sine amoris gustu, uanitas quædam est. Quapropter ad quærendam æternam sapientiam, non sufficit scire quæ de ipsa leguntur, sed necesse est postquam intellectus repperit, ubi est quod eam affectu suam faciat, quasi quæ inuenit agrum, in quo est thesaurus, non potest gaudere de thesauro in agro, non suo existente te, quare uēdit omnia & emit agrum illum, ut in suo agro habeat thesaurum. unde oportet omnia uendere & dare. non uult enim æterna sapientia haberi, nisi ibi, ubi habens nihil de suo tenuit ut eam haberet. Id autē quod de nostro habemus uitia sunt, de æterna uerò sapientia non nisi bona. Quapropter spiritus sapientia non habitat in corpore subdito peccatis, neq; in maliuola anima, sed in agro suo puro, & sapientiali munda imagine, quasi in templo sancto suo. ubi enim æterna habitat sapientia, ibi est ager dominicus ferēs fructū immortalē. Est enim ager uirtutū, quæ sapientia colit, ex q̄ nascuntur fructus spirituales, qui sunt iustitia, pax, fortitudo, temperantia, castitas, patientia, & cæteri tales. & licet æterna sapientia se omnibus cōmunicet liberalissimè, cū sit infinite bona, tamē à nullo capi potest, uti est, identitas enim infinita, nō potest in alio recipi, cū in alio aliter recipiatur, & cū nō possit in alio nisi aliter recipi, tūc recipit meliori modo q̄ potest. sed immultiplicabilis infinitas, in uaria receptione melius explicat, magna enim diuersitas immultiplicabilitatē melius exprimit. ex q̄ euenit, ut sapientia in uarijs formis uariè recepta hoc efficiat, ut quælibet ad identitatē uocata, modo q̄ potest sapientia participet. ut quædam eandē participet, in quodā ualdè distantī à prima forma, quibus uix esse elementale tribuit. alia adhuc in nobiliori gradu, quibus uita præbet uegetabilem: adhuc alia in altiori, quibus uitam sensibilem, post hoc quibus animalē, deinde quibus rationalem, demum quibus intellectualem, & hic gradus est altissimus proximior, scilicet sapientia imago. Et hic solus est gradus, habens promptam & innatā aptitudinē, se ad sapientia gustum eleuādi, quia in illis intellectuabilibus naturis, imago sapientia uiuit, uita intellectuali. cuius uitæ uis est, ex se uitalem motū exerere, qui motus est per intelligere ad suum proprium obiectum, quod est ueritas absoluta, quæ est æterna sapientia pergere. Nunc itaque pro hoc breui tempore, hæc sic dicta sufficiant, ut scias sapientiam esse, non in arte oratoria, aut in magnis uoluminibus, sed in separatione ab istis sensibilibus, ac in conuersione ad simplicissimam & infinitam formam, & illam recipere in templo purgato ab omni uitio, & seruido amore ei inhære, quousque degustare eam quæras, & uidere quā suauis sit illa, in qua est omnis suauitas. qua degustata uilescunt tibi omnia, quæ nunc tibi magna uidentur, & humiliaberis, ut nihil arrogantia in te remaneat, neque aliud quodcunque iuitū, quin castissimo & purissimo corde semel degustata sapientia, indissolubiliter adhærebis, etiam hunc mundum, & cuncta quæ non sunt, ipsa magis quam ipsam deserendos, & cū indicibili lætitia uiues ac morieris, & post mortem in ipsa amorosissimo amplexu æternaliter requiesces. quod tibi & mihi concedat ipsa

Dei sapientia semper benedicta.

FRAN

FRANCISCI PETRAR-

CHÆ V. C. IN DIALOGOS

de Contemptu mundi,

Præfatio.



Tonito mihi quidem, & sepiissime cogitati, qualiter in hanc uitam intrassem, qualiter forem egressurus, cōtigit nuper, ut non sicut ægros animos solet somnolentus opprimere, sed anxium atq; peruiilem, mulier quædam inenarrabilis claritatis & luminis, formaq; non satis ab hominibus intellecta (incertum quibus uis adijse uideretur, uirginem tamen, & habitus nunciabat, & facies) me stupentem insuetæ lucis aspectu, & aduersus radios, quos oculorū suorum sol fundebat, non audentem oculos attollere, sic loquitur. Noli trepidare, non te species noua perturbet, errores tuos misertā, de longinquo tempestiuum tibi auxilium latura descendi, satis superque satis, hæc tibi terram caligantibus oculis aspexisti, quos si usq; ad eam mortalitā ista permulcent, quid futurum speras si eos ad æterna sustuleris? His ergo auditis, nec dum pauore deposito, Maronem cum illud tremulo uix ore respondit:

O quam te memorem uirgo, namque haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat.

Illam ego sum, inquit, quam tu in Africa nostra, curiosa quadam elegantia descripsisti, cui non segnis, quā Amphion ille Dyrceus, in extremo quidem occidentis, summoq; Athlantis uertice, habitationē clarissimā atq; pulcherrimam, mirabili artificio ac poetis ut proprie dicam, manibus erexit. Age itaq; iam securus ausculta, ne sic illius præsentem faciem perhorrescas, quam pridem tibi satis familiariter cognitam, arguta circumuolutione testatus es. Vix dum uerba sinierat, cum mihi cūta uersanti, nihil aliud occurberet, quā Veritatem ipsam fore quæ loqueretur: illius enim me palatium Athlantis ingis descripsisse memineram, at quæ nam ex regione uenisset ignorabam, nisi cœlitus tamen uenire, nequiuisset certus eram. itaq; uidendi audis respicio, & ecce lumen æthereum, facies humana non perulit, rursus igitur in terram oculos deiecio, quid illa cognoscens, breuis spatij interueniente silentio, iterum & iterum in uerba prorumpens, minutis interrogatiunculis, meq; ut secum multa colloquerer cōegit. Duplex hinc mihi bonum prouenisse cognoui, nam & aliquantum doctior factus sum, aliquantūq; ex ipsa conuersione securior, spectare coram posse cœpi uultum illum, qui nimio primum me splendore perterrituerat, quem postquam sine trepidatione sustinui, dum mira dulcedine captus inhæreo, circūspiciensq; an quisquam secum afforet, an prorsus in comitata meæ solitudinis abdita penetrasset, uirum iuxta grandæuum, ac multa maiestate uenerandum uideo. non fuit necesse nomen percunctari, religiosus aspectus, frontis modesta, graues oculi, sobrius incessus, habitus sacer, sed Romana facundia, gloriosissimi patris Augustini quoddā satis apertū iudiciū præferbat. accedebat dulcior quidā, maiorq; quā ne scio quis hominis affectus, qui me sciscitari aliquid non sinebat. nec tamen idè tacitus mansissem, iam interrogatio nis uerba distaueram, iamq; in extremum oris limen uox egressura processerat, cum subito ex ore Veritatis, dulcisonum illud mihi nomen auditum est: ad eum siquidem conuersa, ac meditationem ipsius profundissimam interrumpens, sic ait: Chare mihi ex milibus Augustini, hunc tibi deuotum nosti, nec te latet, quā periculosa & longa ægritudo tunc tenuit, qui eō propinquior morti est, quomodo æger ipse à proprii morbi cognitione remotior, itaq; nunc uita huius semianimis cōsulendū est, quod pietatis opus, melius quā tu nullus hominū præstare potest. nā & iste semper tui nominis amantissimus fuit, habet autem hoc omnis doctrina, ut multo facilius in auditoris animum, ab amato præceptore transfundatur, & nisi te præsens fortè felicitas, miseriarum tuarū faciat immemorem, multum tu dū corporeo carcere clauderis, huic similia pertulisti. quod cum ita sit, passionum expertarū curator optime, tam & si retum omninū incundissima sit taciturna meditatio, silentiū tamē istud, ut sacra & mihi singulariter accepta uoce discutiatur, oro, temptes, si qua ope languores tam graues emollire queas. Ad hæc ille. Tu mihi dux, tu consultrix, tu mihi cōsolatrix, tu domina, tu magistra, quid igitur me loqui iubes te præsentem illa autem. Autem mortalis hominis, humana uox feriat, hanc iste feret æquanimis: Aut tamen quicquid ex te audiet, ex me dictum putet, præsentem adero. Parere inquit, ille & languentis amor cogit, & iubentis auctoritas. simul me benignè intuens paternoq; refouens complexu, in secretiorem loci partem, ueritate præuia parumper abduxit, ibi tres pariter conscendimus. Tum demum illa, de singulis in silentio iudicante, submotis procul arbitris, ultrò citroq; sermo longior obortus, atq; in diem tertium materia protrahente productus est, ubi multa licet aduersus sæculi nostri mores, deq; communibus mortalium piaculis dicta sint, ut non tam mihi quā toto humano generi fieri conuictum uideretur, ea tamen, quibus ipse uocatus sum, memorie altius impressi. Hoc igitur tam familiare colloquium, ne fortè dilaberetur, dum scriptis madare insituo, mensuram libelli huius impleui. non quem annumerari alijs operibus meis uelim, aut unde gloriam petam, maiora quadam mens agitat, sed ut dulcedinem, quā semel ex colloquatione percepi, quotiens liberit ex lectione percipiam. tuq; idè libelle conuentus hominum fugiens, mecum mansisse contentus eris, nominis proprii non immemor. Secretum enim meum es & diceris, nihilq; in altioribus occupato, ut unum quodq; in abdito dictum meministi, in abdito memoralis: ego enim, ne, ut ait Tullius, inquam & inquit sepius, interponerentur, atq; ut coram res agi uelut à præsentibus uiderentur, colloquutus egregijs meaq; sententias non alio uerborū ambitu, sed sola propriorum nominum præscriptione discreui. hunc nempe scribendi morē à meo Cicerone didici, hunc ipse prius à Platone didicerat, ac ne longius uager, his ille me primum uerbis aggressus est.

aa

FRAN

FRANCISCI PETRAR-

CHÆ V. C. DE CONTEMPTU MVN

DI, COLLOQUIORVM LIBER, QVEM

Secretum suum inscripsit.

In interlocutores.

D. AVGVSTINVS, FRANCISCVS PETRARCHA.

Dialogus I.

AVG.



Vidais homuncio: quid somnias? quid expectas? an non te mortalem esse meministi? F. Memini equidem, nec unquam sine horrore quodam cogitatio illa subit animum. A. Utinam meminisses, ut dicis & tibi consulisses, etenim & multum mihi negotij remisisses, cum sit profectio uerissimum, ad contemendas uitæ huius illecebras, componendiq; inter tormenti procellas animi, nihil efficacius reperiri, quàm memoriam propriæ miseræ, & meditationem mortis assiduam, modo non leuiter aut superficialiter serpat, sed in ossibus ipsi ac medullis insideat. at multum uereor, ne hac in re, in multis animaduerti te ipsum decipias. F. Qualiter quæso: non enim clare intelligo quæ narras. A. At qui omnibus conditionibus uestris o mortales, nullam magis admior, nullam magis exhorreo, quàm quæ miseris uestris ex industria fauetis, & impediens periculum dissimularis agnoscere: considerationem illam si ingeratur excludatis. F. Quo pacto? A. Putas ne quempiam adeo delirare, ut morbo ancipiti correptus, non summè cupiat sanitatē. F. Neminem tam dementem arbitror. A. Quid ergo? Putas ne quempiam fortè tam pigri remissi quæ animi, ut non quod tota mente desiderat, omni studio consecetur? F. Ne istud quidem. A. Sed hæc duo inter me teque conueniunt, tertium quoque conueniat necesse est. F. Quod est tertium hoc? A. Ut sicut qui se miserum alta & fixa meditatione cognouerit, cupiat esse non miser, & qui id optare coepit, sectetur sic, ut quæ sectatus fuerit, possit etiam adipisci. Enim uero tertium huiusmodi, sicut non nisi ex secundis, sic secundum, non nisi ex primi defectu impediri posse, compertum est. itaque primum illud, ceu radix humanæ salutis subsistat oportet, uos autem infelices, tuque adeo ingeniosus in perniciem propriam e pectoribus uestris, saluiferam hanc radicem, omnibus terrenarum blanditiarum laqueis quæ mirare me atque horrere dicebam: extirpare nitimini, iure igitur illius auulsione, & reliquorum euerisione plectimini. F. Hæc quidē ut auguror, longior est querela egensque uerborum plurimum: ea ergo si libet in tempus aliud dilata, dum certior ad sequentia proficiscor, aliquantisper in precedentibus immoremur. A. Tarditati tuæ mos gerendus est, ubicunque igitur uisum fuerit, pedem fige. F. Consequentia istam non uideo. A. Quid caliginis interuenit? quid uero nunc dubietatis oboritur? F. Quoniam innumerabilia sunt quæ ardentè optamus studiosèque petimus, ad quæ tamē nullus labor, nulla nos diligentia aut prouexit aut, puehet. A. In rebus cæteris id uerum esse non inficior, at in eo quod nunc agitur contra est. F. Quæ ob causam. A. Quia qui miseriam suam cupit exuere, modo id uerè plenèque cupiat, neque à tali desiderio frustrari. F. Pape, quid ego audio, pauci admodum sunt, qui non multa sibi deesse prouideant, quod quam uerum sit, quisquis ad seipsum conuersus fuerit intelligit, at qui in eo se miserum fateatur, consequens si quid est, ut bonorum cumulatis acruis felices facit, & quicquid inde decesserit, pro ea parte necesse efficiat infelices. hanc miseriam sarcinam omnes quidē deponere uoluisse, rarissimi autem potuisse, notissimum est. A. Quam multi enim sunt, quos uel corporis aduersa ualido, uel charorum mors, uel carcer, uel exilium, uel paupertas per petuis premit angoribus: & aliaque huiusmodi generis, qui sicut enumerare longum est, sic tolerare difficile atque miserissimum, quæ quamuis sint patientibus permolesta, tamē ut uides abiicisse non licet. F. Dubitari igitur meo iudicio non potest, quin multi quidem inuenerit, nolentes quæ sint miseri. A. Longius retro reuocandus es, & quod usus

euenit,

euenit, uagis tardioribusque inuentiunculis, sæpius à primis elementis dicendorum series re rexenda est; prouectioris te quidem ingenij arbitrabar, nec putabam adhuc, tam puerilibus admonitionibus indigere; & profectio si illas philosophorum ueras saluberrimasque sententias, quas mecum sæpe relegisti, memoriæ commendasses, si & cum bona uenia loqui sinas, tibi non alijs laborasses, & lectionem tot uoluminum, ad uitæ tuæ regulam, non ad ueritatum uulgi plausum & inanem iactantiam traduxisses, tam insulsa & tam rudia ista non diceres. F. Quid parè ignoro: iam nunc tamen frontem meam rubor inualuit, experiorque quod pedagogis obiurgantibus pueri solent, ut enim illi antequam admisi criminis nomen audiant, multa se deliquisse memorantes, prima castigatores uoce confunduntur, sic ego ignorantia & errorum mihi conscius multorum, et si nondum intelligo, quorsum tua pergit oratio, quia tamen nihil mihi non obijci posse presentio, ante finem sermonis erubui: fare autem apertius quæso, quid hoc est, quod in me satis mordaciter arguisti? A. Multum, post hoc nunc unum illud, illorum indignor, quod fieri quenquam uel esse miserum, suspicaris inuitum. F. Erubescere desij, quid enim hoc uero uerius excogitari potest: aut quis tam ignarus rerum humanarum, tamque ab omni mortalium commercio segregatus est, qui non intelligat egestatem, dolores, ignominiam, denique morbos ac mortem, aliaque huius generis, quæ putantur esse miserissima, inuitis accidere plerumque, uolentibus autem nunquam: ex quo uerum sit miseriam propriam, & non esse & odisse facillimum, depulisse non, ita quod prima nostri duo arbitrij, tertiam hoc sit in potestate fortunæ. A. Erroris ueniam uerecundia merebatur, Impudentia autem irascor grauius quam errori. quomodo enim omnes illæ tibi philosophicæ sanctissimæque uoces exciderunt, neminem his, quæ paulo ante nominabas, miserum fieri posse? Na si sola uirtus animi felicitatem (quod & à Marco Tullio, & à multis sæpe ualidissimis rationibus demonstratum est) consequentissimum est, ut nihil quocumque nisi uirtutis oppositum, à felicitate dimoueat, quod quale sit, nisi prorsus obtorpuisti, me licet tacente recordaris. F. Recordor equidem, ad Stoicorum præcepta me reuocas, populorum opinionibus aduersa, & ueritati propinquiora quam usus. A. O te omnium infelicem, si ad ueritatis inquisitionem, per uulgi deliramenta contendis, aut cæcis ducibus ad lucem te peruenturum esse confidis: calcatum publice callē fugias oportet, & altiora suspiras, paucissimorum signatum uestigij iter arripias, ut Pœticum illud audire merearis:

Macte noua uirtute puer, sic iur ad astra:

F. Utinam id mihi contingere posset antequam moriar, sed perge quæso, neque enim prorsus depuduit, & Stoicorum sententias, publicis erroribus præferendas esse non dubito: quid autem hic persuadere uelis expecto? A. Et hoc inter nos conuenit, Nisi uitio miserum non esse nec fieri: iam quid uerbis opus est? F. Quia multos mihi uidisse uideo, inter quos & me ipsum, nihil molestius ferentes, quàm quod uiciorum iugum non liceret excutere, quauis ad id per omnem uitam, summis uiribus niterent, quâobrem stante licet Stoicorum sententia, tolerari potest, multos inuitos ac dolentes optantesque contrarium esse miserissimos. A. Aliquantulum euagati sumus, sed iam sensim ad primordia nostra reuertimur, nisi fortè unde decesseramus oblitus es. F. Oblitisci coepi, sed incipio recordari. A. Id agere tectum institueram, ut ostenderem ad euadendum huius uitæ mortalitatis angustias, at tollendo quæ se altius, Primum ueluti gradum obtinere, meditationem mortis humanæ quæ miseriam: secundum uero desiderium uehemens studiumque surgendi, quibus exactis, ad id quo nostra suspirat intentio, ascensum facilem pollicebam. nisi tibi forte nunc etiam contrarium uideretur. F. Contrarium equidem uideri, dicere non ausim, ea namque de te ab adolescentia mea mecum creuit opinio, ut si quid aliter uisum fuerit quàm tibi, aberrasse me nouerim. A. Cessent oro blanditiæ, at quoniam, non tam iudicio quam reuerentia assensum dictis meis præbuisse te uideo, loquedi tibi, quicquid ex arbitrio tuo fuerit, libertas datur. F. Trepidus quidem adhuc, sed licetia tua uti uelim, atque ut de reliquis hominibus si leam, testis est mihi, hic qui cunctis actibus meis semper interfuit testis, tu quoque, quotiens ad conditionis meæ miseriam mortemque reperim, quantisque cū lachrymis sordes meas diluere uisus sum, uerum id quod sine lachrymis narrare non possum, ut uides hactenus fru-

fra fuit. hoc igitur unum est, quod me super ambigenda propositionis tuæ ueritate sollicitat, qua conaris astruere. Neminem nisi sponte suam in miseriam corruisse: Neminem miserum esse nisi qui uelit, cuius rei contrarium in me tristis experior. A. Vetus est hæc, & nunquā finem habitura querimonia, atq; licet idem ne quicquā sæpè temptauerim, adhuc inculcare nō desinā. Nec fieri miserum nec esse qui nolit. sed est, ut dicere cœperam, inanis hominum peruersa quædam & pestilens libido, seipso fallendi, quo nihil potest esse funestius in uita, si enim familiarium dolos iure pertimescitis, propterea quod & fallentium auctoritas remedium præripuerit cautelæ, & aures uestras assidue uox eorum blanda circumsonat, quorum utrunq; in alijs cessare uideatur, quanto magis proprias fraudes fornigare deberetis, ubi & amor & auctoritas & familiaritas ingens est, quod se quisquis plus æstimet, quā ualeat, plus diligit quā oportet, nunquā propterea deceptus à deceptore separatur. F. Sæpè his uerbis hodie usus es, at ego me ipsum nunquā, quod meminero, fecelli, utinam non me alij fecellissent. A. Nunc te maximè fallis, cum nūquā te ipsum fecellisse gloriaris, nec tam tenuis tuæ indolis spes est mihi, quia si animum acriter attingeris, per te ipsum uideas, neminem in miseriam, nisi sponte corruere: super hoc enim altercatio nostra fundata est. Dic enim oro te (sed cogita prius quā respondeas, atq; ad id animum indue, non contentionis sed ueritatis audium) dic mihi quem hominum putas peccasse coactum: cum uelint sapientes peccatū esse uoluntariam actionem, usq; adeo ut si uoluntas desit, desinat esse peccatum, sine peccato autem nemo sit miser, quod mihi iam superius concessisti. F. Video me nuper paulatim de proposito excidere, & fateri cogor, quod initium miseriarum mearum ex proprio processit arbitrio, hæc in me sentio, in alijs quæ conijcio, modo tum mihi quoque uerum fatearis. A. Quid me fateri postulas. F. Ut sicut uerum est, neminem nisi sponte corruere: sic illud etiam uerum sit: Innumerabiles sponte prolapsos, non sua tamen sponte iacere: quod de me ipso fidenter affirmem, idq; datum mihi arbitror in poenam, ut quia stare dū possem nolui, assurgere nequeam dum uelim. A. Quāquam haud profus delirantis opinio ista sit, postquam te tamen in primo errasse cognoscis, idem in secundo fatearis oportebit. F. Cadere igitur & iacere unum atque idē esse diffinis. A. Immo uerò diuersa noluisse tamen & uelle, & si in tempore differunt, in re tamen ipsa, inq; animo nolentis unum sunt. F. Sentio quibus me nexibus inuoluisti, nec tamen fortior luctator est, qui arte sibi uictoriam quaesuit, sed profectō uersutior. A. Coram ueritate loquimur, cui simplicitas omnis amica est, caliditas inimica, quod ut clarè uideas, cum quantalibet deinceps simplicitate procedamus. F. Nihil possem audire iucundius, dic ergo, quomodo de me ipso mentio fuerat, qua nam ratione mihi monstraueris, hoc quod miser sum, id enim me esse inficior, nunc etiam meæ uoluntatis existere ut fugiā, cum ego contra sentiam, nil me perpeti molestius, nil magis aduersum propriæ uoluntati, sed ultra nō ualeo. A. Modo cōuenta seruētur, ostendam alijs tibi uerbis utendum fore. F. Quænam conuenta memoras, quibus uel admones utendum uerbis. A. Conuenta sunt ut fallaciarum laqueis reiectis, circa ueritatis studium, pura cū simplicitate uersemur, uerba uerò, quibus te uti uelim hæc sunt, ut ubi te nō posse dixisti, ultra te nolle fatearis. F. Nunquam erit finis, nunquam enim hoc fatebor, scio quidē & tu testis es mihi, quoties uolui non potui, quot lachrymas fudi nec profuerūt. A. Lachrymarū tibi testis sum multarū, uoluntatis uerò minime. F. Per superū fidem (hominē scire neminem puto) quid ego passus sim, quantūq; uoluerim si licuisset assurgere. A. Sile, prius cœlum tellusq; miscbitur, prius astra concidēt à neruo, & amica nunc inuicem elementa pugnabunt, quā hęc quæ inter nos diiudicat ueritas falli queat. F. Quid ais igitur. A. Lachrymas tibi sæpè conscientiam extorsisse, sed propositum non mutasse. F. Quoties dixi me uel terius nequiuisse. A. Quotiesquæ respondi, immo uerius uoluisse, nec tamen admiror te, in his nunc ambagibus obuolutum, in quib. olim ego ipse iactatus, dū nouā uitæ uiam carere meditarer, capillū uulsi, frōtē percussī, digitosq; cōtorsi, deniq; cōplosis genua manib. amplexus, amarissimis suspirijs cœlū aurasq; cōpleui, largisq; gemitibus solū omne madeseci, & tamē hęc inter idē ille q; fuerā, māsī, donec alta tandē meditatio, omnē miseriam meā ante

te oculos

te oculos cōgessit. Itaq; postquā plenè uolui, ilicō & potui, miraq; & foelicissima celeritatē transformatus sum in alterū Augustinū, cuius historiarum seriē, ni fallor ex cōfessionibus meis nosti. F. Noui equidē illiusq; ficus salutaris, cuius hoc sub umbra cōtigit miraculū, immemor esse non possum. A. Rectè quidē, nec enim myrtus ulla nec hedera, deniq; nec dilecta, ut aiunt, phœbo laurea, quamuis ad hanc Poëtarum chorū omnis afficitur, tuq; ante alios, qui solus ætatis tuæ contextam eius frōdibus coronam gestare meruisti, gratior debet esse animo tuo, tandem aliquando in portum ex tam multis tempestatibus reuertenti, quā ficus illius recordatio, per quam tibi correctio & ueniā, & spes certæ prætenditur. F. Nil aduerfor, sed inceptum perage. A. Hoc incoeperam, ad hoc profector, contigisse tibi hæcenus quod multis, quibus dici potest uersus Vergilij:

Ment immota manet, lachrymæ uoluntur inanes.

Verum ego & si multa congerere poteram, unica tamen eoq; domestico exemplo contentus fui. F. Consultè, neque enim aut pluribus res egebat, aut aliud quodlibet in peccatus hoc profundius descendisset, eò præsertim quia licet pro maximis interuallis quanta inter naufragium & portum nata tenente, tanta interq; foelicem & miserum esse solent discrimina, aliqualē tamen inter procellas meas, fluctuationis tuæ uestigium recognosco, ex quo fit, ut quotiens Confessionum tuarum libros lego, inter duos cōtrarios affectus, spem uidelicet & metum (licet non sine lachrymis interdum) legere me arbitror, non alienam, sed propriæ meæ peregrinationis historiam, deinceps autem, quoniam omne studium contentionis abiecti, ut libuerit perge, sequi enim, non obstare disposui. A. Haud hoc postulo: sicut enim ut doctissimus quidam ait: Nimitum altercando ueritas amittitur, sic ad uerum multos sæpè perducit modesta contentio, neque igitur, (quomodo pigri & torpentis ingenij mos est) passim omnibus acquiescisse cōuenit, nec rursus aperte ueritatis studiosius oblectari, quod clarum litigiosæ mentis indicium est. F. Intellego & laudo & consilio utar, perge modo. A. Recognoscis ne igitur ueram illam fuisse sententiam, graduumq; progressum, ut miseriarum suarum perfecta cognitio, perfectum desiderium pariat assurgendi, si desiderium potentia obsequatur. F. Iam animum induxi, nihil tibi non credere. A. Sentio aliquid etiam nunc restare quod uelis, licet, fare age, quicquid id est. F. Nihil aliud nisi quod ipse mecum obstuideo uoluisse hæcenus, quod unum semper noluisse credideram. A. Adhuc hæsitas, atq; ut his iam tandem sermonibus finis sit, fateor & ipse te uoluisse nonnunquam. F. Quid ergo dixisti. A. An non succurrit illud Ouidij:

Velle parum incipias, ut ne potiaris oportet.

F. Intellego, sed & desiderasse putabam. A. Fallebaris. F. Credo. A. Ut certus credas conscientiam ipse tuam consule, illa optima uirtutis interpret, illa infallibilis & uerax est, operum cogitationum quæ pensatrix, illa tibi dicet, nunquam te ad salutem, qua decuit aspirasse, sed tepidius remissius quæ quā periculorū tantorum consideratio requirebat. F. Cœpi quā iubes conscientiam excutere. A. Quid illic inuenis. F. Vera esse quæ dicis. A. Profecimus aliquantulum si incipis expergisci, iam melius tibi erit, si quā malè olim erat agnoueris. F. Si hoc uel nosse satis est, non tantum bene, sed optimè mihi propediem esse posse confido, nihil enim unquā clarus intellexi, quā nunquam me satis ardentè optasse libertatem & miseriarum finem, nunquam autem post hoc optasse sufficiat. A. Quid enim. F. Ut nihil amplius agam. A. Impossibilem proponis conditionem, ut qui quod cupit ardentè cupiat, & obdormiat. F. Quid igitur ipsum optare profuit. A. Nempe per mediās difficultates iter pariet, ad hoc ipsum per se uirtutis desiderium, pars est magna uirtutis. F. Magnæ mihi spes materiam præbuit. A. Idcirco te alloquor, ut sperare doceam & timere. F. Timere quoniam modo. A. Immo uerò qualiter sperare. F. Quia cum hæcenus non mediocre studium gesserim, ne pessimus forem, tu mihi uiam aperis, qua optimus fiam. A. At quā id iter laboriosum sit, fortasse nō cogitas. F. Quid noui terroris ingeminas. A. Quia hoc ipsum optare, uerbum unū est, secundū quod innumerabilibus consistit ex re

aa 5 bus

bus. F. Terrificas. A. Atqui ut ea sileam, ex quibus desiderium istud constat, quam multa sunt ex quorum euerfione conficitur. F. Quid dicere uelis non intelligo. A. Nulli potest desiderium hoc absolute contingere, nisi qui alijs omnibus desiderijs finem fecit, iam intelligis quam multa & uaria sunt, quae optantur in uita, quae prius tibi uilipendenda sunt, ut sic ad concupiscentiam summam felicitatis ascendas, quam profecto minus amat, qui secum aliquid amat, quod non propter ipsum amat. F. Agnosco sententiam. A. Quotus ergo fuerit, qui omnes cupiditates extinxerit, quas he dicam extinguere, sed uel enumerare longum sit, qui animo suo frenum rationis admouerit, qui dicere audeat, nihil mihi iam comune cum corpore, quae uidentur iucunda cuncta sordescunt, ad foeliciora suspiror. F. Rarissimum genus hominum & nunc difficultatem quam comminaberis intelligo. A. His nempe cessantibus, desiderium illud plenum expeditumque erit, necesse est enim, ut quantum animus ad caelum propria nobilitate subuehitur, tantum mole corporea & terrenis praegratuetur illecebris, ita dum ascendere, & imis permanere cupitis, neotrum impletis in alterna distracti. F. Quid igitur censes esse faciendum, ut integer animus discussis terrae compedibus tollatur ad supernas. A. Ad hunc terminum profecti meditatio illa producit, quam primo loco nominaueram, cum mortalitatis nostrae recollectione continua. F. Nisi & hic fallor, nullus hominum crebrius in has reuoluitur curas. A. Noualis laborque alius. F. Quid ego ne etiam hic mentior. A. Urbanus loqui uelim. F. Hanc tamen sententiam. A. Certè non aliam. F. Ergo ego de morte non cogito. A. Perrarò quidem, idque tam segniter, ut in calamitatis tuae fundum, cogitatio ipsa non penetret. F. Contra credideram. A. Non quae credideras, sed quid credere debueras attende. F. Nunquam post hoc me crediturum scito, si & hoc falso credidisse monstraueris. A. Monstrabo per facile, modo bona fide uerum confiteri in animum inducas, utar in hac re teste etiam non longinquo. F. Quo nam quaesor. A. Conscientia tua. F. Illa contrarium dicit. A. Vbi confusa praestit interrogatio, certum respondentis testimonium esse uix potest. F. Quid ad rem. A. Multum sane, quod ut clare peruideas aduerte: nemo tam demens est (nisi sic idem prorsus insanus) cui non interdum conditio propriae fragilitatis occurrat, qui non si interrogetur, respondeat se esse mortalem, & caducum habitare corpusculum, id enim, & membrorum dolor & febrium tentamenta testantur, a quibus prorsus immunem uitam degere, quae nam Dei unquam indulgentia praestabit, adde quod & ex funeribus amicorum, quae assidue praeter oculos uestros eunt, spectantium animis terror incutitur, quia dum aequiuum quisque comitatur ad sepulchrum, necesse est, ipse etiam ad alieni casus praecipitium contremiscat, & de se incipiat esse sollicitus. sicut ubi flagrantia uicinorum tecta conspexeris, de tuis securus esse non potes, quoniam ut ait Flaccus:

Ad te post paulum uentura pericula cernis.

Es autem uehementius mouebitur qui iuniorem, qui ualidiorum formosiorumque uideat, repentina morte subtractum, sese ante circumspectet & dicet, securus hic habitare uidebatur & tamen eiectus est, nec aetas profuit, nec forma, nec robor, mihi securitatem quis spondit Deusue, magusue, mortalis sum profecto: quod si hoc idem Imperatoribus regibusque terrarum, si egregijs formidatisque personis euenerit, multo etiam acius concutientur astantes, quoniam qui alios sternere solitum norant, subito inde aut paucarum fortassis horarum anxietate, prostrantur, unde enim nisi ex hoc fonte procedunt. Illa quae in mortibus summorum hominum stupentes faciunt populi, qualia multa (ut te tantisper ad historias reuocem) in funere Iulij Caesaris meministi, hoc est illud commune spectaculum, quod mortalium oculos & corda perstringit, fatique sui memoriam ingerit aliena cernentibus, accedit belluarum furor atque hominum, rabiesque bellorum, accedunt & magnarum aedium ruinae, quas bene quidam ait, tutelam hominum fuisse, nunc esse periculum, accedunt sinistro sydere motus aerei, & caeli pestilentis afflatus, & tot terrarum marisque discrimina, quibus undique circumsepti, non potestis oculos auertere, ubi non eis occurrat propriae mortalitatis effigies. F. Indulge quaeso, amplius expectare non possum, nihil enim ad confirmandum

firmandum rationem meam dici reor efficacius, quam tu multa dixisti, ego ipse inter audiendum mirabar, quid tua uellet oratio aut ibi defineret. A. Nondum quippe desiderat, tu eam praecidisti, haec enim conclusio restabat, quanquam multa uolitantia circumstent, nil tamen ad interiora penetrare durius, longa consuetudine pectoribus miserorum uetustoque uelut calle salutiferis admonitionibus resistente, paucos inuenies satis profunde cogitantes, sibi esse necessario moriendum. F. Paucis ergo diffinitio nota est, quae tamen omnibus in scholis tam crebro repetitur, ut nedum auditorum aures fatigasse, sed ipsas aedificiorum columnas iam pridem minuisse debuerit. ita quidem Dialecticorum garrulitas, nullum finem habitura, & diffinitionum huiusmodi compendijs scatet, & immortalium litigiorum materia. plerumque autem, quid ipsum uerum sit, quod loquuntur ignorant. itaque si quem ex eo grege de diffinitione non tantum hominis, sed rei alterius interrogas, parata responsio est. si ultra progrediare, silentium fiet, aut si assiduitas differendi uerborum copiam audaciamque peperit, mores tamen loquentis ostendet, ueram sibi rei diffinitae notitiam non adesse, contra hoc tam fastidiosè negligens, tamque superuacuo curiosum genus hominum iuuat inuehi, quid semper frustra laboratis, haec miseri, & inanibus tendiculis exercitis ingenium, quid oblitum rerum, inter uerba senescitis, atque inter pueriles ineptias albicanibus comis & rugosa fronte uersamini, uobis utinam solis uestra noceret infania, & non nobilissima saepe adolescentium ingenia corrupisset. A. Contra id fateor studiorum monstrum, nihil satis mordaciter dici potest, ut tamè interea dicendi studio euectus, quod de diffinitione hominis inceperas omisisti. F. Abundè dictum rebar, sed agam expressius, hominem quidem esse animal, immò uerò animalium principem cunctorum, nemo tam durus pastor inuenitur, ut nesciat, nemo rursus puer si interrogetur, aut rationale animal, aut mortale negauerit. itaque omnibus diffinitio nota est. A. Immò uerò per paucis. F. Quid ergo, si quem uideris adeo ratione pollentem, ut secundum eam uitam suam instituerit, ut sibi soli subiecerit appetitus, ut illius freno motus animi coereat, ut intelligat sese per illam tantum a brutorum animantium feritate distingui, nec nisi quatenus ratione degit, nomen hoc ipsum hominis moereri. A. Adeo primum mortalitatis suae conscius, ut eam quotidie ante oculos habeat, per eam seipsum temperet, & haec peritura despiciens ad illam uitam suspiret, ubi ratione superuacua desinet esse mortalis, hanc tandem ueram de diffinitione hominis atque uilem sententiam habere dicitur. huius ultimi, quoniam de eo nobis sermo erat, dicebam paucos cognitionem aut meditationem idoneam fortitos. F. Ego me haecenus ex paucis rebar. A. Et ego quidem non ambigo, tibi tam multa per omnem uitam experientia magistra, tam multa ex librorum lectione repetenti, crebras cogitationes mortis occurrere, sed quae nec satis alte descendant, nec satis tenaciter haereant. F. Quid uocas alie descendere, & si ipsemet intelligere mihi uidear, cupio ex te clarius audire. A. Dicam, quamuis iam uulgo persuasum sit, atque etiam è medio grege Philosophorum clarissimi testes accesserunt, mortem inter tremenda principium possidere, usque adeo, ut iam pridem nomen ipsum mortis, auditu, tetrum atque asperum uideatur. ne tamen uel similia haec summis auribus excepta, uel rei ipsius recordatio compendiosa sufficiat, immò raro diutius oportet atque acerrima meditatione singula morientium membra percurrere, & extremis quidem iam argentibus media terreri, & in summo opportuno sudore defluere, illa pulsari, uitalè spiritum mortis uicinitate letescere, ad haec defossos natatesque oculos, obruitum lachrymosum, contractam frontem liuentemque, labentes genas, lucidos dentes, rugentesque atque acutos nares, spumantia labia, torpentè squamosamque linguam, aridum palatum, fatigatum caput, anhelum pectus, raucum murmur, & moesta suspiria, odorem totius corporis molestem praecipueque alienati uultus horrorem, quae omnia facilius ac uelut in promptu, & ad manus collocata succurrent. si cui familiariter obseruari ceperit memorandum aliquod conspectus mortis exemplum: tenacior enim esse solet uisum quam auditorum recordatio, quam ob causam, non sine alto consilio, in quibusdam religionibus atque sanctissimis, usque etiam ad hanc etatem quae bonis moribus inimica est, illa consuetudo perdurat, quod ad cernenda corpora defunctorum, dum lauatur praeparantur

paranturq; sepulturæ, eiusdē rigidi propositi professores interfant, ut scilicet triste miseran-
dumq; spectaculū oculis subiectum, & memoriā semper admoneat, & animos supersti-
tam ab omni spe mūdi fugatis exterreat, hoc est igitur, quod satis altē descēdere dicebam;
nondum forte consuetudinīs causā mortē nominatis, dū nil morte certius, nil hora mortis
incertius, cæterāq; huius generis usu quotidiani sermonis iteratis, præteruolāt enim illa, nō
insident. F. Allentior eō facilius, quia multa quæ mecū tacitus agere soleo, nunc te lo-
quente recognosco, signum tamē aliquod memoriæ meæ si uideatur imprime, quo admoni-
tus post hoc, de me ipse mihi non mentiar, nec erroribus meis interblandiar, id enim est ut
uideo, quod mentes hominū calle uirtutis auertit, dum metam apprehendisse rate, ulterius
non aspirant. A. Libens hæc audio ex te, neq; enim ociosi & a casu pēdentis, sed mul-
ta circumspicientis animi uerba sunt: signū igitur quo nunquam fallaris accipe, si quotiens
de mortē cogitabis, loco non moueberis, scito te uelut de rebus cæteris inutiliter cogita-
se: at si in iplo cogitatu obrigueris, contremueris, expallueris, tibiq; iam huic laborare ui-
sus fueris, medias inter mortis angustias, si cum hoc & illud occurrat, animam illiciet, ut ex
his membris exierit, sistendam in æterno iudicio, totius uitæ præteritæ, actuumq; & uerbo-
rum rationem exactissimam summam esse reddendam, nullam deniq; in forma corporis,
aut in mundi gloria, nullam ingenio eloquentiam, nullam in opibus aut potentia spem ha-
bendam, nec corrumpi posse nec falli iudicem, nec placari mortem ipsam, laborum non si-
nem esse sed transitum: hæc inter mille suppliciorum, mille tortorū genera, & stridor & ge-
mitus auerni, & sulphurei amnes, & tenebræ, & ultrices furæ, postremo aduersa simul or-
ci pallentis immanitas, quæ uē his omnibus præponderant malis, infelix sine fine perpetu-
as, terminandæq; calamitatis desperatio, & in æternū mansura, non iam amplius miseran-
tis ira Dei, si hæc omnia simul ante oculos uenerint, non ut ficta, sed ut uera, non ut possi-
bilia, sed ut necessaria, inuitabiliterq; uentura & penē iā præsentia, inq; his curis nō præ-
riens nec desperās, sed spei plenus, quod Dei dextera potens promptaq; sit ex tantis malis
eruere, tu modō te curabilē præbeas, surgendiq; audus, & propositi tenax, assiduus uerfa-
beris, non frustra te meditatu esse confide. F. Grauitē me fateor tantis ante oculis coa-
ceruaris miseris terruisti, sed si mihi Deus uentæ largus sit, ut ego per dies singulos in has
cogitationes immergar, præcipueq; noctibus, cum diurnis curis relaxatus animus, se in ip-
sum recolligit, cum corpus hoc in morem morientium compono, ipsam quoq; mortis ho-
ram, & quicquid circa eam mens horrendum reperit, intentissimē mihi ipse confingo, usq;
adeo, ut in agone moriendi positus mihi uidear, interdū tartara; & quæ narras omnia ma-
la conspiciere, eaq; tam grauitē uisione conturber, ut exterritus tremensq; consurgam, &
sæpē usq; horrorem astantiū, hæc in uerba prorumpam. Heu quid ago? quid patior? cui
me exitio fortuna referuat miseræ? *IESV* fer opem:

eripe me inuicte his malis.

Da dextram misero, & tecum me tolle per undas.

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Multa præter hæc alia, Phrēnetici in morē, quocūq; uagū animū pauentēq; tulit impetus,
mecum loquor, multū quoq; cū amicis quib. illachrymans, ipse nonnunquā cæteros in la-
chrymas cogā, licet utiq; post lachrymas, reuertar ad solita: quæ cum ita erunt, quid ergo
me retinet? quid latētis obstaculi est, ut nunc usq; nil ista mihi cogitatio præter molestias
torroresq; pariat? ego autē idem sim, adhuc qui fueram prius, quodq; hi sunt, quibus fortē
nunquam tale aliquod contigit in uita, eoq; inferior, quo illi (quisquis sit futurus exitus)
præsentibus saltem uoluptatibus delectantur, mihi uerō & finis incertus sit, & nulla uolu-
ptas, nisi talibus amaritudinibus resperfa proueniat. A. Noli precor, ubi gaudendum est
dolere, peccator enim quō maiorem uoluptatem & titillationem percipit ex sceleribus su-
is, eō inferior calamitosiorq; iudicandus est. F. Forte ideō quia nunquam ad uirtutis se-
mitam reflectit, quē nusquā interrupta uoluptas sui raptat immemorem, qui uerō inter car-
nis illecebras & blādimēta fortunæ durū aliquid experitur, toties cōditionis suæ meminit,
quoties illū delectatio præcept & inconsulta destituit: quod si unus esset amborum finis,
non in-

non intelligo cur non foelicior dici possit, qui nunc gaudet doliturus in posterum, quā qui
nec sentit, in præsens gaudiū, nec expectat, nisi te fortē moueat, quod in fine risus sit luctus
acerbior. A. Illud magis, quoniam freno rationis abiecto (quod quidē profus in illa su-
prema uoluptate deserit) grauior casus est, quā eodem uel tenuiter retento, ex pari præcipi-
tio corruentis, ante omnia tamen illud, ad te prius dictum attendo, quod de alterius speran-
dum, de alterius conuersatione desperandū est. F. Istud quidem sic esse cōsidero, sed ut
interim, nunquid non primæ quæstionis oblitus? A. Cuius? F. Quid est quod me re-
tinet? hic enim quæsiueram, cur mihi uni cogitatio mortis intēsa non profuit, quā miris mo-
dis fructuosam dicitis? A. Primū quippē quia de longinquo forsitan illa consideras, quæ
tamen propter breuissimæ uitæ cursum, tum propter incertos & uarios casus, longinqua
esse non possunt. Omnes enim fermē in hoc fallimur, ut ait Cicero, quod mortē prospici-
mus, quē textū correctores quidam, at uerius corruptores, immutare uoluerunt, negatio-
nem uerbo præponentes, & mortem non prospicimus, dicendū esse firmantes. Cæterum
qui mortem omnino non aspiciat, sani capitis nullus inuenitur, re autem uera prospicere
procul aspiciere est, quod unum super cogitanda morte, multos illudit, dum illam uiuendi
metam sibi quisq; proposuit, ad quam si peruenire possit, per naturam, tamen paucissimi
peruenerunt. Ferē enim nullus moritur, cui non conueniat Poëticum illud:

Canicemq; sibi, & longos promiserat annos.

Hoc nocere tibi potuit, nā & ætas & complexionis uigor, & uitæ modestioris obseruatiā,
hanc tibi spē fortasse præbuerūt. F. Noli quæso de me talia suspicari, auertat Deus hanc
insaniam.

me ne huic confidere monstro:

Quod apud Virgiliū famosissimus ille magister maris ait. Et ego in mari magno sæuoq;
acturbido iactatus, tremulam cymbam fatiscentēq; & rimosam, uentis obluantibus, per
tumidos flatus ago, hanc diu durare non posse, certē scio, nullam spem salutis superesse mi-
hi uideo, nisi miserator omnipotens præbeat, ut gubernaculū summa uislectens antequam
peream, littus apprehendā, qui in pelagio uixerim, moriturus in portu. huic opinioni de-
beo quod opum magnæq; potentiæ desiderio, quo multos non modo cōtaneos meos,
sed longæuos homines, & cōmunem uiuēdi modū supergressos, exæstulare uidimus, nun-
quam arsisse me recolo. quis enim furor est, omnem ætatem in laboribus, & in paupertate
traducere, ut inter tot curis coaceruandas diuitijs statim moriar? sic itaq; de his formido-
losis rebus cogito, non ut longē distantibus, sed mox affuturis iamiamq; præsentibus. Nec
dum de memoria mea exccelsit uersiculus quidam, quem adhuc admodū iuuenis, inter mul-
ta quæ ad amicum scripsi, hæc in fine subiungens:

Loquimur dum talia, forsan,

Innumeris properata uis, in limine mors est,

Quid si tūc dicere potui, qd modo dicā & experimēto rerū, & ætate prouectior? quicquid
uideo, quicquid audio, quicquid sentio, quicquid cogito, ad hoc unū refero, qd si in hac co-
gitatione nō fallor, ad hæc quæstio illa superest, quid ergo me retinet? A. Humiles Deo
gratias age, qui te tam salubribus habenis frenare, stimulisq; tam pungentibus sollicitare di-
gnatur, uix enim possibile fuit, ut quem cogitatio mortis habet, tam quotidiana tam præ-
sens, hūc mors æterna cōtingat, sed quoniam deesse aliquid tibi sentis, nec immeritō, quid
illud sit aperire tentabo, ut eo (si Deus fauerit) amoto, in cogitationes tuas totus affurgēs,
quo adhuc premeris uetustū seruitutis iugum possis excutere. F. Utinam id tibi cōtin-
gat efficere, & ego tanti muneris capax inueniar. A. Inuenire si uoles neque enim res
impossibilis est, sed in actibus humanis duo uersantur, quorum si deest alterū, præpedire
constat effectum, uoluntas igitur præstō sit, eaq; tam uehemens, ut meritō desiderij uoca-
bulū sortiatur. F. Ita fiet. A. Scis quid cogitationi tui officiat? F. Hoc est quod
peto, hoc est quod tanto tempore desidero. A. Audi ergo, animam quidem tuam sic
coelitus benē institutam esse, non negauerim, sic ex contagione corporis huius, ibi circūse-
pta est multū a primeua nobilitate sua degenerasse non dubites, nec degenerasse dunta-
xat, sed longō iam tractu temporis obtorpuisse, factam uelut propriæ originis ac super-
ni cora

ni conditoris immemorem. Nempè pafsiones & ex corporea commixtione subortas, obliuionemq; naturæ nobilioris diuinitus uidetur attigiffe Virgilius, ubi ait:

*Ingeni est ollis uigor & caelestis origo,
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant.
Terreniq; hebetant arius, moribundaq; membra,
Hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq;, nec aurar,
Respiciunt claufæ tenebris & carcere cæco.*

Discernis ne in uerbis Poëticis quadriceps illud monstrum naturæ hominum tam aduersum? F. Discerno clarissimè, quadripartitam animi pafsionem, quæ primum quidem ex presentis futurisq; tēports respectu, in duas scinditur partes, rursus quælibet in duas alias, ex boni malicq; opinione subdistinguitur, ita quatuor uelut flatribus aduersis humanarum mentium tranquillitas perit. A. Rite discernis atque uerificatum est in nobis illud Apostolicum. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum, multa cogitantem. conglobantur siquidem species innumeræ & imagines rerum uisibilium, quæ corporeis introgressæ sensibus, postquam singulariter admiffæ sunt, caeteruim in animæ penetrabilibus densantur, eamq; nec ad ingenitam, nec tam multorum difformium capacem prægrauant, atque contundunt, hinc pestis illa phantasmatum uersos discerpens laceransq; cogitatus, meditationibus clarificis, quibus ad unū solum summumq; limen ascenditur, iter obstruens uarietate mortifera. F. Huius quidem pestis sæpè alias, cum in Libro de Vera religione (cui nihil constat esse repugnantius) præclarissime meministi, in quem librum nuper incidi, à Philosophorum & Poëtarum lectione digrediens, itaq; cupidissimè perlegi, haud aliter, quàm qui uideō studio peregrinatur à patria, ubi ignotum famosæ cuiuspiam urbis limen ingreditur, noua caprus dulcedine locorum, pafsionemq; subsistens obuia quæq; circumspicit. A. At qui (licet aliter sonantibus uerbis, sicut Catholicæ ueritatis præceptorem decuit), reperies libri illius magna ex parte Philosophicam præcipueq; Platoniam ac Socraticam fuisse doctrinam: & ne quid tibi subtraham, scito, me ut opus illud inciperē, unum maxime, Ciceronis tui uerbum induxisse, affuit Deus incepto, ut ex paucis seminibus melsis optima confurgeret, sed ad propositum reuertamur. F. Utlibet pater optime. Antè tamen unum oro, ne mihi abscondas uerbum id, quod tam præclaro operi, ut ais, præbuit materiam. A. Cicero siquidem in quodam loco, iam tunc errores temporum perofus sic ait: Nihil animo uidere poterant, ad oculos omnia referabant. magni autem est ingenij reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine. hæc ille, ego autem hoc uelut fundamentum nactus, desuper illud quod tibi placuisse dicis opus extruxi. F. Teneo locum, in Tusculano est, te autem hic Cicero nis dicto, & illic & alibi in operibus tuis delectari solitum animaduerti, nec immeritò, est enim ex eorum genere, quibus cum ueritate permixtus lepos ac maestas inest, tu uerò tandem iam, ut uidetur, ad propositum redi. A. Hæc tibi pestis nocuit, hæc te nisi prouideris, perditum ire festinat, siquidem phantasmatis suis obrutus, multisq; & uarijs ac secum sine pace pugnantibus curis animus fragilis oppressus, cui primum occurrat quàm nutrit, quàm perimat, quàm repellat exanimare non potest, uigorq; eius omnis ac tempus parca quod tribuit manus, ad tam multa non sufficit, quod igitur euenire solet in angusto multa serenibus, ut impediant se fata concursu, idem tibi contingit, ut in animo nimis occupato, nihil utile radices agant, nihilq; fructiferū coalescat, tuq; inops consilij, modò huc, modò illuc mira fluctuatione uolaris, nusquam integer, nusquam totus, hinc est quod quotiens ad hanc cogitationem mortis, aliasq; per quas iri posset ad uitam, generofus, si sinatur, animus accessit, inq; altum naturali descendit acuminè stare ibi non ualens, turba curarum uariarum pellente resileat. Ex quo fit, ut tam salutare propositum nimia mobilitate fatiscat, oriturq; illa inreftina discordia, de qua multa iam diximus, illaq; animæ sibi irascens anxieras, dum horret fordes suas ipsa nec diluit, uias tortuosas agnoscit, nec deserit, impendensq; periculum metuit, nec declinat. F. Heu mihi misero, nunc profundè manum in uulnus adegisti, illic dolor meus habitat, illic mortem metuo. A. Benè habes, torpor

abscessit

abscessit, sed quoniam iam satis hodiernum colloquium absq; intermissione protulimus, reliquis si placet in diem proximum dilatis, nunc aliquantisper in silentio respiremus. F. Per opportuna quidem languori meo quies & silentium.

DIALOGVS II. AVG.

Satis ne feriat sumus? F. Utlibet quidem. A. Quid tibi nunc animi est, quantum fiduciam præbuit enim non leue salutis indicium, spes languentis. F. Quid de me sperem non habeo, spes mea Deus est. A. Sapienter, nunc ad rem redeo, multa te obsident, multa circumstrepunt, tuque ipse, quod adhuc, aut quàm ualidis hostibus circum sideris ignoras. quod igitur euenire solet, condensam procul aciem cernenti, ut contemptus paucitatis hostium fallat, quò uerò propius accesserit, quoq; districtius subiectæ oculis cohortes affluerint, præstringente oculos fulgore, metus crescat, & minus debito timuisse poeniteat, idem tibi euenturum reor, ubi ante oculos tuos hinc atque illinc prementia, teq; circumfallantia mala coniecero, pudebit tamen doluisse, minusue metuiffe quàm decuit, partiusq; miraberis animum tam multis obsessum, per medios hostiū cuneos erumpere nequiuiffe. uidebis profectò, cogitatio illa salubris, ad quàm te nitore attollere, quot aduersantibus cogitationibus uicta sit. F. Perhorresco grauiter, quoniam si periculū meum magnum semper agnouit, tuq; illud tantum semper æstimationem meam esse ais, ut respectu eius quod timere debui, nihil penè timuerim, quid iam spei reliquum est? A. Vlti morum malorū omniū desperatio est, ad quàm nemo unquam nisi antè tempus accessit, ideoq; hoc in primis scias uelim, nihil esse desperandum. F. Sciebam, sed memoriam terro abstulerat. A. Nunc ad me oculos animumq; conuerte, & ut familiarissimè tibi uatis uerbo utar:

*Aspice qui coëant populi quæ moenia clauis,
Ferrum acuant portis, in te excidiumq; tuorum.*

Vide quos tibi mundus laqueos tendit, quot inanes species circumuolat, quot superuacua premunt curæ. Primum quidem ut inde initium faciam, unde ab initio creaturarum omnium illi nobilissimè spiritus corruerunt, tibiq; ne post illos corruas, summopere prouidendum est. quàm multa sunt quæ animum tuum funestis alis extollunt, & sub insita nobilitatis obtentu, totiens ex parte fragilitatis immemorem fatigant, occupant, circumuoluunt, aliud cogitare non sinunt, superbientē fidētemq; suis uiribus, & usq; ad creatoris odiū placentem sibi, quanquã grandia, æqualia tibi fingis esse. non in superbiã tamen, sed in humilitatē inducere debuissent memorantē, nullis tuis meritis, illa tibi singularia cōtigisse. quid enim ne dicam æterno, sed temporalī domino obsequētiore fecerit subiectorū animos, quàm in illo spectata liberalitas, nullis suorū meritis excitata: student enim benefactis subsequi, quàm præuenire debuerant. Nunc uerò facillimè licebit quàm pusilla sunt quibus superbis intelligere, fidis ingenio, & librorum lectione multorum gloriaris eloquio, & forma morturi corporis delectaris, enim uerò sentis ingenium in quàm multis te sæpè destituit, quot sunt artium species, in quibus uilissimorum acuminè hominū, æquare non poteris: minus dixi, animalia ignobilia & pusilla reperies, quorum opera nullo studio quæas imitari. I nunc, & ingenio gloriare, lectio autem ista quid profuit? ex multis enim quæ legisti, quantum est, quod inhæserit animo, quod radices egerit, quod fructum proferat tempestiuum? Excute peccus tuum acriter, inuenies cuncta quæ nosti, si ad ignorata referantur, eam proportionem obtinere, quàm collatus oceano, triuulus æstiuus sicandus ardoribus, quàmquam uel multa nosse quid releuat: si cum cœli terræq; ambitum, si cum maris spatium & astrorum cursus, herbarumq; uirtutes ac lapidum & naturæ secreta didiceris, uobis estis incogniti, si cum rectam uirtutis arduæ semitam scripturis ducibus agnoueris, obliquo calle transuersos agit furor, si cum omnis æui clarorum hominum gesta memineris, quid uos quotidie agitis, non curatis? de eloquio quid dicam, nisi quod tu ipse fateberis, sæpè te quidem eius fiducia fuisse delusum: quid autem attinet audientes forsā approbasse quæ diceres, si te iudice damnabantur? quamuis enim audientium plausus non spernendus eloquentiæ fructus

tia fructus esse uideatur, si tamen ipsius Oratoris plausus interior desit, quātulum uoluptatis præstare potest strepitus ille uulgaris: quomodo autem alios loquendo mulcebis, nisi te primū ipse permulseris? Idcirco sane nonnunquam sperata eloquentiæ gloria frustratus es, ut facili cognosceres argumento, quā uentosa ineptia superbires. Quid enim quæso puerilius, immò uerò quid insanius, quā in tanta rerum omnium incuria, tātaq; segnitie uerborum studio tempus impendere, & lippis oculis nunquā sua probra cernentem, tantam uoluptatem, ex sermone percipere, quarundā auicularum, philomenarū in morem, quas aiunt usque in pernitie proprii cantus dulcedine delectari: & hoc quidem tibi sæpè contingit, in rebus quotidianis & uulgaribus, quo magis erubesceres, quas tuo inferiores arbitraberis eloquio, eas te uerbis æquare nequiuisse. quā multa sunt autem in rerū natura, quibus nominandis propriæ uoces defunt: quā multa præterea, quæ quanquā suis uocabulis discernantur, tamen ad eorum dignitatem uerbis amplectendā, ante ullam experientia, sentis eloquentiam non peruenire mortalium: quotiens ergo te quærentē audiui, quoties tacitum indignantemq; conplexi, quod quæ clarissima cognitiō facillima essent, animo cogitanti, ea nec lingua nec calamus sufficienter exprimeret: quæ est igitur ista eloquentia tam angusta, tam fragilis, quæ nec cuncta complectitur, & quæ si fuerit complexa non stringit? Græci uobis, uos uicissim Græcis uerborū penultimam soletis obijcere, Seneca quidē illos uerbis ditiores æstimat, at Marcus Tullius in primordio operis, quod de Bonorū & Malorū finibus edidit. Ego inquit mirari non quæo, unde hoc si tam insolēs domesticarū rerum fastidium, non est omnino hic dicendi locus, sed ita sentio & sæpè differui, Latinam linguam non modo inopem, ut uulgò putarent, sed locupletiorē etiā esse quā Græcam. & idem cum sæpè aliās, tum in Tusculano suo, disputans exclamauit: O uerborum inops, quibus abundare te, semper putas Græcia. Dixit hæc uir ille fidentissimè, ut qui se latinæ eloquentiæ principem sciret, audiretq; de huius rei gloria, iam tunc bellū Græciæ mouere, iuxta id quod ab eodem Seneca, Græci sermonis minatoriē in declamationib. scriptum est. Quicquid, inquit, habet Romana facundia, quod insolenti Græciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronem effloruit: magna laus, sed sine ulla dubitatione uerissima. Est ergo ut uides de eloquentiæ principatu, non tantum inter uos & Græcos, sed inter nostrorū etiā doctissimi mos magna cōtentio, inq; his castris est qui illis faueat, sicut in illis forsitan qui nobis, quod de Plutarcho illustri Philosopho quidā referunt: deniq; Seneca noster, & si Ciceroni deferat, ut dixi coactus maiestate tam prædulcis eloqui, in reliquis tamen Græciæ palmam defert. Ciceroni contrariū uidetur. Si uerò meum his de rebus iudicium expectas, utrunq; ueridicum pronuncio, & qui Græciam, & qui Italiā uerborū dixit inopē. Quod si de his duabus tam famosis regionibus rectè dicitur, quid possunt sperare aliæ: quantum tibi præterea, in hac re, fidendum uiribus tuis sit, ubi toti prouinciæ, cuius perexigua portiuicula es, hanc sermonis uides esse penuriam, tecum ipse considera, pudebit tātum temporis consumpsisse, in eam rem, quā & assequi impossibile, & assecutū esse uanissimū sit. Ut uerò iā hinc ad alia pertractanda transgrediar. Corporis huius bonis extolleris: nec quæ te circumstant deinde pericula cernis: quid autem tuo tibi placet in corpore: robur ne, an ualitudo prosperior: at nihil imbecillius, fatigatio ex leuib. causis obrepens, & insultus morborum uarij, & uermiculorū morsus seu leuissimus afflatus, atq; huius generis multa confirmāt. an formæ forsan fulgore deciperis, & proprii uultus colorē, seu liniamenta conspiciēs, habes cui inhies, quod mireris, q; mulceat, quod delectet? Neque te Narcissi teruit fabula, nec quid esses introrsus uilis cōsideratio corporeæ fœditatis admonuit, exterioris cutis cōtentus aspectu, oculo q; mentis ultrā nō porrigis. Atqui huius quoq; caducū fore præcipitemq; sterculum, & si alia quæ innumerabilia sunt argumenta cessarent, ipse tibi ætatis inquietus cursus, per singulos aliquis decerpens dies, luce clarius ostēdere debuisset. Et si forte, quod dicere non audebis, aduersus ætatem & morbos, cæteraq; formā corporis alterantia, tibi ipse uidereris indomitus, at illius saltē cuncta subruentis extremi nō decuit obliuisci, fixumq; alta sub mēte geri debuit illud Satyricum:

Quantula sint hominum corpuscula.

mors sola fatetur,

Hæc

Hæc ni fallor sunt, quæ te superbis flatibus elatum, humilitatem conditionis tuæ considerare prohibent mortisq; reminisci. sunt & alia quæ iam hinc exequifert animus. F. Substite paululū quæso, ne tanta mole rerum obrutus, nequeam responsurus surgere. A. Dic age, substitem libens. F. In admirationem me non modicam coëgisti, multa mihi obijciens, quæ nunquam in animum meam descendisse sum conscius. Me ne consilium ais ingenio: at profecto, nullum ingenioli mei signum est, nisi hoc unum, nullam me in eo posuisse fiduciam, ego ne librorum ex electione superbior fiam, quæ mihi sicut scientiæ modicum inuexit, sic curarū materiā multarū. an linguæ gloriam sectatus dicor, qui ut tu ipse memorasti, nihil magis indigner, quā conceptibus illam meis non posse sufficere, nisi temperandi propositum tibi sit, scis me paruitatis meæ mihi consciū semper fuisse, & siquid forte mihi uisus sum, potuit hoc interdum alienæ ruditatis consideratione contingere. eō enim (quod sæpè dicere soleo) peruentum est, ut iuxta uulgatum Ciceronis dictum, potius aliorum imbecillitate, quā nostra uirtute ualeamus. quid autem, & si abunde contigissent ista quæ narras, quid mihi tam magnificum contulissent, ut hinc superbiendum foret: non sum tam me ipsius immemor, nec tam leuis, ut his meam aurem agitandam præbeam. quantulum enim uel ingenium uel scientia uel eloquentia profuerit nullum lacerantibus animum morbis afferens remedium: quā rem in epistola quadam me diligentius questum fuisse cōmemini. Iam quod de corporeis bonis quasi serio dixisti, penè in risum excitauit. Me ne in hoc mortali & caduco corpusculo, spem posuisse, quotidianas eius ruinas sentientem: Deus meliora: fuit hæc puero fateor cura peccandi capitis, uultus ornandi, uerum hoc cum primis annis simul euauit, re q; ipsa nunc experior, illud Domitiani principis, qui in epistola ad amicam de seipso scribens, quærensq; corporeæ pulchritudinis prærapidam fugam. Scias, inquit, nil gratius decore, nil breuius. A. Copiose possem aduersus ista differere, malo tamen tibi conscientia tua, quā sermo meus incutiat pudorem, nō agam pertinaciter, neque tormentis uerbum extorquebo, quod generosi solent ultores, simplici negotiatione contentus precabor, ut pro posse ac omni studio declines, quod hactenus te non admisisse contendis. si quando autem uultus tui species temptare animum forte cœperit, occurrat: qualia mox eadem futura sint membra, quæ nunc placent, quā foeda, quā tristia, quā tibi ipsi si reuidere posses horrenda, tecum quæ hoc inter philosophicum illud frequenter ingemina. Ad maiora sum genitus, quā ut sim mancipium corporis mei. Profecto enim summa insania est hominum, sese negligentium, corpori autem in quibus habitant, membra gementium. si quis in carcerem tenebrosū atque humentem olentem quæ pestiferè, ad breue tempus intrusus sit, non ne si non despiat, intactum se, quantum possibile fuerit ab omni parietum & soli contagione seruabit, & iam egressurus, intentis auribus liberatoris sui expectabit aduentum: quod si his curis abiectis, cœnoquæ & horrore carceris delibutus exire metuat, ac pingendis ornandisque circa se mœnibus, omnem curam studiosus impendat, loci stillantis naturam frustra superare meditando, nunquid non merito insanus uideatur & miser: nempè uos carcerem uestrum & nostris & amatis: Ah miseri, & mox uel educendi, certè uel extrahendi hæretis, in eo exornando solliciti, quem odisse decuerat. Sicut tu ipse in Africa tua Scipionis illius magni patrem loquentem induxisti:

Odimus laqueos, & uincula nota timemus:

Liberatis onus, quod nunc sumus, illud amamus.

Præclare quidem, modò quod alios dicere facis, ipse tibi diceres. unum uerbum quod ex omni sermone tuo tibi fortassis humillimum, mihi autem arrogantissimum uidetur, dissimulare non ualeo. F. Doleo si superbe aliquid dixi, at si factorum dictorum uel moderator est animus, nihil me arroganter dixisse, ipse mihi testis est. A. Multò quidem importunius superbiæ genus est, alios deprimere, quā seipsum debito magis attollere, longe quæ maluissem, cæteros magnificares, te quoque cæteris anteferres, quā calcatis omnibus, ex alieno contemptu, superbissimè tibi clypeum humilitatis assumere. F. Ut uoles accipe, ego nec mihi nec alijs multum tribuo, piget referre, quid de

b b maiore

maiore parte hominum sentiam expertus. A. Seipsum spernere tutissimum est, alios uero periculosissimum atque uanissimum, sed progrediamur ad reliqua. Scis quid te aliud auertit? F. Quicquid libuerit dicito, modo ne accuses inuidiam. A. Utinam non tibi magis superbia quam inuidia nocuisset, hoc enim crimine me iudice, liber es, sed alia quaedam dicturus sum. F. Nulla me deinceps accusatione turbaueris, dic ingenue, quid est quod me transuersum agit? A. Rerum temporalium appetitus. F. Apage obsecro, nihil unquam absurdius audiu. A. Repente turbatus, & propriae promissionis oblitus es: iam inuidiae mentio nulla est. F. Ast auaritia, a quo crimine nescio an remotior quisquam sit. A. Multum te iustificas, sed mihi crede, non es ab hac peste, ut tibi uideris alienus. F. Ego ne ab auaritia labe immunis sum? A. Ne ab ambitione quidem. F. Age iam urge, ingemina, accusatoris officium imple, quid iam noui uulneris infligere uelis expector? A. Propriae quidem ueritatis testimonium, accusationem & uulnus appellasti, uerum est enim illud Satyricum:

Accusator erit qui uerum dixerit.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Nec minus & Comicum id:

Sed dic oro, quorsum haec sollicitudines & edentes animum curae? quid necesse erat in tam breuibus uitae spatijs tam longas spes ordiri? uitae summa breuis, spem nos uetat inchoare longam: legis semper ista sed negligis. respondebis, ut arbitror, amicorum te charitate compelli, & pulchrum errori nomen inuenies, at qui dementia quanta est, ut alteri sis amicus, tibi ipsi bellum & inimicitias indicere? F. Non sum tam illiberalis & inhumanus, ut non me contingat amicorum cura, eorum praesertim, quos uirtus mihi uel meritum conciliat: sunt enim quos suspiciam, quos ueneror, quos amem, quos uel miserear amicos, ex aduerso autem nec adeo liberalis sum, ut propter amicos me perditum eam, at quoad uixerim, pro uictu quotidiano praeparare aliquid mens optat, atque hoc in studio (ut quoniam Horatij iaculis me petis, Horatianus clypeus me tegat)

Sit bona librorum, & prouise frugis in annum

Copia, neu fluitem dubiae spe pendulus horae.

Et quia propositum est mihi, ut ait idem, nec turpem senectam degere, nec cythara carentem, & quia multum uereor uitae prolixioris insidias, longè in utrunque mihi ipse prouideo, & musarum studijs, reifamiliaris curas interfero, uerum id ago tam segniter, ut euidenter appareat, me coactum ad ista descendere. A. Intellego quam altè in cor tuum ista penetrarint, quibus excusatio quaereretur amentiae. cur autem non aequè Satyricum illud precor, dijs inhæsit:

Sed quo diuitias hic per tormenta coactas,

Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis.

Ut locuples moriaris, egeni uiuere satas?

Credo quia praeclearius aestimas purpureis stratis obsitum mori, sepulchro facere marmoreo, linquere successoribus de opulenta hereditate certamen, illasque ideò, quibus ista parantur diuitias concupiscitis, superuacuum labor & si mihi credis, insanus. Iam si ad communem hominum respicis naturam, nosti eam paucis esse contentam, sin ad propriam cogitando reflecteris, uix natus est, cui pauciora sufficerent, nisi publicus error obstreperet. At populares mores, uel ad ipsius forte quod loquebatur animu respexit Poeta dum diceret:

Victum infelicem tellus, lapidosaque corna

Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herba.

Tibi contra fatearis oportet, nihil tali uictu dulcius nilque suauius, si tuis & non insanientis uulgi legibus uiuas. quid ergo te crucias, si ad naturam tuam te metieris? iam pridem diues eras, sed ad populi plausum diues esse, nunquam poteris, semper aliquid restabit, quod sequens per cupiditatem abrupta rapiaris. Meministi quanta cum uoluptate repostito quondam rure uagabaris, & nunc herbosis pratorum choris accubans, murmur aquae luctantis hauriebas, nunc apertis collibus residens, subiectam planitiem libero metiebaris intuitu, nunc in apricae uallis umbraculo, dulci sopore correptus, optato silentio fruebaris

fruebaris, nunquam ociosus mente, aliquid altum semper agitans, & solis Musis comitantibus, nusquam solus denique Virgiliani senis exemplo:

Qui regum aequabat opes animo seraque reuerens.

Nocte domum dapibus mensas onerabat in empiis.

Sub occasum solis, angustam domum repetens, & tuis contentus bonis, nunquid non tibi omnium mortalium longè ditissimus & planè foelicissimus uidebaris? F. Heu mihi, nunc credo atque illius temporis commemoratione suspiro. A. Quid suspiras, aut quis tibi demens temporum praebuit materiam? nempè animus ipse tuus, quem puduit tam diu naturae suae legibus parere, quique frenum non fregisse credit seruituris, is modo te raptat uiolentus, & nisi habenas contrahas praecipitaturus ad mortem, ex quo primum coepisti, ramorum tuorum baccas fastidire amictusque simplicior: & agrestium hominum sorduit conuictus. In medios urbium tumultus, urgente cupiditate relapsus es; ubi quam late quamque tranquillè degas, frontis tuae habitus & uerba testantur, quid enim miseriarum non uidisti, pertinacissimus aduersus infoeliciter experta, & adhuc hasitas? peccatorum forsitan illigatus nexibus, ac patiente Deo, ut ubi sub aliena ferula pueritiam exegisti, ibidem tui iuris effectus miserabilem coteras senectutem? Certè ego praesens aderam, cum adhuc adolescentulum te, nulla cupiditas, nulla profus tangebatur ambitio, cum cuiusdam magni futuri uiri specimen praeferebas, nunc mutatis moribus, infelix, quò magis ad terminum appropinquas, eò uaticum reliquum conquiris & attentius: quid superest igitur, nisi ut in die mortis (quae fortè iam iuxta est: & profecto procul esse non potest) aurum sitiens, calendario semiuuius incumbans: siquidem quod per dies singulos crescit, suprema die necesse est ad summum & augeri, & ad ueritum prouenire incrementum. F. Senectutis pauperiem ante prospiciens, si fatigatae aetati adiumenta conquiras, quid hic tam reprehensibile est? A. O ridiculas curas, insanamque negligentiam, id anxie cogitare, quo uel nunquam fortè peruenturus certè, uel ubi breuissimo tempore permanurus sis, illius autem obliuisci quò & peruenire necessarium sit, & irremediabile peruenisse, sed ille mos uester execrandus, transitoria curas, aeterna negligentiam, in eo quidem quod de senili paupertate clypeum quaeris, errori inhæsit, credo tibi Virgilianum illum:

Atque inopis me uens formica senectae.

Itaque illam tibi uitae magistram delegisti, excusabilior, dicente Satyrico:

frigusque famemque,

Formica tandem quidam expaueat magistrâ.

Ac si non tutus in formicae magisterium abiisti, reperies nihil miserius, nihil amentius quam semper pauperiem pati, nequando patiaris. F. Quid ergo? pauperiem ne suades? optarem quidem minime, tolerare summoperè, si sic res humanas miscens fortuna coegerit. A. Mediocritatem sanè in omni statu expetendam censeo, non igitur ad illorum statum reuoco, qui aiunt, Satis est uitae hominum panis & aqua, nemo adhuc pauper est, intra quae quisque desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de foelicitate contendet, nec mediū uitae hominū, fluuiū Cereremque constituo, sunt enim ut magnificae, sic auribus hominum importunae pridem odiosae sententiae, itaque infirmitati tuae morem geram, exinanire naturam non doceo sed frenare. Sufficiebant tua quidem, uisibus necessarijs si tu ipse tibi, suffecisses, nunc autem ipse quam pateris indigentiam peperisti. Cumulationem enim opum, necessitatem ac sollicitudinem cumulare, iam totiens disputatum est, ut amplioribus iam non egeat argumentis, mirus error & miseranda caecitas, praeclearissimae naturae ac coelestis originis humanum animum, coelestibus neglectis, metallis in uariis terrestribus. Cogita, quaeso, acriter atque oculos mentis intende, ne eos circum radiantis auri fulgor impediatur, quotiens uncis auaritiae tractus, ab altissimis curis ad haec inferiora diuerteris, non ne de caelo in terras praecipitem corruisse remotisque sideribus in profundissimam uoraginem demersum te esse cognoscis? F. Cognosco equidem, & dici non posset, quam grauiter praecipitatus allidor. A. Quid ergo totiens expertus non metuis, & cum fueris erectus, ad superna non tenacius pedem

figis? F. Nitor quippè, sed quoniam humanæ conditionis concurritur necessitas, inuitus auellor, nec enim sine causa ueteres Poëtas, geminum Parnasi collem, duobus dijs dedicasse suspicor, sed ut ab Apolline (quem deum ingenij uocant) interdum animi præsidium, à Baccho autem rerum externarum sufficientiam implorarent, in quam sententiam me non modò rerum experientia magistra, sed crebra etiam doctissimorum hominũ inclinauit auctoritas, quos tibi quidem inculcare non attinet, ita quamuis turba deorũ ridiculosa sit, hæc tamen uatum opinio, haud prorsus insensata est, quã ego si ad unum retulerim Deũ, à q̄ omnis opportuna subuentio, nũ me delirare quidem arbitror, nisi tibi aliter uideat̄. A. Ego ita esse nõ nego, sed quia tẽpus tã iniquẽ partiari indignor: uniuersam enim ætatẽ tã, honestis olim curis destinaueras, si qd̄ in alijs coactus expẽderes, id tẽpus perditũ iudicabas, nũc uerò tantũ honestati tribuis, quantũ tibi reliquũ fecit auaritiæ studium. quis non ad ætatem proeuctiorem peruenisse cupiat, quæ sic consilia hominũ alternat: sed quis erit finis, aut q̄s modus? præfige tibi metã, ad quam dum peruenieris sublitas, & aliquando respices. scis illud humano ore prolatum oraculi uim habere:

Semper auarus eget, certum uoto pate finem.

Quis autem cupiditatibus tuis erit finis? F. Nec egere, nec abundare, nec præesse, nec subesse alijs, finis est meus. A. Humanitatem exuas oportet & Deus fias, ut tibi non egere contingat. an ignoras, ex cunctis animalibus, egentissimum esse hominem? F. Audieram sæpissimè, sed integrare memoriam uelim. A. Aspice nudum & in formem, inter uagitus & lachrymas nascentem, exiguo lacte solandum, tremulum atq; reptantem opis indigum alienæ, quem muta pascunt animantia & uestiunt. caduci animi, in quieti, morbis obsessum uarijs, subiectum passionibus innumeris, consilij inopem, alternat lætitiã & tristitiã fluctuantem, impotentemq; arbitrij, appetitus cohibere nescium, quid quantum uide sibi expediat, quis cibo potuq; modus ignorantem. cui alimenta corporis cæteris animantibus in aperto posita, multo labore conquirenda sunt, quem somnus inflat, cibis distendit, potus præcipitat, uigiliæ extenuant, fames contrahit, sitis arefacit, auidita timidumq; fastidientem possessa, perdit deplorantem, & præsentibus simul & præteritis & futuris anxium, superbientem inter miseras suas, & fragilitatis sibi conscium uilissimis uermibus imparem, uitæ breuis, ætatis ambigua, fati inuitabilis, ac mille generibus mortis expositum. F. Coaceruasti miseras infinitas, & egestates, ut penè iam hominem natum poeniteat. A. In hac tanta hominum imbecillitate tantaq; penuria, tu tibi copiam aspicias ac potentiam, quæ nullis Cæsaribus, nullisq; unquam regibus perfecta contigerit. F. Quis nam his uocabulis usus est? quis seu copiam seu potentiam nominauit? A. At quæ maior copia quàm non egere? quæ maior potentia quàm non subesse? profecto enim reges dominicq; terrarum, quos opulentissimos reor, innumerabilibus rebus egent, ipsi quoque duces exercituum, quibus præesse uidentur, subsunt, & ab armatis legionibus obsesi, per quas metuuntur, uicissim metuant oportet. Desine iam impossibilia sperare, & humana sorte contentus, abundare & egere, præesse & subesse condiscas, non his moribus degens, fortunæ iugum, quo colla regum premuntur excutias, quod tamen demum excidisse tibi noueris, cum calcatis passionibus humanis, totus sub uirtutis imperium accesseris, liber illic futurus, nulla egens re, nulli subiectus hominum, denique rex & uerè potens absoluteq; felix. F. Iam piget incepti, cupio què nihil cupere, sed consuetudine rapior peruersa, sentio què inexpletum quoddam in præcordijs meis semper. A. Hoc est ut ad propositum spectet oratio, hoc est quod te à cognitione mortis auertit, dum terrenis sollicitudinibus implicatus, oculos ad altiora non erigis, quas quidem uelut pestiferas animorum sarcinas, si quid mihi credis abijcies, nec abiectis labor magnus fueris, dum modò te ad naturam tuam composueris, eiq; potius quàm uulgi furijs, te uendendum regendumq; commiseris. F. Fiet id quidem me uolente, sed quod de ambitione loqui coeperas, iam pridem audire desidero. A. Quid à me expectis quod tibi ipse præstare potes? pectus tuum examina, reperies inter pestes cæteras

cæteras non minimum ambitionum locum. F. Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse, dum licuit populosq; & actus publicos despexisse, sylvarum recessus & silentia rura securum, odium uentosis honoribus indixisse, adhuc ambitionis insimulor. A. Multa linquitis mortales, non quia contemnitis, sed quia desperatis posse consequi, excitant enim se alternis stimulis spes & desiderium, usque adeò, ut altero frigescente, tepescat alterum & recalente referueat. F. Quid oro me sperare prohibeat, adeò ne cunctæ bonæ artes deerant? A. De bonis artibus sileo, at illæ deerant profecto, quibus hodie præsertim ad altos gradus ascenditur, ambiendi scilicet magnorum liminæ, blandiendi, fallendi, promittendi, mentiendi, simulandi, dissimulandiq; grauiã & indigna quælibet patiendi, harum & similiarum egenus artium. nec naturam uinci posse ratus, ad alia studia transiisti, cautè quidem & prudenter, quid est enim aliud, ut ait Cicero, gigantium more pugnare cum dijs, nisi naturæ repugnare? F. Valeant magni honores, si his artibus acquiruntur. A. Benè ais, non tamen prorsus in auribus meis tuam innocentiam comprobasti, neque enim honores te non optasse concludis, tamen si quærendi molestiam perhorrescas, sicut nec Romam uidisse contempsit, quisquis uiarũ labore perterritus, pedem reuulit ab incepto, adde q; nec pedem reuulisti, ut tibi ipse persuades, mihiq; persuadere niteris, neu te, ut aiunt, digito contexeris, quicquid cogitas, quicquid agis ante oculos meos est, & quod fuga urbium sylvarumq; cupidine gloriaris, non excusationem, sed culpæ imitationem arguit. Multis namque uijs, ad unum terminum peruenitur, & tu mihi crede, licet calcatam uulgo deserueris uiam, tamen ad eandem quam spreuisse te dicis ambitionem, obliquo calle contendis, ad quam ocium, solitudo, incuriositas tantarum rerum humanarum, atque ista tua te producunt studia, quorum usque nunc finis est gloria. F. Ad angulum urbes me, unde possem licet subterfugere, quia tamen tempus breue est, & in multa dispartendum, si libet progrediamur ad reliqua. A. Sequere igitur ad præcedentem, gulæ nulla sit mentio, cuius studio nullatenus teneris, nisi uoluptati fauens, nonnunquam amicorum blandior conuictus obreperet. ueruntamen nihil hinc metuo, quotiens enim urbibus ereptum rus suum recuperauit incolam, omnes repente diffugiunt insidias talium uoluptatum, quibus amotis, ita te uiuentẽ, fatear, animaduerti, ut & pprios & cõmunes amicos supgressa sobrietate ac modestia delectarer. irã quoq; præuehor, qua & si sæpè iusto magis exardeas, confestim tamen naturæ bonitate mitigabilis compescere motus animi soles, memor Horatiani consilij:

*Ira furor breuit est, animum reges, qui nisi pareat,
Imperat, hunc uinculis, hunc tu compesce eatenis.*

F. Aliquantulum mihi fateor & Poëticum, hoc & plurima huius generis Philosophorũ consilia profuerunt, atque in primis æui breuis recordatio: quæ enim rabies est, pauculos dies quos inter homines agimus, in hominum odium pernitiemq; consumere: aderit ecce dies ultima, quæ has flammæ in pectoribus humanis extinguat, & finem positura odijs, & si inimico nil morte grauius, optamus iniquissimi uoti compotes factura. itaq; quid se, quid alios præcipitare iuuat? quid opportunas partes breuissimi temporis amittere? & uel presentibus, honestis gaudijs, uel futuræ uitæ consilij deputatos dies, uix sufferturos ad singula, summa licet cum parsimonia dispensatis, auferre necessarijs ac proprijs usibus, in quæ alienam pariter & nostram tristitiã mortemq; conuertere: uerum hæc mihi meditatio, eousq; profuit, ut impulsus non totus ruerem, & si corruissem, mox exurgerem, ne ullis autem iracundiæ flatibus agitarer, nullũ mihi hactenus studium præstare quiuit. A. At quia nullum ex huius te flatibus, aut tibi aut alteri aereor naufragium, facile patiar, ut si Stoicorum promissa non attingis, qui morbos animorum radicitus se uulsiuros spondent, sis in hac Peripateticorum mitigatione contentus, his igitur in præsens omisis, ad periculosiora, & tibi multò diligentius prouidenda festino. F. Deus bonè, quid adhuc periculosius restat. A. Quantis luxurizæ flammis incenderis. F. Tantis equidem interdum, ut grauius doleam, quod nõ insensibilis natus sum, immobile saxum aliquod esse

maluerim, quam tam multis corporis mei moribus turbari. A. Habes igitur, quod te uel maxime ab omni diuinorum cogitatione dimoueat, quid enim aliud celestis doctrina Platonis admonet, nisi animu à libidinibus corporis arcendu, & eradenda phantasmata, ut ad prouidenda diuinitatis arcana, cui propriæ mortalitatis annexa cogitatio est, purus expeditusq; confurgat. scis quid loquar, & hæc ex Platonis libris tibi familiariter nota sunt, quib. auidissimè nuper incubuisse diceris. F. Incubueram fateor alacri spe, magnoq; desiderio, sed peregrinæ linguæ nouitas, & festinata præceptoris absentia, præciderunt propositum meum, cæterum ista q̄ memoras disciplina, et ex scripturis tuis, & ex aliorum Platoniorum relatione notissima est. A. Haud refert, quo uerum monstrante didiceris, quamuis multu sæpè possit auctoritas. F. Apud me præsertim, hominis illius, de quo alte mihi quidè infudit illud Ciceronis in Tusculano, Plato, inquit, Et si rationem nullam afferret, uide qd homini tribuo ipsa auctoritate me frangeret, mihi autè sæpè diuinu illud ingenium, cogitanti, iniuriosum uideret, si cū ducem suum Analogistam facit Pythagoreum, uulgu reddenda rationi foret obnoxius Plato. Sed ne à proposito longius eam, Platonis hanc sententiam mihi pridè adeò & auctoritas & ratio & experientia commendauit, ut nil uerius, nilq; sanctius dici posse non dubitem. Ita enim interdū Deo manū porrigente surrexi, ut incredibili quadā & immensa cū dulcedine, qd mihi tunc pdesset, quidue antea nocuisset agnoscerē, & nūc meo pondere in antiquas miseras relapsus, quid me iterū perdidit, cū amarissimo gustu mētis experior. q̄ idcirco retuli, ne fortè miraris, huius me Platonici dogmatis experientiam profiteri. A. Nō miror equidem, laborib. enim tuis interfui, & cadentē & resurgentē uidi, & nunc prostratū misertus opem ferre disposui. F. Gratias ago tam misericordis affectus, quid autem operis superest humanæ. A. Nihil, at diuinæ plurimū, continens equidem nisi cui Deus dedit esse non potest. ab eo igitur munus hoc, & in primis humiliter, & sæpè cum lachrymis postulandum est, solet ille quæ ritè poscuntur, non negare. F. Feci tam sæpè, ut penè iam sibi molestus esse uereor. A. At non satis humiliter, non satis sobriè, semper aliquid loci uenturis cupiditatibus seruastu, semper in longum preces extendisti. expertus loquor hic, & mihi contigit: dicebam: Da mihi castitatem, sed noli modo, differ paululum, statim ueniet tempus, uirentior adhuc ætas, suis eat semitis, suis utatur legibus, turpius ad iuuenilia ista rediretur: tunc igitur abeundum erit, cum & minus ad hoc habilis decursu temporis factus fuero, & satietas uoluptatum merum regressioni abstulerit. hæc dicens, aliud te uelle precari, aliud non intelligis. F. Quo nam modo. A. Quia qui in diem, poscit in præsens negligit. F. Ego in præsens sæpè cum lachrymis poposci, sperans simul & illud euenturum, ut effractis cupiditatum laqueis, & calcatis uitæ miseris saluus euaderem, & uelut aliquem salutarem portum, ex tam multis curarum inutilium tempestatibus enatarem: at quotiens postea inter eosdem scopulos naufragium passus sum, quotiensquè si destituor passurus intelligis. A. Crede mihi, aliquid semper defuit oranti, alioquin uel annuisset largitor ille supremus, uel quod Paulo fecit Apostolo, ad perfectionem uirtutis & infirmitatis, experientiam denegasset. F. Credo ita esse, precabor tamen assidue, nec fatigabor, nec erubescam, nec desperabo, si fortè miseratus omnipotens labores meos, aurem precibus quotidianis accommodet, & quibus si iustæ fuissent gratiam non negasset, idem ipse iustificet. A. Consultè, tamen tu enitere & (q̄ prostrati solent) in cubitum erectus, ingruentia mala circumspice, ne ad repentinum cuiuslibet molis incursum, iacentia membra disiliant, nec segnius interim opem atollere ualentis implora. aderit ille tunc forsitan cum abesse credideris, unum semper ante oculos habeto Platonis superiorē illam, haud sperendam sententiam. Ab agnitione Deitatis, nil magis q̄ appetitus carnalis, & inflammata obstare libidinem. hanc igitur doctrinā assidue tecū uersa, hæc nostri cōsiliū summa est. F. Ut intelligas me hanc adamasse sententiā, nō modò in aris suis sedentē, sed peregrinis etiam nemoribus latitantē, auidissimè cōplexus sum: at locū animo mutauī, ubi illa oculis meis occurrat. A. Quid dicere uelis

expecto,

expecto. F. Scis Virgiliū, uirum fortem, per quot pericula, in illa suprema & horrenda Troianæ excidij nocte circumduxit. A. Scio enim quid scholis omnibus uulgatus, ipsum quoque calus suos enarrantem facit:

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis æquare labores.
Vrbis antiqua ruit multos dominata per annos
Plurima perq; uias sternuntur inertia passim,
Corpora, perq; domos & religiosa domorum
Limina, nec soli poenas dant sanguine Teucris.
Quondam etiam uictis, redit in præcordia uirtus:
Victoresq; cadunt Danaï, crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.*

F. At qui quamdiū Venere comitante, inter hostes & incendium errauit, apertis licet oculis, offensorum iram numinum uidere non potuit, eaq; illum eloquentem, nil nisi terrenum intellexit: at postquam illa discessit, quid euenerit nosti, siquidem mox iratos deorum facies eum uidisse subsequitur, & omne circumstantans periculum agnouisse:

*Apparent dira facies, inimicaq; Troia,
Numina magna deūm.*

Ex quibus hoc excerpti, usum Veneris, conspectum diuinitatis eripere. A. Præclarè lucem sub nubibus inuenisti, sic nempe Poëticis interest, ueritas figmentis, tenuissimis riuis adeunda, sed quoniam rursus ad ista redeundum est, quæ restant ad ultimum reseruumus. F. Ne ignotis me tramitibus agas, quæ nam te redditurū polliceris. A. Maxima tuæ mentis uulnera nondum attingi, & consulto dilata res est, ut nouissimè posita hæreant memoriæ: in illorū alterum appetituum carnalium, de quibus aliqua diximus cumulator aderit materia. F. Progredere iam ut libet. A. Nisi impudenti pertinacia sis, nulla superest contentio. F. Nihil gratius uidere possem, quam omnium contentionū causam oblatam ex orbe terrarum. nihil deniq; tam clarè mihi cognitum fuit unquam, ut de eo nō inuitus altercarer, q̄ inter amicos licet orta contentio, asperū quidem & hostile, & amicitiarum moribus aduersum habet, sed perge ad hæc, quibus me statim assensurū putas. A. Habet te funesta quædam pestis animi, quam accidiam moderni, ueteres ægritudinē dixerunt. F. Ipsum morbi nomen horreo. A. Nimirum, quia diu per hunc grauiter uexatus es. F. Fateor & illud accidit, quod omnibus fermè quibus angor, aliquid falsi licet dulcoris immixtum est: in hac autem tristitia & aspera & misera & horrenda omnia, apertaq; semper ad desperationem uia, & quicquid infœlices animas urget in interitum: ad hoc, & reliquarum passionum ut crebras, sic breues & momentaneos experior insultus. Hæc aut pestis tam tenaciter me arripit interdum, ut integros dies noctesq; illigatum, torqueat, quod mihi tempus non lucis aut uitæ, sed tartaræ noctis & acerbissimæ mortis instar est, & (qui supremus miseriarum cumulus dici potest) sic laboribus & doloribus pascor, arcta quadam cum uoluptate, ut inuitus auellar. A. Morbum tuum nosti optime, modò causam nosces. dic ergo, Quid est quod te adeò contristat? temporalium ne discursus, aut corporis dolor, an aliqua fortunæ durioris iniuria? F. Non unum horum aliquod, si singulari certamine temptarer, starem utique, nunc autem toto subruor exercitu. A. Distinctius, quid te urgeat eloquere. F. Quotiens unum aliquod fortunæ uulnus infligitur, persisto interritus, memorans sæpè me ab ea grauior percussus, abesse uictorem, si mox illa uulnus ingeminet, titubare parumper incipio, quod si duobus tertium quartumue successerit, tum coactus, non quidem fuga præcipiti, sed pede sensim relato, in arcem rationis euado. Illic si toto rerum agmine incubuerit fortuna, meque ad expugnandum conditionis humanæ miseras & laborum præteritorum memoriam, futurorumque formidinem congererit, tum demum pulsatus undique, & tantam malorum congeriem perhorrescens, ingemisco, hinc dolor ille grauis oritur,

b b 4 ueluti

ueluti si quis ab innumeris hostibus circumelusus, cui nullus pateat egressus, nulla sit misericordiae spes, nullum quae solatium, sed infesta omnia, erectae machinae, defossi super terram cuniculi, tremuntque iam turrets, stant scalae propugnaculis admotae, haerent moentibus unci, & ignis tabulata percurrit, undique fulgentes gladios minantes quae uultus hostium, cernens quae uicinum cogitans excidium, quid ni pauereat & lugeat, quando his licet cessantibus, ipsa libertatis amissio, uiris fortibus moestissima est. A. Quamquam confusus ista percurreris, intelligo tamen opinionem tibi peruersam, causam esse malorum omnium, quae innumerabiles olim strauit sternetque, male tibi arbitraris. F. Immo uero pessime. A. Quam ob causam? F. Non unam quidem, sed innumeras. A. Idem tibi accidit, quod ijs qui ob leuissimam quamlibet offensam in memoriam redeunt ueterum simularum. F. Nullum in me adeo uetustum uulnus, ut obliuione deletum sit, recentia sunt cuncta quae cruciant, & si quod tempore potuisset aboleri, tam crebro locum reperit fortuna, ut hians uulnus, nulla unquam cicatrix astrinxerit. accedit & humanae conditionis odium atque contemptus, quibus omnibus oppressus, non moestissimus esse non ualeo, haec sibi aegritudinem siue accidiam, siue quid aliud esse diffinis, haud magni facio, ipsa de re conuenit. A. Quoniam ut uideo altis radicibus morbus innititur, superficialitatenus hunc sustulisse non sufficit, repullulabit etenim celeriter radicitus, euellendus est, unde autem incipiam incertus sum, tam multa me terrent, sed ut facilius sit distincti operis effectus, discurram per singula. dic ergo, Quid in primis tibi molestum putas? F. Quicquid primum uideo, quicquid audio, quicquid sentio. A. Penes nil ne placet tibi ex omnibus. F. Aut nihil aut perpauca quidem. A. Utinam saltem salubriora delectent, sed quid apprimere displicet responde mihi quae so? F. Iam respondit. A. Totum est hoc eius, quam dixi accidiam, tua omnia tibi displicent. F. Aliena non minus. A. Et hoc ex eodem fonte procedit, ut uero aliquis dicendorum ordo sit, adeo ne tibi tua displicent ut ais? F. Desine quaestiuiculis, quater, plus etiam quam dici possit. A. Ergo illa tibi sordescunt, quae multis alijs inuidiosum faciunt. F. Qui misero inuidet, necesse est ut sit ipse miserrimus. A. Quid autem magis displicet ex omnibus. F. Nescio. A. Quid si ego dinumerem fateberis ne. F. Fatebor ingenue. A. Fortunae tuae iratus es. F. Quid ni oderim, superbam, uiolentam, caecam, & mortalia haec sine discretionem uoluentem. A. De communibus publica est querela, nunc proprias prosequamur iniurias, quid si iniuste conquereris, uelles ne in gratiam reuerteris. F. Difficillima quidem persuasio, si tamen id mihi monstraueris conquiescam. A. Parcius tecum agere astitimas fortunam. F. Immo amarissimam, immo iniquissimam, immo superbissimam, immo crudelissimam. A. Non unus est apud Comicum Poetam querulus, innumerabiles sunt, tu quoque adhuc unus ex multis es, mallemp ex paucis: ceterum quia adeo trita materia est, ut uix noui quicquam possit afferri: poteris ne morbo ueteri, uetus remedium adhiberi. F. Ut libet. A. Age ergo, famem ne an sitim, frigusue perpeti compulit paupertas? F. Nondum eousque fortuna saeuit mea. A. At quam multis ista quotidiana sunt. F. Aliud adhibe remedium si potes, me quoniam ista nil adiuuant, non enim ex illis sum, quos in malis suis calamitosorum & circumludentium delectat exercitus, nec minus interdum alienis, quam proprijs miseris ingemisco. A. Nec ego, ut delecter: sed ut soletur expecto, doceatque alienas cernentem fortunas, suis esse contentum. neque enim omnes primum tenere locum possunt. alioquin, quomodo primus erit, nisi quem secundus sequitur? bene uobiscum agitur mortales, si non in extrema reiecti, de tam multis fortunae ludibrijs, tantum mediocritate pertulistis, quamquam & extrema perpessis suis quibusdam acrioribus remedijs succurrendum est, quibus tu potens aeger es minime mediocri laesus asperitate fortunae. Sed hoc est, quod uos in has praecipitat arumnas, propria quilibet fortis oblitus, supremum mente locum agit, quae quoniam ut dixi ne queunt omnes apprehendere, elusis conatibus subit indignatio. quod si summi status miseriam agnosceret homines, quae exoptat phorresceret, id quod illorum praebet testimonio, quod ad summa rerum

rerum fastigia multis laboribus euectos uidimus, & uotorum mox suorum nimis facile exitum execrantes. quod & si omnibus notum esse debeat, tibi tamen praecipue, longa cui experientia persuasum est, omnem, status altissimi, laboriosam atque sollicitam & prorsus miserabilem esse fortunam, ita sit, ut nullus querimoniae gradus uacet, dum & oprata consecuti, & repulsi iustam lamentandi causam praese ferunt. illi se deceptos, hi se neglectos aestimant, sequere igitur Senecae consilium, cum aspexerit quot te antecedunt cogita, quot te sequantur. si uis gratus esse aduersus Deum, & aduersus uitam tuam, cogita quam multos antecesseris, & ut eodem loco ait, idem & finem constitue, quem transire ne possis quidem si uelis. F. Constitui pridem desiderijs meis finem certum, & nisi fallor modestissimum, at inter procaces impudentesque saeculi mei mores, qui modestiae locus est, secediam uocant. A. Potens ne igitur est, animi tui statum, uulgaris aura conuellere, quae nunquam rectum iudicat, nunquam res suis nominibus uocat, aut illam si rite recolo sperne re solebas. F. Nunquam, mihi crede, magis spreui, non pluris facio, quid de me uulgus aestimet, quam qui brutorum greges animantium. A. Quid ergo? F. Molestum fero, quod cum nullus ex coetaneis meis, quem ego nouerim modestiora concupuerit, nemo difficilius ad concupita profectus est, summum nampe nunquam me locum exoptasse, testis haec nostra simul & omnium spectatrix, quae cogitationes meas semper introspicies nouit, quotiens humani more ingenij, per omnes statuum gradus mente discurrem, nunquam tranquillitatem illam ac serenitatem animi, quam rebus omnibus praefendam arbitror, in supremo fortunae culmine positam agnouisse. ideoque & curarum & sollicitudinum refertam uitam, exhorrentem mediocritate, sobrie se semper iudicio praetulisse, nec uerbo solum, sed mente etiam Horatianum illud approbasse:

*Auream quisquis mediocritatem
Diligit, nullus caret obsoleto,
Sordibus tectis caret inuidiaque
Sobrius aula:*

Nec minus mihi ratio placuit, quam dictum.

*Sapius uenit agitur ingens
Pinus, & celsa grauiore casu
Decidunt turrets, feruntque summos,
Fulgura montes:*

Hanc profecto mediocritatem, nunquam mihi contigisse doleo. A. Quid si quae putas mediocritas supra te sunt? quid si uera mediocritas iam pridem contigit? quid si abunde contigit? quid si illam longe post tergum reliquisti, & multo pluribus inuidiae, quam contemptus materiam praebes. F. Et si ita esset, mihi tamen contrarium uideretur. A. Peruersam opinionem malorum omnium, sed huius praecipue causam esse non ambigitur, ab hac igitur charybdi, omnium, ut ait Tullius, remorum ac uelorum auxilio fugiendum est. F. Unde me fugere, quo uis proram tendere, quid denique opinari tibus, nisi quod uideo? A. Vides ubi oculos intendisti, ac si retro respicias, uidebis innumera turbam sequi, teque primo agmine, aliquanto proximiorum esse quam ultimo, sed timor animi rigorque propositi non permittunt oculos in tergum flectere. F. Deflexi, cum interdum multosque post me uenire perpendi, neque fortis mea pudet:

Sed curarum piget ac panitet tantarum,

Quod ut eiusdem Horatii uerbo utar:

Fluitem dubiae spe pendulus horae.

Si haec anxietas tollatur, quantum habeo abunde sufficiat, dicamque aequanimiter, quod eodem loco ait:

*Idem quid credis amice precari.
Quod nunc est etiam minus ut mihi uiuam:
quid super est aui?
Si quid superesse uolunt dij.*

Sit mihi,

Ego semper dubius futuri, semper animo suspensus, nullam ex fortunæ muneribus dulcedinem capio, adhuc ut uides hætenus alijs uiuo, quod miserimum ex omnibus est: atq; utinam uel senectutis mihi reliquæ cōtingat, ut qui procellosos inter fluctus uixerim, moriar in portu. A. Tu ne igitur in tanto rerum humanarum turbine, tanta uarietate successuum, tantaq; caligine futurorū (& ut breuiter dicā) sub imperio positus fortunæ, solus ex cunctis hominū milibus, curarū uacua ætatē ages; uide quid cupias mortalis, uide quid potules; quod uerò non tibi te uixisse conquereris, non inopiæ, sed seruitutis est, quam licet (ut tu idem asseris) miseriam esse confitear, tamen si circūspicis, paucissimos homines sibi uixisse reperies. nā & hi qui putantur foelicissimi, & quibus innumerabiles uiuunt, seipos si mul alijs uicere, uigilarū et laborū assiduitate testantur. Quid enim (ut supremo te commoueri faciam exemplo) Iulius Cæsar, cuius illud uerum, licet arrogans dictum est: Humanū paucis genus uiuit, nunquid postquam eò genus redegerat humanum, ut sibi uni uiueret, ipse interim alijs uiuebat. interrogabis fortasse quibus; nimirum à quibus occisus est, de Bruto uel Cimbro cæteris que perfidæ coniurationis auctoribus, quorum cupiditates explere non ualuit, tanti munificentia largitoris. F. Mouisti animum fateor, ut iam nec seruum me, nec inopem indigner. A. Indignare potius te non esse sapientem, quod unum & libertatem & ueras diuitias præstare potuisset, cæterum quis quis causarum absentia æquo ferens animo, effectus non adesse conqueritur, nec causarum certam tenet illerationem nec effectuum, exequere autem nūc quid te premit, præter hæc quæ dicta sunt, corporis ne fragilitas, an latens molestia? F. Nempe corpus hoc onerosum semper fuit, quotiens me ipsum contemplatus fui, at cum alienorum grauedinem corporum respexi, satis obediens me mancipium habere fateor, possem idem utinam, & de animo gloriari, sed ille imperat. A. Utinam rationis ipse subditus imperio, sed ad corpus redeo, quod in eo molestum experiris. F. Nihil equidem, nisi communia quædam, quod mortale est, quod suis doloribus implicat, mole prægrauat, somnum suadet spiritu uigilante, alijsq; necessitatibus subigit humanis, quas enumerare & longum & inamœnum est. A. Cōpone animum precor, teque hominem esse recordare, licet anxietas ista cessauerit, si quid præter hoc angerit exquire. F. Illa ne tibi inauditum est fortunæ nouercantis immanitas, cū uno die me spesque & opes meas omnes, & genus & domum impulsu strauit impio. A. Video oculorum tuorum scatebras, ideoque prætereo, neque enim nunc docendus sed admonendus es, unum igitur hic admonuisse sufficit. si enim non priuatarum modo familiarum, sed notissimas tibi regnorum ex omnibus seculis recoles ruinas, non nihil tibi Tragoediarum lectio profuerit, ut non pudeat tugurium tuum cum tot regis ædibus conflagrasse procede modo, hæc enim partius dicta, speciosius tibi ruminanda serua his. F. Quis uitæ meæ tædia & quotidianum fastidium sufficienter exprimat, mœstissimam turbulentissimamque orbem terrarum omnium angustissimam atque ultimam sentinā, & totius orbis sordib. exundantē quis uerbis æquet, quæ passim nauis conciet graue, olētes semitas permixta rabidis canibus, obscœnas sues, & rotarum. muros quatientū stridorem, aut transuersas obliquis itineribus quadrigas, tam diuersas hominum species, tot horrenda mendicantium spectacula, tot diuitum furores, illos mœstitia deuictos, hos gaudio lasciuiaque fluitantes, tam denique discordantes animos, artesque tam uarias, tantum confusis uocibus clamorem, & populi inter se anxietatis incursum. quæ omnia & sensus melioribus affuetos conficiunt, & generosis animis eripiunt quietem, & studia bonarum artium interpellant; itaque me Deus ex hoc naufragio, puppe liberat illæsa, ut ego sepe circūspiciens, in infernum uiuens descendisse mihi uideor, in nunc & honestis cogitationibus incumbe:

I nunc & uersus tecum compone canoros.

A. Hic me Flacci uersiculus, quid potissimum lamentaris admonuit, doles quod importunum studijs tuis locum nactus es, quoniam ut ait idem:

Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbes.

Tuq; ipse in epistola quadam, eandem sententiam uerbis alijs expressisti:

Sylua

Sylua placeat musis urbs est inimica poetis.

Quod si unquam intestinus tumultus tuæ mentis conquiesceret, fragor iste circumtonans (mihi crede) sensus quidem pulsaret, sed animum non moueret. at ne nota pridem auribus tuis ingeram, habes Senecæ de hac re non inutilem epistolam, habes & librum eiusdem de tranquillitate animi, habes & de tota hac mentis ægritudine tollenda, librum. M. Ciceronis egregium, quem hesternæ diei disputationibus, in Tusculano suo habitis ad Brutum scripsit. F. Singula hic haud negligenter legisse me noueris. A. Quid ergo, nihil ne profuerunt? F. Immo uerò inter legendum plurimum, libro autem è manibus elapso, assensio simul omnis intercudit. A. Communis legentium mos est, ex quo monstrum illud execrabile literatorum passim, flagitiosissimos errare greges, & de arte uiuendi multa, licet in scholis disputentur, in acta paucum conuertitu uerò si suis locis notas certas impresseris, & fructum ex lectione percipies. F. Quas notas. A. Quotiens legenti salutare sese offerunt sententiæ, quibus uel excitatis animum uel frenari, noli uiribus ingenij fidere, sed illas in memoriæ penetrabilibus absconde, multoque studio tibi familiares effice, ut quod experti solent medici, quocunque loco uel tempore, dilationis impatiens morbus inuasit, habeas uelut in animo cōscripta remedia. Sunt enim quædam sicut in corporibus humanis, sic in animis passiones, in quibus tam mortifera mora est, ut qui distulerit medelam, spem salutis abstulerit, quis enim ignorat (exempli gratia) esse quosdam motus tam præcipientes, ut nisi eos in ipsis exordijs ratio frenauerit, animi corpusque, & totū hominē perdant, & seruisit, quicquid post tempus apponitur. In quibus primum obtinere locum reor iram, cui non frustra rationis sedem superposiram esse diffiniunt, hi qui in tres partes animam diuiserunt. Rationē in capite uelut in arce, iram in pectore, concupiscentiam subter præcordia collocantes, ut scilicet præsto sit, quæ subiectarum pestium uiolentos impetus repente coërceat, & ex alto uelut receptui canat, quod frenū, quia ire magis necessarium erat, illi uicinior sita est. F. Consulte equidem, quod ut me non tantum ex physicis, sed ex poetis etiam scripturis elicuisse prouideas, per illorum uerborū rabiem, quam Maro describit, speluncis abditis latitantem, superiectos que montes, & regem in arce sedentem, atque illos imperio mitigantem, iram atque impetus animi posse denotari, mecum sæpe cogitauit, in profundo scilicet pectoris deferuentes, qui nisi coërceantur rationis freno (ut ibidem legitur)

Maria ac terras cœlumq; profundum:

Quippe ferant rapidi secum uerrantq; per auras.

Per terras enim quid nisi terream corporis materiam, per maria quid nisi humorem quo uiuitur, per cœlum uerò profundum, quid nisi interiore loco habitantē animam intelligit; cuius (ut alio loco ait idem) igneus est uigor, & cœlestis origo, quasi diceret, corpus atq; animam, & breuiter totum hominem cui dominabuntur, in præcipitium agent. ex aduerso autem, mōtes regemque præsidem, quid nisi capitis arcem & rationem esse, quæ illic inhabitat; sic enim ait:

Hinc uasto rex Aeolus antro,

Luctantes uentos tempestatesq; sonoras

Imperio premit & uinculis ac carcere frenat.

Illi indignantes magno cum murmure montis.

Circumclaustra fremunt summa sedet Aeolus arce.

Sceptratenens.

Hæc ille. Ego autem singula uerba discutiens, audiui indignationem, audiui luctamen, audiui tempestates sonoras, audiui murmur, ac fremitum, hæc ad iram referri possunt. audiui rursus regem in arce sedentem, audiui sceptratenentē, audiui imperio trementē, & uinculis ac carcere frenantē, quæ ad rationem quoque referri posse quis dubitet; attamen ut de animo atq; ira animum turbante, dici omnia constaret, uide quid addidit:

Mollitq; animos & temperat iras.

A. Laudo

Mollis animos temperat iras.

A. Laudo hæc, quibus abundare te uideo, poëticæ narrationis arcana, siue enim id Virgilius ipse sensit dum scriberet, siue ab omni tali consideratione remotissimus, maritimam his uersibus, & nil aliud describere uoluit tempestatem, hoc tamen de irarum impetu, & rationis imperio dixisti facere satis, & propriè dictum puto. sed unde discesseram reuertar, & aduersus iram & aduersus reliquos motus, præcipue quæ aduersus hanc, de qualo quimur pestem, aliquid semper excogita, quod cum intenta tibi ex lectione contigerit. Inprimis sententiis uersibus (ut incipiens dixeram) certas notas, quibus uelut uncis memoria uolentes abire contineas. hoc equidem præsidio consistes immobilis, tum aduersus cætera, tum contra animi tristitiam, quæ umbra uelut pestilentissima uirtutum semina & omnes ingeniorum fructus enecat. In qua postremo, (ut eleganter ait Tullius) fons est & caput miseriarum omnium. Profecto autem si alios, te quæ diligenter simul excusseris (omni loquæ quod nullus hominum est, cui non multæ sint lugendæ causæ, omissio præterea quod delictorum tuorum recordatio, iure moestum & sollicitum facit, quod unum moestitiæ genus salutare est, modò desperatio non surrepat) multa tibi diuinitus concessa teberis, quæ inter turbas querulorum atque gementium, consolandi gaudendique materiam præstare queant. nam in eo quod tibi nondum uixisse quæreris. quod uel tumultus urbium, stomachorum & maximorum hominum similis querela, & illa cogitatio, quod tua sponte in hoc incideris anfractus, tuaque sponte si omnino uelle cœperis, possis emergere non parum tibi conferrent solamen, ubi & consuetudo longior profuerit, si strepitum populorum uelut cadentis aquæ sonitum, aures tuas edomueris, cum delectatione percipere. Id autem, ut dixi, facillime consequeris, si tuæ primum mentis compeueris tumultus, pectus enim serenum & tranquillum, frustra uel peregrinæ circumeunt nubes, uel circumtonat extremus fragor, itaque uelut insistentis sicco litore tutus, aliorum naufragium spectabis, & miserabiles fluitantium uoces, tacitus excipies, quantum uel tibi turbidum spectaculum compassiones attulerit, tantum gaudij afferet propriæ fortis alienis periculis collata securitas, ex quibus omnem animi tristitiam, te iam iam depositurum esse confido. F. Quamquam multa me uellicent, atque illud in primis, quod urbes relinquere, quasi rem facilem mei censes arbitrii, tamen quia in multis me ratione superasti, uolo & hic prius quam deiciar, arma deponere. A. Potes ergo iam tristitia relegata, cum fortuna tua in gratiâ redire. F. Possum utique si modò aliqui est fortuna nam ut uides, inter Graium & nostrum Poëtas, hac de re tanta dissensio est, ut cum ille fortunam in operibus suis nusquam nominare dignatus sit, quasi nil eam esse crederet, hic non ster & sæpè eam nominet, & quodam in loco omnipotentem eam etiam uocet. cui sententiæ & historicus ille, nobilis fauet, & orator egregius, nam & Crispus Salustius, dominari profectò, ait, in re qualibet fortunam, & Marcus Tullius, humanarum rerum dominam asseuerare, non timuit. Ego autem quid sentiam, aliud forè tempus ac locus aliter fuit dicendi, quod uerò ad inceptum attinet, eousque mihi profuit admonitio tua, ut me ipsum cum maiore parte hominum conferenti, non tam miser (ut solebat) status meus appareat. A. Gaudeo, si quid tibi profui, cupioque prodesse cumulatius, sed quoniam satis hodiernum colloquium processit, poteris ne, quæ restant in diem tertium differri, atque tibi finem statui. F. Ego uerò numerum ipsum ternarium tota mente complector, non tam quia tres eo Gratia continentur, quam quia diuinitati amicissimum esse constat, quod non tibi solū alijsque ueræ religionis professoribus persuasum, quibus est omnis in trinitate fiducia, sed ipsis etiam gentium philosophis, à quibus traditur uti nos, hoc numero in consecrationibus deorum, quod nec Virgilius meus ignorasse uidetur, ubi ait:

Numero Deus impari gaudet.

De ternario enim loqui, eum præcedentiã manifestant, tertiam igitur deinceps manibus tuis partem huius tripartiti muneris expecto.

Dialogus

DIALOGVS

III.

AVG.

SI quid hæcenus sermo tibi meus contulit, oro obtestorque ut te facilem haurientis quæ supersunt præbeas, contentiosumque ac reluctansem animum deponas. F. Factum pura. sentio enim me tuis monitis, magna sollicitudinum mearum parte liberatum, eoque paratior ad reliqua audienda transgredior. A. Nondum intractabilia & infixa uisceribus uulnera tua contigi, & contingere metuo, recolens quantum altercationis expresserit querelarum leuior contactus. Spero autem ex aduerso, collectis uiribus, animum fortiotem, asperiora deinceps æquanimius laturum. F. Nil metuas, iam assueui, & morborum meorum nomen audire, & Medici manus auxilium pati. A. Duabus adhuc adamantinis dextra læuaque premeris catenis, quæ neque de morte, neque de uita sinunt cogitare, has semper extimui, ne te in interitum, agerent, necdum quidem securus sum, nec prius ero, quam te solutum ac liberum illis effractis abiectionisque uidero. neque enim reor impossibile, sed profectò difficile, alioquin frustra circa impossibilia uersarer. est autem ut in adamante frangendo, hircinum dicunt (sic in huiuscemodi duritie curarum mollienda) sanguis ille mirum in modum efficax, qui cum cor asperum contigerit, frangit ac penetrat. tamen id metuo, quoniam in hac re, tuo simul opus est ascensu, quem ne præstare possis, siue ut dicam uerius, ne uelis multum uereor, ne ipsa catenarum circumradans atque oculos mulcens fulgor impediatur, ne forte contingat, quod euenturum suspicor, si auarus quispiam aures catenis uinctus, in carcere teneretur, solui etiam uellet, sed catenas nollet amittere, tibi autem ea carceris indicta lex est, ut nisi catenas abieceris, solutus esse non possis. F. Heu mihi inferior eram quam putabam, duæ ne nunc etiam illaqueant animum catenæ, quas ego non agnosco. A. Immo uerò clarissimè, sed earum pulchritudine delectatus, non catenas sed diuitias arbitraris, euenitque tibi (ut similitudine uersar in eadem) non aliter, quam si quis aureis manicis atque compedibus tentus, aurum lætus aspiceret, sed laqueos non uideret. tu quoque nunc captis oculis, quæ te uincunt uides, sed o cæcitas, ipsis ad mortem trahentibus uinculis delectaris, quodque est omnium miserimum gloriaris. F. Quæ nam sunt quas memoras catenæ? A. Amor & gloria. F. Proh superi, quid audio? has tu ne catenas uocas, has quoque si patiar excuties. A. Hoc molior sed incertus de euentu, reliquæ enim omnes, quibus tenebaris & fragiliores erant & inamœniores. ideoque dum confringerem fauisti, hæc autem nocendo placent, ac fallunt quadam spe decoris, ideoque plus negotij subest, reluctaberis enim ceu summis te bonis spoliare te uelim, aggrediar tamen. F. Quando ego de te talia merui ut speciosissimas mihi curas uelles eripere, & tenebris damnare perpetuis serenissimam animi mei partem? A. Ha miser, an tibi physica illa uox excidit, tum consumatum fore miseriarum cumulum, cum opinionibus falsis, persuasio funesta succrescit, ita fieri oportere. F. Haud quaquam excidit, sed proposito remota sententia est. Cur enim non ita fieri oportere arbitrer? atque nihil unquam rectius arbitratum sum, quam esse hos nobilissimos, quos mihi obijcis affectus. A. Segregemus hic tantisper, dum remedijs conquirendis inhio, ne dum huc illuc distrahor, fragiliore impetu ferar ad singula. dic ergo, quoniam prius amoris mentio facta est, Nonne hanc omnium extremam ducis insaniam. F. Nequid ueritati subtraham, pro diuersitate subiecti, amorē uel deterrimam animi passionē, uel nobilissimam actionē dici posse censeo. A. Ne res egeat exēplo aliud in mediū profer. F. Si infamē turpēque mulierē ardeo, insanissimus ardor est, si rerū aliqd speciem uirtutis allicit, inq̄ illud amādū uenerādūque molitus sum, qd putas, nullūne tā diuersis ita reb. statuis discrimē, adeò ne pudor omnis euauit, ego uerò ut ex me aliqd loquar, sicut primum

primum graue & infaustum animi pondus æstimo, sic secundo uix quicquam reor esse foelicus, quod si tibi contrarium forsitan uideatur, suam quisquam sententiam sequatur, est enim ut nosti opinionum ingens ueritas libertasq; iudicandi. A. In rebus contrarijs, opinio diuersa, ueritas una atq; eadem semper est. F. Istud quidem ita esse fateor: sed hoc est quod transuersos agit, opinionibus antiquis inhæremus pertinaciter, nec facile diuellimur. A. Utinam tam rectè de tota amoris quæstione sentire, ut de hoc sentis articulo. F. Quid multa? tam rectè sentire mihi uideor, ut contra sentientes insanire non dubitem. A. In ueteratum mendacium pro ueritate ducere, nouiterq; compertam ueritatem æstimare mēdacium, ut omnis rerum auctoritas in tempore sita sit, demētia summa est. F. Perdis operam, nulli crediturus sum, succurratq; illud Tullianum, Si in hoc erro, libenter erro: neque hunc errorem anferri mihi uolo dum uiuo. A. Ille quidem de animæ immortalitate loquens, opinionem pulcherrimam omnium, ac uolens, quàm nihil in ea dubitaret quanquam contrarium audire nollet, huiuscemodi uerbis usus est. tu in opinione foedissima atque falsissima, iisdem uerbis abuteris. Profecto enim & si mortalis esset anima, immortalem tamen æstimare melius foret, errorque ille salutaris uideri posset, uirtutis incutiens amorem, quæ quamuis etiam spe præmij sublata, per seipsam experenda sit, desiderium tamen eius, proculdubio proposita animæ mortalitate, lentesceret. contraque licet mendax futuræ uitæ promissio, ad excitandum animos mortalium, non inefficax uideatur, tibi uerò quid allaturus error iste tuus sit uides, nempe in omnes animum præcipitatus insanias, tibi pudor & metus. & quæ frenare solet impetus rationis, ac cognitio ueritatis exciderint. F. Dixi iam, quod operam perderes. Ego enim nihil unquam turpè, immò uerò nisi pulcherrimum amasse me recolo. A. Etiam pulchra turpiter amari posse certum est. F. Nec in nominibus certè, nec in aduerbijs peccaui, desine iam amplius infectari. A. Quid ergo, uis 'ne ut Phrenetici quidem solēt, inter iocos & risus expirare? animo miserabiliter ægrotanti, adhuc aliquid remedij adhibere mauis. F. Non respuo remedium quidem, accedat si me ægrū monstaueris: benè ualentibus autē remediorū inculcatio sæpe funesta est. A. Cōualecendo tu quidem, quod multis accidit, te grauius ægrotasse fateberis. F. Ad postremū spreuisse nequeo, cuius & sæpe alias, & his præsertim proximis diebus, sana consilia sum expertus, Perge igitur. A. Primum ergo unam hanc mihi ueniam tribui uelim, si cogente materia, aduersus delicias tuas, aliquid fortassis infectus fuero, iam enim hoc præuideo, quàm grauius in auribus tuis sonitura sit ueritas. F. Ante quam incipias, audi paululum, scis ne de quo loquendum tibi sit? A. Diligenter mihi præuisa sunt omnia, de muliere morali sermo nobis instituitur, in qua admiranda colendaque, te magnā ætatis partem consumpsisse doleo, & in tali ingenio, tantā & tam longuā insaniam uehementer admiror. F. Parce cōiitij precor, mulier mortalis erat & Thais & Licia, ceterum scis ne de ea muliere mentionem tibi exorta, cuius mens terrenarum nescia curarum, cœlestibus desiderijs ardet. in cuius aspectu, si quid usquam uerū est, diuini specimen decoris effulget, cuius mores consumatæ honestatis exemplar sunt, cuius nec uox, nec oculorum uigor mortale aliquid, nec incessus hominem representat, hic quæso iterum atque iterum cogita, credo quibus uerbis utendum sit, intelliges. A. Hædemens ita ne flammam animi, in sextum decimum annum falsis blanditijs aluisti, profectio non diutius Italix famosissimus. Hannibal incubuit, nec crebriores illa nunc armorum impetus passa est, nec ualidioribus arsit incendijs, quam tu his temporibus uolentissimæ passionis flammam atque impetum pertulisti. inuentus tamen est, qui illum tandem abire compelleret Hannibalem, tuum quis ab his unquam certicibus auertet? si tu eum & exire uetas, & ut tecum maneat spontè iam serius inuitas, malo proprio delectaris infœlix, atque oculos illos, usque tibi in perniciem placentes, suprema clausit dies, cum effigiem morte uariatam, & pallentia membra conspexeris, pudebit animum immortalem, caduco applicuisse corpusculo, & quo nūc tam pertinaciter astruis, cū rubore recordaberis. F. Auertat deus omen, ego ista non uidebo. A. Equidem necessario

necessario euentura sunt. F. Scio, sed non tam inimica mihi sunt sydera, ut naturæ ordinem in hac morte perturbant, prius intraui, prius ingrediar. A. Meministi credo temporis illius, quo contrarium timuisti, & quasi iam mortuæ amicæ funereum carmen dictante, tristitia cecinisti. F. Memini certè sed dolui, & adhuc recolens contremisco, indigna barq; me nobiliori uelut animæ meæ parte truncatum, illi esse superstitem, quæ dulcem mihi uitam, sola sui præsentia faciebat. hoc enim carmen illud deflet, quod tunc multo lachrymarum imbre respersum excidit mihi, sententiam memini, si uerba tenerem. A. Non hoc quæritur, quantum tibi lachrymarum mors illius formidata, quantum uie doloris inuenerit, sed hoc agitur, ut intelligas, quæ semel concussit, posse formidinem reuerti, eoq; facilius, quod & omnis dies ad mortem propius accedit, & corpus illud egregiū, morbis ac crebris perturbationibus exhaustum multum pristini uigoris amisit. F. Ego quoque & curis grauior, & ætate prouectior factus sum. itaq; illa ad mortem appropinquante præcurri. A. O furor, ex nascēdis ordine ordinem mortis arguere. quid enim aliud orba senectus quæritur parentum, nisi adolescentium filiorum festinatas mortes? quid anno se luget aliud nutrices, nisi infantium suorum anticipatum tempus,

*Quos dulcis uitæ exortes, & ab ubere raptor,
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,*

Si uerò paucorum numerus annorum, quo illam præcedis, spem tribuit uanissimam, prius te quàm furoris tui fomitem esse moriturum, & hunc naturæ ordinem tibi fingis immobilē. F. Non usq; adeo immobilē, ut contrarium fieri posse sim nescius, sed assidue ne idem adueniat precor, semperq; de eius morte cogitanti succurrit iste uersus Ouidij:

Tarda sit illa dies & nostro serior æuo.

A. Has ineptias amplius audire non ualeo, quid enim quando præ mori illam posse non ignorat, quid illa moriente dicturus est? F. Quid dicturus aliud, nisi me præsentē calamitate miserissimum, solamen uerò ex recordatione transacti temporis habiturum, rapiant ueritamen ista quæ loquimur, & spargant augurium procellæ. A. O ecce necdum intelligis quanta dementia est, sic animū rebus subiecisse mortalibus, quæ eū & desiderij flammis accendant, nec quietare nouerint, nec permanere ualeant in finem, & crebris motibus, quæ demulcere pollicentur, excruciant. F. Si quid habes efficacius profer, nunquam hoc me sermone terrueris, neq; enim ut putas, mortali rei animum addixi, ne me tam corpus noueris amasse, quàm animam moribus humana transcendentibus delectatum, quorum exemplo, qualiter inter cœlicolas uiuatur admoneo, itaque si (quod solo torquet auditu) me prior moriens illa desereret, quid agerem interrogas, cum Lelio Romanorum sapientissimo proprias miseras consolarer, uirtutem illius amaui, quæ extincta non est, hæc dicere atq; alia, quæ illum dixisse audio, post eius interitum, quem miro quodam amore dilexerat. A. Inexpugnabili erroris arce consistis, unde te deicere non otiosus labor est, & quoniam ita te affectum uideo, ut multo patientius sis, quicquid de te, quàm quod de ipsa liberius dicetur, misericordiam tuam quam talibus cumules licebit. nihil enim aduersabor, sit regina, sit sancta, sit Dea certè,

An Phæbi soror, an nympharum sanguinis unat

Ingens tamē eius uirtus, minimum tibi ad excusationem erroris conferret. F. Quid noui litigij ordinaris expior. A. Dubitari non potest, quin pulcherrima sæpe turpiter amentur. F. Iam ad hæc supra responsum est, si enim amoris in me regnantis facies cerni posset eius uultus (quæ licet multū tamē debito partius laudau) non ab similibus uideretur, hæc mihi coram quo loquimur testis est, quod in amore meo nil unquam turpè, nil obscœnum fuerit, nil denique præter magnitudinem culpabile. adde modum, nihil pulchricius excogitari queat. A. Possum tibi Tulliano uerbo respondere, Modum tu quæris uitio. F. Non uitio sed amoris. A. Et ille cum id diceret, de amore loquebatur, locum tenes. F. Quid ni in Tusculano hæc legi, uerum ille de cōmuni amore hominum sentiebat, in me autem singularia quædam sunt. A. Enim uerò idem de se alijs fortasse uideatur,

uideatur, uerumq; est, tum in alijs, tum in hac præcipue passione, quod unusquisq; suarum rerum est benignus interpres. nec ineptè illud, à plebeio licet quodam Poëta dictū laudatur;

*Suam cuiq; sponsam, mihi meam,
Suum cuiq; amorem, mihi meum,*

F. Vis ne si tempus suppetit pauca de multis exponam, quæ te in admirationem stuporemq; compellant? A. Me ne putes ignorare,

Quod qui amant ipsi sibi somnia fingunt

Omnibus scholis notissimum carmen est. cæterum ex ore eius piget has insanias audire, quem decet altius & sapere & loqui. F. Vnum hoc (seu gratitudinē seu ineptiæ ascribendum) non sileo, me quātulumcunq; conspicis, per illam esse, nec unquā ad hoc, si quid est nominis aut gloriæ fuisse uenturū, nisi uirtutū tenuissimā sementē, quam pectore in hoc natura locauerat, nobilissimis his affectibus coluisset. Illa iuuenilem animum ab omni turpitudine reuocauit, uncoq; ut aiunt, retraxit, atq; alta cōpulit spectare. quid ni certum enim est amorē in amatos mores transformare, at qui nemo unquam tam mordax cōuitator inuentus est, qui huius famā canino dente contingeret, qui dicere auderet (ne dīcā in actibus eius sed in gestu uerborū) reprehensibile aliquid se uidisse. ita qui nihil intractū liquerant, hanc mirantes uenerantesq; reliquerunt: minime igitur mirum est, si hæc tam celebris fama, mihi quoq; desiderii famæ clarioris attulit, laboresq; durissimos, quibus oprata consequerem molluit. quid enim adolescēs aliud oprabam, quā ut illi uel soli placerē, quæ mihi uel sola placuerat. quod ut mihi contingeret spretis mille uoluptatum illecebris, quod me ante tempus curis laboribusq; subiecerim nosti, & iubes illam obliuisci uel partius amare, quæ me à uulgi consortio segregauit, quæ dux uiarum omnium, torpenti ingenio calcar admouit, ac semisopitum animum excitauit. A. Infœlix, quantò fatius fuerat tacere quā loqui, quamuis enim uel in silentio talem te introrsus aspicerem, asseueratio tamen ipsa tam pertinax, bilem stomachumq; percussit. F. Cur quæso. A. Quia falsum opinari ignorantis est, falsum impudenter asserere, ignorantis pariter & superbi. F. Quid me tam falsum uel sensisse uel pertulisse confirmas. A. Nempe uniuersa quæ memoras, primū omnium ubi ais, te quod es per illam esse, si sic intelligis, ut hæc esse illa dederit, mentires haud dubiè, si uerò sicut non amplius esse permiserit, uerum dicis. O' quantum iurgium euadere poteras, nisi illa te formæ blanditijs retraxisset, quod es igitur, naturæ bonitas dedit, quod esse poteras illa præripuit, immò tu tibi potius abstulisti. illa enim in nocens est, forma quidē tibi uisa est tā blāda, tam dulcis, ut in te omnē ex natiuis uirtutū seminibus prouenturā legerem, ardentissimi desiderij æstibus & assiduo lachrymarū imbre uastauerit. q; autem te ab omni turpitudine illa retraxerit, falso gloriatus es, retraxit forsā à multis, sed in maiores impulit ærinas. enim uerò neq; uarijs sordibus obscœnā uia declinare monuit, si in præcipitum perduxit, nec quæ minutiora sanans ulcera, lætale interim iugulo uulnus infixit. libera se potius quā occidisse dicendum est, ita quoque quam tu am prædicas ducem, à multis te obscœnis abstrahens in splendidum impulit barathrum. quod uerò alta spectare docuit, quod segregauit à populo, quid aliud fuit, quā præsidem tibi, & unius captu dulcedine contemptorem rerum omnium, studiosē quē negligenter reddidisse. quo nihil in conuictu hominū scias esse molestius. iam quod innumeris illā te laboribus implicuisse commemoras, hoc unum uerè prædicas. quid autem hic tam magni muneris inuenias cogita, cum multiformes enim sint labores, quos declinare non licet, quāta dementia est nouos sponte sectari? at quod famæ clarioris audidum, per illam te factū gloriaris, compatior errori tuo, si quidem ex animi tui sarcinis, nullam tibi funestiorē esse monstrabo, sed nondum eò peruenit oratio. F. Promptissimus dimicator comminatur & uulnerat, ego autē & uulnere & cōminatione promoueor, & titubare iam grauius incipio. A. Quantò grauius titubabis, cū grauisimum uulnus infixeror? ista nempe quam prædicas, cui omnia te debere asseris, ista te peremit. F. Deus bonè, quibus mihi perfradebitur modis. A. Ab amore cœlestium elōgauit animū, & à creatore ad creaturā desiderium inclinauit, quæ una quidem ad mortem promior fuit uia. F. Noli quæso præcipita

re senten

re sententiā, Deum profectò ut amarem, illius amor præstitit. A. At peruertit ordinem F. Quo nam modo? A. Quia cū creatū omne, creatoris amore diligendum sit, tu cōtrā creaturæ captus illecebris, creatorem nō quomodo decuit amasti, sed miratus artificem fuisti, quasi nihil ex omnibus formosius creasset, cum tamen ultima pulchritudinum sit forma corporea. F. Hanc præsentem in testimonium euoco, conscientia in quē meam facio contestem, me (quod superius dixeram) illius non tam corpus amasse quā animā, quod hinc percipies licebit, quoniam quò illa magis in ætate progressa est, (quid eò corporeæ pulchritudinis ineluctabile fulmen est) eò firmior in opinione permanli, & si enim uisibiliter, in uere flos tractu temporis languesceret, animi decus amplius augebatur, quā sicut amandi principium, sic incepti perseverantiam ministravit: alio quin si post corpus abijisset iam pridem mutandi propositi tempus erat. A. Me neludis? an si idem animus in squallido & nodoso corpore habitaret, similiter placuisset? F. Non audeo quidem id dicere, neque enim animus cerni potest, nec imago corporis talem spondisset, ac si oculis appareret, amarem profectò pulchritudinem animi, deforme licet habitaculum. A. Verborum quæris adminicula: si enim, non nisi quod oculis apparet amare potes, corpus igitur amasti, nec tamen negauerim animum quoq; illius & mores, flammis tuis alimenta præbuisse, nimirum cum (uti paulopost dicam) nomen ipsum non nihil, imò uel plurimum furoribus istis addiderit. cum enim in omnibus animi passionibus, in hac præsertim euenit, ut ex minimis fauillis, sæpè incendia magna consurgant. F. Video quo me cogas, ut scilicet cum Ouidio fatear:

Animam cum corpore amauit.

A. Hoc quoque quod sequitur fatearis oportet, neutrum te satis sobriè, neutrum amasse quomodo decuit. F. Torquendus tibi sum antequam fatear. A. Aliud quoq; te propter hūc amorem, in magnas concidisse miseras. F. Hoc quamuis aculeum sustuleris, non fatebor. A. Immo uerò sponte tua mox utrunq; fateberis, nisi rationes meas inter rogationesq; neglexeris. dic ergo: Meministi ne puerilium annorum, an uerò præsentium turba sollicitudinū memoria, omnis illius ætatis euanuit? F. Nempe infantia pueritiæq; non aliter ante oculos meos sunt, quā dies hesternæ. A. Meministi, quantus in illa ætate timor Dei? quanta mortis cogitatio? quantus religionis affectus? quantus amor honestatis? F. Memini profectò, doleoq; crescentibus annis decreuisse uirtutes. A. Ego qui dem semper extimui, ne illum tam intemptiuum florem uernalis aura discuteret, qui si, integer illæsusq; mansisset, mirabilem fructum suis temporibus protulisset. F. Ne à proposito diuertas, quid enim hoc ad ea de quibus sermo nobis inceptus erat. A. Dicam, percurrere tecum tacitus, quando integram tibi sentis recentemq; memoriā, percurrere uniuersa uitæ tuæ tempus & ubi tanta morum uarietas incesserit, recordare. F. En in istu oculi, trepidantis annorum meorum numerum seriemquē recensui. A. Quid reperis igitur? F. Literæ uelut Pythagoræ quam audiui, legi non inaniem esse doctrinam. cum enim recto tramite ascendens, ad biuium peruenissem, modestus & sobrius & dexteram iuberet arripere, ad læuam incautus dicam, aut contumax deflexi, neque enim mihi profuit quod sæpè puer legeram:

Hic locus est, partes ubi se uia findit in ambas.

Dextera quæ diuis magni sub mania ducit.

Hæc iter Blysum nobis at læua malorum,

Exeret panas, & ad impia tartar a mittit.

Hæc nimirum quanquam ante legissem, non tamen prius intellexi quā expertus sum: ex tunc autem obliquo sordidoq; calle distractus, & sæpè retro lachrymans conuersus, dextera tenere non potui, quod cum deserui, tūc profectò fuerat illa morum meorum facta confusio. A. At qua nam hoc ætatis tuæ parte contigerat. F. Medio sub adolescentiæ feruore, & si aliquātipè expectas, quotus mihi tūc ætatis annus ageretur facile recordabor. A. Non tam exactum calculum requiro, quin potius illud edisserere, Quādo

c c illius

illius tibi primum mulieris species uisa est? F. Id utiq; nunquam obliuiscar. A. Iam
ge igitur tempora. F. Profecto & illius occurfus & exprobratio mea unū in tempus in
ciderunt. A. Habeo quod uolebam, obstupuiſti credo, perſtrinxitq; oculos fulgor inſo
litus. dicunt enim ſtuporem amoris eſſe principium, hinc eſt apud naturæ conſcium Poëta

Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dydo.

Post quod ſequitur:

Ardeſcet amans Dydo.

Quæ quamuis, ut noſti optime, fabuloſa narratio tota ſit, ad naturæ tamen ordinem reſpe
ctiſſe dum ſingeret. Sed cum obſtupuiſſes ad illius occurſum, cur ad laeuam potiſſimum
deſlexiſti, puto quia decliuor uidebatur & latior, dextera enim & ardua & anguſta eſt, la
borem igitur timuiſti. at mulier iſta celebris, quam tibi certiffimam ducem ſingis, ad ſupe
ros cur non hæſitantem trepidumq; direxerit, & quod cæcis fieri ſolet, manu apprehenſum
non tenuit, quo & gradiendum foret admonuit? F. Fecit hoc illa quantum potuit, quid
enim aliud egit, cum nullis mota precibus, nullis uicta blanditijs muliebrem tenuit decorē,
& aduerſus ſuam ſimul & meam ætatem, aduerſus multa & uaria quæ ſectere adamantiū
licet ſpiritum debuiffent, inexpugnabilis & firma permansit. profecto animus iſte ſcemi
neus, quid uirum decuit admo nebat, præſtabatq; ne inſectando pudicitiz ſtudio (ut uerbis
utar Senecæ) uel exemplum deſſet uel conuiuium, poſtremo cum lorifragū ac præcipitem
uideret, deſerere maluit quàm ſequi. A. Turpe igitur aliquid interdum uoluiffi, quod
ſuprà negaueras. at iſte uulgatus amantium, uel ut dicam uerius, amentium furor eſt, ut
omnibus merito dici poſſit:

Volo nolo, nolo uolo.

Vobis iſtis quid uelitis, aut nolitis ignotum eſt. F. Incautus in laqueum offendi, ſi quid
tamen olim aliter forte uoluiffem, amor ætasq; coegerunt, nunc quid uelim & cupiam ſcio,
firmatq; iam tandem animum labentem, contra autem ſi la propoſiti tenax, & ſemper
na permanſit, quàm conſtantiam ſceminæ, quò magis intelligo, magis admirror. idq; ſibi
conſilium fuiſſe, ſi unquam dolui, gaudio nunc & gratias ago. A. Semel fallenti, non
facile rursus fides habenda eſt: tu prius mores atq; habitum, uitamq; mutaueris, quàm an
imum mutare perſuadeas, mitigatus forte, ſi tuus leniterq; ignis extinctus non eſt. tu uerò
qui tantum dilectioni tribuis, non aduerſis illam abſoluendo, quantum te ipſe condemnes,
illam fateri libet, fuiſſe ſanctiſſimam dum, te inſanum ſceleſtum quæ fateare, illam quoque
ſceliciſſimam, dum te eius amore miſerrimum, hoc enim ſi recordaris, incoeperam. F. Re
cordor equidem, atq; id ita eſſe negare non ualeo, & quo me ſenſim deduxeris cerno. A.
Ut cernas, apertius animum intende: nihil eſt quod æquè obliuionem Dei contemptum
ue pariat, quàm amor rerum temporalium, iſte præcipue, quem proprio quodam nomine
amoreni, & (quod ſacri legium omne transcendit) Deum etiam uocant, ut ſcilicet humanis
furoribus, excuſatio coeleſtis accedat, fiatq; diuino inſtinctu ſcelus immane licentius. Nec mi
rari conueniat tantum poſſe, hunc effectum in pectoribus humanis, ad reliqua enim uiſa,
rei ſpecies ac ſperata fruendi delectatio, & proprie uos mentis impetus rapit. In amore
autem, & huius ſimul & mutuus præterea ſuccedit affectus, qua ſpe proſus amora, amo
rem ipſum lenteſcere oportet. Sicut cum alibi ametis duntaxat, hic etiam redamantium af
ternisq; uelut ſtimulis mortale pectus impellitur, ut non fruſtra Cicero noſter dixiſſe ui
deatur, quod omnibus ex animi paſſionibus, profecto nulla eſt amore uehementior, ualde e
quidem certus erat, ubi addidit profecto, is qui iam libris quatuor Academia uidit, de omni
bus, dubitantem. F. Notauit ſæpius illum locum, & miratus ſum q; ita uehementiſſimam,
hanc ex omnibus paſſionibus dixerit. A. Minimè mirareris, niſi quia animum inuaſit
obliuio: cæterum breui admonitione, in multorum malorum memoriã reuocandus eſt:
Cogita nunc ex quo mentem tuam peſtis illa corripuit, quæ repente totus in gemitū uerſus
eſ miſeriarū, & perueniſti, ut funeſta cum uoluptate, lachrymis & ſuſpirijs paſceris, cum ti
bi noctes inſomnes, & pernox in ore dilectæ nomen, cum rerum omnium contempus uitæ
quæ odium, & deſiderium mortis triſtis & amor ſollicitudinis atq; hominum fuga, ut de te
non

non minus proprie quàm de Bellerophonte illud Homericum dici poſſet:

Qui miſer in campis errabat Aleis.

Ipe ſuum cor edens, hominum ueſtigia uitans.

Huic pallor & macies, & languescens ante tempus flos ætatis, tum graues æternumq; ma
dentes Oculi, tum confuſa mens & turbata quies in ſomnis, & dormiētis flebiles querelæ,
ac uox fragilis, luctu rauca, fractusq; & interruptus uerborū ſonus. Et quicquid tumultuoſi
us aut miſerius ſingi poſſet. Hæc ne tibi uidentur ſigna ſanitatē quid, quod illa tibi feſtos
lugubresq; dies inchoauit & clauſit: illa adueniente ſol illuxit, illaq; abeunte nox rediit, il
lius mutata frons, tibi animū mutauit & moeſtus pro illius uarietate factus eſt. Deniq; totus
ab illius arbitrio pependiſti: ſcis me uera & uulgo etiam nota memorare: quid autem inſani
us, quàm non contentum præſenti illius uultus effigie, unde hæc tibi cuncta prouenerant,
aliam ſictam, illuſtris artificis ingenio quaſiuiſſe, quam tecum ubiq; circumferēs haberes,
materiam ſemper immortalium lachrymarū, ueritus ne forte aereſceret irritamēta earum
omnia uigilantiſſime cogitaſti, negligenter incurioſius in reliquis, at ut omnium deliratio
num tuarum ſupremū culmen attingam, & quod paulo ante comminatus ſum, pergamus.
quis dignè ſatis exercetur aut ſtupeat hanc alienatā mentis inſaniã, cum non minus nomi
nis, quàm ipſius corporis ſplendore captus, quicquid illi conſonum fuit, incredibili uanitate
coluiſti: quàm ob cauſam tantopere, ſiue Cæſaream ſiue Poëticam laureã, quod illa hoc no
mine uocaretur adamanti, ex eoq; tempore ſine Lauri mentione, uix ullum tibi carmen eſſu
xit. non aliter, quàm ſi uel Peneigurgitis accola, uel Gyrrhei uerticis ſacerdos exiſteres. de
niq; quia Cæſaream ſperare ſas non erat, lauream Poëticam, quæ ſtudioſorū tuorū tibi meritū
promittebat, nihilò modeſtius, quàm dominā Laurū ipſam adamaueras & cupiſti. ad quæ ad
piſcendā, quanquam alijs ingenijs ſubuectus, quāto tamē cū labore perueneris, tecū ipſe re
cogitans perhorreſces. nec me latet, quin reſponſioni paratum & adhuc hiſcere meditantē,
uideo, quid tibi nunc in animo uerſetur. cogitas nempe te his ſtudijs aliquantò prius etiam
quàm arderes deditum fuiſſe, Poëticumq; illud tibi decus, ab annis puerilibus animum ex
citaffe, quod ego quidem nec inſicior, nec ignoro, uerum enim uerò & multis retrò ſecu
lis obſolefactus mos, atq; hæc ætas ſtudijs talibus aduerſa, & longarum discrimina uiarum
quibus uſq; ad limen nō carceris modo, ſed mortis acceſſiſſe, aliãq; nō minus uiolēta for
tunæ obſtacula propoſitum retardaffent, ſeu forſitan irritaffent, niſi prædulcis nominis me
moria, iugiter animum interpellans, cæteris curarum ſarcinis excuſſis, per terras & maria, in
ter tot difficultatum ſcopulos, Romam te Neapolimq; traxiſſent, ubi tandem, quod tanto
ardore cupiebas adeptus eſ: quæ omnia, ſi tui mediocriſ furoris argumēta uideantur, ipſe e
go non mediocriter furere certus ero, iam uerò ſciens illa prætereo, quæ ex Eunuchio Terenti
ij imitari non puduit Ciceronem, ubi ait:

In amore hæc omnia inſunt uitia: iniuriæ,

Suſpicionē, inimicitia, indutia,

Bellum, pax ruſum,

Recognoſcis in illius uerbis inſanias tuas, præcipueq; zelum, quem ſicut inter paſſiones a
mor, ſic in hac parte peſtis primas partes obtinere nō ambigitur, ſed occurreſ forſitan & di
ces. Hoc ita eſſe non inſicior, ſed aderit ratio, cuius hæc uitia temperetur arbitrio. Iam ita
te reſponſurum ille prouideat, ubi addidit:

Incerta hæc ſi tu poſtules

Rationē certa facere, nihilo plus agas

Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.

Hoc equidē dicto, quod abſq; dubitatione ueriffimum ſentis, omnibus (niſi fallor) euasio
nibus tuis obuiatum eſt. hæc atque huiusmodi ſunt in amore miſerix, quarum accurata di
numeratio, nec experto neceſſaria, nec credibilis in experto. illa tamen eſt omnium præci
pua: ut ad propoſitū reuertar) q; Dei ſuiq; pariter obliuionē parit. quomodo enim tot malo
rū molibus incuruatus animus, ad illū unum puriſſimūq; ueri boni fontē reptando perueni
et: quæ cū ita ſint, mirari iam deſine, nullā uehementiorē animi paſſionem Tuſſio uiſam eſ
ſe. F. Victus ſum fateor, quoniam cuncta quæ memoras, de medio experiētiæ libro, mi
hi uideris

hi uideris excerptisse. itaque libet, quoniam Terentiani Eunuchi mentionem fecisti, ex eodem loco sumptam inseruisse querimoniam:

*ò indignum facinus
me miserum sentio*

*Et tædet, & amore ardeo & prudens, sciens
Viuus uidentisq; pereo, nec quid agam scio.*

Libet & eiusdem Poëtæ uerbis, à te consilium flagitare:

Proin dum tempus est, etiam atq; etiam cogita

Ego quoq; Terentianis tibi responsum uerbis dabo.

*quæ enim res in se neq; consilium neq; modum,
Habet ullum, eam consilio regere non poter.*

F. Quid igitur faciam, desperabimus ne? A. Omnia prius temptanda sunt, quod aut nunc pbati consilij mihi sit, breuiter accipe. Nosti de hac re non tantum ab egregijs philosophis singulares tractatus, sed ab illustribus etiã poëtis, integros libros esse cõpositos, qui ubi nã quærendi qualiter ue sint intelligēdi, tibi præsertim qui harũ rerũ magisteriũ profite ris, ingerere iniuriosum fuerit, qualiter autē lecta intellectaq; in salutē tuã uerēda sint, admo nuisse, forsitan nō erit alienũ. Primũ igitur, q̄ ait Cicero, nonnulli ueterē amorem nouo amore, tanq̄ clauũ clauo excutiendum putant, cui consilio, & magister amoris Naso consen tit, regulam afferens generalem:

Quod, successore nouo uincitur omnis amor:

Et proculdubio sic est, disgregatus enim & in multa distractus animus, segnior fertur ad sin gula sic Gãges (ut aiũt) à rege Persarũ innumerabilibus alueis distinctus, atq; ex uno metuẽ doq; flumine, in multos spernendosq; riuulos secutus est, sic sparsa acies penetrabilis hosti reddiã, sic diffusum lætescit incendiũ: deniq; omnis uis ut unita crescit, sic dispersa minuitur. Valde si quidẽ metuendum est, ne dum ex una eaq; (si dici fas est) nobiliori passione subtra heris, dilabaris in plurima, & ex amante mulierosus, uagus & instabilis fias: meo nempe iu ditio, si ineuitabiliter pereundũ sit, nobiliori morbo perĩsse solatium est. Quid igitur con sulam quæris? colligere animum & effugere, si possis, ac de carcere in carcerẽ migrare, non improbo. spes enim forsan in transitu libertatis fuerit, aut leuioris imperij, ereptũ uerò uni iugo, collum per infinita sordidorum seruitiorũ genera circumferre, nō laudo. F. Pateris ne medico perorante, agrũ morbi sui consciũ aliquid interloquir? A. Quid ni patiar? multi enim ægotantis uocibus, quasi quibusdam indicijs, ad inquisitionem opportuni re medij penetrarunt. F. Hoc igitur unum scito, me aliud amare nō posse, assueuit animus illam adamare, assueuerunt oculi illam intueri, & quicquid, non illa est, in amœnum & tene brosum dicunt, itaque si aliam amare iubes, ut sic ab amore liberer, impossibilem mihi con ditionem obijcis, actum est perij. A. Sensus hæbet & appetitus obrorpuit, nihil ergo cum admittere ualeas introrsum. exteriora tibi remedia adhibenda sunt. potes ne igitur in animum inducere fugam exiliumue, & notorum locorum caruisse conspectu? F. Li cet tenacissimus uncis trahat, possum tamen. A. Si hoc potes sanus eris: Quid ergo aliud dicam, nisi Virgilianum uersiculum paucis immutatis:

Heu fuge dilectas terras, fuge litus amatum!

Quomodo enim unquam his in locis tutus esse poteris, ubi tam multa uulnerum tuorum extant uestigia, ubi & præsentium conspectu, & præteritorum recordatione fatigaris: ut igitur idem ait Cicero, loci mutatione, tanquam ægroti iam conualescentis curadus eris. F. Vide oro qd præcipis, quotiẽs enim cõualescendũ audis, atq; huius consilij non ignarus, fu gã retentauis, & licet uarias simulauerim causas, unus tamẽ hic semp̄ peregrinationũ rustica tionũ quẽ mearum omnium finis erat libertas, quam sequens per Occidentem & per Septẽ trionem, & usque ad Oceani terminos, longẽ lateq; circumactus sum, quod quantum mi hi profuerit uides. itaque sæpẽ animum tetigit Virgiliana comparatio:

Qualis coniecta cerua sagitta:

Quam procul in cautam nemora inter Cressa fixit.

Pastor agens telis, linquit uolauile ferrum.

*Nescius, illa fuga syluas saltusq; peregrat
Dyctæas, hæret lateri letalis arundo.*

Huic enim ceruo, non ab similibus factus sum, fugi enim, sed malum meum ubique circumferens. A. Quod à me nunc postulas ipse tibi respondisti. F. Quopactõ? A. Quia malum suum circumferenti, locorum mutatio laborem cumulat, non tribuit sanitatem: po test ergo tibi non improprie dici, quod adolescenti qui peregrinationem nil sibi profuisse quærebatur, respondit Socrates: Tecum enim, inquit, peregrinabar, tibi quidem in pri mis sequestranda uetus hæc curarum sarcina, & præparandus est animus, tum denique fu giendum? Hoc enim non corporibus modò, sed in animis quoque compertum est, quod nisi in patiente sit disposito, uirtus est agentis inefficax. Alioquin ad extremos Indo rum fines penetrare quidem poteris, semper Flaccum uera locutum fateberis ubi aiã:

Calum non animum mutant, qui trans mare currunt.

F. Miro modo perplexus sum, tu enim cum mihi curandi sanandiq; animi documenta præbes, curandum prius sanandumq; prædicas, ac deinde fugiendum, atqui de hoc ipso ani mus dubitat, qualiter sit curadus. si enim curatus est, quid ultra quæritur? si autem incuratus, ubi locorum mutatio? quod tuipe astruis, non adiuuat, dic expressius, quibus remedijs utẽ dum est? A. Non curandum sanandumq; sed præparandum dixi animum. Cæterum si ue curatus erit, & poterit locorum mutatio perennem sanitatem conseruare, siue nondum curatus, sed præparatus tamen, & ipsam eandem afferre potest: at si neutrum, quid nisi do loris irritamenta præstabit ista mutatio, & de loco in loca crebra iactatio. Non desinam Flacco teste uti:

Ratione, inquit, & prudentia, curas

Non locus effusi latè maris arbiter aufert.

Et uerè sic est: Ibis enim spe plenus & desiderio reuertendi, omnes animi laqueos tecum tra hens ubicunq; fueris, quocunq; te uerteris relinque, uultũ & uerba contẽplaberis. Et quod est amanti infame priuilegium, illã absentem absens audies & uidebis, & putas amorẽ his subterfugijs extinguere? Mihi, crede, inardescit utrũq; potius, hinc ab amoris auctoribus, inter multa præcipitur interponendas amantibus, nonnunquam breuis abstinentiæ moru las, ne uicissim fastidio forte præsentis & assiduitate uilescant. hoc igitur moneo, hoc sua deo, hoc iubeo, edocendo animum deponere, quæ premunt, atq; ita sine spe reditus abeuũ dum, tũc intelligis quid in sanandis animis possit absentia. Quod si locum corpori tuo gra uẽ pestilentemq; sortitus, perpetuis illic morbis inquietã uitam ageres, non ne irrediturus ef fugeres? nisi forte (quod ualde permetuo) q̄ maior est hominibus corporis cura quã animi. F. De hoc quidem uiderit humanum genus, de eo aut̄ profectò nihil est dubij, qui si loci uitio in morbos incidissem, salubrioris eos loci mutatione depellerẽ, idemq; uel multo magis de animi morbis optarem, sed hæc ut uideo, difficilior cura est. A. Hoc utiq; falsum esse, magnorũ Philosophorum, cõsentit auctoritas, idq; hinc liquet, q̄ morbi animi omnes curari possunt, nisi æger oblectetur, corporei autem nulla arte curabiles multi sunt. cæterũ (ne nimis abstrahar ab incepto) in sententia persisto, præparãdo ut dixi animũ instruendũq; dilecta relinquere, nec in tergũ uerti, nec assueta respicere, ea demũ amanti peregrinatio tu ta est. idq; tibi (si saluam cupis animam tuam) noris esse faciendum. F. Ut quæcunq; dixi si percepisse me sentias, imparato animo peregrinationes nil conferunt, paratum sanant, sanũq; custodiũt. Hæc ne triplicis tui dogmatis summa est? A. Profectò nō alia, & bene diffusius dicta perstringis. F. Atqui prima, duo sic esse, si nullus ostenderet ex me ipso perpenderem, tertium uerò, quid sanato iam & in tutũ producto animo absens, opus si nō intelligo, nisi fortè recidiue metus hæc suaserit ut diceres. A. Id ne tibi modicum uideatur, quod si in corporibus, quanto magis in animis formidandum est, multoq; leuius periculo siusq; reuertitur, adeò ut uix quidẽ secundum naturam, salubrius à Seneca dictũ sit, quam quod in epistola quadam ait: Siquis amorẽ exuere conatur, uitanda est omnis admonitio dilecti corporis, & subijcit rationem. Nil enim facilius recrudescit quã amor. O uerissimũ & ex intimis experiẽtiæ penetrabilibus erutũ, uerbum, In qua re nullũ ante te testem cita

uerim. F. Verū id esse fateor, at si aduertis, nō de eo qui iā exiit, sed de eo qui exuere co-
natur, ista dicuntur. A. De eo dixit, ubi propius periculū est, in quocumq; enim uulnere
ante cicatricē, atq; in morbo quolibet ante sanitatē, formidabilior est omnis offensio nec
tamē, & si ante periculosior sit, postea in tuto contemnitur. & quoniā altius in animos pene-
trant exempla domestica, quoniens tui ipse qui loqueris, in hac ipsa ciuitate, quæ malorum
tuorum omnium, non dicā causa sed officina est, postquā tibi cōualuisse uidebaris, & magna
ex parte cōualueras, si fugisses p̄ uicos notos incedēs, ac sola locorū facie admonitus uete-
rum uanitatum, ad nullius occursum stupuisti, suspirasti, substitisti, denique uix lachry-
mas tenuisti, & mox semisautius fugiens dixisti tecum: Agnosco in his locis adhuc latere,
nescio quas antiqui hostis insidias, reliquæ mortis hic habitabāt. itaq; si me audis quāquam
sanus esses, à quo longissimē quidem abes, in his locis habitare diutius, non foret consiliū,
neq; enim cōuenit uinculis obsessum, circa carceris fores aberrare, cuius dominus in somni
studio circuit, laqueos disponens illorum pedibus, præsertim quos effugisse conqueritur.

Facilis descensus Auerni.

Noctes atq; dies patet atri ianua Diuis.

Quæ si sanis etiam ut dixi, quanto accuratius prouidenda sunt his, quos adhuc morbus nō
deleruit. Hos Seneca dum hoc diceret respexit, maioreq; periculo prebuit consiliū, illos e-
nim cōmemorare superuacuum erat, qui in medijs torretur ardoribus, qui de salute non co-
gitant, proximum gradum attigit eorum, qui ardent adhuc, sed flammam exire meditantur
nocuit multis ad sanitatē redeuntibus, parcissimus haustus aquæ, qui ante ægritudinē pro-
fuisse saepe fatigatū leuis motus impulit, qui uiribus integrū nō mouisset, quā minima sunt
interdum quæ animum emergentem in summas miserias reimpellunt. conspecta in alterius
tergo purpura ambitionē renouat, uisus nummorum aceruus, auaritiā integrat, spectata
corporis species, luxuriā incendit, leuis oculorum flexus, amorem dormitantem excitat.
hæ nimirum pestes, faciliē in animos propter nostram dementiā, ac post quā semel iter di-
dicerunt, multo facilius reuertuntur, quæ cū ita sint, nō tantū locus pestiferus relinquendus,
sed quicquid in præteritis curas animum retorquent, summa tibi diligentia fugiendum est,
ne fortē cum Orpheo ab inferis rediens retroq; respiciens, recuperatā perdas sanitatem. hoc
nostri consilij summa est. F. Amplector, & gratias ago, sentio enim languori meo con-
sentaneum esse remedium, fugamq; iam meditor, sed quo potissimum cursum dirigā incer-
tus sum. A. Multæ tibi undiq; parent uix, multi portus in circuitu, scio tibi in primis Ita-
liam placere, & natalis soli insitam esse dulcedinem, nec immeritō.

Nam neque Medorum syluæ diuisima terra.

Nec pulcher Ganges atq; auro turbidus Hermus.

Laudibus Italiæ certent, non Bactra neque Indi.

Totaq; thuricremis Panchaia pinguis arenis.

Quod quidem ab egregio Poëta, non minus uerē dictum quā disertē, nuper tu ad amicum
scripto poemate latius extendisti. Italiā igitur suadeo, quod moribus incolarum coeloque
& circumfusi maris ambitu & intersecatis oras Apennini collibus, & omnium locorū situ, nul-
la usquam stadio curis tuis opportunior futura sit, ad unum uerō eius angulum te arcare
noluerim: I modō scilicet, quocumq; te refert animus, i securus & propera, nec in tergum de-
flexeris, præteritorum obliuiscens, in anteriora contende, nimis diu iā & à patria, & à teip-
so exultasti, tempus est reuertendi, ad uesperas enim & nox est amica prædonibus, uerbis
tuis te commoneo. Restat unum quod penē iam oblitus eram, tã diu cauenda tibi solitudi-
nem scito, donec sentias morbi tui nullas superesse reliquias: ubi enim rusticationes nihil ti-
bi profuisse memorasti, minimē mirari decuit. quid remedij quæso in rure solitario ac repo-
sito reperire crederes? fateor saepe dum solus esses fugeres, suspirans urbemq; respectans, irri-
si ex alto & dixi tecum: En, ut huic misero letheam amor intulit caliginem, & pueris omni-
bus notissimorum uersuum abstulit memoria, Morbum fugiens currit ad mortem. F.
Rectē tu quidem: sed quorum uersuum mentionem facis? A. Nasonis sunt.

Quisquis amat loca nocent, loca sola caueto.

Quo fugit, in populo tutior esse potest.

F. Recordor

F. Recordor optimē ab infantia penē familiariter mihi noti erant. A. Quid multa nos-
se profuit, sed ea necessitatibus tuis accommodare nesciuit: ego quidem eō magis inse-
canda solitudine errorem tuum admiratus sum, quod & auctoritates ueterum aduersus id
noueras, & nouas addideras, nihil enim tibi prodesse solitudinem saepe cōquestus es, quod
cum multis in locis, tum in eo præsertim poemate, quod de statu tuo luculentissimē cæci-
nisti, cuius ego dulcedine interim dum caneres delectabar, stupebāq; quid ita medias inter a-
nimi procellas, ex ore infanti, tam dulcisonum carmen erumperet, aut quis amor musas co-
hiberet, hæ à consueto domicilio tantis turbinationibus offensæ, tantaque hospitis alienatio-
ne diffugerent. nam quod ait Plato, Frustra poëticas fores compos sui pepulit. quodq; eius
successor Aristoteles, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ. aliō spectationes
ad istas infantas referendum est. sed de hoc aliās. F. Ego ita esse fateor, sed me dulce aut
tibi iure placiturum aliquid cecinisse non putabam, nunc amare carmē illud incipio. si quid
autem alterius remedij habes, oro ne subtrahas egentis? A. Omnia quæ noris explicare,
ostentatis se potius quā amico cōsulentis est, neq; enim tam multa remediorū genera, in-
terius & exterius morbis inuenta sunt, ut in quolibet cuncta temperentur, quoniā ait Sene-
ca ad Luciliū. Nihil æquē sanitatem impedit, quā remediorum crebra mutatio, nec
uenit uulnus ad cicatricem, in quo diuersa medicamenta temprantur, sed ut altero incoeli-
ter succedente, ad aliud recurratur: itaq; quamuis multa & uaria morbi huius medicamenta
sint, pauca tamen inseruisse cōtentus ero, eaq; potissimum quæ tibi magis ex omnibus pro-
futura cōfido, nō ut aliquid noui te doceā, sed ut ex notis & uulgatis omnib. quid mihi effi-
catius uideat intelligas. Tria sunt (ut ait Cicero, q̄ ab amore animū exterrēt, satietas, pudor,
cogitatio. possent plura, possent & pauciora numerari, sed ne à tanto auctore digrediar, tria
esse fateamur. De primo superuacuum est loqui, quoniā impossibile iudicabis tibi, ut res se ha-
bet, satietatē amoris ullā posse cōtingere: at si appetitus rationi crederet, & ex præteritis fu-
tura pensaret facile fatereris, quantumlibet dilectæ rei non satietatem modo, sed fastidium
& nauſeam posse surripere. Verū quia cōpertū habeo, me hoc tramite frustra nitī, q̄ & si
satietatē fore possibile, & ubi assit amorē necare cōcedas, ab ardentissimo tamen desiderio
tuo, quā longissimē hanc abesse cōtendes, egoq; ipse conscientiam. superest ut de duobus
reliquis attingā. Hoc mihi sicut arbitror non negabis, ingenium quoddā & ponderosum ani-
mum tibi tribuisse naturā. F. Nisi in propria causa fallor, usq; adeo id uerum est, ut saepe
grauiter tulerim, quod nec sexui satis conuenirem, nec sæculo in quo sunt ut uides impudē-
tium omnia, honores, spes, opesque, quibus & uirtutes cedunt & fortuna. A. Non
uides igitur quantum inter se ista discordant, amor & pudor? dum ille animum ur-
get, hic cohibet, ille calcar incutit, hic frenum stringit, ille nihil attendit, hic uniuersa cir-
cumspicit. F. Video nimirum multo cum dolore, distrahī tam diuersis affectibus. Ita e-
nim alternis horis insultant, ut modō huc modō illuc turbini mentis agiter, quem toto se-
quar impetu nondū certus. A. Dic precor bona cum uenia, uidisti ne te nuper in specu-
lo? F. Quid hæc quæso sibi uult questio? Et soleo quidem. A. Utinam neq; crebrius ne-
que curiosius quā satis est: quæro autē ex te, Non ne uultum tuū uariari indies uides singu-
los, & inter micantes tēporib. canos animaduertisti? F. Putabā te singulare aliqd uelle dice-
re, ista uerō cōmunia sunt omnib. qui nascuntur, adolescere, senescere, interire: animaduerti in
me quod in cōtaneis meis ferē omnibus, nescio enim quo modo senescūt homines hodie
citiū quā solebāt. A. Neq; aliorū senectus iuuetutē tibi, neq; aliorū mors immortalitatē
tribueret, cæteris igitur omnis ad te redeo. quid ergo, Mutauit ne animū ulla ex parte cor-
poris cōspecta mutatio? F. Concussit utiq; sed nō mutauit. A. Quid autem tunc tibi
animi fuit, aut quid dixisti? F. Quid aliud putas, quā illud Domitiani principis. Forti
animo fero comam in adolescentia senescentem. tanto igitur exemplo pauculos canos
meos ipse solatus sum, Cæsariq; regem adiunxi: Numa quidem Pompilius, qui secundum
inter Romanos reges diadema sortitus est, ab adolescentia canus dicitur fuisse. nec Poëticiū
defuit exemplum, si quidem Virgilius noster in Bucolicis quæ. xx xii ætatis anno scri-
psisse eum constat sub persona pastoris, de se ipso loquens ait:

Caudidior postquam, tondenti barba cadebat,

A. Ingens tibi exemplorum copia est, tanta utinam eorum quæ cogitationem mortis ingererent, hæc enim quæ canos appropinquantis testes, senectutis mortisque prænuncios dissimulare docent exempla, non approbo. quid enim aliud suadet, quam lapsam ætatis negligere & supremi temporis obliuisci; cuius ut sepe memineras, totus nostri colloquii finis est. tu uero cum ad caniciem iubeo respicere, canorum illustrium uirorum turbam profers, quid ad rem, utique si immortales illos fuisse diceres, haberes quorum exemplo caniciem non timeres, quod si tibi caluitiem obiecisses, puto Iulium Cæsarem protulisses in medium. F. Non alium profecto, quid enim illustrius potuisses; est autem (nisi fallor) grande solatium, tam claris septum esse comitibus, itaque fateor talium exemplorum, uelut quotidianæ suppellestilis usum; non rejicio. iuuat enim non modo in his comodis, quæ mihi uel natura, tribuit uel casus, sed in his etiam quæ tribuere possent, habere aliquid in proprio, quo me soler, quod sequi non possum, nisi uel ratione uiuaci, uel exemplo clarissimo. Si mihi igitur exprobrasses, quod aduersus fulminis fragorē timidior sim, quia id negare non possem (est enim hæc mihi non ultima causa lauri diligendæ, quæ arborē hanc non fulminari traditur) respondisse Augustum Cæsarem, eodem morbo laborasse. Sic cæcum dixisses, & id uerum foret Appij cæci & Homeri poetarum principis: si monoculū, Hannibalē Pœnorum ducis, aut Philippi Macedonum regis clypeo usus essem: si surdaltrum, Marci crasi. si calorē impatientē, Alexandri Macedonis. longum est per cuncta discurrere, sed ex his cætera colligis. A. Apertè quidem neque suppellex hic exemplorū displicet modo non segnitiam, afferat, sed metum memorēque diu discutiatur, laudo quicquid id est, propter quod nec aduentantem metuas senectutem nec præsentem oderis: quicquid uero non esse senectutem huius lucis exitum suggerit, nec de morte cogitandum summopere detestor, atque execror. Rursus præcipitatum æquo animo tolerare caniciem, bonæ indolis indicium est, legitimæ aut senectuti morulas neclere, annos ætatis subducere, canos nimix celeritatis arguere, eos quæ uel occultare uel uellere, dementia, quauis communis, tamen ingens est. non uideris o cæci quanta uelocitate uoluuntur sidera, quorum fuga breuissimæ uitæ tempus deuorat atque consumit, & miramini senectutem ad uos uenire, quam dierū omnium rapidissimus cursus uehit. duo sunt que uos in has ineptias cogunt: Primū quod angustissimā ætatē alij in quatuor, alij in sex particulas, alij in plures etiam distribuunt. ita rē minimam, quia quantitate non licet, numero tēptatis extendere, quid autē sectio ista confert; finge quaslibet partitunculas, omnes in ictu oculi propè simul euanescent.

Nuper eras genitus, modò formosissimus infans,

Iam iuuenis, iam uir, uide quāto uerborum impetu, subtilissimus Poëta lapsam uitæ fugientis expressit. nec quicquam igitur laxare nitimini, quod lex naturæ omnium parētis angustat. secundum, est, quod inter iocos & falsa gaudia senescitis, itaque sicut Troianos, quæ supremam noctem inter talia traduxerunt, latuit:

*Dum fatalis equus salu super ardua uenit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.*

Sic uos senectutem, quæ secum armatam & indomitam mortem affert, inculto diti corporis moenia transcendentem, non sentitis, nisi tum demum, quando

*dimissi per funem hostes,
inuadunt turbem, somno uinoque sepuliam.* non minus enim uos

& mole corporum & dulcedine rerum.

tēporaliū sepulti estis, quā illos somno uinoque sepeliuit Maro. hinc Satyricus non inlegāter:

*Festinat, ait, decurrere uelox
Flosculus angusta miser æque breuissima uita
Portio dum bibimus, dum ferta, unguenta, puellas
Pascimus, obrepit, non intellecta senectus.*

Hanc tu igitur (ut ad propositum redeam) obrepentē, & iā foribus insultantē tēptas excludere; caularū non seruatis naturæ gradibus. ante diē festinasse gratasque tibi esse quisquis non senex occurrit, qui te infantulū uidisse testetur, præsertim si more communis sermonis, id heri

haud

haud nudius tertius sese uidisse contēdat. nec aduertis idem, & decrepito cuiuslibet dici posse: Quis enim non heri in imo uerò, quis non hodie puer est? Nonagenarios pueros uidemus passim de rebus uilissimis altercantes, pueriliaque nunc etiam sectantes studia, Dies nempe fugiunt, corpus defluit, animus non mutatur, putrescant licet omnia, ad maturitatem suā ille non peruenit. Verum est quod uulgo ferunt, animum unū corpora multa consumere, pueritiam quidem fugit, sed ut ait Seneca puerilitas remanet, & tu mihi crede, non adeo ut tibi uideris forsitan puer es, cū maior pars hominū, hanc quam tu nunc degis ætatem non attingit. Pudeat ergo senem amatorē dici, pudeat esse tam diu uulgi fabulam, & si te nec uerum gloriæ decus allicit nec deterret ignominia, aliēno tamen pudori uitæ tuæ mutatio succurrat, etenim famæ consulendum propriè ni fallor, & si ob aliud nil, saltem ut amici liberentur ab infamia mentiendi. quod cum omnibus prouidendum sit, tibi aliquantō diligentius, cui tantus de te loquentium populus absoluendus est.

Magnus enim labor est magna custodia famæ.

hoc si Scipioni tuo truculentissimum hostem consulentem facis, ut Africæ tuæ libris, patere nunc ex ore pij patris, idem tibi consilium prodesse, ineptias pueriles abijce, adolescentiæ flammam extingue: noli semper cogitare quid fueris, quid sis aliquando circumspecte, neu tibi frustra propositum speculum arbitreris, memento, quid in quæstionibus naturalibus scriptum est. Ad hoc enim inuenta sunt specula, ut homo ipse se nosceret. Multi ex hoc consecuti sunt, primo quidē sui notitiam, deinde etiam consiliū aliquod, formosus ut uitaret infamiam, deformis ut sciret uirtutibus esse redimendum, quid corpori deesset, iuuenis ut sciret tempus illud esse discendi, & uirilia aggrediendi: senex ut carnis indecora deponeret, & de morte aliquid cogitaret. F. Memini semper ex quo primū legi, memoratu enim digna res est, sanumque consilium A. Quid uel legisse uel meminisse profuit? excusabilis erat ignorantia clypeū posse præterdere, nonne enim pudet hæc sciētī, canos nil mutationis attulisse? F. Pudet, piget & pœnitet, sed ultra non ualeo. scis autē quid hic mihi solatiū est, quod illa mecum senescit? A. In hæc sit credo tibi uox Iulix, Cæsaris Augusti filix, quam cum genitor argueret quod non grauis sibi cōuersatio esset ut Liuiæ, illa patris monitis illudit facetissimo responso: Et hi mecum, inquit, senescunt. sed quæso nūquid honestius iudicas, si iam senior animum illam ardeas, quam si adolescentulam amares? Immo uero eò foedius, quò amandi minor est materia, pudeat ergo anima nunquam mutari cū corpus muretur assidue, & hoc est quod de pudore dicendum, tempus obtulerat. cæterum, quia ut Ciceroni placet, ualde est absolum, cum in locum rationis pudor succedit ab ipso fonte remediōrū, id est ab ipsa ratione auxiliū imploremus. itaque intenta cogitatio præstabit, quæ ex tribus animū ab amore deterrentibus. ultima collocaui, nunc autē ad illam arcē te uocari noueris, in qua sola tutus esse potes, ab incurribus passionū, & per quæ homo diceris. Cogita igitur in primis animi nobilitatem, quæ tanta est, ut si de ea uelim differere, mihi liber integer retexendus sit. cogita fragilitatem simul ac foeditatem corporum, de qua non minus copiosa materia est. cogita breuitatem uitæ, de qua magnorum hominum libri extant. cogita fugam temporis, quæ nemo est qui uerbis æquare possit. cogita mortē certissimam, atque horam mortis ambiguā, omnib. locis impendentē. cogita in hoc uno falli homines quæ differri non potest. Nemo tā sui ipsius immemor est, quin interrogatus, se quādoque moriturū esse respōdeat. Itaque ne te spes uitæ longioris ludat, obsecro quæ innumerales circūuenit, quæ potius uelut ex coelesti quoddam oraculo prolata carnem amplectere:

Omnem crede diem tibi deluxisse supremum.

Quid enim aut supremus est, aut profecto supremo proximius, omnis qui mortalibus illuxit dies: ad hæc & illud cogita, quā turpē sit digito monstrari, & in uulgi fabulam esse esse conuersum. cogita quantum profectio tua discordet à moribus, cogita quantum illa tibi nocuerit animo, corpori, fortunæ, cogita quā multa, propter illā nulla utilitate ppeffus es, cogita quotiens illusus, quotiens contēptus, quotiens neglectus sis. cogita quod blanditias inuentum effuderis, quot lamenta, quot lachrymas. cogita illius, inter hæc altū sæpè ingratumque supercilium, & si quid humanius quā id breue auracque mobilis æstiuæ. cogita quan-

tum tuam illius addideris, quantum uitæ tuæ illa subtraxerit, quantum uē tu de illius nomine sollicitus, quantum illa de statu tuo semper negligens fuerit, Cogita quantum per illam ab amore Dei elongatus, in quantas miseras corruisti, quas sciens sileo, ne arguar a quoquā, si quis fortē aurem in hos sermones nostros intulerit, cogita quā multæ occupationes te undiq; circumstant, quibus utilius & honestius incumberes, cogita quā multa inter manus tuas inexplata sunt opera, quibus ius suū reddere multo æquius foret, nec tam iniquis portionibus, hoc breui punctū temporis partiri. Postremò quid est quod tam ardentē expetis, uerum hoc acriter uiriliterq; cogitandum est, ne fugiendo forsitan arctius illigeris, quod multis sepe cōtingit, dum exterioris formæ dulcedo per angustas, nescio quas rimulas subit & malis remedijs alijs. Pauci enim sunt, ex q̄ semel uirtus illud illecebrose uoluptatis imbiberint, foeminei corporis foeditatē, de qua loquor, sat uiriliter (ne dicam satis constanter) examinent, facile relabuntur animi, & urgente natura in eam potissimē partem recidunt, in qua diuissimē pependerunt, id ne accidat, supremo studio prouidendum est. Pelle omnem præteritū memoriā curarū, omnem cogitatum, qui statum seu cursum transacti temporis admonet, excute & ut aiunt ad petrā paruulos tuos allide, ne si creuerint ipsi, te coeno subruant. Inter hæc cœlum deuotis orationibus pulsandū, aures regis ætherei p̄is precibus fatigandæ, nulla dies, nulla nox sine lachrymosis obsecrationibus transigenda est, si fortē miseratus omnipotens sinē laboribus tantis imponeret. Hæc agenda tibi cauendæq; sunt, quæ diligentius obseruanti, aderit diuinū auxiliū ut spero, & inuicti liberatoris dextra succurret. Sed quoniā iam (& si pro necessitate tua pauca quidē, pro breuitate autē tēporis satis) multa de uno morbo dicta sunt, ad alia transeamus. Restat ultimū malum quod in te curare nūc aggrediar. F. Age pater mitissime, nā reliquis & si nō plene liberatū, magna tamen ex parte me leuatū sentio. A. Gloriā hominū & immortalitatem nominis, plus debito cupis. F. Fateor planē, neq; hūc appetitū ullis remedijs frenare queo. A. At ualde metuendū est, ne optata nimis hic inanis mortalitas, ueræ immortalitatis iter obstruxit. F. Timeo quidē hoc unū inter cætera, sed quibus artibus tutus sim, à te potissimum expeto, à quo maiorum mihi morborū remedia suppeditata sunt. A. Nullū profecto maiorē tibi morbū inesse noueris, & si quidē fortē foediore sunt, uerum quid esse gloriā reris quam tantopere expetis edissere? F. Nescio an diffinitionē exigas, at ea cui notior est quā tibi? A. Tibi uerò nomē gloriæ notū, res ipsa, ut exactibus colligitur, esse uidetur incognita, nunquam enim tam ardentē si nosces, optares, certē siue illustre & peruagatā, uel in suos ciues uel in patriam, uel in omne genus omnium meritorū famā, q̄ uno in loco Marco Tullio uisum est, siue frequentē de aliquo famam cū laude, q̄ alio loco ait idē, utrobicq; gloriā famam esse reperies, scis autē qd sit fama? F. Nō occurrit id quidē ad præsens, & ignota in mediū proferre metuo: ideoq; quod esse uerius opinor, siluisse, maluerim. A. Prudenter hoc unū & modeste, nam in omni sermone graui, præsertim & ambiguo, nō tā quid dicat, quā quid nō dicatur attendendū est. Neq; enim par ex bene dictis laus, & ex maledictis reprehensio est. scito igitur famā nil esse aliud, quā sermonē de aliquo uulgarū, ac sparsum per ora multorum. F. Laudo, seu diffinitionem seu descriptionem dici mauis. A. Est igitur flatus quidā atq; auro uolubilis, & quod ægrius feras flatus est hominū plurimorum, scio cui loquor, nulli usq; odiosiores esse uulgi mores ac gesta perpendi. Vide nunc quanta iudiciorū peruersitas, quorum enim facta condēnas, eorum sermotiunculis delectaris, atq; utinam delectaretis duntaxat, nec in eis tuæ foelicitatis apicē collocasses. quo enim spectat labor iste perpetuus, cōtinuūq; uigiliæ ac uehemēs impetus studiorū, respondebis forsitan, Ut uitæ tuæ profutura cōdiscas. at uerò iam pridē uitæ simul et mortis necessaria didicisti, erat igitur potius quemadmodū in actū illa produceres, experiendo, tēptandū, q̄ in laboriosa cognitione procedendū, ubi noui semper recessus & inaccessæ latebræ & inquisitionū nullus est terminus. adde quod in his quæ populo placerent, studiosius elaborasti, si sipsis placere satagens, quæ tibi præ omnibus displicebant, hinc poëmatum, illinc historiarum, denique omnes eloquentiæ flosculos carpens, quibus aures audientium demulceres. F. Parce quæso, hæc tacitus audire non possum.

nunquam

possum. nunquam ex quo pueritiam excessi, scientiarum flosculis delectatus sum, multa enim aduersus literarum laceratores eleganter à Cicerone dicta notauī. & à Seneca illud in primis, Viro captare flosculos turpē est, & notissimis se fulcire uocibus ac memoria stare. A. Nec ego dum hæc dico, uel ignauia tibi, uel memoriæ angustias obieci, sed quod ex his quæ legeras floridiora, in sodalium delicias reseruasti, & uelut ex ingenti aceruo, in usus amicorum elegantiora consignasti, quod totum inanis gloriæ lenocinium est, & tandem quotidiana occupatione non contentus (quæ magna licet temporis impensa, nō nisi præsentis uisū famam promittebat) cogitationes tuas in longinqua transmittens, famam inter posteros concepisti, ideoq; manum ad maiora iam porrigens, librum historiarum à rege Romulo in Titum Cæsare, opus immensum temporisq; & laboris capacissimum aggressus es, eo quē nondum ad exitum producto, tantis gloriæ stimulis urgebaris, ad Africam Poëtico quodam nauigio transmisiisti, & nunc in præfatos Africæ libros sic diligenter incumbis, ut alios non relinquant, ita totam uitam his duabus curis, ut intercurrentes alias innumeras sileā, prodigus pretiosissimæ irreparabilisq; rei tribuis, deq; alijs scribens, tu ipsius obliuisceris, & quid scis, an utroque opere inexplato mors calamum fatigatū ē manibus rapiat, atq; ita dum immodicē gloriā petens, gemino calle festinas, neutro peruenias ad optatum. F. Timeo hoc fateor, interdum graui enim morbo correptus, uicinam mortem expaui. nihil in eo statu sentiens molestius, quā quod Africam ipsam semel explicitam linguebam, itaq; alienā dedignatus limā, ignibus eam proprijs manibus mandare decreueram, nulli amicorum satis fidens, qui post omissum spiritū id mihi præstaret. propterea quod Virgiliū nostrum, ab imperatore Cæsare Augusto hac in re sola non exauditum esse memineram, quid temeror, parum abfuit, quin Africa præter uicini solis ardores, quibus æternum subiacet, ac præter Romanorum faces, quibus ter olim longē lateque perusta est, meis etiam flammis arderet; sed de hoc alias. est enim amara recordatio. A. Adiuuas sententiā meam narratione hac, dilatā partim per solutionis dies, sed non cassa ratio est. Quid autem stultius, quā in rem exitus incerti, tantos labores effundere? scio tamen quid tibi (ne coeptum destituas) blanditur, spes uia peragendi, quā quoniam facile (nisi fallor) extenuare non possem, uerbis eam amplificare temptabo, ut eam uel sic longē imparē tantis laboribus tuis ostendam. Finge igitur esse tibi & temporis & ocij & tranquillitatis abūdē, euanescat omnis torpor ingenij, omnis corporis languor, cessent fortunæ impedimenta omnia, quæ interrupto scribendi impetu, sæpe properantem calamum auerterunt, foelicitus tibi & supra uotum cuncta perueniant. quid tamen grandē facturum esse te iudicas? F. Præclarum nempē rarumq; opus & egregium. A. Nolo nimis oblucriari, præclarū opus concedatur. at quanto præclarioris impedimētū si cognosceres, quod cupis horreres, hoc enim dicere ausim, uel in primis animum tuum ab omnibus melioribus curis abstrahit, adde quod hoc ipsum præclarum, nec late patet, nec in longum porrigitur, locorumq; ac temporum angustijs coartatur. F. Intelligo istam ueterē & uitam iam inter Philosophos fabellam, terram omnem puncti unius exigui instar esse, animum unum infinitis annorum milibus constare, famā uerò hominū, nec punctū implere nec animum: cæteraq; huius generis, quib. ab amore gloriæ animos coartatur. sed quæso si quid habeas ualidius profer, hæc omnia relatu magis speciosa, quā efficacia sum expertus. neq; enim Deus fieri cogito, q̄ uel æternitatē habeā, uel cœlū terrasq; cōplectat, humana mihi satis est gloria, ad illā suspiro, & mortalis nō nisi mortalia cōcupisco. A. O te si uera memoras infœlicem, si nō cupis immortalia, si æterna nō respicis, totus es terrenus, actū est de reb. tuis, spei nihil est reliquū. F. Auertat Deus hæc insanā, semper æternitatis me amore cōflagrasse, testis est mihi curarū mearū mēs cōscia. Sed hæc dixi, uel forsitan lapsus sum, hoc dicere uolebam, mortalib. utar pro mortalib., nec immodico uastoq; desiderio naturæ rerum uim afferre molior. itaque gloriā humanā sic expeto, ut sciam & me & illam esse mortales. A. Ut hoc prudenter, sic illud insulsissimē, q̄ propter auarā inanē, iamq; ut ipse asseris, periturā semper mansura destituis. F. Haud equidem destituo, sed fortassis differo. A. At quā periculosa dilatio est, in tāta dubij celeritate tēporis, tātaq; uitæ fuga: Ad hoc

Ad hoc uelim mihi respōdeas, si ab eo fortè, qui solus uitæ mortisq; metâ statuit, unus dum taxat præfixus hodie foret annus, integer uiuendi, idq; tibi sine ulla dubitatione constaret, quâ is esse inciperes huius anni temporis dispensator. F. Equidem parcissimus ac diligens, summoq; studio prouiderem, nequid nisi serijs impenderetur, uixq; aliquem tam uesanum insolentemq; reor, qui non idem responsurus sit. A. Responsum probo, sed stuporē quem mihi furor hominū parit in hac re, non modò meus, sed nec omnium, qui unquā eloquentiæ studuerunt stilus explicet, omnium licet in hoc unum ingenia laborēque conueniant, citra uerò facundia fessa subsistet. F. Quæ tantæ admirationis ratio est? A. Quia rerum certarum auarissimi estis, incertarum prodigi, cuius contrarium nimirum profus insaniretis esse debuerat, profecto enim anni spatium, & breuissimum sit, ab eo tamen, qui nec fallit, nec fallitur promissum, & in partes distributum licetius spargi poterat, extremis periculis ad salutis consilia referuatis, illa omnium inexcusable & horrenda demerita, quod nescitis utrumque supremis necessitatibus suffecturum sit, in ridiculas uanitates, ceu superabundet, effundere qui annum habet ad uideandum, certum quoddam habet ille, sed modicum, qui uerò sub ambiguo mortis imperio est (sub quo quidem omnes degitales mortales) nec anni nec lucis, deniq; nec horæ integræ certus est. Annum uicturo sex licet mensibus emens, adhuc semestre superest spatium, tibi uerò si hic perditur dies, quis sponsor est crastini? Verba sunt Ciceronis, Moriendum esse certum est, & hoc ipsum incertum an hæc eadem die, nec est aliquis adeò iuuenis, cui compertum sit, se usque ad uesperam esse uicturum, quæro igitur ex te, quæro itidem ex cunctis mortalibus, qui uenturis inhiantes præsentia non curatis, quis scit,

an adijciant hodiernæ crastina uitæ

Tempora Dijs superi. F. Nullus profecto, ut pro me ipso & pro cunctis respondeam, sed speramus annum saltem, quem nemo tam senex est, ut non superesse sibi speret, quod Ciceroni placet. A. At ut eidem uideatur, non modo senem, sed adolescentium quoq; spes stulta est, sibi pro certis & incerta promittendū. Sed detur quod omnino impossibile est, & amplum simul & certum uitæ spatiū contigisse, quanta tibi uideatur amentia, meliores annos atq; optimas æui partes, uel in placēdo oculis alienis, uel in auribus hominum demulcendis expendere; deterrimas autem atq; ultimas penè, ad nil utiles uiuendiq; simul & finem & fastidium allaturas, Deo tibiq; referuare, ut animæ tuæ libertas extrema, omnium cura sit, certo quamuis in tempore, non ne tibi ordo transuersus uideatur meliora postponere? F. Est autem aliqua propositi mei ratio. eam enim quam hic sperare licet gloriā, hic quoq; manenti quærendam esse, persuadeo ipse mihi, illa maiore in cælo fruendum erit, quo qui peruenerit, hanc terrenā ne cogitare quidē uelit, Itaq; istum esse ordinē, ut mortalium rerum inter mortales prima sit cura, transitorijs æterna succedant, quod ex his ad illa sit ordinatissimus progressus, inde autem regressus ad ista nō pateat. A. Sultissime homuncio, sic igitur quicquid uoluptatum cælum habet, aut tellus & utrobique ad nutum fluentes, ac felicissimos tibi fingis euentus. at mille hominum, mille & totidem spes ista fefellit, innumerabiles animas orco demersit, dum enim alterū pedem in terra tenere putant, alterum in cælo, neque hic consistere, neque illuc ascendere potuerunt. Itaq; miserabiliter lapsi sunt, subitoq; illos, uel in ipso ætatis flore, uel in medio rerum apparatu, uegetabilis aura destituit. & hoc tibi, quod tam multis cōtingit, contingere posse, non cogitas. Heu si forte interim (quam Deus prohibeat) ruinam multa molliens pateris, quantus dolor quantumq; pudor, & quam fera pœnitentia, quod in diuersa distractus, euanuisses in singulis. F. Misereatur altissimus ne ista coningant. A. Misericordia diuina liberet, quamuis humanam tamen non excusat insaniam, nolo autem de misericordia nimium speres, sicut enim desperantes odit Deus, sic inconsultè sperantes irridet: illud equidem ex ore tuo auditum esse doleo, Philosophorum in hac re ueterē, ut ais fabellam posse contemni, ea ne quæso fabula est, quæ Geometricis demonstrationibus terræ totius designat angustias, ac Cretam quā longiusculā licet insulam esse confirmat. an ea quæ asserit, ex omni terra quandoq; distincta, ita uocet zonis, maximā illam mediāq; solis ardoribus, duas autem dextera

læuaq;

læuaq; importunis frigoribus, perpetuaq; glaciæ oppressas, habitaculum hominibus non præstare, duas reliquas inter mediam & extremam incolit: an ea quæ bipertitæ huius habitabilis, alterā partē obijce magni maris inaccessibilē uobis sub pedibus uestris locat (quam utrum homines teneant scis quanta dissensio inter doctissimos homines, olim sit. ego autem quid sentirem, absolui in libro de Ciuitate Dei, quos te legisse non dubito) alteram uerò uel totam uobis inquit habitabilē, uel ut quibusdam placet in duas partes subdiuidēs, unam uisibus uestris attribuit, aliā septentrionalis oceani reflexibus circūcludit atq; aditum intercidit. an ea quæ hanc ipsam uobis habitabilē quantulacūq; sit, freto paludibusq; & desertis locis imminuit, penèq; ad nihilum redigit, hoc telluris exiguum in quo tantopere superbitis? An ea fortè, in hoc ad extremū artatoq; habitaculi uestri situ diuersos uiuendi mores, aduersusq; religionum ritus, dissonas linguas dissimilesq; habitus edocet, atque hoc modo propagandi latè nominis præripit facultatē. sed hæc tibi fabulosa sunt, fabulosa quoq; sunt omnia, quæ de te mihi promiserā, nulli enim fermè notiora hæc rebar esse quam tibi. nempe ut omittam & Ciceronis & Maronis disciplinam, cæteraq; physica uel poetica, quib. hac de re instructissimus uidebaris, sciebam te nuper in Africa tua, hæc ipsam sententiam præclaris uerbis descripsisse, ubi dixisti:

*angustis arctatus finibus Orbis
Insula parua situ est. curuis quàm flexibus ambit.
Oceanus:*

Aliaq; deinceps addidisti, quæ si falsa putabas, miror ut ea per te tam cōstanter asserta sunt. Quid nunc de famæ mortalium breuitate, deq; temporalibus angustijs loquar, cum scis, quorum uetustissima memoria est æternitati collata, quàm breuis quamq; recens sit. non ego te ad opinioniones illas ueterū reuoco, qui crebra terris incēdia diluuiāq; denunciant, quibus & Platonius Timeus, & Ciceronianus, Reipub. Sextus Liber refertus est, ea enim quam multis probabilia uideantur, ueræ tamen religioni, cui initiatus es, aliena sunt profecto, ac præter hæc quàm multa sunt, quæ diuturnitatem (ne dicam æternitatem) nominis impediunt. Mors in primis hominum illorum, quibus cum uita transacta est, obliuioq; naturale senectutis malum. semper quoque succrescens nouarum laus hominū, qui flore suo non nihil interdum ueteribus titulis derogat, quantumq; maiores deprimit, tantū ipsa sibi uideatur assurgere. huc accedit inuidia, quæ gloriosa morientes absq; intermissione persequitur, accedit odium ueritatis, & inuisa plebibus ingeniosorum uita: adde iudiciorū uulgarium inconstantiam: adde ruinas sepulchrorum, ad quæ discutienda,

Valent sterilis mala, robora, sicus,

ut Iuuenalis ait: quam non ineleganter in Africa tua secundam mortem uocas, atq; ut in eisdem te hic uerbis alloquar, quibus tu illic alium loqui facis.

Mox ruet, & bustum iuulusq; in marmore sectus.

Occidet: hinc mortem pateris nate secundam.

An præclara & immortalis gloria quæ laxi uinūs mutatur impulsu: adde librorum interitum, quibus uel proprijs uel alienis manibus uestrum nomen insertum est, qui licet eo serior uideatur, quo uiuatiore est librorum quàm sepulchrorū memoria, tamen inuitabilis casus est, propter innumerabiles pestes, natura fortunæq; pariter, quibus ut cætera, sic & libri subiacent, quæ si cuncta cessarent, senium suum suaq; illis mortalitas annexa est. mortalitas namque esse decet, quæcunq; labor mortalis inani edidit ingenio, ut tuis potissimum uerbis, tuus tam puerilis error conuincatur. quid ergo adhuc ingerere tibi non desinam uersiculos tuos?

*libris eadem morientibus, ipse
Occumbens etiam, sic mors, tibi tertia restat.*

Habes de Gloria iudicium meum, pluribus certè quàm me uel te decuit uerbis explicitum, paucioribus uerò, quàm rei qualitas exigebat, nisi fortè nunc etiā fabulosa tibi, hæc omnia uidentur. F. Minime quidem, neque mihi more fabularum affecerunt animum, quin immò ueteris abijciendi nouū desiderium iniecerunt, quāuis enim fermè omnia iam pridem

nota

nota mihi forent, auditaque sapius: quoniam ut Terentius noster ait:

Nullum est iam dictum, quod non sit dictum prius:

Tamen & uerborum dignitas, & narrationis series, & loquentis auctoritas multum ualeat, ceterum de hac re sententiam tuam ultimam audire uelim, iubeas ne ut omisis studijs meis omnibus, in gloriam degam, an uero medium aliquod tibi sit consilium. A. Ut in gloriam degas nunquam consulam, at ne gloriæ studium uirtuti præferas, identidem admonebo: nosti enim gloriam, uelut umbram quandam esse uirtutis, itaque sicut apud uos impossibile est corpus umbram sole feruente non reddere, sic fieri non potest, uirtutem ubilibet radiante Deo gloriam non parere. quisquis igitur ueram gloriam tollit, uirtutem ipsam sustulerit necesse est, qua sublata relinquitur uita hominum nuda, & multis animalibus simillima. uocantemque sequi præceptum appetitum, qui unus belluis amor est. Hæc igitur tibi seruanda lex erit, uirtutem cole, gloriam negliges, illam tamen interea quod de M. Catone legitur, quò minus appetes, magis assequeris. Nondum possim mihi temperare, quò minus te cum tuis agam testimonijs.

Ille uel inuitum, fugias licet, illa sequetur.

Agnoscis ne uersiculum tuus est, insanus profecto uideatur, qui die medio per solis ardorem, ut umbram cerneret ostenderetque alijs, cum labore discurret, atque nihil sanior est, qui inter æstus uitæ, multo cum labore circumfertur, ut gloriam suam late diffundat, quid ergo, eat ille ut terminum teneat, euntem cum umbra profectur? atque iste, ut uirtutem apprehendat, agentem gloria non deserit. & hæc de ea, quæ ueræ uirtutis comes est, illa uero, quæ captatur ex alijs, siue corporis siue ingenij artibus, quas humana curiositas innumerabiles facit, nec gloriæ cognomine digna est. itaque tu, qui conscribendis Libris ætate ista præsertim tantis te laboribus maceras (pace tua dixerim) procul erras, oblitus enim tuarum, alienis rebus totum incumbis, ita sub inani spe gloriæ breuissimum hoc uitæ tempus, te non sentiente dilabitur. F. Quid faciam igitur, labores ne meos interruptos deseram? an accelerare consultius est, atque illis (si Deus annuat) summam manum imponere, quibus curis exutus, expeditior ad maiora proficiscar, tantum enim actum, sumptuosum opus, uix possum æquanimiter medio calle deserere. A. Quo pede claudices agnosco, te ipsum derelinquere mauis quam libellos tuos. Ego tamen officium meum peragam, quam scilicet tu uideris ac certe fideliter. abijce ingentes historiarum sarcinas, satis Romanæ res gestæ, & suapte fama & aliorum ingenijs illustratæ sunt: dimitte Africam eamque possessoribus suis lingue, nec Scipioni tuo, nec tibi gloriam cumulabis, ille altius nequit extolli, tu post eum obliquo calle niteris. his igitur posthabitis, te tandem tibi restitue, atque ut unde uenimus reuertamur. Incipe tecum de morte cogitare, cui sensim & nescius appropinquas, rescisis uelis tenebrisque disculsis, in illam occurrat, quicquid uel oculis uel animo cogitantis occurrit, ad hoc unum refer, cælum, terra, maria mutantur, quid homo fragilissimum animal sperare potest? uicissitudo temporum, suos cursus recursumque peragit, nunquam permanens, si tu posse permanere putas, falleris: at ut eleganter ait Flaccus:

Damna tamen celeres reparant cælestia.

Luna nos ubi decidimus.

Quotiens igitur floribus uernis æstiuam segetem, quotiens æstiuis salubris autumnæ temperiem, quotiens autumnæ uindemijs hybernæ succelsisse niuem uides, dic tecum ita, prætereunt sed sapius reuersura, ego autem irrediturus abeo: quoties uergere ad occasum sole umbras montium crescere conspicias, dic, nunc uita fugiente, umbra mortis extenditur, iste tamen sol cras idem aderit, hic autem mihi dies irreparabiliter effluxit, quis pulcherrima spectacula serenæ noctis enumeret? (quæ sicut male agentibus per opportuna, sic benè agentibus deuotissima pars temporis est) quam obrem non securius quam magister Phrygiæ clasis, neque enim tutius fretum nauigas,

Media nocte confurgens.

Sydera cuncta nota tacito labentia cælo.

Quæ dum ad occidentem festinare circumspicias, scito te cum illis impelli, nullamque nisi in eo quod non mouet, quicquid occasum nescit, superesse fiduciam subsistendi. ad hæc dum occurrunt, quos modo pueros uidi.

ros uidisti, ascendentes ætatum gradibus, recordare te interim alio calle descendere, eo quæ celerius, quò secundum naturam, sic omnium grauium casus, uetusta cernenti moerora succurrat, in primis ubi sunt, quorum illa congefferunt manus recentia tuenti, ubi mox futura sunt idem de arboribus, ex quarum ramis sæpè fructum non legat ipse qui coluit ac plantauit. in multis enim obseruatum est illud Georgicum:

Tarda uenit seris, futura nepotibus umbra.

Flumina uelocissima miranti semper, ne te ad alienos euocem, uersiculum quidem tuus in promptu sit.

*Flumina nulla quidem cursu leuiore fluunt, quam
Tempus abie uitæ.*

Necte uallat dierum pluralitas, & ætatis operosa distinctio, tota hominum uita, quantum libet intendatur, diei unius instar habet, eiusque uix integri. crebro ante oculos reuocæ Aristotelicam quandam similitudinem, quæ animaduerti admodum tibi placere, uixque unquam sine grauiusculi impulsu legi solere, uel audiri, quam clariori eloquio & ad persuadendum aptiori (in Tusculano quidem à Cicerone relatam inuenies) ait his uerbis, aut perfectio similibus. Neque enim libri nunc illius copia est. Apud Hypanim, inquit, fluuium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, bestiolas quasdam nasci scribit Aristoteles, quæ unum diem uiuant, quæ oriente sole moritur iuuenis moritur, quæ uero sub meridie iam ætate perfectior, atque sole occidente senex abit, eoque magis si solstitiali die, confert uniuersam ætatem nostram, sin eadem propemodum breuitate reperitur. Hæc ille, quæ quidem assertio, meo iudicio tam uera est, ut ex ore Philosophorum iam pridem in uulgus effusa sit, nunc quid enim rudes etiam & ignaros homines, in quotidiani sermonis usum deduxisse uides, ut puerum aspicientes, dicant huic sol oritur, uirum autem, hic meridiem attingit, hic nonam, senem uero decrepitem, ad uesperam atque ad solis occasum, iste peruenit. Hæc igitur filij charissime tecum uolue, & si qua huius generis occurrunt alia, quæ multa esse non dubito, sed hæc erant, quæ ex tempore se obtulerunt, unum præterea obsecro, sepulchra ueterum sed eorum qui tecum uixerunt diligenter contemplare, certus eandem tibi sedem, ac perennem aulam fore præparatam. Tendimus huc omnes, hæc est domus ultima, tu quoque qui nunc ætate ultima florida superbis, alios calcas, mox ipse calcaberis, hæc cogita, hæc diebus ac noctibus meditare, non solum ut hominem sobrium, ac naturæ suæ memorum, sed ut Philosophum decet, atque ita teneas intelligi debere quod scribitur: Tota Philosophorum uita commendatio mortis est. Ista, inquam, cogitatio docebit te mortalita facta continere, aliaque uiuendi uiam quam arripas monstrabit. Interrogabis autem, quæ nam hæc uia est, seu quibus ad eundem tramitibus? Respondebo tibi, tibi, Longis monitionibus te non egere, audi modum uocatem, iugiter hortantemque spiritum & dicentem. Hoc iter est in patriam. scis quæ ille tibi suggerit, quas uias & quæ deuia, quid ad sequendum uitandumue pronunciet. Illi parere si saluum te uel liberum esse cupis, non longis de liberationibus opus est, factum exigit natura, periculi hostis instat a tergo, & in faciem insultat, parietes tremunt, in quibus obsessus es, non est ulterius hæsitandum. quid tibi prodest dulciter alijs canere, si te ipse non audis? Finem faciam, effuge scopulos, eripe te in tutum, sequere impetum animi, qui cum sit turpis ad reliqua, ad honesta pulcherrimus est. F. Uidnam hæc mihi ab initio dixisses, prius quam his animam studijs addixissem. A. Dixi equidem sæpè, & in ipsis primordijs ubi te calamum arripuisse uidi, præfatus sum, quod uita breuis & incerta, quod longus & certus labor, quod opus grande, quod fructus exiguus foret. sed aures tuas obstruxerant populorum uoces, quas odisse simul & secutum esse te studeo. Ceterum quia satis multa contulimus, quæso, si quid ex me gratum accepisti, ne patiaris situ desidiam marcescere, si quid autem asperius ne molestè feras. F. Ego uero tibi cum pro alijs multis, cum pro hoc triduo colloquio magnas gratias ago, quoniam & caligantia lumina deterisisti, & densam circumfusi erroris nebulam disculsisti. Huic autem quas refero grates, quæ multiloquio non grauata, uel quæ nos ad exitum expectauit? quæ si usquam faciem auertisset, operit tenebris, per deuia uagaremur, solidumque nihil uel tua contineret oratio, uel intellectus meus exciperet. nunc uero, quoniam sedes uestra cælum est, mihi autem

terrena

terrena nondum finitur habitatio, quæ quorsum duratura sit nescio, & in hoc pendeo anxius, ut uides, obsecro, ne me (licet magnis tractibus distantem) deseratis, sine te enim Pater optime, uita mea inaniæna est, sine hac autem nulla foret. A. Impetratū puta, modo te ipsum non deserat; alioquin iure optimo desereris ab omnibus. F. Adero mihi ipse quantum potero, & sparsa animæ fragmenta recolligam, moraborq; tecum sedulo, sane nunc licet dum loquimur, multa me magnaq; quauis adhuc mortalia negocia expectant. A. Maius fortasse uulgo aliquid uideretur, ac certè utilius nihil est, nihilq; quod possit fructuosius cogitari. reliquæ enim cogitationes possunt esse superuacua, has autem semper necessarias, inuitabilis probat exitus. F. Fateor neq; aliam ob causam propero nunc tam studiosus ad reliqua, nisi ut illis explicitis, ad hæc redeam, non ignarus (ut paulo ante dicebas) multo mihi futurum esse securius studium hoc unum sectari, & de uis prætermisissis, rectum callem salutis apprehendere, sed desiderium frenare, non ualeo. A. In antiquam litem relabimur, uoluntatem impotentiam uocas, sed sic eat, quando aliter esse non potest, supplexq; deum oro, ut euntem comitemur, gressusq; (licet uagos) in tutum iubeat peruenire. F. Outinã id mihi contingat, quod precaris, & ut duce Deo integer, ex tot anfractibus euadam, & dum uocantem sequor, non excitem ipse puluerem in oculos meos, subsidiantq; fluctus animi, sileat mundus & fortuna non obstrepant.

FRANCISCI PETRAR
CHAE. V. C. PSALMI POENITEN.
TIALES VII.

Psalmus. I.



EV mihi misero, quia iratum aduersum me constitui redemptorem meum, & legem suam contumaciter neglexi. Iter rectum spontè deserui. & per inuia longè lateq; circumactus sum. Aspera quælibet & inaccessa penetraui, & ubique labor & angustia. Unus aut alter ex gregibus brutorum, & inter iustra ferarum habitatio mea. In anxietatibus cum uoluptate uersatus sum, & in sentib. cubile meū strauī. Et obdormiui in interitu, & speraui requiē in tormentis. Nunc igitur quid agam? quo me in tantis periculis uertam; spes adolescentiæ meæ corruerunt omnes. Et factus sum naufragio similis, qui mercibus amissis nudus enatat, tactatus uentis & pelago. Elongatus ego sum à portu, & uiam salutis non apprhēdo, sed rapior sinistrorsum. Video tenuiter quidem, sed hinc mihi grauis duellum, quia irascor mihi met & animæ meæ sum infestus. Irascor peccatis meis, sed ingenti miseriarum mole depressus sum, nec est respirandi locus. Sæpè fugam retentani, & uetustum iugum excutere meditatus sum, sed inhæret ossibus. O si tandem excidat à collo meo, excidet confestim si tui iusseris altissime. O si mihi sic irascar in peccatis meis, ut te diligam uel serò. Sed multum timeo, quia libertas mea manibus meis labefactata est. Iuste crucior, cōsensu, labore torqueor dignissimo. Quid mihi procuraui demens, catenam meam ipse contexi, & incidi uolens in insidias mortis. Retia mihi disposuit hostis, quacunque ibam, & pedibus meis laqueos tetēdit. Ego autem despexi, & incelsi securus inter lubrica, & in peccatis mihi blanditus sum. Credidi iuuentutis decus non aberrare, & secutus sum quo me tulit impetus. Et dixi mecum, quid ante medium de extremis cogitas, habet ætas quælibet fines suos. Videt ista Deus sed irridet, facilis erit ad ueniam, conuerti poteris cū uoles. Tunc cōsuetudo pessima suum uendicat mancipium, & inicit manus frustra reluctanti. Quo fugiam non habeo, nam & ego uinctus sum, & refugium meum longe est. Moriar in peccatis meis, nisi mihi auxilium ueniat ex alto. Non merui fateor, sed tu domine miserere & extende manum tuam per eunt

eunti. Et memor promissionum tuarum, eripe me de faucibus inferni. Gloria patri &c.

Psalmus I I.

Inuocabo quæ offendi, nec timebo, reuocabo quæ abiēci, nec erubescam. Spē perditam restituā, audebo rursus ex his tenebris in cœlū oculos attollere. Illic habitat redēptor meus, q potēs est ab inferis euellere. Ego in me perij, sed in illo uita mihi pmanet, & salus in æternū. Ille imperat morti, ille uitam pstat & restaurat, phibet sperare meliora. Auolet q me terrificat, peccatum grande meū nimis, sed miseratio domini immēsa est. Peccata ui infelix malis peiora accumulās: & mihi met hostis acerrimus. Verius enim uero, omnes sordes meas, una gutta uel tenuis sacri sanguinis absterget. Attamē unde mihi genitus, frāge saxū hoc domine, & fontes prumpāt ex adamate durissimo. Fōres lymphi scaturiat, & descēdāt in uolutabrū, ubi assidue trux aper immergit. Et deleanī maculae uetustæ, ut placere tibi possit habitaculū in me, dū displicet. Fiat mihi p noctē miseriarū mearū recordatio, & p diē spes salutis appareat. Temperem læta cū tristibus, sed miserationū tuarū nunquam obliuiscar. Ex quantis me malis erueris, et ut animam meam non deserueris in periculis multis. Lugeam poenitens de commissis, ad foelicia suspirē de me ipso, metuam semper, de te nunquam desperem. Fiat mihi thalamus meus purgatorium meum, & lectulus meus lachrymarum mearum conscius. Et in corpore meo doleam prius, quam præceps corruam in tartara. Miserere mei domine, miserere, & opus tuū ne destituas, liberator meus & spes ultima. Gloria patri. &c.

Psalmus I I I.

Miserere domine dolorū meorum, satisq; superq; uolutatus sum, & in cœno peccatorum meorū marui miser. Et quid restat amplius afflicto: tempus inutiliter abiit, uitam in cōsilijs expendi. Mors ante oculos meos adest, & domus nouissima sepulchrū, & stridor ac gemitus gehennæ. Quamdiū me deludit hodiernus dies sub expectatione crastini, quando incipiam ad te reuertī? Siste iam fluctus ac procellas animi, illumina consiliū cordis mei, & metam laboribus impone. Qui intellectum dederas, ut bene agere, tribue uoluntatem, & in actum dirige, ne exprobratione tui muneris cōfundar. Eripe me à seruitio hostis tui, & ne insultet in opus manuum tuarum prohibe, quoniam alter q phibeat nō est. Libera me de supplicijs æternis, sit mihi pars purgationis labor meus, quo hic p singulos dies exerceor. Reliquum mihi hac uita, & in his membris exige, priusquā ueniat tēpus egestatis. Reduc me in uias tuas, ante solis occasum, ad uesperasce enim, & nox est amica pdonib. Coge ire si uocare parū est, deniq; ut libet, modo ne percam. Respice domine miserere, succurre, quoniā tu solus omnes miseras nosti. Gloria,

Psalmus I I I I.

Recordari libet munerū tuorū Deus, ut sit mihi confusio ante oculos, & rubor in genis meis. Sic enim fortè misereberis, ubi non prsum uideris, omnium q mihi tribuisti largitor optime. Tu mihi cœlū & stellas, qd enim horū indigebas, tu mihi uicissitudines tēporū creasti. Tu solē & lunā, tu dies noctesq; tu lucē ac tenebras discreuisti. Terrā aq; inuoluisti, fecisti fontes & maria, ualles ac planitiē, mōtes, lacus & flumina. Hæc in tus uarijs seminib. foecūdasti, circūquaq; multiplici specie decorasti. Herbis uirentib. uestisti cāpos, distinxisti colles florib. & syluas ramorū folijs. Fatigato requiē pparasti, æstu anti umbras arborū, & ad ocū recessus amoenissimos. Sitiētī fontes lucidos, esuriētī bac cas omnis generis, & refectionis quā multiplicis alimēta. Quā multiformibus animatib. terras & pelagos implesti, & circūfusus tractus aëris, qd cūctia dinumeret? Hæc omnia pedib. hominis subiecisti, usq; ad oblectationes uarias amasti hominem. Nec me minus idē, qd cū multis, qn & singularia qdam p buisti mihi. Tu corpus hominis p cūctis creaturis adornasti, tu mēbra miris ordinib. collocasti. Os illi imperiosum ac serenū, spiritūq; tui capace, & cōtēplatorē cœlestiū statuisti. Addidisti artes innumeras, qbus uita hæc foret ornatio æternæq; uitæ spē dedisti. Ostēdisti uia qua gradiendū foret, aperuisti aditū in tabernacula tua, monuisti qd cauedū atq; unde declinādū sit. Deputasti comitē pperuū ac ducē, gressus omnes ē specula cōtēplatus es, & errores meos obseruasti. Cadentē susten-

tasti, labētem firmasti, errantem direxisti, prostratū sustulisti, suscitasti mortuū. Misere-
es labores meos totiens: ubi non misericordia sed odio dignus erā. Et quibus meis meri-
tis tam digna, tam grandia gratis & indignus hæc accepit? Pro his omnibus quid tibi re-
tribuerim uides, ueruntamē miserere iterū, & succurre, quia sine te morior, ingratorum
mearū ne reminiscaris amplius, sed saluā fac animā, nil iā de pprijs uirib. sperantē. Gloria.

Psalmus v.

NOCTES meæ in mœrore transeunt, & terrores agitant innumeris, conscientia concu-
tit insomnem, & malè mihi est. Somnus meus illusionib. uarijs turbatur, non mihi
quietem afferens sed laborem, signum pestiferi euentus, phibe Domine & occurre, quo-
niam aduentantis mortis est iudiciū. Dies meos in amaritudinib. exegi, consumplerunt
me curæ immortales, & animæ meæ litigio exasperatus sum. Corporis mei sarcina de-
fessus ac curuatus ingredior, & terrā inuitus aspicio. Intus & extra mihi ipsi sum mole-
stus, utrobicq; hostes domesticos inueni, qui me pessunderūt. Persecutorib. alienigenis
patuit ingressus, & murorū custodia deuicta est. Et ego somno grauis, atq; incautus,
inter tenebras noctis oppressus sum. Nulla mihi spes salutis, nullum præsidium aliud, sed in
misericordia tua sperabo. Succurre, accelera, fer opem & miserere mei. Gloria.

Psalmus vi.

CIRCŪFALLATŪ me inimici mei, purgētes me cuspidē multiplici. Obtorpui infœlix et cō-
tremui, uehementē horror mortis supastitit mihi. Nō respexi ad orientē, nec unde de-
buerā auxiliū expectaui, nec sicut dignū fuerat speraui. Propterea firmamētū cui innixus
erā me destituit repētē, & ego p̄nus in terrā sum, p̄stratus. Agnouī cadēs q̄ debilitē ste-
tissē, p̄dones insultauerūt corruētū. Spoliatū me delitijs multis q̄ sitis mihi de lōginquo,
tabe & cruore deformauerūt me. Vulnerib. grauissimis cōfecerūt, semianimem atq; nu-
dum reliquerunt in deserto. Caput & pectus meum transfixerunt, sed subter præcordia
mea debacchati sunt acerbis. Illic uulnus situ putruit, illic uitæ meæ metuo, illic domine
manus tuas adhibe uelociter. Viuis enim saluator mi, & hæc aspiciens ex alto, tacuisti
& passus es quia ego promerui. Misereberis fortasse, nec patieris in finem, quoniam tu
solus potens es præscribere leges mortis. Ipse arcebis carnifices ab interitu meo, quo-
niam in te spes mea magna est, ipse saluum me facies de manibus impiorum. Gloria.

Psalmus vii.

COGITABĀ stare dñi corruui, Ve mihi quia duriter nimis allisus sum. Quo & unde reda-
ctus horresco, dñi memini & grauius cōtremisco. Sperabā de uirib. meis, & mihi
quædā magna p̄miseris. Somnia mihi fingebā & gaudebā, nūc delusus expergiscor cū
lachrymis. Securus in periculis fui, lætus in ærumnis medijs, portū in tempestatibus pu-
taui. Circūspexi per nebulas, secutus sum transuersas & tortuosas uiuendi uias, & infœ-
liciter mulcentes. Nosti quoniam tu semp̄ mihi fueras finis, sed ad te p̄ meipsum uenire cre-
dēs retrocessi, per inextricabiles anfractus. Sentio nunc insidias ubilibet, piger erroris
tam lōgæui, nec p̄pterea subsisto ubi sit requies. Odio mihi sum, & ago cūcta cum fasti-
dio, uim patior & aliud nō licet. Nouū propositū mos uetustus opprimit, & cum placue-
rint relabor ad solita. Quotiens iā oscitans ad uomitū redij, & subinde stomachans dixi,
quousq; hoc & quis erit finis? Iustū supplicium animi insolentis scio, quid me p̄didit ni-
hil erā, & superciliū erexi. Agnosco nullam fiduciam homini, nisi in Deo, & si parum ui-
deo illucescat clarius. Aufer a me domine præsumptionis spiritum, & humilitatem tri-
bue placentem tibi. Ne quando extollar inconsultē, & mihi de me mentiar, sed perseue-
rem in tremore tuo. Limus & umbra tenuis sum, & fumus ante impetum uentorum, ita
mihi uideor uideri. Ita mihi uidearis semper, & in hac opinione permaneam sobriè ac
salubriter sub umbra tua. Quotiens hinc pedem mouero concidam, & ludibrium per-
secutoribus meis ero? Scio & expertus metuo operuit me iam similis ruina. Et adhuc
exurgere non ualui, sed inenarrabilibus urgeor miserijs. Tamdiū fœdus uerfor in san-
guinibus, & in luto concupiscentiarum mearum iaceo. Erue me **CHRISTE IESU**
& misericorditer sustenta, ne corruam sub extremis. Gloria patri.

Francisci

FRANCISCI PE-

TRARCHÆ V. C. DE REP. OPT.

(administranda Liber.)

AD IMAGINIBVS VIR-

TVTIBVSQ. ORNATISS. VI-

RVM FRAN. CARRARIENSEM,

principem Patavinum.



DVDUM tibi uir clarissime scribere aliquid meditor, & tu me interdum
more tuo, leniter admones, & indignum esse uideo, inter tot mediocri-
um & magnorum nomina, præteriri tuum nomen, & paternis & tuis
beneficijs ita de me meritum, ut nunquam mihi è memoria dilabi, sine
ingenti possit ingratitude, nec unquam certè hæcenus lapsum sit. scri-
bere igitur est animus, sed unde incipiam quæro, nec inuenio, nam neq;
unus est aditus ad intentum, & pluralitas hæere animum cogit, ut ambiguum in biuio ui-
atorem. hinc crebra nimis in me liberalitas tua, ad agendas gratias stylum uocat, & est fa-
nè mos percelebris, susceptis amicorum & maxime principum muneribus grates agere,
quem aliquandiu ipse tecum tenui, donec perpetuis & indes auctis beneficijs atque ho-
noribus tuis pressus, & pro rebus uerba remittere, ingenuo pudore prohibitus, mune-
rum magnitudinem, quam sermone non assequor, mente complecti, memoriq; silentio
metiri potius quàm uerbis inanibus consilium cœpi. hinc exclusis uertor ad amplissimam
pronamq; materiam tuarum laudum, nam & hic quoque nonnullorum mos est, prin-
cipes laudare, quod & ipse nonnunquam feci, non tam laudati gratiæ, quàm ueritati ob-
sequens, & uirtutem laudum stimulis excitans, quibus nihil generosum animum urgere
potentius, qua in re, hinc laudantis adulatio, hinc uel maxime inconstantia me offendit.
(sunt enim & qui indignos laudent, & qui laudatos mira mox animi leuitate uituperent,
quo nihil inhonestius, nihil est turpius, in quo quidem maxime Ciceronem noto usque-
adeo, ut quem inter omnes scriptores gentium miror ac diligo, in hoc uno penè ode-
rim, ita ille aliquos, sed in primis Iul. Cæsarem laudum fasce, dicam an præconio onerat
an honorat, eundemq; post probis ac maledictis insequitur. Lege illius epistolas ad
Q. Fr. omnia tibi de Cæsare honorificè dicuntur, atque amicè, eiusdem ad Atticum epi-
stolas percurre, prima tibi ambigua, ultima quæque odiosa uidebis, & infamia. lege ipsius
Orationes, quas uel ad ipsum Cæsarem, uel eo præsentē ad Senatum habuit, tantæ tibi Cæ-
saræ laudes sunt, ut nec mortali debita, nec à mortali profectæ ingenio uideantur, sed
progredere, lege Libros Officiorum, orationesq; Philippicas, inuenies nec affectibus
odia, nec laudibus inferiora conuitia, utq; sic indignor hæc tanta uarietas, & uiuenti
laus, & defuncto uituperatio omnis attribuitur. Pati possem æquanimius, si uitum uitu-
perasset, extinctumq; laudasset (solet enim mors inuidiam atque odium uel extingue-
re uel lenire, habet tamen sortem suam, quo soletur Cæsar, unum ex omnibus magnum
comitem, nepotem, filiumq; suū adoptiuum Cæs. Augustum, qui licet uirtute minor
bellica, certè imperio maior fuit, cui immodicè laudato Cicero, idem in hoc animosior,
uiuo etiam & ad ipsum scribens immodicè maledixit. inuitus de dilecto mihi uiro maxi-

dd 2 mo hæc

sum est, metui uero & odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Ideo loquitur de securitate non attinet, quam metu tolli atque extinguere, nemo tam rudis, ignarus rerum est qui nesciat. Hic occurritur a quibusdam, metum hunc in subditis esse, non in regnante firmantibus, quo non ipsius, sed illorum securitas quatiatur. quibus ego pro responso notissimum illud obijciam Laberij Eq. Rom. docti uiri ac prudentis in Iulium Cæsarem:

(Necesse est multos timeat, quem multi timeant.)

Quod dictum, quo plus habeat uirum, dicto alio simili, & ipsius quem sæpe nomino Ciceronis auctoritate firmandum est. Etenim, inquit, qui se metui uolent, a quibus metuentur, eisdem metuant ipsi necesse est. huius sententiæ rationem, ne uos imitari pudeat ab Ennio mutuatur. Præclare enim inquit Ennius:

(Quem metuunt oderunt, quem quisq; odit perisse expedit.)

addo ego, Quod quisq; expedit fieri studet, atque multi aut ualidis urgent affectibus, uix differri potest, quæ uis ita sint, fuerunt tamē. & sunt usque hodie quæ dicant: Oderint dum metuant. fuit hoc Atreui uerbum crudelissimi tyranni ab Euripide relatum, id quotidiano usu C. Caligula nihil Atreo mitior suum fecit, nec inuentori faustum, nec sequacibus, quæ etiã uti soli tui Iul. Cæsare opinati aliquid & dicere uoluerunt, mirum certe, si uerum. nã ipse quidem propter gloriæ & imperij appetitum (in quo multus ne dicam nimius fuit) omnia fecit, quibus esset amabilis potius, quam timendus, quadam hinc mansuetudine atque clementia, hinc munificencia & liberalitate mirabili, cum è toto impio omnibusque uictoribus, nihil sibi retinuerit, quæ magni testantur auctores propter dispensandi potestatem ad ueniam uero tam facilis fuerit, ut de eo Cicero idem scribat: Quod nihil solet, nisi iniurias obliuisci, nobile quidem: uindictæ genus est parcere, nobilissimum obliuisci, ut id sibi pro supremo naturæ bono, suus ille nunc amicus, nunc hostis attribuat. quid multa, ut que adeo his uirtutibus (ut sitam reliquas) abundans fuit, ut nemo magis, & si ex his præmia non sat digna percepit, si quidem ab his ipsis, quos opibus atque honoribus summis expleuerat, quibus uictor omne ius uictoriæ, omnes inimicitias, iniurias que remiserat, interfectus est, nec eum liberalitas iuuat, nec clementia, ut non immerito sibi Pacuianum illud in funere caneretur:

(Men seruasse, ut essent qui me perderent.)

Quibus ita se habentibus quæ potest: Quæ nam sibi odiû causa confluere, nempe odio contumax illa non caruit lego nullam inuenio, nisi uolentiam quandam elationemque animi, quæ supra patrium morem sese attolleret, quæ nimis gauderet honoribus, & dignitates indebitas usurpet, nondum assueuerat Romæ. Cæsareos saltus pati, quos postea longè disparium tales tulit, ut facta collatione, mira illa uideri posset humilitas. Si illi igitur tale uirum nulla potentia, nullæ opes aduersus multorum odia protexerunt, restat inquirere, quibus amor artibus sit querendus, quando ut odium ruinæ, sic amor contrarij causa est, illud præcipit, hic sustentat. quod hic dicam: nisi unam eandemque rationem esse amoris publici, quæ priuati est. Ego inquit Annæus Seneca, tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneticæ carmine. Si uis amari ama. sic est hercle. & quamuis hic multa & uaria dici possint, tamen hæc omnium summa est. quid magis opus est artibus, quid pretio aliquo aut labore gratuita res est amor, solo queritur amore, quis tam ferret pectoris inueniri potest, quem honeste amanti uicem reddere pigeat: inhonestus enim amor non est amor, sed honesto nomine uelatum odium, non amore sed odio compensandum. nam turpiter amantem redamare, quod est aliud, quam scelere scelus confouere, & alieni flagitij fieri uelle participem. igitur hoc omisso, ad honestum illum amorem alterum redeamus, ex quo, utique magnum tibi, & honestum gaudium nasci debet, qui te tuis ita charum sentias, quasi non ciuium Dominus, sed Patriæ Pater sis, quæ cognomen antiquorum principum fere omnium fuit, sed quorundam iuste admodum, quorundam iniuste adeo, ut nihil iniustius. Pater patriæ dictus est. Cæs.

Augustus, pater patriæ dictus est. Nero, ille uerus pater, iste uerus hostis & patriæ & pietatis. Tibi uerum hoc cognomen obtigerit, nullus est ciuium, eorum dico, quibus pax ac reges patriæ grata est, quæ te aliter aspiciat, aliter cogitet quam parentem. Id ut factis meritum, quo que perpetuum sit, eniti debes, & facies spero, facies admonitus oratusque, quæ ipsam per te ipsum.

Metui. & metuere quod relictum est in tuo in festo. vi. c. 20. cap. 4. lib. 2.

parcere nobile genus inuide.

in honesto amore odium uelatum est & odium est per amantem.

ipsum facis. scito autem hoc tibi præstare solam posse iustitiam, & ciuium charitatem, uis esse uerus ciuium pater, quod filio tuo uis, & ciuibus tuis uelis. non iubeo ut tantundem, unumquemque ciuium ames, quantum filium, sed ut filium. nam & Deus ipse summus legifer non dixit: Diliges proximum tuum quantum teipsum, sed sicut teipsum: hoc est pure, sine fictione, sine utilitatis aut præmij respectu, nuda ac gratuita charitate. Audebo tamen dicere, sine præiudicio uerioris sententiæ, & si non quemque ciuium, omnes tamen simul ciues, uniuersamque Remp. non quantum filium modo, uel parentes, sed quantum temet ipsum amare debes. in singulis enim charis capitibus singuli sunt affectus, in Rep. autem omnes, amandi tibi sunt igitur ciues tui, ut filij, immo ut sic dixerim, tanquam corporis tui membra, siue animæ tuæ partes, unum enim corpus est Resp. cuius tu caput es. Amor autem hic, & lenibus uerbis, & multo maxime prius panditur actibus, atque in primis ut dicebam iustitiæ & pietate, qui non amet enim, quem prius, quem iustum, quem innoxium, quem sui amantem opinetur: quæ si amoris beneficia accesserint, qualia sunt honorum Principum in subiectos, tunc exardescit incredibilis quædam uolentiæ magnitudo, quo nexu ad perpetuum dominatum nullus pulchrior, nullus firmior texti potest. Cedant arma, satellites, stipendiarij, tubæ, buccinæ in hostes ista uertantur, tibi cum ciuibus non nisi beneuolentiæ opus est. Charitate enim, inquit Cicero, & beneuolentiâ ciuium septum oportet esse, non armis, eos autem ciues intelligo, qui ciuitatis amant statum, non eos qui quotidianas mutationes rerum querunt, illi enim non ciues, sed rebelles atque hostes publici extimandi sunt. Sæpe Augustum ipsa in medium res adducit, huius est notissimum illud: Quis quis præsentem statum ciuitatis commutari non uult, & ciuis & uir bonus est. itaque qui contrarium uult, proculdubio malus, nec ciuis, nec uirorum bonorum nomine dignus, aut confortio. His te autem artibus natura tua instruit abunde, quibus amor & beneuolentiâ queri possint, hæc sunt autem non ad gloriam modo, sed ad cælum scalæ, unde ille bonus pater optimi filium alloquens: Cole, inquit, iustitiam & pietatem, quæ cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est, & ea uita uia est in cælum. quis amator cœli nam qua ad cælum pergitur non amaret, quæ male aut malos & iniustos principes, ab oppressis ciuibus arma defenderint, innumerabilia sunt exempla, sed potentissimos ac pessimos attigisse suffecerit, nam quod Caio custodes corporis Germani, quamuis accurrerent, profuerunt: a Nerone enim in extremis casibus, stationem militum & custodes diffugisse compertum est, at Augusto, at Vespasiano et Tito, nullæ fuerunt necessariæ militum cohortes. lege Augusti obitum, non armatos excubitores inuenies, sed amicos ciues circumstantes, eumque inter sermones amicorum, tandem in osculis multum amata coniugis, non quasi expirantem siue extinctum, sed quodammodo compositum, cum defuncti corpus omnibus plusquam humanis honoribus, tumulatum, consecratamque memoriam. Vespasianus dum imperatoris stantem morti oportere diceret, inter manus subleuantium expirauit. Titus eius filius senatus concursu, & infinita gratiarum actione, post obitum celebratus est, acerba quidem, sed pacifica morte preuentus, ut de illo scribit, maiore hominum damno quæ suo. quæ dictum, nisi fallor librare habent, memoriæque mandare omnes, quæ in aliquo imperio uitam agunt, ut mors scilicet eorum secunda illis & foelix, subditis uero formidabilis & damnosa sit, quorum multis contrarij laborant. Sanè qua in urbe hi, quos memoro, multique alij inermes, tranquille ac foeliciter obire, & honestissima monumenta celeberrimamque memoriam suorum nominum reliquere, in eadem, & Domitianus Titij frater interfectus, ab eodem Senatu contumeliosissimis, ut scriptum uideo, atque acerbissimis acclamationibus, laceratus, imaginesque eius detractæ, & solo abiectæ, nouissime eradendos titulos, abolendamque memoriam decreuit. & Galbæ caput hosti oblatum, suffixumque hastæ, a lixis & calionibus, totis castris hostilibus, circumlatum, spectaculo ludibrioque fuit omnibus. Et Vitellius apud Gæmonias minutissimis ictibus, excarnificatus ac confectus, uncoque inde in Tiberim tractus est. similesque casus per multi alij passi sunt. Unde uero Veritas hæc mortis, aliunde quæ de uita uarietate preuenat, itaque non inepte principum ille doctissimus M. Aur. Antoninus, quæ in summo imperio Philosophi etiã cognomen obtinuit, & doctrinam enumeratis alijs principum casibus, quæ se illo in ordine precessissent, sic conclusit ut diceret, Singulorum fere mortem, uitæ consentaneam fuisse, seque

quæ nator. amare debet Reipublici. itaque se. uel tamquam filius os suus. saltem.

no. Multa exempla bonorum & malorum. quæ potestiam de se fecerit. S3 humilitas & dignitas.

*bene vivendum est
ut bene moriamur.*

*in misericordia non est
in iustitia nec est
ut dicit beatus Hieronymus*

*putator iustus esse
beneficus est in populo*

*dispecta publica edi-
ficanda agunt nito
te estis la. s. m.
i. civitatis*

*curias habenda
agunt nito*

perinde pacificè morientium, ex numero fore prælagit, nec sefellit q̄ si ille uir magnus & sapiens dixit, & sic esse quilibet sapiens uir cognoscit, quis omnino dubitet, quin bene atque innocuè sit uiuendum, tū propter alia multa uitæ decora, tū uel ob hoc unū maxime, ut bene etiam moriamur: digna, hercle, hora illa suprema est, q̄ omnium præcedentium annorum impendio comparetur, quanquam rectis extimatoribus, sit momentū illud ad æternitatem transitus, neq̄ uerò est mirari, quando & per lumen exiguum ingredimur in immensam uelut bē, & angusta cymba, maria ampla penetramus, sic per ostium mortis arctissimum, ad infirmitatem temporis introimus, quale enim mors hinc animū eduxerit, tale reddet omnibus sæculis illud iustitiæ, de qua loquor munus, eximium lateq̄ latissimum, ius suū cuiq̄ tribuere, nulla sine ingenti causa nocere, & causa quam uis affuerit, ad misericordiam inclinare, imitantē celestis iudicis æterniq̄ regis more. cū misericordia enim omnibus necessaria, eo q̄ a peccato nemo prorsus immunis sit, & propter fragilitatem nostræ conditionis, omnibus ferme sit debita, consequens est, ut quæ uerè iustus esse uoluerit & misericors sit. Quamuis ergo misericordia & iustitia, prima frōte cōtrariæ uideant, recto iudicio inseparabiliter sunt cōiunctæ, imo quidē liquet, iustitiā esse misericordiam, et misericordiam esse iustitiā, q̄ p̄clare in libro de obitu Theodosij imperatoris facit ait Ambrosius, ut iā nō conuictæ tantūmodo, sed unū sunt. Nec ideo tamē illud exigit, ut sicarijs, proditoribus atq̄ ueneficis, cæterisq̄ id genus impunitas tribuat, ne dū in paucos misericors uis uideri, sit crudelis in plurimos, sed ut leuitate lapsis atq̄ errore, si sine exempli periculo fieri potest, misericordia non negetur: alioq̄ fieri potest, ut nimia misericordia, & indiscreta leuitas, sit magna crudelitas. Illud præterea ad amorē ciuū promerendum efficax, si Rector populū, non iustus modò, sed beneficus sit in suos, q̄ si nō possit in singulos, at saltem in uniuersos, uix est enim q̄ diligat, a q̄ boni nihil uel publice uel priuati speret. de amore illo loquor, quo amant principes. amicorum enim alius quidam amor est, sese contentus, nilq̄ uel postulans nec expectans. hoc in genere est templorum refectio, & publicorum ædificiorum, in quo quidem ante omnes laudatus Augustus Caesar, ut eum meritò Titus Lilius, templorū omnium conditorē aut restitutore dicit, & ipse quod Tranquillus ait, lure sit gloriatus, Urbem se marmoream relinquere, quam lateritiā accepisset. his accedit & murorum urbis ædificatio, quæ res in primis clarum nomen Aureliano peperit, truculento alioquin & sanguinario principi, qui cum non amplius quam sex annos, eosq̄ non integros imperauerit, in tam paruo tempore, muros urbis Romæ, quos usque nunc cernimus, sic ampliāuit, ut sicut Fl. Vopiscus historicus, illorum credo temporum mensuram secutus, ait, quin quaginta prope millia passuum, murorum eius ambitus teneant, qua in re maiorum industria gratiam habe, qui hanc tibi partem sollicitudinis abstulerunt, ut nesciam, an ulla usquam uel exterarum urbium, uel nostrarum muris melioribus cincta sit, quam patria tua est. nec minorem ego illos curam uiarum, quam murorum habuisse arbitror, & si enim muri tutum præsidium bello sint, uix sunt pacis gratissimum ornamentum, hoc interest q̄ muri in longum æuum mole sua stant, uix autem alsiduo ulu hominum, & præsertim equis, atque ante omnia, nostris his tartareis curribus deteruntur, quos ego fateor, pro utilitate parte oparē nondū Erichonius inuenisset, ita non uias tantū, sed domorū fundamenta, atq̄ in eis habitariū, & boni aliqd̄ mēte uoluentium corda concutiū, his tu nūc igit̄ opē, fer lōga ætate cōuulsis, tuūq̄ auxiliū, tacita deformitate poscentibus, non te his difficilem p̄bere debes, huius enim nō tantū patriæ ciuibusq̄ tuis es debitor, cui & patriæ decor, & ciuū honesta solatia curæ esse debēt, suntq̄ non dubito, sed id ipsum tibi etiam debes, ex omnibus namq̄ non modò principibus, sed cuiuscunq̄ status hominibus, aliū non uideo uidisse, præter unum claræ memoriæ genitorem tuū, qui tam diū & tam sæpē equo patriam permearet, neque in uobis morem improbo, quibus unum studium, unaq̄ Reip. cura est, ciuibus nemp̄ fidelibus, conspectus boni Principis periuicidus est. Curare igitur debes, ut q̄ liberrisimè facis, securissimè facias, ut periculo ac difficultate cessantibus, ex equestri uectatione, facilem atque honestam percipias uoluptatem. **com-**mitte igitur rem istam alicui uiro bono, cuiq̄ & Reip. studioso, neu metuas, ne

famoso

famoso ornatoque homini, officij uilioris iniuria inferre uidearis, animo bene enim instituto, & egregio cui, nihil uile uidebitur, quod ad obsequium patriæ iubeatur, historiam locus hic exigit. Fuit Thebis uir fortissimus simulque doctissimus Epaminondas, quem si reposita fortuna, quæ indignos sæpē concelebrat, sola uirtus attēditur, aut Græciæ principem, aut unum ex paucissimis dixisse non uerear, huic tali uiro, cum quo manifestum est, patriæ gloriam & natam & extinctam fuisse, sic enim de illo uerissimè scriptum est: interli ciues, quod crebrum liberis in urbibus est malum, sternendarum uiarum, quod apud eos uilissimum habebatur, officium commiserere, ut uel sic spectatam uiri gloriam obscurarent: ille nec ferro nec saltem uerbo ultus iniuriam, prompto animo commissum munus excipiens, Curabo, ait, ne tam mihi delati ministerij obsit indignitas, quam ut mea illi dignitas prosit, ut ex abiecto atque ignobili meas inter manus nobilissimum fiat, id enim uerò splendida mox administratione sic præstitit, ut despectum plebeis quoq̄ negotium, illustribus etiam exoptandum linqueret. idem ego nunc cuique industrio, ac fideli uiro, opus hoc mandaueris, euenturum spero. ut certatim multi postea idem petant, atque ita paulatim, charitate ciuū uetus patria iuuenescat. Vnum nihil nunc penè ridiculum occurrit, ut scribam, de quo scilicet præsens nuper tecum egi, nostros inter libellos, cum ad me uisendum tunc uenisses (quem honorem mihi indigno, se dignatio tua præstat) ante oculos autem res erat, unde oblata materia est sermōni, est autem talis patria quidem tua, & nobilitate ciuū, & fertilitate locorum, & uetustate uenerabilis, & ipsa etiam urbe Roma sæculis multis antiquior, denique & studio ornata, & clero, ac religionibus & sacris insignis locis, & ad ultimum Profdominoque pontifice, & Antonio minore & Iustina uirgine, quodque nec ego reor contemnendum, nec tu reri debes, & te domino ac rectore, & Virgiliano tandem carmine nobilis hæc urbs, nūquam talis, tot præclara fulgoribus, & spectante nec obstante cum possis, ceu rus horridum ineptumque porcorum gregibus deformatur, pascim quocunq̄ te uerteris, grunientes audias, solumque suffodientes aspicias, foedum spectaculum, tristis sonus. quæ nos utrunque iam longa consuetudine toleramus, aduenæ sunt q̄ arguunt & mirantur. q̄ cum meritò omnibus odiosum sit, nulli tamen odiosius, quam equitantibus esse debet, quibus cum semper importunū, sæpē quoq̄ periculosum est, dum occursum fœdi, & intractabilis animantis, equi in stuporem, & nonnunquam in præcipitium impelluntur, de hoc ergo cum tecum agerem, dixisti Statutum populū uetus esse, ne id fieret pœnamq̄ additam, ut porcos in publico repertos, aut terre uolentibus licet, sed an nescis, ut homines, sic humana cuncta senescere, senescunt penè fami Romanæ leges, & nisi in scholis alsidue legerentur, iam proculdubio tenuissent, quid statuti municipalibus euenturum putas: ut statutum illud igitur antiquū ualeat, renouandū & uoce præconia publicandum est, pœnis uel eisdem uel grauioribus appositis, submitte aliq̄ præterea, qui uagantes porcos eripiant, ut uel damno admoniti, urbani isti pastores, intelligant, non licere eis, quod publicæ leges uentant omnibus, qui porcos habent, rure eos alant, qui rus non habent domi eos includant. quibus autem non est domus, nec ciuitum domos, nec honorabilis aspectum patriæ dehonestent, nec famosam urbem Patuuium haram fecisse porcorum, quia libitum & licitum arbitrentur. Friuola ista fortasse dicat aliquis, ego nec friuola nec spernenda contendo, restituenda maiestas tua est urbi nobili, & antiquæ, non in magnis tantummodo, sed in paruis, nec in his solum, quæ ad intimum Reipub. statum, sed quæ ad exteriorem quoque pertinent ornatum, ut oculi etiam partem tuam, de communi scelicitate percipiant, & ciues mutata ciuitatis facie gloriantur, & gaudeant, nec se uillam, sed urbem ingressos sentiant peregrini, hoc patriæ debitum, hoc te dignum maximeque tuum censeo. & de hoc quidem pro re satis est dictum. Vnum subinde nūc aliud, ex ijs oritur, ut uis publicis intra & circa urbem reformatis, paludum in circuitu proximè siccandarum studium, sollicita pietate suscipias. nullum enim modo alio pulcherrimæ regionis faciem sic ornare potes, & paludibus ijs obsessos colles Euganeos, late notos, ac Mineræ ramis, & Bacchi insignis uberrimo palmite nobiles, sic in ueram telluris optimæ speciem reformare, quin & Cereri exclusæ pinguis

da s arua

*longe uix nō dedign
tue munus ex ex de
reipublice cū etiam
si nō sit multum nobil
mug. vi. plur. in poli
Bl. C. C. f. amicos
facimus multa q̄
nō faceremus. c. ce
de amicis. pag
194. col. 2.*

*nō. patabi munitati
municipale circapoc
cos p. civitatem vaga
tes*

*paludes q̄ iuxta ciui
tate sunt pestilentes e
si comed.*

arua restituere, quæ nunc fœdus & superuacuis humor premit. ita undique utilitas cum decore cerrabit, tuq; multiplicem tibi laudem unico labore conflaueris. Arripe quæso, & hanc gloriæ partem, quam maiores tui omnes, seu non uiderunt, seu spreuerunt, seu aggredi timuerunt. tibi tam pio, in opere Deus aderit. nam natura adest, utique quod paludes penè altioribus locis sunt, ut ad infima deriuari, uel in flumina proxima, uel uicinum in mare perfacile ualeant, quo & præsentibus terræ uber, & locorum forma, & cœli serenitas salubritasque proueniat, & posteris, uel ob hoc unum tui nominis æterna memoria, & si autem, quod indignans sæpè audio, ijs ocij inertis amatoribus, res impossibilis uidebatur, est tamen, quod sensus ipse iudicat, quodque incolæ testantur non possibilibus modò sed facilis. aggredere tantum uir magnanime, pium conatum, prosper euentus excipiet, ne te indignam uerò curam extimes, quàm se dignam Iulius Cæsar eximauit, de quo scriptum est, quod ad ultimum inter multa parabat, siccare Pontinas paludes Isthmumque fodere montem, in quo Corynthus sita est. ut ad orientem arctonque nauigantibus iter compendiosius redderetur. cuperem tantus esses. ut ea cura te tangeret, nunc paludes tantum patris as, non distantes, ut Pontinæ erant, sed contiguas positas que sub oculis, dum & uita & sospitas, & ætas integra est, tuo iussu, ac studio expurgandas siccandasque denuncio. utque te in risum cogam, ne nil aliud quam uerba ponere dicar, in hanc rem, arculam ipse meam, alienigena, in particulam impensæ huius offero, quid ciuibus debitum, quid dominor at si forsitan nominatim auxiliariis quantitas collationis exigitur, scies in tempore. nunc illud respondebo, quod Augusto quondam Cæsari libertus suus Cofero tibi domine, ad noui operis impensam, quod uidebitur. sanè quod ad uiarum curam, de qua prius agebatur attinet, eo inter cætera promptior esse debes, quo & honestior simulque facilius cura est. nam ut audio publici olim ad hoc redditus deputati sunt, ut sine onere ciuium, sine tua uel ararij iactura fieri ualeat, quod res poscit. neq; enim inficior, neque ignoro, et cui Reipub. cura commissa est, summo opere prouidendum, ut inutilibus ac superfluis impensis abstinere, ne exhaustum uanis ararium necessarius non sufficiat: nihil igitur effundat, nihil omnino faciat, nisi qd ad decus aut commodum pertineat ciuitatis, cui præsidet aut Regni. sic ad summam, agat omnia ut administrator, non ut dominus, Philosophicum nempe consilium est in Politicis latius expositum, & usu utile deprehensum, & consonum æquitati. cæteri enim non rectores atque conseruatores urbium, sed prædones sunt, semper illud ergo meminerit, quod ab Hadriano principe iuste nescio magis an ciuilitate dictum est, de quo Elius Spartianus ita scripsit. Et in concione & in senatu sæpè dixit. Ita se Reipub. gesturum, ut sciret popularem esse, non propriam sita, inquam, agat omnia, ut rationem de omnibus redditurus, utique enim ratione reddere habet, & si non hominibus at Deo. Et certe rationari imperi, Augustum Cæsarem ægrotante senatu reddidisse notissimum est. & quisquis bonam honestam uitam agere instituit, quocumq; in statu sit, ita se gerit, ita cuncta circumspicit, ut & si nulli teneantur, possit tamè omnibus reddere rationem, causamq; probabilem, hæc est enim ferè ut uult Cicero) descriptio Officij, qd qui negligit, et uirtute ipsam negligat oportet, qd aut se refert alteri non teneri, cum sibi ipsi, suæq; conscientie animus teneat, cui nisi satisfaciatur tristis & anxia uita sit. iure ergo laudatur illud, non optimi licet principis, optimum tamen & generose fiducia plenum uerbum, in Senatu habitum. Dabo inquit Tiberius operam, ut ratione factorum meorum dictorumq; reddam. en plus aliquid quam quærebamus, non factorum modò sed dictorum ratio (circa publicorum sanè sumptuum parcitate, illud Vespasiani Principis considerare profuerit, qd licet multa publice decora liberaliter fecisset, tamè artificij columnas ingentes, paruo sumptu, se in Capitolium pertecturum promittenti, dignum quidem ingenij pretium dedit, ad operam non admisit, & sine, inquit, me plebeculam meam pane pascere: pia prorsus Principis & laudabilis cura, omni studio famem plebis arcere, sobriamq; simul copiam, comitèq; illius bonestam lætitiã procurare. siquidè illud Aurellani principis dictum. Neq; enim P. R. saturo quicq; potest esse lætius: xq; ad omnes populos trahi potest, qd non tam uirtutum qd uicualium cõtristat inopia, sic populorum omnium foelicitas, in corpore potius quam in animo sita est, ex hac nempe sollicitudine, non modò gaudium popularium procedit,

gubnator maxime
caveat ab impensis
suis in Reipubli
ca & eligi pppis

gubnator ita se ha
beat ut dictor &
factor possit omibg
Redere ratione & etiã
in impunitissimis nego
ciis

sed etiam

(sed etiam securitas præsentium, nihil est enim terribilius plebe famelica, de qua dictum est: Nescit plebs ieiuna iuere.) idq; non tantum ueteribus scriptis, sed exemplis sæpè recentibus, & præsertim Romæ nuper innotuit. Hoc in genere maximè Iulij Cæsaris laudatur industria, quod & bellis Gallicis atque Germanicis, huic curæ semper intentissimus fuerit, & reuerius Romam, nihilo segnior, ad conquirendum frumentum, necessitatibus populi succursurum nauigia, per frugiferas insulas, sedula intentione disperlerit. neq; minus Augusti Cæsaris, de quo scribitur, quod frumentum in annonæ difficultatibus, sæpè leuissimo interdum, nullo pretio uiritim populo distribuit. & hæc quidem ita demum, uera principis laus est, si non adulandi animo, ut multi solent, populos mulcere, quo patientiores haberit liberiusque coërceant, sed uera & patria sit pietate, quod in ipso Augusto clarè patuit, qui cum populum famæ laborantem, nunc ut dixi leui pretio, nunc gratuita liberalitate releuasset, de uini inopia lamentâtes, acri & sobria oratione redarguit, ut constaret non blandum principem, sed salubrem esse & amantem populi: dixit enim Urbem Romam, aqueductibus abundare, quibus siti hominum esset concursus, idque à M. Agrippa genere suo factum ait, & siluit Tyberim moenibus illabentem: & reuera non est par frumenti ratio & uini, cum illud uitæ necessarium sit semper, hoc sæpè damnosum, neque tamen hoc minus populo placuisse, uoluptaria propè quam necessaria plus amanti. uerum optimus ac prouidentissimus princeps, non quid delectaret, sed quid prodesse attendit. Hæc nimirum cura frumentaria, tam principum propria est, ut eam malis quoque & inerbibus fuisse comperiam, ex quo, quanta bonis esse debeat, pronum sit aduertere. qua te tamen magna ex parte Deus liberat: ac natura earum regionum, quibus præsidet, ubertate, quæ præstat, ut sæpius alijs subuenire soleat, quam ab alijs mendicare. consilium est tamen, ut in prosperis quoque paratus sit animus ad aduersa, & uelut è specula, non quid est tantum, sed quid esse possit uigili cogitatione prospiciat, ne qua eum inopina mutatio rerum turbeat. Hactenus necessaria nescio an pluribus, an paucioribus quam necesse erat attingerim. nam illa in uiscerationibus ac ludis Circensibus, & ferarum peregrinarum exhibitione luxuria, ad nihil utile, delectationem solam ac libidinem oculorum habens, breuem nec honestam quidem, nec honestis dignam oculis, quamuis infano pessimoque rerum iudici uulgo grata, repudianda tamen est penitus, ubi non satis possum Romanorum ueterum sapientiam admirari, qui cognoscentes rei uanitatem, ut per ambitionem populo carerent, non uerentur, in hanc rabiem uertendum, in alios usus ararium exhaurire, de qua re si loqui uelim, & qui duces in hoc lubrico suis temporibus lapsi sunt, & furores singulorum exequi, longa nimis & à proposito semota erit historia. itaque ad inceprum redeo. (Si quando igitur Rector populum suum grauare, aliqua in parte decreuerit, quod nunquam debet uelle, nisi statu publico urgente, ita id faciant, ut eum omnes intelligant, cum necessitate luctari, & inuitum facere, ac nisi res cogeret, libentius cessaturum. erit & sibi gloriæ ingenti, si in exactione publica, aliquid ipse de proprio contulerit, & populi moderator esse, se unum è populo pia moderatione probauerit, quod Senatum Romanum bello Punico secundo, consilio ac suauu Valerij Leuini Cos. multa cum laude hominum, fecisse, proditum memoria est. quicquid deniq; fuerit, leniore tempore, & leniore in parte uergat exactio, & illud, & si ut dixi, non boni admodum Principis optimi tamè uerbum, è memoria non discedat, qd Præsidibus, onerandis tributu Prouincias suadetibus, rescriptisse legit Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere, qd si dictum de Prouincijs iure laudat, quid de patria sentiendum: proinde, quoniam te non nisi bonis & illustribus comparatum uelim, hos imitare obsecro, atque horum exempla complectere, qui rebus ac uerbis, claram laudem iustitiz meruerunt, oblata igitur exactionibus magni cuiuspiam lucri spe, Antoninum Pium tibi animo præpone, de quo scriptum est, quod nunquam lætatus est lucro, quo prouincialis opprimeretur, quanto igitur minus ciuis. (Similiterque Constantium, cuius dictum est laudabile, melius publicas opes a priuatis haberi, quam intra unum claustrum reseruari: eiusque dicti duplex est ratio.

gubnator cura imp
cipem habenda. De p
fia femi furu.

De cura femi furu
cipem habenda.

subgus pessimo & in
nus iudex est uerit
et.

De talis & uestig
tibg. & scribitis.

Compastor est fo
re no deglubere.

Nam pluri

Nam pluriū & intērior est custodia quā unius & simul utilior: quod privati de pecunijs, per industriam lucrum captant, quæ apud unum (quid nisi iners pondus & inutile) per auaritiā aceruantur. diuitias autem populorum Principum esse diuitias, quis non uideat, sicut uiceuerſa, ut ait ille:

(Non sibi sed grauis est domino, quæ seruit egestas.)

Sunt & alia leuiora ad captandū amorē, tamen efficacitā, superbis fateor dura Principibus, sed ubi se ad humanitatē animus inclinauit, & facilia & iucūda, ea uerō sunt huiusmodi, cōpati (conſolari) iuſſitare, alio qui, habes Adrianum rei huius auctōrē, de quo ita scriptum est, ægros bis aut ter in die, & nonnullos equites Romanos, ac libertinos uisitauit, solatus reſouit, cōſilijs ſubleuauit, conuiuijs ſuis ſemper adhibuit. hæc ille, & quis oro tam immitis est animus, quin non hac tanta domini ſui præſertim lenitate miſceſceret? & harū quoq; artiū nullus abundantior est q̄ tu, illis utere, naturāq; tuam ſequere, ſic optato proueniēt uniuersa, oppreſſis & uel morbo uel alia clade laborantibus, piā mēte cōpatere, & ſi potes etiā opē fer, & debes, haud dubiē tui ſunt, quis niſi impius, atq; inmanis, ut ſuos amet atq; adiuuet exorandus eſt. Sicut autē nulla re facilius quā clementia, & liberalitate amor quæritur plurimorum, ſic e contra nil potentius ad odiū concitandū, quā crudelitas atq; cupiditas, quæ ſi inuicem conferantur, crudelitas acrior, auaritia communior, crudelitas durior, ſed in paucos læuit, auaritia leuius eſt in cunctos: hæc duo uitia innumerabiles tyrannorum ac principum perdidit, odioſos quē & infames omnibus ſæculis reddiderunt, & tecum diutius quidem loqui de crudelitate non attinet, cuius tam non expers modō, ſed hoſtis es, ut nulli difficilius ſit, contra naturam niſi quā tibi, crudele aliquid, ne dicam facere, ſed etiam cogitare. Ignobilis eſt enim ac puſilli ſibiq; diſſidentis animi, crudelitas, & potestate uſionis oblata, nil inultum linquere, uitium à natura hominis, & præſertim Principis alienum, cui uſcendi potestas, magna ſatis eſt ultio. Vnde illud Adriani breue dictum, longum laudabitur in æuum, qui cuidam quem capitalem hoſtem priuatus habuerat, adeptus imperium trepidanti merito, & extrema omnia merenti placata fronte dixit: Euaſiſti, de hoc uerō nil amplius, niſi quod ſummum naturæ bonum eſt, quantum miſi uideretur humanitas, ſine qua non modō non bonus quiſquam, ſed ne homo quidem dici poſſit. At cupiditatem ex animis extirpare difficilius, quis eſt namque hominum, qui non aliquid concupiſcat, illud horrore atque obſecro, ut quando honeſtæ ac magnificæ uitæ, modō Deo largiente conſultum eſt appetitum concupiſcibilem ſequi nolis, eſt enim ſitiens, ſemper inextinguibilis, inſinitus, cui quiſquis obſequitur, dum alienum appetit, ſuum perdit, miraris ſolitan? ſic eſt hercle, qui aliquid ualde cupit, & id nondum habet, & quod habet obliuiſcitur, ſic crudeles uoluntates aguntur in deſidia, quod dum lucra cogitant, damna non uident, quo neſcio, an laborioſius malum aliud, habeat uita mortalis, nec tu tecū, nec cum alijs dicas, id quod multi ſolent. Nunc tateor: bene eſt, ſed quid poſt multos agam annos, hæc quidem ſuperuacua cura eſt, non de annis modō, ſed de uita horæ unius incertis: abijce prorsus hanc ſollicitudinē. ſcriptum eſt: Lacta ſuper domium curam tuam, & ipſe enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem iuſto, quid fluctuas? quid angeris? quid ſollicitus es, neſcis quia dominus ſollicitus eſt tui, bonum curatorem habes, non te faller, non deſtituet. ſcriptum eſt ruruſ: Reuela domino uiam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Monachorum dicat aliquis, non principum ſunt iſta conſilia, qui hoc dicit non intelligit, eō plus principes teneri, & Deum diligere, & de Deo ſperare, quo ab ipſo maiora & plura receperunt, non ſperare enim minora à quo maiora perceperis, ſpecies eſt ingrati, ipſe igitur, qui te pauit, ab infantia, te paſcet ad ultimum, nec in ſe ſperantem deſeret, qui dum ſperare in eum nondum ſcires, immō adhuc matris in utero latitantem non deſtituit, quod ſi cupiditas uellat, quam radicatus auulſiſſe difficile eſt, monſtrabo tibi cupiditatem irreprehenſibilem generoſam, uirtutum theſauros, & præclaram famæ ſuppelleſtilem concupiſce, quibus nec tinea, nec fures officiant, nec rubigo, niſi autem uel belli, ut nuper tibi, uel aliquid ineluctabilis difficultas incidit, quicunq; dominis lucra de ſuorum damnis oſtendant, qui eſt

*rem ipse maxime
ceat subditos. q. pati.
Solari. uisitare. B*

*q. Reg. prim. cept.
omni. ap. populo. q.
uicij. Red. odio. Sg.*

*humana. sum.
Comm. est. hominij.*

*apetito. q. cupis. uoluntas.
in. ex. ple. bilis. est. q.
in. finit. ideo. extir.
p. ann. q.*

(qui est aulicorum ferè omnium mos uulgaris) ita illos ut animæ famæque ſui hoſtis aſpiciant, incitant dominos, ut cum illorum inuidia furentur & rapiant, genus hominum nequiſſimum, populos torquentium, dominosque fallentium, ſimulque alios ſequē perdetium, de quibus uera & memorabilis eſt illa ſentētia Marij Maximi, cuius Aelius Lamprius pridius meminit in hiftoria Alexandri Principis, ipſa enim uerba poſui, Meliorē eſſe Rep. & propè tutiorē, in qua princeps malus eſt, ea, in qua ſunt amici principis mali. ſi quidem unus malus poteſt à plurimis bonis corrigi, multi autem mali, non poſſunt ab uno quamuis bono, uſa ratione ſuperari. idcirco idem Alexander bonus princeps fuit, quod præter inſitam animo uirtutem, amicos ut ibidem ſcribitur ſanctos & uenerabiles habuit, non malitioſos, non furaces, non fictioſos, non callidos, nō ad malū contentiētes, nō bonorū inimicos, non libidinoſos, nō crudeles, non circumuētores ſui, non irriſores, non qui illum quali fatuum circūducerent, ſed ſanctos, uenerabiles, cōtinentes, religioſos, amantes Principis ſui, & qui de illo nec ipſi riderent, nec eum riſui eſſe uellent, qui nihil uenderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent, extimationem principis ſui, ut ſe amarent, & hæc quidem ille. Tales ergo amici optandi principibus quærendique, alij autē ut & principum peſtis, e Rep. quali hoſtes excludendi, uitandique ſunt malarum artiū doctores, qui bona & neſciunt & oderunt, in primis eam qua ipſi aſtuant auaritiā dominos ſuos docent, ut ſi perſuaſerint, diſcipulos ſe peiores faciant. eſt enim auaritia priuatorum mala, principum uerō longè peſſima, quo & plus licentiæ habet ad nocendū, & quō pulchrior eſt rerum uilium contemptus in Principe, eō admiratio atq; auſiditas eſt turpior, neq; ſine cauſa doctiſſimus ille Princeps, cuius ſuprà mentio eſt habita, M. Antoninus dicere ſolebat. In imperatore auaritiā acerbiffimum malum eſſe: ob quam Pertinacem & Galbātā les interitus meruiſſe, quales alij crudelitate meruerāt. hoc igitur malū fugiat oderintq; qui uirtute amant, famam bonam cupiunt, ſed in primis principes, q̄ & primi hominum ſunt, & illiſiſſa Reſp. lucrum ingens ac merces ampla propoſita eſt, quā ſi ritē geſſeris, diſſiſſimi omnium mortalium ſint futuri, & opes immarceſcibiles habituri, conſcientiam lætam ac ſecuram, amorem Dei & hominum, qui appetitum autem ſequi uolent, omnia illis in contrarium cedent, nam neq; inſatiabilem animum ſatiabunt, & odio Dei atq; hominū laborabunt. ita enim ſapientibus uifum eſt, ſic experientia docuit, magiſtra certiffima, non extingui cupiditatem opibus, ſed accendi, optimumque eſſe conſilium Epicuri, ut diues aliquis fiat, non diuitijs addendum, ſed cupiditatibus detrahendum, quamuis ſi diuitiæ ueræ eſſent quæ dicunt, utiq; diuites facerēt, ſed nō ſunt. omnes itaq; theſauri, q̄ ſub cælo ſunt, unum diuitem non facerent, faciet eum cogitatio una, breuis ac modesta ab auaritia ſe abſtrahens, & reſpiciens ad naturam. Et plurimos quidem modos quærendæ pecuniæ in œconomia ponit Ariſtoteles, quibus aulici principum noſtræ ætatis innumerabiles addiderūt, ut tantus ille philoſophus, hac in parte fuiſſe uideat indoctor, omnes tamen bono principi deſcendi ſunt, & contemnendæ artes, quæcunq; cōtra iuſtitia pro uſilitate uiderentur, cū à doctiſſimis uiris atq; ſapientiſſimis diſſinitū ſit, nihil eſſe poſſe utile, q̄ nō idē iuſtū honeſtūq; ſit, & de aulicis quidē, q̄bus bonis nihil eſt melius, ſed ſi id rarū, q̄bus malis nihil eſt peius, & id crebrū, de ijs, in quā, uſtimis ſententiā meā habes, immō nō meā ſed Diocletiani, q̄ niſi tā impius fuiſſet in religione noſtrā, aſcribi nō immerito claris principibus, potuiſſe. eius ergo de ijs uerba ſunt hæc memorabilia, niſi fallor, ſic ad literam deſcripta, in libro de uita Aureliani. Colligunt ſe, ingt, quatuor uel quinq; atq; unū cōſiliū ad decipiendum imperatōrē capiūt, dicit qd probādū ſit, imperatōr, q̄ domi clauſus eſt, uera nō nouit, cogit hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos heri non oportet, amouet à Rep. quos debeat obtinere. quid multa: ut Diocletianus ipſe dicebat bonus, cauſus, optimus ueditur. Imperator ijs atq; alijs inductus, cum iam depoſuiſſet imperium, concludebat, nihil eſſe difficilius quā bene imperare. & uerè ſic eſt (non putent Principes ſælicitatem ſibi ſimulq; facilitatē obtigiffe, ſælicitatē qualem cūq; certē difficultiſſimā cōſecuti ſunt, qui mihi nō credit Principi ſaltem experto credat. hac in parte unū hoc monere laſis atque hortari uix ſuſſicio, ne quem talium, ſic commiſſæ tibi patriæ præficias, ut alius dominus ſit, quā tu.

*futior Res publica
prim. cept. mil. q.
mici. q. q. ſibi. d. boni
ſunt. q. ubi. prim. boni
q. q. amici. mali.*

*alex. ad. d. x. id. cept. in
ceps. ſuit. am. n. t. s.
n. q. q. optimo. s. hab.
am. i. cos. q. q. ſibi. ac. i.*

*auaritia in prim. cept.
ſi. m. m. h. q.*

*artes. q. modi. a. equa.
di. pecunia. q. iuſtitia.
ſperandi. ſunt. ap. ce.
ape.*

*Noni. polim. ad. uita.
ad. deſcipiendū. prim.
cipem. (ut. ſit. uer. ter.
p. u. l. q.) q. nulla. uer. i.
tem. ad. aures. prim. e.
p. u. m. i. in. trax. q. m. i. t. u.*

*in. q. u. l. d. i. f. f. i. c. i. l. i. t. q. u. e. bene
in. p. e. u. e. e.*

no. mala exempla principum qd per vos homines in officiis p... obsequi p fecerit.

fuerunt enim multi in imperio, qui dum suos attollere cupiunt, sese deprefferunt, & contemptibiles atque inuisos populis effecerunt, per eos ipsos, quos ad alta promoueant, uel diti & irrifili in quo maxime Claudius, qui Neronem praecessit, in imperio uilis est habitus, qui libertos tuos nullius pretij, homines possideri, & Foelicē, Narcissum & Pallantē usq; adeo euexit, ut prouincias regerent, eum que ipsum atq; imperium spoliarent, & ille infelix seruis suis affluentibus, indigeret. ijs & uxoribus addictus, ut Tranquillus ait, non se principem sed ministrum egit, horumque consilio & impulsu, multa stultē gessit, multa crudeliter. Eadem in re notatus est Heliogabalus, quod haberet, qui apud eum plurimum possent, omnium cum dolore, quicq; omnia uenderent, & familiares, improbos qui eum (ut Lampridius ait) ex stulto stultiore faciebant, idem reprehensum in Didio Iuliano, quia quos regere auctoritate imperij debuisset, eos regendo imperio praefecisset. ueruntamen haec sub stultis aut mediocribus principibus, utrunque tollerabilia, ego autem ex te nihil mediocre, nihil non egregium & singulare suscipio, non meae quidem & multorum spei satisfeceris, nisi bonos quoslibet & claros uiros, aut attigeris, aut praeteruectus post tergareliqueris, siquid forte defuerit non naturae imputem, sed tibi, quod uero minoribus, immo remur, cum sub M. Antonino, tali uiro & principe, libertos quoque multum potuisse contempertum sit, quo tibi & omnibus quibus praesse & prodesse propositum diligenter prouidendum est, ne humanitatis obtentu, qua plurimum polles, in hoc te uitium labi sinas, in quod clari etiam principes lapsi sunt. & si enim uiri omnes illustres inuitandi, non tamen omnia uirorum illustrium amplectenda sunt, nemo est, qui aliqua in parte non erret sitque sibi ipsi dissimilis. Dices autem, & fortasse iam dicis, ista homo ingratitude me docet, quomodo enim bene meritos meae prosperitatis exortes sinas, tu ne id iubes, absit, nihil est minus Principis, minus uiri, quam ingratitude, omnis uirtus habet aliquos detractores, omne uirtutum habet aliquos defensores, sola ingratitude nulli unquam placuit, nulli displicuit gratitudo, sed sunt alia multa & magna, quibus sic meritos prosequaris, equi, uestes, arma, uasa, pecuniae, domus, agri, & quae sunt eiusmodi, illud uide ne (ut scriptum est) alienis des honorem tuum & si non propter te, qui ut ego te noui, paratus esses, non potentiam tuam modo, sed uitam tuam cum tuis aequo animo partiri, at propter patriam ipsam tuam, quam regendam tibi Deus dedit, ita enim habe, nil populo tristius, nilque molestius, quam multos praecipue indignos, supra te uidere, unum te igitur dominum sciant omnes, unum colant, unum diligant, unum denique uereantur, reliquos non ut potentes, sed ut a te millos aspiciant, qui ubi nullus tuos executi fuerint, priuati sunt nulla praediri dignitate aut potestate, non loquor sine causa, uidi & obseruaui magnis in populis, miram erga dominos patientiam, quamuis asperos & immites, nec minus mira indignationem atque impatientiam, in eo, quod plures suspicere ac metuere cogentur, de quo ipso tecum quoque uideor egisse, dum me ultimo nisi fallor animo altero, rure solitarium dignatus est inuisere. De amicis alijs, qui non opes tuas, sed tuumque diligunt honorem superuacuum uideri potest, quicquid tibi quisquam dixerit, amicitiarum cultori integerrimo atque fidelissimo, praesertim cum de hac re a M. Tullio eleganti uolumine disputatum, haec fere omnium summa est. Nihil humanis in rebus amicitia dulcius, nihil sanctius post uirtutem, eosque qui maxime potentia ac uirtute praepolleant, maxime etiam amicis indigere, cum quibus & prospera & aduersa participent, ab amico turpe nihil expetendum, pro amico nihil turpe faciendum, amico honestum nihil denegandum. ijs pro fundamento positus, debere amicorum omnia esse communia, unum animum, unam uoluntatem, nec spe ulla, nec metu, nec periculo distrahedam, amandum amicum, ut se alterum & omnem conditionis imparitate, exequanda denique omnibus modis id agendum, quod Pythagoras iubet, ut unus fiat ex pluribus. quae ipsa nunquid non satis literis sacris expressa sunt, ubi inter actus Apollonicos scriptum est: Multitudinis creditum erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erat illis omnia communia, & si quis dicat illam amicitiam fuisse creditum, & in CHRISTO sese amanti, nec ego de alia loquor, nec amicitiam stabile, nec omnino aliquid firmum

obsequio

responsio

indignat homines si uident indignos superpositos & p... in offi...

no. De amicitia in christo & q in ipso fundat.

reor,

reor, cum non CHRISTVS fuerit fundamentum (Neque uero ipsi gentium philosophi opinati sunt, posse ueram amicitiam, sine uera sapientia ac uirtute consistere, hanc uero non sic accipi debere, ut dixerunt aliqui curiositate ridicula, nullum esse uel fuisse sapientem, non enim illum quaerimus qui non est, eo contenti sumus, quem fert humana conditio, & inter tales esse illam, de qua loquor, amicitiam diffinimus, cuius consummata quidem ac perfecta, & si paucissima numerentur amicorum paria, in quibus praclarissimum nomen habent. Africanus minor & Lelius, tamen est & haec ipsa comunis honorum hominum amicitia dulcis ac placida, in qua nulla locum habet adulatio, nulla contumelia, aut contemptus, nulla discordia, nulla disceptatio, nisi de amici commodis aut honore, sed pax & consolatio & conuictus, nihil denique in hac fictum, nihil duplex, nihil occultum, sed pura omnia atq; simplicia, et aperta cum tali amico comunicanda omnia dixerim, & consilia, & actus, & honores, & diuitias & postremo spiritum, sanguinem, uitam ipsam quod plerosque & fecisse liberaliter, & hinc laudatos merito fuisse cognouimus, de quibus nunc agere longum est, de fictis enim ueris que amicitijs satis multa pro tempore dicta sunt. (Procedo itaque nec ordinem sequor, nisi quem casus obtulerit, ut cogitatus in mentem ueniunt, ita eos ad calamum deduco, quoniam ergo de pietate ac liberalitate in amicos dixi aliquid, unum hoc iam dictis adiciam, quamuis hodie maxime uerum sit, quod ait ille, dantur opes, nulli nunc nisi diuitibus, multique id faciant, callidi illi quidem & uersuti, & ut uerbo utar Tulliano, beneficium fenerantes, in eos maxime liberales, qui maxime potentes ad gratiam referendam, tu tamen qui de tuis beneficijs, nihil aliud petis nisi benefacere, & procedent inde laetitiam, animi bene sibi consicq, contrarium morem seruas, erga magis egenes non tantum de proprio liberalior, sed sine iniuria a diuitibus accipiens, quod pauperibus largiaris, habes rei huius auctorem Alexandrum ipsum, de quo dixi, adolescentem egregium ac principem, sic enim ipse faciebat. Nec sum nescius aduersum me ipsum esse positum, quod loquor, qui & si non ad inuidiam diues sim, tuo tamen & paterno munere, nullius regi egens, quae summam diuitum iudicio meo sunt, at non me, neque alios, sed te unum in hoc sermone respicio. Vnum aliud mihi nunc animum premit, quod tibi gaudio esse debuerit. (Scio quidem non humilitatem in Principe, sed magnanimitatem solere laudari, uerum quisque secundum sensum, ego utranque laudabilem iudico, nec tibi inuicem aduersas, ut ituli putat, in hoc enim, ut in multis & tere omnibus uulgo erratur. Sunt qui superbium magnanimum, tumidumque humilem dicant, utrunque & que fallum, uolo ego Principem inter suos, & in prosperitate humilem, contra hostes & in aduersitate magnanimum, nullquam tumidam aut superbium, est quidem quantum mihi uideretur, ad omnem uirtutem primus gradus humilitatis, quidam tamen pusillanimes, caeci, non se dominos credunt, nisi superbiat, tumeantque supra humanum modum, hinc illa stultorum principum ludibria. C. Caligula uilissimus principum humanis sibi prorsus indeditis, non contentus honoribus, diuinos uoluit, seque statuis in templo positus, ut Deum adorari & coli indigenis, etiam salutari, quin & numini suo templum proprium, & hostias, & sacerdotes instituit, & aureum simulachrum. Multa praeterea quae prosequi est tardiosum, credens scilicet hoc, magnitudinem augere, quo stultitiam detegebat: quid commodo incommodius, quid turpius, & hinc tamen pessimo filio, patris optimi, immolatum est ut Deo, & in habitu Herculis oblatae sunt statuae, qui non modo non Deus, sed ne homo quidem erat, immo foeda prorsus & immitis bellua. Quin et Heliogabalus ipse, non principum modo, sed hominum spurcissimus adorari coepit, qui omnes illico trucidandi, & in Tyberim & in cloacas abijciendi erant, inuitus, fateor, de ijs loquor, & peccatis ut reor exigentibus, tales nobis imperatores fuisse uerecundor & doleo, at non quod ego cuperem sed quod res habet, est dicendum, ut mihi partius irasci debeant, barbari nostri Transalpini, si de eis quoque quid sentio interdum loquar, ueritate suadente non odio, non enim homines odi, sed uitia, eaque non minus, immo equidem multo magis in nostris quam in alijs, licet proprio in agro, quam in alieno lappas ac tribulos & urticas, sed iactantiam uanissimam geris inutilis, & ad predicandum de se merendum promptissima, nullo modo, fateor, pati possum, at ne nouam litem cum absentibus ordiar, reuertor ad ordinem.

ppietates amicitie

fenerantes beneficijs & qd ego pter quia sunt facienda.

Sit hominibus & magnanimum quibus nator. hec simul sunt multa & patibilia.

no. multa exempla superbior principum

ordinem. Post hos ergo Diocletianus adorari uoluit, & non uestibus tantum, sed calciamētis inertis gemmis, Romanum Cæsareum quē habitum immutauit, ingenti nouitate, in uiro alio quin graui, nec incondito, & qui imperium tandem quietis amore dimiserit, ad summam uerò, sic existimo superbiam, & pompas, non à magnanimitate, sed ab animi imbecillitate procedere, uidetur enim uilibus animis mox, ut aliquid excellētiae nacti sunt, ad cœlum ascendisse, ut subito sibi met oblitū, in cogitationibus euanescent, at uerè magnanimis, nil est magnum, nil quod omnes loco moueat (itaq; Cæsar Augustus principum maximus atque optimus, non modò diuinos honores non optauit, seque adorari noluit, sed ne dominum quidem dici noluit, ne à liberis ipsis aut nepotibus, immò uerò quod Tranquillus ait, domini appellationem, ut maledictum & obprobrium semper exhorruit, edito quē illam uetuit, & contra facientes corripuit grauius, manu, uultu, uoce.) fecit idem Alexander (non ille rex Macedonum, qui superbia omnes excessit, & uanitate quicq; Persarum uictor, Persarum moribus uictus, & more Persico adoratus, importuna dementia Deus & Dei filius uideri uoluit, magna religio sarum aurium iniuria) sed hic alter Alexander Princeps Romanus, qui hodie nobis sæpe se obtulit, quicq; nō solū se uetuit adorari, sed non aliter quàm proprio nomine salutari uoluit, hoc modò Aue Alexander. si quis autem sermone, aut flexu capitis eum blandius salutasset, aut expellebatur, aut graui cachinno mordaciter ridebatur. ego si te tuos quē mores noui, quos tot annis & nosse potui, & nosse mihi uideo, non dubito te domini titulum patienter ferre potius quàm iucunde, audiui amplius quàm semel, dum tu diceres, & iureiurando interposito affirmares, non te dominio delectari, paratumq; illud spontè dimittere, ni timeres, ne Rēpub. alter inuaderet, & grauiore illa iugo forsitan premeretur, & tu esse quod nolles, sub domino cogereris, alioquin multo malle te liberum esse, quàm dominum, cum & abundè de proprio diues sis, & potens, siue tot curis expeditam & tranquillam agere iuuentam, honoratamq; cum uenerit senectutem. Ex quibus clarè conicio mihi quē persuadeo, quia quo minime delectaris consequens est, ut nec eius nomine glorieris, sed quoniam populum castigare, præscriptamq; consuetudinem abolere difficile est, illos ut liber loqui sinis, tu ut licet, & ut decet loqueris. nam neq; te dominū, aut dicis unquā aut scribis, & more quo nostri teporis principes ac terrarum domini utuntur, alto animo despiciens tuum sine ullis externis subscriptionibus, nudum nomen, epistolis adhibes, neque plurali unquam, sed singulari semper uteris sermone, non cum maioribus modò, sed cum paribus cumq; minoribus, mecum denique quo nihil humilius, non nos inquis, ut ceteri, sed ego hoc uolo, hoc precor, hoc iubeo, quod ego perlegens exulto, & tacitus mecum dico, Vir hic si tumeret animo, & uerbis etiam tumeret, ut isti qui uideri uolunt multi, nec sunt singuli, nec sunt quicquam. bene quidem hoc facis & magnifice, & maximos imitaris, & si non ut imitator, sed proprio id agas instinctu, quare autē Iulij & Augusti Cæs. epistolas, quarum multas apud Iosephum, quādam apud Suetonium inuenies, nusquam ibi nos scriptum legitur, nusquam uolumus uel præcipimus, sed uolo & præcipio, & quæ sunt similia, & sanè ut iocari soles, hij qui de se pluraliter loquuntur, seque & uxores & filios & nominare uidentur, tu non alium, quàm te unum nominas, tu unus quicquid id est iubes ac statuis, placet hic animus, placet modestia, placet stilius, quo non duo illi tantum quos præmisi, sed plurimi etiam principum antiquorum omnium testes extant epistolæ diuersis in libris, quod idcirco esse commemoro, ut & tu stilo tuo gaudeas, & alios sui pudeat, quem magni animi signum putant, cum exigui tumidique sit iudicium manifestum. cæterum hæc tua in sermone modestia, alterius ad monet, eius scilicet, quæ exterior eminet in habitu, teque sic spectantium oculis approbat, ut auribus altera, quo undiq; uir perfectus & rationis & sensuum iudicio modestissimus habere, cum enim cæteri terrarum domini, auro purpuraque per ora ciuium uolent, onusti & compti, haud aliter quàm in diebus festis altaria, seque eo maiores extiment, quo linteo cariore obuoluti fuerint, tu mediocri cultu contentus incedis, ut te dominum non uestis, non elatio, sed sola morum grauitas, & frontis probet auctoritas, bonum duplex ut in contrario duplex malum, & iactantia per seipsam odiosa & imitationis periculosa contagio;

augustus cesar modestissimus

Alexander Modestissimus Romanus

Modestia facienda carthariensis in sermone uel in uerbo

culosa contagio: populi enim omnes, & actus principū & habitus imitari studēt, ita fit uerissimum, nullos magis Reip. nocere, quàm qui exēplo nocēt, quia uerum est, quod ait ille, *Componitur orbis regis ad exemplum.* Sic est hercle, mali mores principum, non eis tantum, sed omnibus sunt damnosi. Est is quidem consentaneus atq; conueniens locus apud M. T. Ciceronē tertio de Legibus. Nec enim, inquit, tantum mali est peccare Principes, quanquam est malum per seipsum, malum quantum illud, quod per multi imitatores principum existunt. nam licet uidere, si uelis replicare memoriam temporum, qualescunq; summi ciuitatis fuerint, talem ciuitatē fuisse, quecunq; mutatio in principibus extiterit, eandem in populo secutam, idq; haud paulo est uerius, quàm quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait, mutatis, mutari ciuitatum status. ego autē nobilium uita uictuq; mutato, mores mutari ciuitatum puto, quo perniciosius de Reip. merentur uictiosi principes, quod non solum uictia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, neque solū obfunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam q; corrumpunt, plusq; exēplo quam peccato nocēt, hæc Cicero. Ego uerò quotiens te uideo, mecum & cum alijs dicere soleo, hoc duce diceret nemo superbiam, nemo pomposos habitus induet, & sæpe mihi illud occurrit quod apud Lium de Hannibale scriptum est. Vestitus mihi inter æquales excellēs, arma atq; equi conspiciabantur. quanquam id in tempore belli non tantū laudis habet, & in homine bellicoso, unde delitiæ omnes excluduntur. tu modestiam pacis & prosperitatis, in tempore exhibes, quæ immoderantiæ atq; insolentiæ matres sunt, itaq; tuus hic habitus, omnia cogitanti, non tam illū quē dixi Hannibalem, quàm Augustum Cæsarem ad memoriam reducit, de quo regum omnium & populorum domino, summa in pace scriptum est, quod ueste non temerè alia, quàm domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibusq; confecta. Multa nunc etiam occurrant, nisi uererer, ne qui te fortasse, fastidio is affecti cuncta prosequendo, conficiam. unum hoc nullo modo prætereundum reor, quod præclaros maxime ac uerendos principes facit, in quo tu quidē hortatore nō indiges, uiros egregios ut honores, tibiq; familiarissimos efficias, in hoc enim per seipsum adeo pronus es, ut contrarium facere si uelis, natura ipsa prohibeat. Nihil autē sit melius, quàm quod duce sit natura. efficax cōsuetudo, efficax doctrina, efficacior est natura, omnes si iungantur efficacissimè. egregios autem uiros dico, quos è grege hominum uulgarium, aliqua abstraxit excellētia, & uel iustitia insignis ac sanctitas (quod heu, nostra ætate perrarum est) uel rei militaris experientia, ac literarum copia, reruq; notitia singulares fecit. quamuis autem pleriq; arbitrentur, res bellicas maiores esse quàm urbanas, minuenda est tamen hæc opinio ut officiorum primo ait Cicero, ponit exempla Græca & Latina, Themistoclem & Solonem, Lalandrum & Lycurgum, & ex nostris C. Martium, & M. Scaurum, Gneum Pompeium & Qu. Catulum, Africanum minorem, & P. Nasicam, deniq; seipsum, homo gloriæ appetentissimus, is exēplis interserit, nec iniuste tamen id quidem sine dubio enim non plus egit Antonius, dū armis & acie Catilinā fregit, quàm Cicero ipse dū cōiurationem impiam alto cōsilio patefecit, & cōiuratos oppressit in carcere. (Et in hoc quidem urbanarū rerū studio literati homines excellunt, in hoc autē numero, literatorū hominum magnum locū iuris cōsulti tenent, utilissimi semper Reipub. si iuris notitiæ iustitiæ quoque amor & cultus accellerit, & sint ut Ciceronis utar uerbo, non magis iuriconsulti quàm iustitiæ. sunt enim qui ius atque iustitiam, quam profitentur oppugnant professionis suæ nomine proflus indigni. non enim satis est scire, nisi & uelis, & uoluntas bona rectam scientiam comiteretur. talibus sanè multi principum suum imperium exornarūt. Hadrianus Iul. Cæso, Saluio Iuliano, Veranio Prisco, Antonius Sczuola, Seuerus Papiniano, Alexander Domitio Vlpiano, Fabio Fabino, Iulio Paulo, alijsq; compluribus, is tu semper quantum ætas hæc patitur, patriæ tuæ studium honestasti. sunt & literatorum species alia, ex quibus & opportuna consilia sperari possunt, & docta colloquia, & ut dicere solebat Alexander, fabulæ literatæ. Itaque & medicos, & liberalium artium magistrōs ciuitate donasse Iulius Cæsar legitur, quibus omnibus haud dubiè præferendisunt qui eam quæ

pagi. 338.

qui sunt & dicant uiri egregii.

pagi. 351.

uolunt scientiam & bonam uoluntatem ad se maxime in re gult.

in Republica res cesarij iure gult. Medici liberalium artium & aptores. theologij.

Theologiam uocant, sacram scientiam profitentur, modò inanibus sophismatibus incorruptam seruent. Faciebat hoc autem princeps prudentissimus, ut & literati homines libentius Romæ essent, & ceteros ad studendum tanti spe præmij inuitarent, erat enim cara res admodum, ciuem esse Romanum tunc, unde & Paulo Apostolo, se Romanum ciuem asserenti, tribunus in cuius illa potestate tunc erat, Ego ait, multa summa ciuilitatem hanc cõsecutus sum. tu uir inclyte, qui rem tantam dare non potes, hoc saltem præstabis, ut doctos honestisq; studijs claros uiros, loco ciuium tuorum habeas, & ciuili urbanitate prosequaris. Sic, ut urbem tuam uirorum illustrium incolatu, studiumq; iam uetustum renoues & exornes, nihil enim æque eruditos homines allicit, ac principum familiaritatis atq; dignatio, familiam illam nempe clarissimam, non tam Augustus Cæsar imperio, quam conuictu & morum comitate contraxerat, habuit ergo in sodalitijs M. T. Ciceronem primo, consequenter Asinium Pollionem, Valerium Messalam, Parium Geminum florentissimos oratores. Publium quoq; Virgilium, Horatium Flaccum, Poetas egregios, ad quos sunt ipsius principis familiares epistolæ, quibus ille summus hominum mundi dominus, duob. illis rusticis, Mantuanæ ac Venusinæ originis, non se æquat tantummodo, sed submittit quodammodo, ne quem plebeie familiaritatis unquam pudeat, quam ingenium ac doctrina nobilitent, quem puderet enim quæso, cuius Augustinum non puduerit, Tuccam præterea & Varum Cremonensem habuit, & Ouidium Sulmonensem, quamuis hunc ultimũ suo indignum contubernio iudicans relegarit, habuit & M. Varronem doctissimum, ut perhibent Romanorum, historiq; patrem Titum Liuium Patavinum, qui tuus nunc, si uideret ciuis esset, habuit & alios multos, uno tempore, non minus quam omnibus Romanis Legionibus illustratus, hoc doctorum hominum comitatu. nam quid tantum sibi conferre potuerant uel triginta quinque tribus P. R. uel quadraginta quatuor legiones beliatorum (tot enim habuisse illum inuenio) quantum Virgilius solus contulit ad æternam famam: uiuit illa utiq; cætera perire. neq; uerò tantum ex Italia, sed ex Græcia quosdã quoque Cæsareæ famæ leuitatis allegerat, nam quid oro, bene meritis & insignibus uiris, potest esse iucundius, quam sub iusto & miti p̄ncipe, ac fauorabili extimatore meritorum uitam agere, unde illud opinor, multos horum interdum tua e patria digressuros, ni tu illos tuæ notissimæ benignitatis uinculis astringeres, laudo equidem, & probo, armati enim tibi ad horam uti es esse possunt, & temporale obsequium præstare, literati autem & temporale consilium & mansurum nomen, insuper ascendendi ad superos rectum iter ostendere, atque ascendentem linguæ uulnibus artollere, aberrantēq; retrahere. Sed iam satis est, ueeor que ne nimium cogitaueram incipiens, te in finem ad corrigendos populi mores adhortari, nunc recogitans impossibile prorsus esse quod molior, nec unquam legum præsidio fieri potuisse nec Regum, propoliticum intermisi, impossibile nempè deliberatio uana est, uerum tamen populi mos est unus, quem dissimulare non possum, quominus te non modo exhorter, sed obtester, ut morbo publico, dexteram tuam correctionis admoneas, nec dicas, hoc quod corrigi postulas, non est patriæ meæ proprium, sed commune urbium multarum, pertinet enim ad decorem tuum, ut sicut tu adeo multa singularia recepisti, quib. inter cõtemporaneos tuos excelleres, si patria tua singulare aliquid à te recipiat, unde excellat inter proximas ciuitates. Nolli quidem uirum optime, in ueteribus sacris literis ita scriptum: omnes morimur. in recentioribus autem ita statutum est, hominibus semel mori, in secularibus deum ita moriendum esse certum est, & id incertum an hoc ipso die, quod & si nusquam esset scriptum, non minus id eò certum esset, natura nos idem admonente. nunc uerò an natura ipsa, an consuetudine in naturam uersa nobis accadat, & nostrorum mortes sine dolore, & gemitu uix feramus, & eorum exequias sæpè tristi uociferatione prosequemur, quem morem, uix tam usquam alibi radicum, quam in patria tua uidi. Moritur aliquis seu plebeus ille seu nobilis, quod ad hoc enim attinet (nihil refert, quia minus, non sæpè etiam magis plebeiorum, quam nobilium animi quatiuntur affectibus, & quid deceat minus uident) mox ut is spiritum emisit, dolor immodicus atque

Comp. of affabilis
q. u. b. n. a. t. o. r. u. m.
S. e. n. t. i. a. s.
S. i. s.

publica peccata e. d. o. l. i. t.
H. a. c. c. o. r. r. i. g. e. d. a. a. g. u. b. e. r. a. t. o. r. e.

atque ingens fletus exoritur, hunc ut inhibeas non peto (esset enim longe difficile, & fortassis impossibile homini, & si Hieremias propheta dicat: Nolite flere mortuũ, neque lugeatis super eum fletu, & Poeta magnus Euripides, in Trésphonte scribat: Decere consideratis præsentis uitæ malis, ut in ortu nostrorũ lugeamus, in obitu gaudeamus. sed hæc sententia nimis Philologica, paucissimis nota est, uulgo autẽ prorsus inopinabilis & inaudita) quid peto, igitur, dicam, effertur funus, matronæ cateruatim prodeunt in publicũ, uicorq; & plateas altis complent incõditisq; clamoribus, ut si quis rei nescius interueniat, facile possit aut illas in furorem uersas, aut urbẽ captam ab hostibus suspicari, inde ubi ad tẽpli fores est peruentum, geminatur fragor horrifonus, & ubi **C H R I S T O** laudes cani, siue pro defuncti anima deuotæ preces, uel submissa uoce uel in silentio fundi debent, illic mœstæ reboant querelæ, & foemineis ululãtibus altaria sacra pulsantur, quia scilicet mortuus sit mortalis, hunc morem, quia graui & nobili contrarium Politicæ, tuoquẽ regimine indignum cenfeo, ut emendes non tantum consulo, sed si licet obsecro, iube, ne qua prorsus hanc ob causam pedem domo efferat, si flere miseris dulce est, quantumlibet domificat, faciem publicam non cõtristet. Dixi ecce plura fortasse quam debui, sed pauciora quam uolui, si in alterutro sit erratum, da ueniam uir illustris & boni consulẽ diuq; foeliciter Rempub. rege & uale. Arquade. **IIII. Kalen. Decembris.**

Clamores la chime
& uululatus & defuncti
publice nũ frant. s.
domy.

FRAN. PETRARCHAE

V. C. DE OFFICIO ET VIRTUTIBVS

Imperatoris, Liber.

Ad Magnanimum bellicæq; Rei peritis, Virum Luchinum Veronensem, Exercitus Veneti imperatorem.



On uereor (ut me irideas) ut Hannibal Phormionem, nõ enim loquor, ut uel te doceam, uel me ostentem, sed cum te magni ac præpotentis populi consensu, duri ac difficilis belli ducem cernerem, quamuis omnibus & præsertim bellicis uirtutibus instructissimum scirem, temperare mihi non potui, quo minus ad te nunc aliquid scriberẽ. quod etsi tibi forsitan, pro tua multiplici talium noticia superuacuum, mihi certẽ pro meæ fidei testimonio non indebitum uideretur, si usq; sum, quod mihi lectum aliquando placuerat, & tibi hoc saltem tempore placiturum, quo maxime talibus tangi posses. Ab adolescentia quidem tua, usq; ad hanc ætatem, nulla propè tibi uitæ pars, nisi sub armis acta est, quotiens interim dux & miles, & quantis sæpè nobilitatus euentibus, nescio autem, an unquam alias tanta tibi rerum moles incubuerit, potentissima atq; amplissima urbium nostri orbis, ad tẽ maximam, unũ te ex omnibus ducem legit. magna tui opinio, magna spes præoccupauit animos, ex quo die, primum oblato oneri humeros subiecasti, debellatum omnes credidẽ. Magnum te hic urget calcar, iusta illic uocat indignatio, iusta ira, uix ullum nostro æuo iustius bellum fuit, rebellant serui in dominos, filij in parentes, utrunque enim esse debuerant, & serui & filij, quos hic metus, hinc amor à scelere cohiberet, neutrum ualuit, & stupor est, meminisse, q̄t quãtisq; beneficijs obstrictos, omnis diuini & humani iuris obliuio animos cepit, hæc te igitur illinc illic iungunt, hinc impellunt. Si euidẽs aut iustitia, certã tibi uictorie spem præstat, ad spernẽdum minime, sed anceps & graue bellum proficisceris, is in Cretam insulam, longè distantem, & ut sileam pelagi fastidia, quæ pedestris sermo non æquat, & quæ nemo nisi expertus intelligit, ipsa itineris lōgicudo pars est una difficultatũ, quãquã terris, tantum iter peregrinus ageres non bellator, insulam magnam, immo post Trinacriã insularum,

insularum maximam, nostri maris, insulam famosam, potentemq; centum quondam urbibus habitam, ubi regia Iouis ac sepulchrum fuit, & Minotaurus horribilis, & inextricabilis Labyrinthus. nulla nisi fallor, ex nostris, insula tanto spatio à continenti seiungitur, undiq; vastum mare, atq; importuosa sunt littora, introrsus accolæ uersipelles, callidi, fallaces, neq; apud Poëtas tantum ueteres Latinorum & Græcorum, sed apud ipsum Apostolum Paulum semper mendaces habitus, malæ bestia, pigri uentris. ad omnia, inquam nisi ad fallendum inerres, ad id unum solliciti atq; infomnes. cum ijs igitur tibi futura res est, quibus nō fraus extranea, non scelus insolitum, nullum nequitia nouum genus, sed omnia trita, & frequentibus actibus, & lōga consuetudine, in habitum pridem uersa, quod non ultimum posuerim, conscientia scelerum, & desperatione ultima supra solitum irritata. quid quod magna pars insulæ mōruosa, nemorosa, inaq̄sa est: Rura squalida, rigida, hispida, passus in uij, dubij, perplexi, & insidijs opportuni. siq; q̄ abominor, sed nihil bellorū successib; alienum cogito, siquid, inquam, incideret aduersi, & receptus nulli, & aditus impediti, & scopulosa repagula, & aquaticæ compedes, & carcer æquoreus. quæ cum ita sint, sic gloria tuæ gratulor, ut compatiar labori, sic uictoriam meditor, ne discriminum obliuiscar, nec sum nescius, tamen ab initio rerum nihil clarum, nihil altum, nihil memorabile sine labore aut periculo gestum esse. Magnam mihi præterea spem tribuit spectata in dubijs uirtus tua, multoq; maximam, ipsa cuius profiteris patrociniū iustitia, quicq; illam non deserit coelestis fauor: pugnat enim contra inertiam industria, contra superstitionem religio, contra mendacium ueritas, cōtra perfidiam fides, contra scelus innocentia, contra sæuitiam clementia, contra metum spes, contra cæcitatem prouidentia, contra dementiam sana mens, contra laxam conscientiam, bene sibi conscia pectora, cōtra iniquissimos fures æquissimi iudices, cōtra fugitiuos seruos, sequaces domini atq; ultores. in tam igitur inæquali certamine, uix armis opus esse crediderim, flagra sufficient, ijs enim olim in Scythia contra rebellantes seruos, dominos, primoq; impetu uictoriam consecutos constat. In hoc tamen bellum profecturos tibi forsā alij equos & phaleras, alij enses & galeas, alij arcus & pharetras obtulerint, mihi ista non sunt, unde cum Apostolorum principe, quod habeo hoc tibi do, In nomine I B S V surge & ambula, surge, inquam, magno animo, ambula maturo consilio, cumq; te Ducem sibi omnes elegerint, tu tibi Deum ducem, celestesq; angelos uexilliferos elige, nempe ab aduerso inferni stabunt angeli, proditiōis huius ac rebellionis artifices, sed cōgressus hostium eorum à quibus cœlo pulsi iunt, & ultricis arma iustitiæ non laturi. Cæterum ne intentum rebus animum uerbis non necessarijs & exhortantibus occupem, unum hoc admonuisse suffecerit, fac ut soles, exemplis proprijs utere, quid in similibus egeris, recordare, te ipsam imitandum tibi offero, utere & exemplis illustrium antiquorum, quibus abundantem, uel relectio fecerit uel auditus, & memento hanc ipsam, ad quam tu oppugnandam pergis Insulam, dum ditior olim esset, multoq; potentior à Metello, qui ob id Creticus dictus est, facili domitam incursum, tibiq; utinam reseruatam, euentu simili, simile sit cognomē, & hæc hæctenus. Ad id uenio, quod ex me qui magna nequeo, quasi amicus inopis, fidele subsidium, siue aliquid bellicum munus accipies, immò equidm non ex me, sed ex M. Tullio qui primus hoc dixit, quod si nouum audis, puto delectabere, sin & tu idē olim senseras, gaudebis ingeniu tuū, spōrē sua, maximi hominis sententiā incidisse, fieri aut potest, immò fieri aliter uix potest, ut q̄ dicā tibi, per te notū sit: quomodo enim tantus dux, quæ ad ducē pertineant ignoraret, uerū id neq; à Tullio, neq; ab alio dictum scias, præcipue cum hoc ipsum Rullianæ facundia loco quodam, secretiore reconditum sit. quod si ita est, quid tuæ huic noitiæ accessurū sit si queritur, multum sanè. Nam dum nobis aliqui ratione uel experientia duce persuasimus, sed nō plenè, sed ex insperato uiri cuiuspiam illuistris auctoritas accedat, efficit, ut q̄ erat opinio, iā sciētia certa sit, & circū præcordia serpere solitū, medullis insideat, q̄ si forsā & hoc ita se habere, & à Tullio dictū esse cognoueras, æquis me tamen auribus audies, ab illo dictū latiuscule differentē de re enim dictū est, de q̄ alijs sumis & excellētibus bellorū ducibus, q̄s cōmunis usu sermonis Imperatores appellabant

bāt. Ego inquit, sic existimo, in summo Imperatore, quatuor has res inesse oportere: Sciētiā re militari, Virtutem, Auctoritatem, Fœlicitatem. ex ijs uides inclyte uir, etsi nihil ad didero, quæ tibi ad implendum professionis tuæ debitum necessaria sint, quorum alia intentione animi, & diligentia quærentur, alia uerò nisi cœlitus data sint. nullo unquam studio quæri possunt. hæc ex ordine prosequar, ut quodammodo, sicut ait Annæus Seneca, Speculi uice fungar, & te tibi ostendam, utq; hæc tibi plenè omnia gaudeas obtigisse, uel si quid fortasè, quod non suspicor, nunc etiam deesse tibi senseris, quod per hominem possibile sit impleri, generoso nisu assurgas, & in eam rem, nisi respuis, hoc uti ualeas exemplari. neque enim clarius, siquis est latens, in re qualibet defectus, quàm exactæ partium enumeratione, atque examinatione cognoscitur. neque uerò tarde aliquid fieri putes, quod utiliter, quodque honestè sit, illud potius tene, quoniam quicquid male differtur, peius o-mittitur. itaque morum emendatio, semper optabilis, & uirtutis studium, ut que ad extremos anhelitus laudabile est. sed sequor ordinem, & ut possum quod pollicitus sum persoluo. Prima dos igitur summi ducis est, Scientia re militari: hæc ut reliquæ, artium & doctrina & exercitatione percipitur, utraque multiplex. nam & armorum atque equitandi peritiā quædam est, quæ in pace etiam exerceri potest, immò in pace maxime discitur, huius ut reliquarum ferè omnium, singularis Iulio Cæsari laus est, de ijs loquor, in quibus militaria tantum & bellica uersantur officia, quibus neminem illo unquam magis enituisse, plurimi ac certissimi sunt auctores. est & altior militaris disciplina, quæ ubi cunque discatur, non nisi in acie exercetur, & hæc quidem, ex ijs primum libris constat, qui Rei Militaris apud nos, apud Græcos uerò stratagematicōn inscribuntur, quorum aliquos me hortante descriptos habere uoluisti, idemque ex omni historia notitia, ante alias Romanæ (nulla enim clarorum, tam fertilis exemplorum) sæpè uerò animum tangunt non minus exempla quàm ratio, insuper ex consilijs ac præceptis, insignium ueteranorum, qui multa uel legerint uel experti sint. non est enim facilis adeo, ut quidam putant, aut fortuita, rei militaris ars, sed multis ex regulis, magno ingenio, longoque studio collecta, quarum si qua negligitur, nusquam negligentia præsentior pœna est, hæc est disciplina, siue ars illa, quæ acriter retenta, ut Valerius ait, principatum Italiæ P. R. peperit, multarum urbium, magnorum regum, ualidissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus patefecit, Alpium Taurique montis conuulsa claustra tradidit, & quasi non dictis, sed dicendis fessus, uide quid addidit: Ortumque inquit, è parua Romuli casa, totius terrarum orbis fecit columen, hac eadem quæ neglecta, quo imperium eiusdem populi redegerit non uidet Valerius, nos uidemus. Et hæc quidem ars tripartita est, nempe quæ ante prælium, quæ in prælio, quæ uè post prælium sint gerenda considerat, seu quis uictor, seu uictus euaserit. Quibus sub partibus, quàm multa contineantur intelligis, & hæc omnia uel legendo uel experiendo noscuntur, sed experientia certior, lectio autem ulterior uidetur, promptius est enim plurima legere, quàm paucissima experi ri, unde fit ut cum ad experiendum, uita hominum breuis sit, ad legendum tempus breue sufficiat, modo intellectus ac memoria suffragentur, sine quib; lectio uel inutilis uel caduca est. boni autē duces, uicissim & experiuntur & legunt, & lectionem experientia cōprobant, & experientiam lectione confirmant. Nullum diem intermisisse Cæsar traditur, quin quotidie legeret aliquid, aut scriberet, itaque quod mirabile potius quàm mutabile fateor, & in magnis itinerum difficultatibus, quod in medijs bellorum æstibus, libros fecit. sanè autem excellentissimi quique dicunt, iudicē & literatissimi fuere, nec fermè aliquis, præcipue Romanorum qui cæteris omnibus pro exemplo sunt præter unum Mariū fortassis, sine literis fuisse reperietur. nam quibusdam tanta fuit literarum copia, ut incertum diceres, armis ne essent an literis clariores. quod perfacile tibi nunc nisi longum esset ostenderetur, obstrepant ut libet & irrideant nostri duces, nostricq; reges ac principes, qui uirtuti bellum, ac literis indixere, simulatoq; contemptu, uel ingenij tarditatem, uel segnitiem suam teguntur,

suppellex regia, atq; augusta & ornamenta ducum erant literæ, essentq; hodie, nisi Cæsarium & Regum ducumq; animi degenerassent: quorum inertia atq; superbia, mundus ipse degenerauit, abiitq; post illos. & hæc quæcunq; reliquæ literarum, ad plebeios ac rusticos deuolutæ, nō pro ipsarum maiestate, sed pro necessitate temporum, indecenter angustæq; habitant, breui ut auguror, uoluptatum atq; deliciarum nouarum hospitem superuentu, ab ijs ipsis receptaculis excludendæ. ij nostri ergo, qui dicuntur duces, quam uenis illis ducibus absimiles sint, si illorū gloriā & res gestas, horū somnos & comessationibus conferas, promptum erit aduertere, non incorruptis modo iudicibus, sed ijs ipsis literarum cōtemporibus libidinūq; cultoribus, nisi prorsus obtorpuere penitusq; depuduit. sed de ijs & sæpe aliās, & plura hodie diximus quàm necesse erat, Res enim, sermo, habitus, mores, uita, principia, exitusq; bellorum, cūcta simul & singula, hæc loquuntur aptissimeq; pronūciant, inter hos & illos rei militaris artifices, quid intersit. Tu mihi semper ob hoc unum uel maxime placuisti, quod inter tot decora parta armis, nunquam literas contempsisti, & si plus ocij habuisses, fieri non dubitem, in hoc quoque par maioribus, studuisses. ne quæta men sic intelligat, ut Philosophiam aut Poësim ducibus necessariam dicam, sed eas saltem literas, quib. & præcepta militiæ, & historiæ gesta præcipiāt. quæ profectō uel nō ueniēt in animum, uel non stabūt, nisi ea iugis lectio & tribuat & conseruet. nam quod tinea uestib. quod rubigo armis, hoc literis notitiæq; rerum obliuio est, omnia inficit, consumitq; omnia nisi sæpe discutiantur, frequentiq; studio detergantur. Et est ut reliquarū rerū, sic animi situs quidam interminabilis, egēs curæ. in hac quidem militari scientia, quàm lectione & experientia constare diximus, quod ad primam attinet, apud Græcos atticus Themistocles eminet, uel Thebanus Epaminondas, quod ad secundam uerō, Philopomenes Achæus, in utraque autem Romani duces, & numero & effectu omnium gentium ducib. longè antestant. Sed ne diu Phormio Hannibalem siue ut dicitur, sus Mineruam doceā, ijs omiſſis, ad uirtutē uenio, cui secūdū Tullius locū præbet. ea uerō q̄ ad præsens dicitur propositū duplex est, una corporis, sub qua, robur mēbrorum, ac dexteritas & integritas sensuū colligitur. neq; enim dux inualidus, quamuis idē doctus, obeundis bellicis muneribus aptus habebitur, bonus ille consilio, sed non pugnæ, in thalamo utilior, quā in campo, quæ res Affricani magni filium uirtute animi patriæ qualē, doctrina uerō etiā altiorē inhabilem bello fecit. contrā neq; præualidus, si nimia corporis mole grauabitur, repente poterit, hic illic, ubi res existet, exhortādis militibus propulsandisq; periculis adesse, neq; rursus surdus aut cæcus, uel hostium uel suorum statu circūspicere, seu ex dissonis uocibus, & clamore bellantium, quid atq; ubi consulto factouē opus sit aduertere. in hac parte præpollentis & ardentis atque impigræ uirtutis clarum nomen habent, ex nostris ipse Iul. Cæsar, & Papyrius Cursus, nactus ex pernitate cognomen. nec non & Tullius Hostilius Romanus rex, & uterque Affricanus & Marius. ex externis Pyrrhus, Hannibal Massimissa. Altera uerō uirtus est animi, cuius quidem nota omnibus quadripartita distinctio, nam & callere oportet quid agendum, non solum in prælio, contrā hostem, quod superior disciplina militaris impleuerit, sed ubi, cum omnibus, neque enim semper duces pugnant, sed sæpe per inducias aut casu aliquo positis armis, cum amicis aut hostibus loquuntur, ubi falli, seu agreste, uel ineptū loqui aliquid, turpè est, enim uero id seu natiua comitas affabilitasq; præstabit, in qua primus omnium Affricanus maior fuerit, inde Augustus, Vespasianus multiq; alij, seu altior prudentia, ubi ex nostris Numa Pompilius Rex Romanus, & Fabius Maximus, & Catones duo clari sunt, adde ijs. M. Aur. Antoninum longè sapientissimū, eum dico qui Philosophicum maluit, quàm Cæsareum cognomen. Ex alienigenis Cyri ambo, Pœnus Hannibal, Ponticus Mithridates. Et hæc quoq; uirtus trifida est. Siquidem & meminit, & discernit, & prouidet, tresq; oculos in totidē tēpora mira rerū distantū connexione defigit. Sequitur Fortitudo, docens mortem spernere, terribilia nō timere, de hac pauca dicturus sum. nulli enim ignota est, & hæc unam, multi ducum, propriam militaremq; uirtutem

tutem opinantur, cura sit omnium, sed in bello clarior, inter mortes ac uulnera. huius uirtutis ante alias, inuictum habitaculum Roma fuit, proximum Lacedæmō, & Carthago. hic ex nostris occurrunt Iul. Cæsar sæpe dictus dicendusq; Scipiones duo, ij qui per insidias in Hispania cecidere, Affricani totidem, Pauli duo Macedonicus & Cannensis, Cl. Marcellus, Cl. Nero, Tyberius Gracchus, Ga. Marius, Drusus & Germanicus. Cæf. Titus ac Traianus principes, ex uetustissimis uerō primus ac tertius Romani reges. nec non ex equestri ordine. Horatius Codes, L. Dentatus, M. Sergius, Mut. Scæuola innumerabilesq; alij. Facilius enim cœlestes & arenas maris, quàm Romanæ urbis uiros fortes enumeres, externi uerō Lacedæmonius Leonidas, Atheniensis Milciades, supraq; nominatum par uirorum fortium Themistocles atque Epaminondas, & ex antiquiorib. Liber Hercules, Theseus, Achilles, Hector, Tydeus, Diomedes, Ajax, & ut Maroni placeam Aeneas, omnesq; quas multum debentes uatibus umbras, Cordubensis uates ait, Hannibal quoq; genitorq; Hamilcar & germanus Hasdrubal. Alexander Macedo & huius quoque genitor Philippus, & auſculus Alexander Epirensis, & Pyrrhus, ipse etiam Epirotarum rex, de quo supra diximus. Hebræorum insuper aliquot, & in primis Dauid, Iosue, & Iudas, quorū bellicæ uirtuti ita diuinitas, aderat, ut decerpere nescio, quid humanæ gloriæ uideretur, nec me fallit, quamuis eam Aristoteles ipsæ prætulit, qui uisdam tamen uideri posse Philosophicum me uirtutum deseruisse ordinem fortitudinem iustitiæ præferendo, militarem tenui secundum quem longè præfulgida uirtus fortitudo censetur. Verè autem, non minus ducum propria Iustitia est, quæ seruare non amicis modo, sed hostibus fidem docet, sunt etenim, qui licere sibi extiment, per phas & nephas hostem fallere, Virgilio freti, ubi ait:

Dolus an uirtus? quis in hoste requirat?

Quod ipsum ibi nō Poëtæ grauiſſimi, sed passionati adulescētis ore dicitur. alij in hostem prouidentissimi duces, atq; acerrimi, siue in socios foederatos, siue in subditos iniurijs ac rapinis hostiliter debacchantur, quod malū & antiquū & modernū est, seu illa ignauia est ducū, seu insolentia militum, auaritiæq; rabies, utraq; sententia militantū, ducumq; animis extirpanda est, ut hostib. seruetur fides, amicis humanitas, utriq; iustitia, ut & illis nisi seruatō decore non noceas, & ijs nullo penitus noceas modo, nam quid turpius, aut quid uſquā sceleratius, quā nocere ijs, quorū tutela ac præsidio euocatus sis, & de custode raptorē & de cane quodāmodo lupum fieri. Huius gloriæ prima, in parte clarissimi habentur Fabritius & Camillus & Regulus, quorum primi duo cum possent dolo uincere noluerunt, tertius ne aut damnosus esset patriæ, aut infidus hosti crudelissimæ mori elegit, interq; hosti præstitæ fidei seruatores, haud prætereundus est Cæsius. In altera autem hi sunt, quibus modicū fuit, suorum ab iniurijs abstinere, nisi ultrò pro eis etiam morientur. ex ijs Romæ Curtius & duo Decij, addit & tertiu Cicerō, sed ille Historicis uidetur ignotior, Athenis autē Codrus, Carthagine Phileni fratres sese ante alios offerunt, quorum primus ut terrorem publicum sedaret, secundi ut uictoriā quererēt, labentemq; acie firmarent, tertius ut patriam instanti excidio eriperet, quartū fines patrios prorogarent, ad mortem uoluntariā sunt profecti, & ut ciuibus suis bene esset, ipsi non esse uoluerūt, in utraq; uerō Magnus Pompeius, & si ad hunc unum Cicerō omnes bellicas laudes, & quæcūq; de ijs quibus egent duces, ut summi sint, aut diximus aut dicturi sumus cumulatissimè conferat, iure id quidem meritoq; sed si cuiq; maxime suum attribuitur, uerè propria Pompeij Magni laus est, bellica iustitia simul, & cognita inter uictorias ac triumphos continentia, quæ ad eam, de qua hic dicere aggrediar uirtutem referenda est, si unum quod nunc etiam ad iustitiam spectat adiecero, esse beneficentiam ac liberalitatem pulcherrimas ducum uestes, quibus indecora plurima tegi possint. hæc Iul. Cæsar præit cunctos in gloria, neque enim quisquam si Senecæ uerba memoriter seruo, liberalius uictoria usus est, ex qua nihil sibi uindicauit, præter dispensandi potestatem. apud exteros Alexander primum locū tenet, ut Græci uolunt neque nostri obstāt. Quarta nūc mihi superest Modestia, quam temperantiam uocant, cui adiacet ipsa de qua modo dicebam cōtinentia, sine qua non dicam

dux, sed nec uir quidem bonus unquam fuit. quia uerò nunc mihi de ducibus sermo est, quid oro peritia, quid magnanimitas, quid uel alia imperatoris omnes artes profuerint, si auaritia, si libidinis aut gula imperio, dux uictus abiecto freno, quo exercitum regebat, seque suasque legiones præcipitet, & in pestem trahat, quo sæpe multi cum omnibus copijs perire. hæc igitur singularis & propria uirtus est Pompeij, in qua si imitari illi collega eius Crassus uoluisset, nunc quæ ipse cum filio, & cum tanta ruina imperij cecidisset, Probat hæc Romani ducis continentiam atque modestiam, templum Hierosolymæ opulentissimum sed ab hoc intactum duce, ab altero spoliatum: probat & alia multa quarum pars in uerbis Ciceronis apparet, quæ mox inferam. est quoque uirtus hæc eadem multorum propria, sed ante alios Africani superioris, cuius florentissima ætate prospera quoque fortuna (quæ duo in primis, & hic de qua loquimur, & cunctis uirtutibus aduersantur) magna sunt continentis & pudicitis argumenta. accedit ipsius mansuetudo quædam & suauitas, facilitasque animi, in qua Africanus idem, & Iulius Cæsar excellunt, ad conciliandos hominum animos nihil efficacius. Est huic cõfinis æqualitas, quædam familiaritasque cum exercitu. quæ res maximè milites amantissimos ducem facit, in qua notus Val. Coruinus & Marcus ex nostris, ex externis Hannibal. Et hæc quidem artes beniuolentia & amore, sicut ipsi abiectæ, seueritas atque imperiositas exercitum ac subiectos metu frenant, quibus artibus M. Curius & Quintius Cincinnatus & Papyrius cursor, & Fabius Maximus notissimi, sed nullus ea in re Iun. Bruto Manlioque par Torquato, quorum primum publicæ libertatis amor impulit, ut proprios filios à se depulsa tyrannidi fauentes, seruiliter uirgis caesos, securisque percussos ad mortem ageret. secundum uero castrensium disciplinæ studium, coegit ut præclaræ indolis adulescens filium, qui iniussu eius in hostem pugnasset, illico iuberet occidi, quauis & unicum & uictorem. additur huic seuerissimi facti comes Posthumius Tyburus, cuius ego ne prætermisisse potius, quam ut asseruisse rem tantam, uidear, mentionem fecerim. apud quosdam enim scriptorum certa res, apud alios facti eius in ambiguo fama est. His tam multis & patientia iungitur eaque multiplex, hæc dolores corporis æquamiter perferit, illa quasi quoddam uulnus aurium atque animi contumelias fert uerborum, utraque ducibus & militaribus uiris accommoda. prima quidem fortitudinem, secunda uero ciuilitatem respicit atque modestiam ipsam, de qua sermo est. In prima Mutius & Marius, & ipse Pompeius clari habentur, & Attilius quidam Cæsaris miles Massiliæ spectatus, & Marcus Sergius, cum eiusdem quibus supra comitibus. Externis uero Cingerus Atheniensis Græcis historijs celebratus est in altera uero Romani imperatores Iulius & Augustus ex nostris, ex externis Philippus & Antigonus Macedonum reges, & Pisistratus Atheniensium tyrannus, denique nostros atque externos Magnus ipse Pompeius omnes superat. quo admoneor, ut ex libro qui de eius laudibus scriptus est, ac de imperatorum seu ducum continentia, de quibus ipsi quatuor, quæ in duce requirimus, Ciceronis uerba paulo ante promissa subscribam, quæ tibi uel uel uel delectationi fore confido. Neque enim, inquit, illæ sunt solæ uirtutes imperatoris, quæ uulgo existimantur, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo. & post hæc. Non enim inquit, bellandi uirtus, solum in summo ac perfecto imperatore quærèda est, sed multæ sunt artes eximia huius administræ comitesque uirtutis: ac primum quanta innocentia debent esse imperatores, quanta deinde omnibus in rebus temperantia, quanta fide, quanta facilitate, quanto ingenio, quanta humanitate. nec longè post. Propter hanc auaritiam, inquit, imperatorum, quantas calamitates, quocumque uentum sit nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera quæ per hosce annos in Italia, per agros atque oppida ciuium Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini, tamen facilius statuetis, quid apud exterarum nationum fieri existimetis, utrum plures arbitramini, per hosce annos militum nostrorum armis hostium urbes, an hybernis sociorum ciuitates esse deletas. neque enim potest exercitum is continere imperator, qui seipsum non continet, neque seuerus esse in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices non uult. quibus dictis ad Pompeij laudes uersus. Et miramur, inquit, hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones sic in Asiam peruenerunt, ut non modo manus tantum exercitus, sed ne uestigium quidem, cuiquam peccato nocuisse

nocuisse dicatur, iam uerò quemadmodum milites hybernæ, quotidie sermones ac literæ proferuntur, non modo ut sumptum faciat in militem, nemini uis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur, hyemis enim non auaritiæ perfugium, maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse uoluerunt, age uerò cæteris in rebus qualis sit temperantia considerate, unde illam tantam celeritate, & tam incredibilem cursum inuentum putat, non enim illum eximia uis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut uentum aliqui non uitam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed hæc res, quæ cæteros remorari solent, non retardant, non auaritia ab instituto cursu, ad prædam aliquam deuocant, non libido ad uoluntatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem, postremo signa & tabulas cæteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne uisenda quidem existimauit, itaque omnes quidem, nunc in his locis Gneum Pompeium, sicut aliquem, non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum intuentur. Nunc denique incipiunt credere fuisse homines Romanos, hac quondam abstinentia, quod iam nationibus exteris incredibile, ac falso memoriam proditum uidebatur, nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet, nunc intelligunt non sine causa maiores suos, tamen cum hac temperantia magistratus habebamus, seruire Pop. Rom. quam imperare alijs maluisse. iam uerò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimonis de aliorum iniurijs esse dicuntur, ut is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse uideatur. iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate & copia ualeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, uos Quintes, hoc ipso in loco sæpe cognoscitis. fidem uerò eius inter socios, quantum extimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam iudicant, humanitate iam tanta est, ut difficile dictum sit, utrum hostes magis uirtutem eius pugnantem timuerint, an mansuetudinem uicti dilexerint. Hactenus Cicero, cuius hanc tantam uerborum congeriem, epistola per seipsam fessæ, iam licet atque onustæ sciens superimposui, quia nescio, an usquam alibi de bonis ducum moribus continentia, humanitate, facilitate clarius scriptum sit, quibus etsi nunc fortasse non egeas, eo quod non per agros sociorum, sed per aperta maria iter acturus es, atque exercitum classibus traiecturus, cumque ad insulam perueneris, sociale nihil, sed hostilia omnia reperturus, ut his tamen loco ac tempore alio licebit, quando lydere quolibet, ad bellum ut uideo, natus es. Tertium restat, Autoritas, quæ ex predictis maximè nascitur, augetur autem fama nominis, & opinione hominum de ducum uirtutibus ac prosperitate concepta. Non nihil & forma corporis confert, non munditijs culta, ut ait Liuius, sed uiriliter & uerè militaris. insuper & nobilitas sanguinis, & castrensium eloquentia, quo in genere Iulius Cæsar Africanus maior, & Pompeius Magnus optatissimi habentur, quorum tanta fuit auctoritas, eaque sub illis militum fiducia, ut non se ad prælium ac discrimen, sed ad uictoriam & ad prædam duci crederent. quo nihil utilius ad uotuos ac prosperos belli euentus, quos in contrarium uerti solere, diffiducia bellatorum, ex leuitate aut inertia ducum orta, sæpe compertum est. horum certe trium is quem primum posui, tam diuersus fuit, ut non modo militari facundia cunctos duces uicerit, sed forensi etiam summos æquauerit Oratores. secundus auctoritati, quam seu uirtus illi, seu natura pepererat, infinitum quiddam addidit, arte mirabili, neque negatæ unquam diuina stirpis, neque assertæ, ne opinionem pectoribus ciuium de se hærentem, uel mendacis concuteret, uel ueritate conuelleret, sed silentio confirmaret. moribus quoque, quibusdam singularibus, præter supraque hominum modum, secreta ac solitaria in templis mora, & certissima in dubijs futurarum ut presentium rerum spe, quasi deorum quotidianis alloquijs promissisque celestibus secutus in hoc Numam Romanum regem, & Minonem Gnosium nisi quia, quod illi in pace meditati fuerant, hic ad bellum conuertit. Quartum atque ultimum, Felicitas, non solum in militia sed in uita est, nempe huc omnia referuntur, hanc uerò nec dare sibi quisquam potest, nec augere diuinum planè munus, sed ita duci necessarium, ut quanquam reliquis affluat, si hoc unum desit, nemo infelicem ducem, doctum licet ac strenuum eligendum censeat. nam ut felicitatem

fiducia, sic in foelicitatem ducum sequitur militum pavor, quo nil propius exitio est. in hac quidem longè eminent proximi tres ex nostris. Ita dico, nisi ultimus uitæ quàm foelicitatis plusculū habuisset. Item Africanus Minor & Camillus & Titus & Traianus & Theodosius, Sylla etiam & Marius, & Ventidius Bassus, uir fortis humillime sed fortunæ mirabilis, cui uictoriam de Parthis incredibilem, Crassorumq; uindictā fata cōcesserint, omnes tamen ut fama fert Metellus ille foelix dictus, supergreditur. & si iuxta sententiā uera, profundè fodientium, nullus hic foelix sit, sed de foelicitate bellica loquimur, & foelicè ducem dicimus, uincere solitum, insuetū uinci, propria in cāpis exigitur, domi licet asperior sit fortuna. atq; ita idem foelix dux, uirq; in foelix dici poterit, in hoc numero ex externis Alexander est Macedo, & Cyrus rex Persarū, nisi in Scythiam perrexisset, & Carthaginensium dux Hannibal, si aut Maharbali credidisset, aut paulò maturius obijisset. Neq; hic Carolus Magnus excluditur qui ultimus tēpore haud indignans ultimū epistolæ locum seruet. Tibi nil horum defuisse hactenus & fama loquitur, & res probat, ne uel summis in casibus desit precor cupio, & spero, unū habes quod præter duos tantū his omnibus defuit *CHRISTVM* regem. Iam foelix uictorq; regredere, & Dei amorē & gloriā immortalē & illius magnæ Reip. fauorem perpetuum tibi, ac tuis, fide eximia atq; industria promerere.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. RERVM MEMORAN-
DARVM, Lib. I.
De Ocio, Cap. I.



ED mihi cuncta uersant, cum id solum temporis uixisse uidear, quod ociosus aut solus uixi, uisum est non aliunde quàm ab ocio & solitudine potissimum ordiri, non modo, quod hic plurima & maxima uitæ meæ solatia processisse nouerim, sed quod multis etiam claris uiris, iactatis inter curarum fluctus, huius portus quæsitum remedium recordabar. Cæterum cum solitarij ocij duo sint genera, illud somno & inertiz amicum, quod quidam lucifugæ sectantur, qui uillis suis utuntur pro sepulchris, & in illis sese infodiunt uiuentes, nulla re alia quàm ocij cognomine gloriosi, non literato tantū, sed uiro etiam ob scœnum atq; indignum cōmemoratione prætereo. Alterum illud attingam, nō tam urbis odio quàm literarū & uirtutis amore constitutum, unde animo uel studiorū cupido uel ad ea intento, de quibus proximè dicturus sum, gratissima proueniūt alimenta, ut hinc merito uelut à primo dicendorum fonte, totius narrationis descendat exordium. quem uerò nunc historicus, illustrissimæ cohortis statuam signiferum, nisi quem Poëtici laboris, primum ducem in Africæ meæ libris statuisse non poenitet.

SCIP. AFRICANVS. I.

SCipio ille qui primus agnomen Africani rebus gestis uirtute meruit, amator solitudinis atq; ocij fuit. Itaq; spiritū dormitorem gentium, & militare illud corpus, bellis exercitum, auresq; castrorum & tubarum fragoribus oppletas, huc referre consueuerat, non ut uirtus ocio langueret, sed ut sese mēs uarietate negociorū distracta colligeret, quā ob rem, neq; sibi unquam ociosus, perpetua mentis occupatione, grande aliquid moliens, neq; sibi solus unquā uidebatur altissimis atq; pulcherrimis comitatus curis, neque theatrū aut uulgi plausum quærebat, rerum suarum plaudente memoria, ac conscientiz testimonio cōtentus. Iure ergo dicere solitum accepimus. Nunquā se minus ociosum esse, quàm cum ocio sus, nec minus solum, quàm cum solus esset. idq; ipsius Africani non mediocrem æmulum Marcum Portium Catonem scriptum reliquisse, auctor est Cicero.

SCIP.

SCIP. AFRICANVS. II.

Huius nepos & ipse Africanus Scipio, sicut laboris supra fidem patiens, sic ociosus, & cupidus quietis, solus sæpè cum Lælio rusticari peregrinariq; solitus creditur, interdumq; littoribus Italicis uagabundus, expugnatricem illā Carthaginis, Numantizq; dexteram, ad marinas conchulas lapillosq; candidulos inter legendos inclinasse, sic enim ad id quod supererat negotium, ocio breuissimi temporis animum recuperabat, uerecundè hæc apud Ciceronem reuerenterq; narrantur, eos incredibiliter, ne uera deseram, repuerascere esse solitos, cum rus ex urbe tanquam è uinculis euolassent.

M. T. CICERO.

Dives bellorū memoro, Marcus Tullius Cicero post innumerabiles labores, quos in Rep. pertulit, post tam multa discriminat, quæ sibi ille turbulentissimus Consulatus, & cum improbis certamen immortale pepererat, fracta tandem libertate ciuium, uelut puppe submersa, nudus ornamentis suis omnibus enatauit, inq; ocium secessit, in quo quidem rura peragrando, sicut ipse de se loquitur, sæpè solus erat. sed quod negotium, quæso cum illius ocio, quæ frequentia cum illius solitudine cōferenda est? quam licet ipse casum patriæ miseratus grauius defleat, inde tamen ad omnes populos peruenta diuini ingenij monumenta fluxerunt. Plura enim ibidem, ut ait, idem breui tempore merfa, quam multis annis stante Rep. scripsit. at qui fatum suum declinare non ualuit, in tempestate tutus, in portu naufragium passus est.

MVTIVS SCAEVOLA.

MVtius Scauola diuini pariter & humani iuris illa ætate consultissimus, à procella formi fugies, in ocium & pilæ & alexæ calculorum ludo fertur operam dedisse, ea uicifitudine rerum mole prægrauatum ingenium releuasse, & his quidem ocia uitæ diuertacula contigerunt.

DE EXTERNIS.

EPAMINONDAS.

Sed ne ab hac illustrium cōmemorationis rerum alienigenæ sese fortassis exclusos putent, Epaminondas Thebanus, quem apud præstantissimos auctores, uel primū uel inter primos Græciæ duces semper inuenio, cuiq; literarum studium ac Philosophiæ doctrina tantaq; inerat, ut mirabile uideretur, sicut Iustinus historicus ait, unde tam insignis militiæ scientia, homini inter literas nato, is inquam, cum quo Thebanorum omnis gloria, ut aiunt, & orta simul & extincta est, & suauitate musica gemino labori debitum ocium exornans, præclare quidem ut est apud Ciceronem, Græcis fidibus cecinisse dicitur.

ACHILLES.

Simile apud Homerum de Achille, quod ducem suum imitati nostri quoque uates afferunt, id quidem pronè suscipimus & habemus propositi nostri testem, clarissimū adolescentem, siue fictum suspicamur ab Homero, & eiusdem sententiæ auctor est excellentissimus Poëta. Profectò nunquam id in eo, quem nobilitandum proposuerat sibi ficturus, nisi laboriosæ militiæ alternam ocij remissionem necessariam iudicasset.

SOCRATES.

Sed aliò spectare arbitror, quod de Socrate scriptum est, cum iam senior foret uacare fidibus coepisse, non enim apud me similitudinem ueri habet, tantum uirum, illa ætate præsertim discendi potius gratia, tam paruz rei tempus impendisse, quàm discendo docendoque fatigatus talis ocij solatium quæsiuisse. quod partius miror, dum eundem arundine cruribus inserta colludentem infantulis suis intueor, quod cernens familiarissimis libris risisse fertur Alcibiades.

RECEN.

AT ne semper uetustissimis immoremur, sitq; aliquis & ætati nostræ locus. Robertus Hierosolymitanus & Siculus, Rex regū & Philosophorum huius æui meo princeps iudicio, per singulos dies statutis horis, e medijs regjæ uitæ turbinibus, in ocium, uelut in aliquam quietissimam stationem sese conferre consueuerat, illic multiplex ei quondam exercitium, dum tulit ætas uni tandem cuncta cesserunt. fuit illi in urbe Neapolitana palatio confine pomerium, præaltis circumseptum mœnibus, & pelago non modicam ex parte circumfluxum, huc modò cum paucis, modò cum ingenti procerum caterua quotidie ueniēs, balista lusitabat, itaque tam sedulo, ut confestim (tantum erat & tam ad omnia uersatile cœlestis acumen ingenij) eos artificij magistrōs post tergum liqueret. Quæ res primum non hostibus modò, sed suis quoq; minus uenerabilem fecisse creditur, ignorantibus quantum negotiorum sub illo ocio tegetetur. quod ubi tandem rebus ipsis innotuit, contemptus omnis in admirationē & gloriam uersus est. Interfui ego sæpè numero, dum de dimetiendis ictibus accliuīs, singulorum sagittas internosceret, interea tamen dum eundo & redeundo tempus teritur, & lenile corpus recrearet, & acres subiectorum cōtrouersias uixq; extricabiles populorum nexus absolueret, quid notissima replicet. Constat hunc inermem ludentemq; quod omnes uidimus, armatos exercitus fuisse, & grauisima sæpè discrimina, non tantum à suorum perculisse ceruicibus, sed etiam ne appropinquaret prouidisse. Deniq; non aliter quàm si balista illa cunctorum transfodisset oculos, suorum semper peruertisse consilia, & ille quidem nuper indignum præsentia tanti regis orbem deserens, migravit ad superos. Ego autem quamuis erga illius memoriam uaria hominū studia, præcipuè Italicorum meorum dissonantes opiniones nouerim, quia tamen non illius aut huius aurium uoluptati, sed nudæ rerum ueritati studeo. Roberti nomē in operis mei primordijs fulgere uolui, & cum præfatione teniē, si forte cui molestus sum, quotiēs illum rerum qualitas obtulerit, liberius iam sine adulationis suspitione, nisi fallor de morib. eius loquar, nullum mihi gratificandi propositum, nulla spes, quæ nonnunquam à uero scriptorum animos auertunt, me quidem uera memorare conscientia mea, si illi parū fidei est, testis est mors. Breuī quidem fore confido, ut unica pestis, tot tandem cōfutata uirtutibus conticescat, & gelido saltem abeat sepulchro, nunc quoniam properantem calamum, longa rerum series expectat, de ocij satis dictum est.

DE STUDIO ET DOCTRINA. Cap. II.

Su perest de studio tractare, quæ nam enim præcedentium erat & sequentium opportunitior iactura. nempe præcedentibus tam cognata materia est, ut si ocium demas, studium turbidum & inquietum relinquatur. at si studium detrahis, inglorius torpor & pigro situ marcidus carcer est ocium, ita fit, ut hoc in illius requiē fundatum, illud huiusmodi laboribus semper ornatum sit. Rursus & illud constat, memoriæ ingenioq; eloquentiæ, de quibus secuturis tractatibus agendum est, nullum omnino post naturam ipsam maius certiusq; patrocinium fore, quàm uehementem animi applicationem, ad easdem summa cum uoluptate, quam studium uocant, ex quibus solidum conflatur doctrinæ nomen. Quo circa dilatis medijs, principium finemq; cōnectens, hunc studio simul & doctrinæ locum dedicaui. uerum quamuis & quod omnium gentium pace dixerim, & reginæ urbis ueneratio & excellens rerū gloria mereantur, ut posthabita ratione temporum, in exemplorum relatione primum. semper Romana locum teneant, uix hic tamen mihi uideor narrationis initium reperturus, propter id uidelicet, quod Theodosius Macrobius, haud quidem ignobilis scriptor ait: Soli sapientiæ studio deditos, ut abunde Græcia tulit, ita Romā nesciuisse. sed quid agam scio. Rimabor exercitus Romanos, forumq; lustrabo, & uel ex armatis legionibus, uel ex forensi strepitu, studiosas, & contemplationi deditas animas eliciam.

Diuus Iulius Cæsar, quem armorum laus & uictoriarum gloria cœlo exequarunt, à studio literarum medio quamuis in bellorum furore non abhorruit, nunquam secessisse & ipse gloriatur, & magni consentiunt auctores. accedit operum fides præter adolescentiæ suæ libros, quos publicari dum bibliothecas ordinat Augustus uetuit. multa iam prouectis scripsit famosissima, siquidem & anni totius ordinem, & bisexti rationem, quicquid de mensura æui uetustioribus ad eum diem, uel ignotum uel confusum fuerat, summo studio digessit, literisq; & memoria tradidit posterorum, atq; ut in Saturnalibus scriptum est, omnem constantiam temporis uagam adhuc & incertam, in ordine statæ diffinitionis coëgit, & edicto palam posito publicauit, scripsit Anticatores duos, scripsit & de Analogia auspiorum, uerum præter hæc à se gestarum tam Gallici quàm ciuilibus belli, libros edidit, nō à suis magis quàm ab hoste laudatos. M. enim Tullius, alioquin multum in Cæsarem grauer inuectus, hos tamen libros erubuit illaudatos præterire. Comentariorum, inquit, scripsit ualde quidē probandos, nudi sunt, recti & uenusti, omni ornatu orationis tanquam ueste detracta. Sed dum uoluit alios paratam habere, unde sumerent qui scribere uellent historiam, ineptis gradum fortasse fecit, quia illa uellent calamistris inurere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. Eosdem Cæsaris libros, scriptor rerū suarum (ut fama fert) Iulius Cællus, ut Suetonio uidetur Hirtius, ita commendat. Difficillimā rem suscepi Cæsaris nostri Commentarios rerum gestarum Galliarum. nec multo post, quos uti nam qui legerint, inquit, scire possint, quàm inuitus cœperim scribendos, quo facilius eam stultitiæ atque arrogantiae crimine, qui me medijs interpoluerim Cæsaris scriptis. Constat enim inter omnes nihil tam operose ab alijs esse profectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur, qui sunt æditi ne scientia tantarum rerum scriptoribus desit, adeoq; probantur omnium iudicio, ut præcepta non præbita facultas scriptoribus uideatur. cuius tamen nostra maior quàm reliquorum est admiratio. Cæteri enim quàm benè quamq; emendatè, nos etiam quàm facile atq; celeriter eos perfecit scimus. Et hæc quidem ille. Sane de celeritate apud Suetonium habetur expressius, ubi ait. Et hos libros & alios plurimos, in quibus etiam poëma quod Iter scribitur, tanta cum uelocitate peregrisse, ut quosdam ex eis in Alpium transitu scripserit, ex citeriore in trans alpinam Galliam reuertens, belli Gallici temporibus quosdam, ipsorum bellorum Ciuiliū sub Mutinense discrimen, quosdam ab urbe Romana in ulteriorem Hispaniam proficiscens, quam uiam simul cum studio diebus quatuor & uiginti perfecit. incertum his similibus operibus linquens, utrum animi foret, aut corporis, an robore uel celeritate mirabilior.

Diuus Cæsar Augustus, diui Iulij filius, tam studiosè paternis uestigijs inhæsisse traditur, ut grauisimis bellorum studijs, & imperij curis oppressus, & tot coniuratorum obsessus insidijs, horas & momenta colligeret, nec ullum tempus inutiliter labi sineret. Constāter inter comedendum radendumq; uel lectioni operam dare solitū uel scripturæ, inter crebra quoq; somni, cuius parcissimus fuit, inter bellaq; licitorum sibi uel cōfabulatum solatium adhibere. studia liberalia, ut Suetonius ait, ab ætate prima cupidè & laboriosissime exercuit, Mutinensi bello in tanta mole rerum & legisse & scripsisse & declamasse quotidie fertur, itaq; uarij generis, ut ait idem, prosaica oratione cōposuit, item Orationes ad populum, & aliqua de Vita sua tredecim libris Cantabrico bello nec ultra exposuit. Scripsit & epigrammatum librum, & epistolarum ad amicos, conditum facetissima grauitate, & luculentissima breuitate, quod opus in explicatum & carie semesum, adolescenti mihi admodum in manus uenit, multum frustra quæ situm: Cæterū epistolæ aliquæ sparsim à scriptoribus referuntur, quarum indaginem studioso committimus lectori. nec Latinis modò sed Græcis, nec Rhetoricis tantum, sed & Philosophicis delectatus est, eò pertinent quod Apollodori Pergameni Philosophi, filiorum eius Dionysij & Canoris amicitia quæsiuit, patremquæ grandæuum, iuuenis ipse secum, nec ullis locis aut temporibus uacaret, ab urbe Romana Apolloniā usq; perduxit, ex utriusq; autem linguæ

linguæ auctoribus, quos studiosius lectabat, illa cupidius hauriebat quæ uel præcepto uel exemplo ad eruditionem uitæ morumque elegantiam pertinent, priuatæ uel publicæ disciplinæ. hæc & diligenter annotata seruabat, & cum res exigeret, uel amicos, uel totus exercitus, uel provinciales aut urbanos magistratus, illorum interiectione commonefacere solebat. In audiendis recitatoribus poematum, siue historiarum, siue alterius generis inuentorum, mitis & patiens fuit. Omnino singulare hoc habuit, quia cum omnium præcipue principum mos sit, præsentia contemnere, uetusta mirari, iste unus ætatis suæ fauor ingenij. digna quidem sapientissimi extimatoris ueneratio. Quæ nam enim ætas illustrium apud nos ingeniorum fertilior fuit? Marcum Varronem, Marcum Ciceronem, Crispum Sallustium, Titum Liuium, Anneum Senecam, Asiniū Pollionē, Virgiliū, Maronem, Horatium Flaccum, Ouidium Nasonem, innumerabilesque alios, uno tempore suis licet uiuendi gradibus distantes, habuit, qui se inuicem uiderint uel uidere potuerint. Libros integros Senatui recitare, uel populo per edictum notos facere suetus erat, inuentum paternum, de temporis ratione, unico errore comperto, superiniectis paucis diebus emendauit, & ut est scriptum in Saturnalibus, omnem hunc ordinem æræ tabulæ, ad æternam custodiam incisione mandauit. nec Poëticæ expertus fuit. Extat eius in Virgiliū carmē breue quidem, sed nec humile nec insulsum, aggressus & Tragicum opus, studio feruenti, calle medio destituit deleuitque. Librum uero uersibus hexametris consumauit, cui nomen Sicilia, quo ego nonnunquam uelut clypeo aduersus obrectatores meos uti soleo, inter multa quæ impacatis mihi latratibus obiectant, peregrinum & inauditum poematis mei titulum frementes, cui nomen est Africa, quod quidem uarijs hæctenus fortunæ repagulis dilatum, hæret inter manus diutius quam putabam. Sed ad inceptum redeo.

M. V A R R O.

Non indignaberis Marce Varro, præponi tibi duos tam grandes uiros, quos sibi præpositos nec uniuersus olim orbis erubuit, neque nescius erā, inter studia Latinorum, primum tibi locum eximiamque laudem deberi, memineram id tibi ab extremis tributum, & a nostris tantum præconiorum certatim a multis in unum hominem congestum, ut ipse si aurem applicueris erubescas, tamen si uera & meritis etiam nunc inferiora prædicentur. Sunt qui de te scribāt, uir doctissimus Varro, qui tam multa legi, ut aliquid ei scribere uacasse miremur, tam multa scripsit, quam multa uix quemquam legere potuisse credamus. sunt qui te Romanorum omnium longè præcellentissimū putent, sunt qui in hoc ne Græcis quidem deferant, ut uir fide pius eloquioque sacer Lactantius Firmianus, qui institutionum suarum libris neminem, te doctiorem, nec apud Græcos uixisse confirmat. Atque ut clarissimum ex omnibus tibi reddam testimonium, Marcus Tullius, & quod gratius audias, in ipsis Academicorum libris, ubi nihil omnino firmandum, sed de omnibus dubitandum disputat, omnium te facile acutissimum dicit, deinde uelut memor propositi subiequitur, & sine ulla dubitatione doctissimum. Sanè quod ad studiorum tuorum attinet uigilias, quamuis multa & uaria dici possent, nihil tamen amplius dicam, quam quod in eisdem Academicis, de te, uel potius tecum loquens Cicero. Sūt, inquit, uera ista Varro. nam nos in tanto urbe peregrinantes errantesque, tanquam hospites ueraces, tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui & ubi essemus agnoscere. tu ætatem patris, tu de descriptione temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam disciplinam, tu bellicam, tu sedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Plurimum quidem Poëtis nostris omninoque latinis, & literis & uerbis luminis attulisti, atque ipsum uarium & elegans omni ferè numero poemata fecisti, Philosophiamque multis locis inchoasti. Hæc de M. Varrone, M. Cicero, quibus ego nihil addiderim, nisi unum, quo eorum quæ dicta sunt omnium crescat admiratio. hunc illum non scribendo modo sed legendo, breuis hominum uita uideatur, nihilominus tamen interea, sub Pompeio magno militauit, & ab eodem bello Pyratice naualem promeruit coronam, celeberrimi particeps triumphii.

M. T.

M. T. C I C E R O.

Quem uero Varroni comitem dederim, nisi quæ modo testem dedi, M. Tullium, hos enim & ætas iunxit, & Plinius Secundus in libro Naturalis historię septimo, iuxta collocauit. hic itaque cum multum temporis Philosophiæ, sicut sæpè memini, ab adolescentia tribuisset, repente in curas Reip. atque in ambitionis laqueos delapsus, Philosophiæ studium coactus est deserere, ad consularum mox prouectus, in quem nefandissimorum ciuium omnis impietas, & ut uerbo eius utar, nescio quo pacto omnium scelerum ac ueteris furoris & audaciæ maturitas erupit. At post Consulatus exitum, simultatum perennibus reliquijs uexatus, tot tantisque difficultatibus obsessam traduxit ætatem, ut in Philosophiâ parum aut nihil scriberet, contentus eloquentiæ principatu. Postremo aut, ubi à facile bellorum ciuiliū, in ocij solitudinem abiit, de quo paulo ante dictum est, ad intermissam diuitem Philosophiam, iam senior reuertens, omnem in ea curam ac studium posuit, ut ciuibus suis ocio prodesset, quibus antea negotio profuisset. Itaque libros innumerabiles, uarijs de rebus ædidi pulcherrimos, quos qui se uel legisse iactat uel uidisse, quam id uerè profiteatur ipse uiderit. Mihi quidem uix unquam peregrinatio longior suscepta est, ubi non incognitos Ciceronis, ne dicam libros, sed inaudita librorum nomina compererim. Philosophiam ad id tempus non nisi Græco cognitam sermone, primus omnium latinis libris illustrauit, Poëticam non spreuit, sed parum feliciter tentauit. testis est Seneca, eloquentia illum sua in carminibus destitutum, quod ipsum aliqua, nunc etiam ex opusculis eius indicant. Tanta autem bonarum artium segnitie incessit, ut magna pars librorum eius ætati nostræ perierit, in librorum quidem M. Varronis interitu, quanquam nec illud sine nostri temporis infamia contigerit, tamen stili forsan inculcoris asperitas, utcumque huiusmodi negligentiam excuset, sed in operibus Ciceronis unde excusamur non intelligo. Ante omnes quidem defletus est studiosorum choris Reipub. liber, cuius magnificentiam & ipsius Ciceronis, & aliorum testimonio, excerptaque inde particula coniecturari licet, tantillum nobis uel ad actendum forte desiderium, uel ad præsentius cõuitium seruatum est. reliquum nescio an unquam sit recuperatura posteritas. Vnus autem huic uiro & studiorum & uitæ terminus fuit, immergentem sese poenitus literarum fontibus, indigna, & in publicum damnosa mors rapuit. De qua locus alter ueniet dicendi.

T I R O C I C E R O.

Obestatem audire mihi uideo Tironem, ne eum à tanto segregem patrono, hic M. Tullij libertus, homo diligentissimus, ut A. Gellius meminit in libro Noctium attentarum, librorum patroni studiosissimus fuit, eos uigilanter & disponere & emendare solitus. Bonum opus, nisi quod libertini homines cura cumulauerat, ingeniorum torpor effudisset: constat hunc de patroni sui iocis libros ædidisse, & quicquid sibi passim memoratu dignum acciderat, accuratissime colligentem, in unam congeriem redegisse, ne qua pars illius eloquij periret.

C R I S P. S A L L U S T I U S.

Crispus Sallustius, nobilis ueritatis historicus, sic enim de illo apud auctores uerissimos scriptum uideo, quo fidelius res Africæ complecteretur, libros punicos perquisiuit, peregrinamque linguam, per interpretem, flagranti studio scrutatus est, quin & maria transgressus dicitur, ut oculis suis crederet de conditionibus locorum. Bellum Iugurthinum coniurationemque Catilinæ compendioso, & ad unguem, ut dici solet castigatio complexus est stilo, sed nullo famosior quam historiarum libro, qui ætati quoque nostræ, ne certum eius stileam dedecus, amissus est. Veterum quidem testimonio illustris, apud nos solo iam nomine superstes.

T. L I U I U S.

Atque ut moenia urbis egressi non statim ex Italia fugiamus, quo studio putandus est arsisse T. Liuius Patuinus, quo omnem Romanam historiam ab urbe condita ad Cæsarem Augustum, cuius ipse claruit temporibus, centum quadragintaduobus uoluminibus scripsit: opus ipsa mole mirabile stupendumque, præsertim, quia in eo nihil raptim & tumul-

& tumultuario ut aiunt stilo, quod quidam solent, qui omne uerbum labijs oblatum scriptis mandant, sed tanta maiestate sententiarum, tantaque uerborum modestia compleuit omnia, ut ab arte eloquentiae non multum abesse uideantur, sed, heu, quantam aetatis nostrae maculam, huius tam ingentis tamque egregij operis, uix portio subest exigua, quidem cum in decades, uel ab ipso conditore, uel quod magis reor a fastidiosis postmodum lectoribus lectum foret, ex quatuordecim non nisi tres decades supersunt, prima scilicet tertia & quarta. secundam quidem ipse ego hortante quondam sacrae memoriae Roberto Siciliae rege, summa sed haec hactenus inefficaci diligentia quaesivi, atque utinam falsus uaticinator inueniar, cito enim nisi mores hominum mutantur, de hoc euentum uereor, quod olim proposuerat Caius Caligula nequissimus tyrannorum, de quo est apud Suetonium Tranquillum, quod T. Liuji historiam, & Virgilij Poetae libros & imagines, parum abfuit, quin ab omnibus bibliothecis amoueret, utque ingenio uiri huius clarissimo, nubem obliuionis, quam non attulit, imperiosa crudelitas auferat sensim incuriosa segnitias.

P L I N . S E C V N D V S .

Nec te Plini Secunde Veronensis, a T. Liuio disiungam, a quo nec aetate nec patria longinquas es, tu quidem quamuis equestribus militijs industriae functus, procuraciones quoque splendidas atque continuas, summa integritate administrasse perhiberis, ueruntamen tantam liberalibus studijs dedisti operam, ut non nisi temere plura, quis in ocio quam tu inter tam multas occupationes scripsisse memoretur, ut enim minora filea, triginta septem Romanae, totidemque Naturalis historiae libros ad Vespasianum principem, uerissima florentissimaque sermonis elegantia descripsisti. Sed quod praeciaros uetustatis auctores, tot posteritatis pudores ac delicta commemoro, quae quasi non contenta propriae celeritatis infamia, alieni fructus ingenij ac maiorum fastidijs uigilijsque elaboratos codices, intolerabili negligentia perire passa est, cumque nihil ex proprio uenturis daret, auita haereditatem abstulit, primum nempe Plinij opus, in quo ut est apud Tranquillum, omnia bella traetauerat, quae cum Romanis unquam gesta sunt, ex oculis nostris euauit, nec usquam super est, tot ego quidem talium satis ardens explorare audierim. Hoc autem, & quicquid in hanc sententiam quaestus sum, non ad minuendum post nascituri populi studium retuli, quin dolorem meum potius effundens, & aetati curiosissimae, in quibus non oportet, rerum tam honestarum prorsus incuriose soporem ac torporem exprobrans. Equidem apud maiores nostros, nihil querimoniae similis inuenio, nimirumque nihil iacturae, cuius ad nepotes nostros si, ut auguror, res eunt, forte nec sensus ullus nec notitia peruenisset, ita apud alios integra, apud alios ignorata omnia, apud uenturos lamentandi materia, ego itaque cui nec dolendi ratio, sed nec ignorantiae solamen adest, uelut in confinio duorum populorum constitutus, ac simulante retroque prospiciens, hanc non acceptam a patribus quaerelam, ad posteros deferre uolui.

M . C A T O .

Nunc calle medio, Romam rursus, quasi maiestas ac sacrilegij reus retrahor, eo quod M. Catonem illum senem, qui apud alios scriptores, primum in hac acie locum tenet, silentio supprimens abierim, cuius tam uehemens studium fuisse compertum est, ut ex quo primum literarum dulcedinem gustauit, nulla unquam alia dulcedine distrahi potuerit, non bellorum curis, non uictoriarum laetitia, non gloria triumphorum, quibus ornatissimam aetatem egit, itaque quod de paucis scriptum, utraque rem consummate praestitit, si arma sumpsisset, natum in armis crederes, si se ad studium uertisset, inter literas educatum, & quod magis mireris, non hoc sibi propositum fuit, ab infantia, quando altius impressa difficiliter auellitur, sed Latinas literas aetate modo prouectus, Graecas uero senio grauis attigit, cum maxime fugere solet animus mortalium, tunc acrius inardescens cupiditate discendi, scripsit Libros rerum Variarum ac multarum eloquentia uetusta: quorum omnium clarissimum est liber Originum. Fuit autem, ut Plinius ait, & triumpho & censura super caetera insignis, magis tamen etiam nunc, nam claritate literarum praecipueque omnium rerum expetendarum datis, generi Romano inter prima uero agrum colendi, omnium confessione optimus, & sine amulo agricola, uitam quidem iniurijs ac simul

ae simultatu procellis inquietam duxit. hinc sibi uelut gubernatori egregio, ex tempestate maritima non minus gloriae partum quam laboris. quater eum & quadragesies causam dixisse testis est Plinius, cum nemo saepius accusat, semper tamen absolutus fuit. quod nisi fallor, & summam innocentiae, & importuni rigoris indicium uideri potest. Denique sexto et octogesimo aetatis anno, cum a caeteris uitae officia deferuntur, accusatus ad capitalem causam, non adhibuit aduocatos, sed progressus in rostra, causam ipse suam constantissime defendit, adeo ut nec linguae tarditas, nec cerebri seu laterum fragilitas, nec ulla prorsus mutatio in tam longaeuo Oratore posset intelligi. Unde autem in aetate quassa ac ruenti, tanta rerum omnium integritas, nimirum hoc illi studium iuge praestabat, & ut ipsis Valerij uerbis utar, omnia in suo statu aequalis ac perpetua industria continebat, nec ad suipsum tantum, quin ad aliorum quoque defendendam causam, hic sibi animus eademque affuit facultas. Sub ipsum enim longissimam finem uitae, aduersus accusationem singularis, & tamen maxime florētis oratoris Galbae se opposuit, Hispaniamque prouinciam, quam iuuenis armatus manu uicerat, inermis senex lingua defendauit.

Q . R O S C I V S C O M O E D V S .

Ingens & penes ridiculus a M. Catone ad Roscium histrionem descensus, ipse tamen ne hinc ubi est alij scriptores admiserunt excludat, obsecrat, ne uel de illo inter bibliothecarum penetralia loqui pudeat, pro quo non puduit M. Ciceronem in foro loqui, & (quod mirari cogit) P. R. obiurgare, quia is, agere gestum Roscio, tumultuosus, nec satis attento silentio fuisse uidebat, denique pro quo habitam orationem scriptis mandare non piguit, profecto enim ad quamlibet artium applicet animus, intentione uehementi, ad praesentem materiam spectare potest. nam quid refert, artes uariae, studium unum est. Roscius itaque ludicrae artis famosissimus magister, tanto illam studio exercuit, ut nullum populo, nisi domi prius examinatum actum exprimeret, qua diligentia eo profectus est, ut apud ipsum Ciceronem scriptum est, miranda eorum impudentia qui agerent in scaena, gestum inspectante Roscio, & sequitur huius dicti ratio, quis enim sese commouere potest, cuius illa uitia non uideat, hic sibi contigit, & ut nomen ingens, & largas opes quaereret, nec uulgo solum, sed clarissimis uiris ac principibus ciuitatis acceptus foret, praecipueque Ciceroni, cui tam familiariter notus fuit, ut eum Cicero accusatum publico iudicio defenderet. Constat praeterea, ut in Saturnalibus scriptum est, contendere Ciceronem solitum cum Roscio, utrum ille saepe eandem sententiam uarijs gestibus efficeret, an ipse eloquentiae copiam diuerso sermone pronunciaret. Quae res ad hanc fiduciam Roscium attraxit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionia compararet, hinc scilicet motus, quod altera uocis sono, altera corporis motu latentes affectu animi, diuersa quidem uia, sed pari representare uideatur industria. Hic est Roscius ille, qui inter caeteros magni nominis L. Sullae charissimus, & ab eodem dictatore anulo aureo donatus, tanta denique (ut Macrobius ait) fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam, de publico mille denarios, sine gregalibus solum acciperet.

A E S O P V S T R A G O E D V S .

Et ne artifices factis & professione simillimos stilo separem, Aesopus et aetate, et arte, & opibus, & gloria, & amicitia Ciceronis, postremo rebus omnibus Roscio penes par fuit, nisi quod arte scaenica librum quem me legisse meminerim non scripsit, studio certe non inferior, ambos denique ad audiendum uidentumque Hortensium & eloquio clarum, & multo maxime motu corporis conspicuum, imitandi studio similem curiam frequentasse notum est, sed iam satis multa de nostris, hinc mihi procul ab his littoribus nauigandum, & in amplissimum studiorum pelagus prora flectenda est.

E X T E R N I .

A R C H I M E D E S .

Quae nam uero ab Italiae finibus digressa prior tellus occurrit Trinacria, quae ipsa olim (ut aiunt) Italiae pars erat, nunc Italiae insula est. libet ergo orationis meae cymbam, in portu Syracusio parumper alligare, dum salutato Archimede, proficiscor in Graeciam: hic Syracusis ortus, illic uixit, illic obiit, quae res licet patriae terminis arctatam indicet, animus

tamen eius nullis circumclusis finibus, sed maria & terras & cœlum omne percurrens, meditatione liberrima, quō penetrare acies humana non poterat, oculis mentis intendit, eoq̄ claritati euasit, ut aut summum aut summis parem locum teneat, unicus, ut Lilius ait, Spectator cœli siderumq̄. In altissimis quidem quæstionibus, quas cœlestium indago disseminauit in terris, magna pars dissidentium hoc utitur patrono, studium enim summū fuit naturæ opus, quatenus homini licet repræsentare. Primus omnium sphaeram acri artificio meditata est, in qua cœli speciem, solisq̄ lunæ atq̄ errantium reliquarum diuersitates & motus, non tantum animis, sed oculis etiam nostris expressit, fugacissimū cursum tēporis ingenio dimensus. Effecit idem ut Ciceronis uerbis utar, q̄ ille q̄ in Timæo, ædificauit mundū Platonis deus, ut tarditate & celeritate dissimillimos motus, una regeret cōuersio, q̄d in hoc mūdo fieri, sine Deo nō potest, ne in sphaera quidē eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari, stupendum & incredibile prorsus inuentum, nisi mundus ad hoc omnis uferetur. Nec cœlestium, sed & terrenorum mirus artifex, geometriæ peritissimus, repertor machinarū, quibus obsidionem patriæ aduersus Romanū exercitum et Marcellum ducem, unus seniculus haud dubiè tardior fecit, cuius ingenij ueneratio hostis etiam meruit fauorem, sed eum immodica mentis intentio, inefficacem reddidit, capta siquidem ad extremum urbe, cū eam diripiendā dux permitteret iusto militū furori, unum de tot millibus excepit Archimedem, ille nihil aut extremis casibus motus aut publici sentiens tumultus, figuris geometricis quas in puluere designauerat totus impendebat. Introgressus interea unus ex militibus Romanis, inter rapinæ sitim & imperatorij præcepti memoriam hæsitabundus, elato mucrone supra uerticem, rogantis ut nomen suum ederet, iubebat. At is (oculos atque aures ingens animi cura concluderat) ferociter percunctanti certum aliquid ostendere non ualens, opposita tantum manu, ne puluerem sibi suū confunderet obsecrabat. miles contemptorem ratus interfecit. Cuius mortē miseratus dux Romanus: immunitatem frustra sibi destinatam in affines eius transtulit, sibi uerò quod unum supererat honorem tribuit sepulturæ. Quam quidem multo post tempore deiectam, & suis etiam ciuibus incognitam, M. T. Cicero inter densissimos uepres se reperisse, & ignorantibus indicasse cōmemorat, ut in Tusculano suo scribens. *Quantus homuncio, cuius semirutum bustum, sparsosque cineres, inuenisse gloriatur Romani princeps eloquij. Fortasè prolixius quam propositi necessitas exigebat, in illius memoriam dicta sint, cuius historiam nusquam, deinceps in hoc opere occursum reor.*

P Y T H A G O R A S.

IN Græciam transfretanti, primus Pythagoras occurrit philosophus, & philosophici nominis inuentor, hic Sami Demarato patre genitus locuplete negotiatore, longè locupletior ipse negotiator mox futurus, deinde ab ætatis suæ primordijs, sapientiæ pariter atq̄ honestatis arduum ac laboriosissimum, callem ingressus, natalis solī dereliquit angustias, toto orbe peregrinus, siquidem ut in historia Poëticijs uerbis utar:

*Vir fuit hic ortu Samius sed fugerat una
Samon, & dominos, odioq̄ tyrannidis exul
Spontè erat.*

Ecce iam actus primus spiritus egregij, seruienti patriæ liberum exilium prætulisse, Sed q̄ sequitur uerum est:

*isq̄ licet cœli regione remotus.
Mente deos adiit, & quæ natura negarat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit:*

Sic est profectò, de nullo ferè Philosophorum tot feruntur arcana, quamuis in multis, uelut uiator nouus, raris signatū uestigijs iter agens, à recto deuiasse, & si dici fas est delirasse uideatur, non alienum est referre quod de hoc uiro in Tusculanis libris scribit Cicero, testem afferens uirum Pontium Heraclidem, ut ipse asserit dictum, narrat enim usq̄ ad illam ætatem, omnes q̄ in rerū occultarum inuestigatione uersabant, habitos et uocatos fuisse sapientes, ipsum ea tēpestare Pythagorā Phliuntem peruenisse, & cū Leonte eius loci principe, de nonnullis rebus doctum atq̄ elegans habuisse colloquij, quod princeps admirans, quænam

quænam sibi ars esset percōtatus est. Pythagoras uerò gloriosum illud uetustatis nomen erubescens, artis nullius titulum usurpare, se quidē Philosophum esse respondit. Inauditū ille rursus nomen admirans, ut uim eius exponeret orauit, cui Pythagoras: persimilis mihi uita hæc mercato cuiquam celeberrimo uidetur, ut enim quidam uiribus aut celeritate contendunt, nihil præter palmam uictoriæ petentes, quidam distrahendis comparandisq̄ mercibus lucrum spectant, alij neutrum omninò cogitantes, solo uisendi noscendiq̄ studio trahunt, q̄ genus hominū præ cæteris liberale & ingenuum uidetur, sic in istam q̄ degimus uitā, uelut in mercatum maximū conuenisse omne genus hominum uidemus, quorū alij gloriā, alij lucrū aucupantur, quia uerò perpauci spretis omnibus quid agatur studiosè circumspicunt, cognitionem rerum & nihil aliud quærentes, hos enim nondum certè sapientes sed sapiētiae amatores, id est, Philosophos uoco. & hæc quidē de inuentione huius nominis, q̄ in tantū post enituit, nostris uerbis, alieno diximus testimonio, q̄ nec indigna memoratu res, ut p̄sertim de Pythagora nobis institutus erat, nec alter opportunior dicendi locus uidebat. nūc ad propositū reuertamur. Iste est Pythagoras, qui ardenti rapiendæ uirtutis studio, & in Aegyptum profectus, transacti tēporis notitiā, & à sacerdotib. Aegyptijs in Persidam, inq̄ ipsam (ut Iustinus ait) Babyloniam, siderum cursus, omnēq̄ cœli rationē, ac mūdi originem à Persarum Magis, Cretā deinde Spartamq̄ rediens, ab eorū sapientib. mores egregios, Minoisq̄ & Lycurgi instituta perdidit. Fuit & Pherecydis Syri discipulus, illius antiqui, q̄ primus omnium dixisse reperitur: Animā immortalē: opinionēq̄ sanctissimam ab illo susceptam, Pythagoras confirmauit, cuius rei Cicero testis in Tusculanis est. deniq̄ in eam partem Italiæ, quæ tunc Magna Græcia dicebatur transgressus est, multisq̄ suis memorabilibus monumentis æditis, Metaponti diem obiit. Vir magnus in primis, & qui non nominis solum inuentor, ut Cicero idem ait, sed rerum etiam amplificator fuit, priuatiq̄ & publicè præstantissimis institutis & legibus Italiam exornauit, huius autem tam uehementis studij, & tam copiosæ doctrinæ fructum, uenerationem quandam singularem uiuens moriensq̄ percepit. Sed de hoc alibi.

P L A T O.

DE Platone (quod Salustius ait de Carthagine) melius erat tacere, quam parū loqui, ne tamen aut ipse unde laudem meretur silentio tegatur, aut mihi torpor ex admiratione surreperit, carptim memorabitur. Hic antiquissimo uerūq̄ nobilissimo genere, multum ipse nobilior, Athenis ortus, eruditus à Socrate, patriæ & præceptore clarissimis, breui tamē sic utrunq̄ superauit, ut nihil aut Socrati illo discipulo foelicius cōtigerit, aut Athenis illo ciue gloriosus. Habuit & præceptores alios, Dionysium in primis scripturarū rudimētis, Aristonem Argiuū in palestra, in qua luctator exercitatus eualit, picturæ quoque artem non liquit intemptatam, adhuc & Tragedias scripsit, tantaq̄ illi poetandi fiducia incesserat, ut ad eius p̄fessionē aspiraret, nisi magister Socrates hoc eius propositū mitigasset, ad altioris gloriæ desiderij attollens. Heraclidis primum sectator fuerat, deditus tandē Socrati coëqueuis suis post se relictis, ipsam Socratis doctrinā & ornauit eloquentia & rationib. armavit. Vbi uerò Socratē sibi mors eripuit, ne quid omninò tēporis amitteret, quamuis iam eloquio & sapientia cœlo par esset, omnium iudicio, tamē Aegyptios sacerdotes adiit, & ad quem mundus certatim discēdi studio cōfluebat, ipsum ab alijs discere non puduit: inde aut Astrologiæ peritissimus discēdens, ad Theodosium Cyrenaicū p̄clarū, illius tēporis Geometricū p̄fectus est, quibus omnib. uelut undiq̄ cōquisitis mercibus instructus, p̄ Pythagoræ tandē uestigia in Italiā uenit. Inuenisse ibi eū, tū multos, tum Archytam Tarentinū Timæumq̄ eos cognouisse, & ab eis didicisse Pythagorea omnia, auctor est Cicero. in primisq̄ immortalitæ animæ, à Pherecyde ut aiunt) repertā, à Pythagora susceptam, in expugnabilib. uallauit argumentis. Inter Pythagoræ successores archytorū amicitia cōplexus est Timæum, ex Locris oriundum, sub cuius nomine præclarissimū librū scripsit. In omni sanè Pythagorea doctrina, nō minus castigatis imitator quā ingenij fuit. Præter hæc etiam ad Indos & ad Magos penetrare decreuerat, fecissetq̄, nisi eum uelut in portu, libellorum tempestas in patria tenuisset. ubi nihilo segnus interea Par-

menidis ac Zenonis inuentoribus se dedit, ex multorū scilicet ingenijs libans, q̄ mox resti-
 furus erat in plurimos. scripsit equidem diuina potius q̄ humana factū libros multos, et
 ut de eo q̄ scripta sunt, ad cōtextū referam, primus omnīū tripartitam Philosophiā copula-
 uit, & sibi inuicem necessarias partes, nec pugnare inter se tantūmodō, sed etiā mutuis se
 adiuuare auxilijs ostendunt: nam quamuis de diuersis officinis hæc essent ei Philosophiæ
 membra suscepta, naturalis à Pythagoreis Dialectica, rationalis atque moralis ex ipso So-
 cratis fonte, unum tamen ex omnibus, & quasi proprii partis corpus effecit. Et cum prin-
 ceptis harum familiarum impollutas sententias, & inchoatas auditoribus tradidisset, hic eas
 tum ratione limando, tum orationis augustæ honestissimā specie induendo, perfectas atq̄
 etiam admirabiles fecit. hæc tamen alienis uerbis usus sum, tempus est ex me aliquid loquen-
 di. Hinc igitur ualidissima Philosophiæ radix exoritur, in plurimos postea sectarum ra-
 mos disidentibus ingenijs diuisa. itaque fure optimo, non Græci tantum, sed M. Cice-
 ro, & omnes doctiores Latinorum, uno ore, uel Platonem sibi gloriæ Philosophorum
 principem appellant, uel qui minus, hunc uel illum gloriæ sibi tribuunt collegam. alij Plo-
 tinum ut Macrobius, alij Xenophontem, ut A. Gellius. ita de collega forsatis aliqua,
 de Platone nulla quæstio est. Nec sum nescius, ab hac tanta Platonis laude, quosdam
 (ut Tulliano eos nomine designem) plebeios & minores, uel si Senecæ uocabulo uti ma-
 lim, cathedrarios Philosophos discordare, qui non aliter quàm in magno exercitu, sediti-
 osum uulgi, & ignauum magnis clamoribus permiscerent, nouosq̄ sibi duces faciunt,
 iusti imperij desertores, quibus igitur militibus licent obstrepant innumeris, paucos uel
 Græcorum uel Latinorum obijciam, quorum congressu nec anceps bellum sit, nec ne-
 cessaria sententia, constetq̄ alios forsatis à pluribus Platonem certè à melioribus lauda-
 tum. Sed de hoc multa loqui locus dehortatur, ne scilicet à rerum narratione, in contenti-
 onis studium transisse uideamur. Præstat igitur cœptum sequi, & ne uulgatum inge-
 ram, lectorem si fortè nescis admoneo, extra librum elegantem L. Apulei Madaurensis
 illustri Platonicū, qui liber inscribitur de Platone. Illic quidem & ipsius profapiam, & tē-
 pus originis, & parentū fratrumq̄, ac præceptorum nomina, & studia, & peregrinationes, et
 patrimonij modum, deniq̄ tanti uiri opiniones celebres ac famosas, de Deo, de Ideis, de
 mundo, de anima, de natura, de tēpore, de stellis erraticis, de animalibus, de prouidentia, de
 fato, de dæmonibus, de fortuna, de partibus animæ, & corporeo singulari domicilio, de sen-
 sibus, de figura corporis humani ac dispositione membrorū, de diuisione bonorum, de uir-
 tutibus, de triplici uirtute ingeniorum, de tribus causis appetendorum bonorum, de uo-
 luptate, de labore, de amicitia inimicitiaq̄, de turpi amore, de tribus amoribus, de speciebus
 culpabilitū hominum, de statu & moribus atq̄ exitu sapientis, de ciuitatibus, de Rep. deq̄
 eius institutione legibusq̄ optimis: de his inquam omnibus succincta breuitate conspicu-
 um, nec in amœnum cognitu reperiet tractatum. De initio quidem mundi idem sibi q̄d
 nostris, cuius contrarium successori eius Aristoteli uisum est, mundum non cœpisse, ut te-
 statur Cicero in primo Tusculanarū q̄stionū libro: Licet Apuleius in hac eū opinione uari-
 antē dicat. Cæterū tamen si ab initio huius operis decreuissem, ne qd aliud de q̄ ex secularibus
 literis, sumptū interferebam, siue ignorantia aliarū mihi cōscius, siue idēd, ne res distantissi-
 mas importuna p̄mixtione cōfunderē, tamen cū ad hunc tantū Philosophiæ antistitē, tam-
 quē religioni nostræ consentaneum uentum foret, temperare mihi non potui, quo minus
 præfixam stilo metam parumper excederem, idq̄ ab ipso recognoscerem, quod non
 modō noster, sed sequaces etiam sui memoriæ prodiderunt. Igitur aduentu suo in Ae-
 gyptum quem supra retuli, præter Astrologiam, Prophetarum quoque ritus ad do-
 ctrinam didicisse Platonem fama est, quod & ipse Apuleius uitæ actuumq̄ singulorum
 eius diligentissimus scrutator asserit, & gloriosus pater Augustinus, in libris quos de Chri-
 stiana doctrina edidit, curiosius exequitur. Narrat enim fuisse suis temporibus hæreticos,
 qui dixerant saluatorem nostrum, non propriam sed Platonicam habuisse doctrinā,
 ex ratione tēporis blasphemiam colorantes, q̄ prius Platonis Philosophiā quàm CHRIS-
 TIANUM Euangelium esse constaret. q̄ calumnia per sanctissimæ memoriæ Ambrosij Mediola-
 nensem

nensem Episcopū ita cōuicta est, ut ostenderetur Platonem potius, quæ uera sensisset, nō
 quidē ex ore Saluatoris, quem uidere non potuit, sed ab ipsius præconibus longē ante pro-
 missis accepisse. siquidem quo tēpore in Aegyptū uenit, seu fortè seu diuinitus illic inue-
 nisse Hieremiam, à q̄ propheticū suscepisset arcanū, q̄ (ut dixi) successor eius Apuleius,
 quamuis multo breuius, nec expresso Hieremiæ nomine cōsensit. Idem tamē Augustinus
 in alijs postmodū Libris, in q̄bus Ciuitatē Dei ædificat, & aduersariam subuertit, in hanc
 ipsam historiam reuersus, excussa diligentius annorū serie, comperit q̄d de Hieremiā scri-
 pserat, non fuisse possibile, qua Hieremias scilicet centū annis ante Platonis originē pro-
 phetasset. addit & aliam impossibilitatem: negat enim translationē septuaginta interpretū
 ex Hebræa in Græcam linguā potuisse ad Platonis notitiā peruenire, q̄ celebrata fuit re-
 gnante apud Aegyptios Ptolemæo & ut fieret insitēte, annos circiter sexaginta post Pla-
 tonis mortem. In hac igitur difficultate perplexus Augustinus, per coniecturas egreditur,
 opinaturq̄ Platonem, ut in sua doctrina tantam seruet cum Catholica ueritate cōcordiā,
 seu ueterum fortè quibusdā libris edoctū, seu potius iuxta illud apostolicum: Quia q̄ no-
 tum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim manifestauit illis, & q̄ sequuntur: seu (in q̄d
 magis inclināt & multis indicijs impellitur) ut quodammodo pro ueritate consentiat, q̄
 scilicet ille uir acutissimū, & ad discendū insatiabilis ingenij, sicut in Aegyptias, sic et in He-
 bræas literas alicuius interpretis colloquio penetrarit. Vnde cunq̄ sanè hæc tam uirtutis
 amica Philosophiā manuerit, quàm Dei donū fuisse nemo dubitat, quanta sit inter illius
 opinionis & Christianorum fidem paritas, q̄ scire uolet, legat ipsius Augustini Confessio-
 nū librum Septimum, ubi reperiet in omnibus ferè q̄ de uerbo Dei dicuntur, à nostris Plato-
 nem cōsentire, p̄terquam in susceptione humanæ carnis, ubi nō contradixit ille, sed siluit.
 Hinc est, q̄ in eisdem Confessionū libris scriptum est. Cæterum Philosophorum scripta
 plena fallaciarum & deceptionū, secundū elementa huius mundi, q̄ ait Apostolus, in Pla-
 tonicis autē modis omnibus p̄dicari Deum & eius uerbū. Sed ego uideo quàm cupidē in
 idem quod mihi contingere meditabar incubuerim, deinceps igitur in perpetuum cohibe-
 bo, Finis quidem uitæ, quia studiorum Platonis fidelissimus testis erit, non est prætermit-
 tendus, sub capite morientis, Stephanionis, numeros constat inuentos, ut non minus uerè
 de hoc, quàm de Carneade dici possit, quod unus fuerit & Philosophandi finis & uiuen-
 di. Obijt annis ætatis uno & octoginta, exactis (mira res dictū) ipso suo natali die. quam ob-
 rem ut in epistola quadam meminit Anneus Seneca, Magi qui tunc fortè Athenis erant,
 immolauerunt defuncto amplioris fuisse sortis quàm humanæ rati, quia consumasset per-
 fectissimum numerum, quem nouem nonies multiplicata componunt.

ARISTOTELES.

VT apud Aristotelem minus temporis exigam, causa est mora longa, q̄ apud præce-
 ptorē traxi. accedit, q̄ quæcunq̄ ferè de ipsius laudibus, dici possunt, iā uulgō & scho-
 sticis omnibus nota sunt, sed quoniam illustria nomina recensentem tantū uiri doctrinā silu-
 isse nefas est, qd aliud de ipso dicā, q̄ q̄ Macrobius. Hic uir tantus nihil mihi uideē ignora-
 re potuisse, accepimus à Græcis, hodie etiam apud eos Platonē, p̄pter ingenij singularem
 quandā altitudinē diuinū, Aristotelē uerò p̄pter scientiæ ubertatē, dæmonijū dici. innume-
 rabilia de hoc extunc magnorū uirorum testimonia, sed res tam clara, ut teste nō egeat. ita
 que nō sum multus in cōquirēdo, qd à singulis in huius gloriā cōferat M. T. Cicero, cū sū-
 mo ingenio scientiæq̄ copia p̄ditum dixisset, de eodē loquens. Aristoteles, inq̄t, lōgē omni-
 bus (Platonē semper excipio) p̄stans & ingenio & diligentia. eandem sententiā ferè uideē
 Augustinus, ubi in ipsius libris de Ciuitate Dei, post memoratū, p̄ximè supra sermonē ha-
 bitū de Platone sic adiecit Aristoteles Platonis discipulus, uir excellētis ingenij et eloquij,
 Platoni qdē impar, sed multos facili superās. At si cōmentatorē eius Aueroim audire
 uelimus, iuratus testis, ubi res exigat firmabit, naturā in hoc uiro fecisse potētia extremū,
 cōparantēq̄ sibi quempiā ridebit. ego utrosq̄ audiens silebo, & si loq̄ cogar, dicā illud pa-
 storum carmen: Non nostrum inter uos tantat componere lies.

SOCRATES.

Peruertit ordinem temporum, maiestas rerum, primus omnium Socrates humanam doctrinam, singulari studio complexus, Philosophiam usque ad eum diem, circa stellarum cursus & coeli dimensiones varijs ambagibus hæsitantem, in terras attraxit, & in urbibus atque intimis mortalium præcordijs propagauit. Incipiens de animorum moribus ac motibus, remedijsque & uirtutibus tractare, moralis primus artifex (ut ait Valerius) uitæ magister optimus.

DEMOSTHENES.

Sed ubi Demosthenem relinquo, quo nemo unquam laboriosius, nemo per plures obfluctantis naturæ difficultates in altum reputauit. Perplexitatem linguæ, exilitatem uocis, fragilitatem laterum, & impotentes arterias adiecerat ei fors, nascendi una ex aduerso studij assiduitas, fregit hæc omnia oris corpore, sæpè quod exprimere nequibat: iterando discussit operosa exercitatione uocis, ac laterum remedium adinuenit, ut in quibus maxime sibi displicuerat, in eisdem postea aures auditorum singularius demulceret. Plurimos uersus uno spiritu per nomen oppositum, impigreque gradiens reddebat, at ne in cõcionibus fori murmur ac dissonum uulgi horresceret, iuxta procellosum pelagus, undis obstrepentibus, plenoque interdum lapillis ore perorabat, ut inde digressio & talibus impedimentis libero nil difficile uideretur. Eleganter itaque Valerius habuisse hunc cum rerum natura certamen dicit, sed uictoriam retulisse, quorum uero tantis laboribus: si me interrogas, ad summum eloquentiæ fastigium, quod non segnus apud suos, quam apud nos M. T. Cicero apprehendit ac possidet. Et iste quidem tenax propositi, atque amantissimus literarum, sequens uero etiam amantissimus uidetur.

DEMOCRITVS.

Democritus immoderato studiorum impetu euectus, existimansque in primis magna molientibus onerosam diuitiarum sarcinam, reseruata sibi ad necessarios usus modica parte patrimoniij, residuum patriæ suæ dono dedit, quod ne quis exiguum putet, tantas fuisse opes, ut patri eius laus impensa fuerit, Persarum regem cum illo immenso exercitu mille millium armatorum habuisse conuiuam. Siciam leuior expeditiorque profectus, Athenas ad studiorum fontem, assiduo disciplinarum haustu discendi sitim compefcuit, minus hoc mirum facit, charior abiecta sarcina. Siquidem rarus idem uarias imagines, quæ per oculos corporeos in animam irrumpunt, cogitationis acumen obtundere, ut huiuscemodi phantasmatis aditum obstrueret, oculos sibi passus est erui. hæcque in historijs Græcorum cõtineri auctor est A. Gellius, apud Ciceronem quidem ita scriptum est: Democritus luminibus amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat, at uero bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia, utilia, inutilia, parua, magna, poterat sine uarietate colorum: licebat uiuere beatè, siue notione rerum non licebat, atque hic uix impediri aciem cõspectu oculorum arbitrabatur: & cum alij sæpè quod ante pedes esset non uiderent, ille in firmitatem omnem peragrabat, ut nulla extremitate consisteret. hæc ille. Mihi uero cui minus est animi in inuestigatione quidem ueritatis, cuius desiderio Democritus ardebat, ad excitandum animum non leue calcar habere uidentur oculi, quoniã si Philosophandi principium fuit admirari, unde oro crebrius atque profundius quam per oculos admiratio in animum descendit: Quamobrem flagrans huius propositi miror, sed inane cõsiliũ obstupesco.

CARNEADES.

Carneades nõ segnus sed aliquãto modestius, neque enim sensus sibi corporeos abscidit, sed eorũ usum rationis impio subiecit. tanta quidẽ intentione ferebat ad id quod mēte cõceperat, ut quocũque se uoluerit torus illic esset, denique ad mensam sedes, nõ cibũ potũque sumere, non sumptum ad os ferre meminisset, nisi Melissa quædam, quæ sibi pro coniuge seruebat, apprehensam leuiter dexteram, ad obsequium neglecti corporis retulisset. In hoc profecto uerificatum est quod Philosophis placet, Docto uiro cogitare esse uiuere. Sic enim uixit quasi cogitationibus, aleretur, idẽ disputaturus cum Chryssippo, hellebori haustu sese ante purgabat,

purgabat, & aduersus acutissimum hominem, suum acuebat ingenium. Inter has curas octogintanouem ætatis annos, nusquam interrupto studio transegit. Hic est ille Carneades quem graues & indecifas Peripateticorum & Stoicorum lites, honorarij more arbitri diffinire solitum, auctor est Cicero.

CHRYSIPPVS.

Non differam Chrysippum, qui disputator an illaqueator eximius, octoginta uitæ suæ annos ita partitus est, ut plus dimidio in unius ingentis uoluminis studium impenderet, nec residui temporis momentum perire passus, itaque tam multa scripta edidit, ut ad eorum cognitionem communis hominum uita non sufficiat, studium laudo, subtilitatem hominis laudarem, nisi occurreret quod apud Senecam inueni, Chryssippi acumen, inquit, in seipso frangitur, quod de uino dictum innumerabiles tangit.

CLEANTES.

Huius, ut Ciceroni placet magister, ut uult Valerius discipulus Cleantes, et studiosior & uiuacior fuit, ut ad nonum et nonagesimũ docendo discendoque puenerit, et diebus quidem agitatione mētis aduersus ignorantiam, noctibus uero aduersus paupertatem corporis labor pugnauerit, duas res difficillimas, uigilantissimo subterfugerit ingenio.

ISOCRATES.

Parætas Isocratis, qui assiduitate studij præseruatis ad extremũ ingenij uiribus, quarto & nonagesimo ætatis anno librum scripsit, iuuenilis roboris atque animi testẽ, ipse post quinquennio superuixit. Hic est ille Græcus Orator, de quo in Saturnalibus, quod primum omnia uerba soluta & uaga sub numeros artauit, quod si sic accepimus, ut carminis inuentorem æstimemus, ratio temporũ obstabit, constat enim & Tullius in Rhetoricis, testatur hunc & Aristotelem fuisse coætaneos, & Aristotelem uero, iam Roma florente floruisse non ambigitur. rursus Homerum & Hesiodum Græcorum Poëtarum præclarissimos, ante conditã Romã fuisse, idẽ Tullius testis est. Inuentor ergo nõ carminũ, sed numerorũ fuit eorũ, quibus utuntur Oratores, quod ipse M. Tullius de Oratore diligenter exegit, docens & hoc serius inuentũ, & ad id æmulatione Poëtarũ fuisse puentũ, quod eos lætius quam Oratores audiri, sola numerorũ suauitate perpederant, atque illud adiungit, non fuisse Isocratem huius inuenti principem, quippe eũ Trasymachus & Gorgias præcesserunt, uterque numerosior, sed idcirco huius rei titulum ad Isocratem peruenisse, quod in eius exercitio moderatius se gesserit, quando Gorgiam senẽ adolefcentem ipse castigauerit repertum in Thessalia & huiusmodi numeris, quos festiuitates appellabat, in tempestiuus abeuntem.

SOPHOCLVS.

Quintum his adijciam studiosum senem Sophoclem, qui iuxta centesimum ætatis annum, in extremo uitæ exitu Tragœdiam scripsit Oedipodem, Qua sola (ut Valerius ait) omnium eiusdem studij Poëtarum præripere gloriam potuerit, sicut sepulchro eius insculptum gloriosum, sed ueridicum epigramma testatur.

DIODORVS.

Diodorum quendam Stoicum refert Cicero, domi suæ cæcũ multos annos uixisse, sed post cæcitatem multo quam prius diligentius philosophiæ operam dedisse, fidebus quoque usum more Pythagoreo, & lectioni librorum, quo uno modo poterat alieni luminis auxilio, dies noctesque tribuisse, adhuc quod uix absque oculis possibile uideat, & Geometrica tractasse, iubentem discipulis, unde & quo quancumque lineam duci uellet.

SOLON.

Cur Solonem, quem primum poni par fuerat, in extremũ reijcimus, sed in multis collegis obseruatũ, ut ætate & gloria priores ultimũ teneant locum, studium igitur Solonis ac doctrina, multis & magnis testibus constat, siue enim operis effectus cõsuis, & ille nimirũ toto orbe illustres Athenienses leges, hunc autem recognoscunt, siue ipsiusmet testimonium expectas, & ipse quidẽ de se loquens ait: Se quotidie discentẽ aliqd senescere. siue famam publicã pcontaris, & hæc tibi inter illos primos sapientiæ professores, præfert haud dubiẽ Solonem. siue summi philosophi auctoritatem mauis, & in Platonis Timæo Solonem è

numero Septem Sapientum primariū inuenies. siue uitæ finem interrogas, qui de actibus humanis incorruptissimus testis est, ille te docebit, quantus in eo pectore uiguisse studio rû ardor, quē nec senescentis corporis ruina, nec gelidæ mortis uicinitas possit extinguere. non habuit ad studiū prætaxatas horas, semper in exercitio mētis erat. In hoc unū uiuebat, ut disceret, nec discere potuit, nisi dū uixit, nec uiuere uoluit nisi dum disceret. utrumque igitur pari fine conclusit, Si quidem (quod multi faciunt auctores) in illo supremo fugientis uitæ spiritu, cū inter assidentes sermo fortè grauior esset obortus, ille sollicitus senex, moribundū caput extulit, & opinantibus amicis ipsum (quod tali statu multis accidit) & inuilitatū corporis motū aculeo mortis urgeri, atque ideo quod nam sensisset interrogantibus. Volō (inquit) hūc uestrū sermonē intelligere & mori. dignā uocē, cuius auctori nulla mors noceat: neque solū prudentem cæteris quod laude dignis (ut est apud Platonem) præstitisse uideat Solon, sed etiā carminibus, quod si non perfunctorie, sed dedita opera poetica exercitatus fuisset, nec impedimento bellorū Ciuiliū, quæ conceperat omisisset, fortè nec minor Homero fuisset, nec Hesiodo, & hæc studioso doctoque uetustatis exempla sint.

RECENTIORES.

ROBERTVS REX SICILIAE.

Sed quod posteritas dicet, quibus piaculis inter pronepotum populos ignauia nostra purgabitur: Libidinis auaritiæque studiū incelsit, omnis penè mortaliū labor huc respicit. si quis est qui ad studia honestarum artium applicuisse uideatur animū, is tamen quo primum scholas ingreditur die, de pecuniaria mercede iam cogitat. hos ergo non tam studiosos quam mercenarios uoco, nihilque plus eis quam pelagi aut telluris aratoribus tribuo, nisi quod illi manus & corpora, hi linguas & ingenium uenales habent, eorum faciliore quo pulchriore parte hominis seruiunt. sed cur inuisis & nihil profuturis immoror querelis: cur non potius ueteribus. referat recentibusque in ane & uacua memoria excutio: si quis unquam esset ad redimendū ætatis nostræ pudorem, satis efficax & puto nec maiorum umbris, nec successorū linguis, ne insultent fortiores clypeū opponi posse, Roberti Siciliæ regis nomen. is enim, non post labores studiorum (quod de multis uidimus) in altiore peruenerat statum, sed in regia natus, immo quidem, si dici phas est, Rex antequam nasceretur, non patre tantū, sed tamen paternis quam maternis auis & proauis ortus regibus, educatus in amplissima fortuna, tot propter obstaculata Rex puer, & ut simul cuncta complectar, nostro seculo genitus, processu autem ætatis uariante fortuna, maximis periculis circumuentus, aliquandiu passus est carcerē, nec minis nec insultibus. nec blanditijs fortunæ, nec inertia tēporū a studijs abstrahi quirit, unquam seu pacis seu belli negotiū tractaret, seu curā corporis ageret, per diē & per noctē ambulās sedesque libros propè se uoluit. omnis eius de rebus altissimis sermo erat, & quod de Cæsare Augusto diximus, hic multo minore, & quasi nulla, prorsus subsistente materia, diligentissimè semper custodiuit, ut ingenia seculi sui complecteret benignitate regia, & inuentiones nouas recitantibus, non tantū patientissimus auditor, sed plausor & humanissimus fautor assisteret. hæc uita eius usque sub extremum fuit, nihil unquam puduit addiscere senem philosophum & regem, nil noctis quoque communicare piguit. Hoc intimum in ore habuit, discendo docendoque sapientē fieri, quanto denique literarū amore flagrauerit, uel una uox eius indicat, quæ ego meis auribus audiui. Dum enim die quodam multa colloquens ex me quaesisset, Cur tamen sero eum uisitasset: & ego (id quod erat) terræ marisque pericula, nec non & impedimenta fortunæ uaria, traxisse uotum meum dicerem. incidit nescio quomodo Francorum Regis mentio, interrogante eo, Vnquam ne in illius aula fuisset: respondi: nec unquam quidem me cogitasse de hac re. Subridente eo, & rationem flagitante, Quia illiterato, inquam, Regi inutilis, & insuper onerosus esse non placuit, dulcius mihi satis est cum paupertate mea scædus ratum seruare, quam temptare regū limina, in quibus nec quenquam intelligere, nec intelligerem a quoquam. tunc adiecit, Audisse se, quod primogenitus regis literarum studium non negligeret: cui ego idem me audisse respondi, uerū id patri molestū, & ferūt eum filij præceptores, pro suis hostibus ducere, quod an uerū sit, neque nunc assero, neque tunc asserui, sed ita famam loqui, atque id mihi omnem ad eundem cogitationem uel tenuem præcidisse

præcidisse narraui. quo audito ille generosus spiritus infremuit, & toto corpore cohorruit, & post aliquatulum silentij, fixis in terrā oculis, & ut frons testabatur, non sine magna indignatione transacta (singula enim ac si præ oculis haberem teneo) caput extulit & ait mihi. Sic est uita hominum, sic sunt iudicia & studia & uoluntates uariæ. At ego (inquit) iuro dulciores & multo chariores mihi literas esse, quam regnum, & si alter utro carendū sit, æquanimius me diademate quam literis cariturū. O uox uerè philosophica, & omnium studiosorum hominū ueneratione dignissima, quantum mihi placuisti, quantum studijs calcare addidisti, & quam profundè & quam tenaciter meis præcordijs inhaesisti. Et de studio quidē Regis hæctenus, quid loquar de doctrina: certè qui uel odio uel obrectandī cōsuetudinem multa uirtutibus detrahunt, scientiæ sibi titulum non inuident, sacrarum scripturarum peritissimus, philosophiæ charissimus alumnus, orator egregius, incredibili physicæ notitia, poetriam non nisi summam attigit, cuius ut sæpè dicentem audiui, in senectute penituit. Non inuenio suscepti sermonis exitum, nisi aliquid de me ipse gloriari. Veneram Neapoli clarissimis famæ uocibus experrectus, & illud unicum seculi nostri miraculum uisurus, lætus fuit aduentu meo, ut qui de me grande magis quam uerum aliquid audiuisset, in longum eam si singula prosequar. Visum est mihi tandem lauream Poeticā, quæ à teneris annis optaueram sibi potissimum debere, neque enim ante clariorem tam insueti muneris auctorem uidebar habiturus, quam cum sibi narralem, regius ille animus, ut qui nullam nisi in altis & gloriosis actibus uoluptatem caperet, gaudium suum cum uerbis humanissimis, cum sydereæ frontis serenitate restatus est. cæterum ut ipse exeam, ubi paruulati meæ altissimum illud ingenium condescendit, cum quædam de arte Poetica ac de proposito & differentijs Poetarum, de quibus ipsius laureæ proprietatibus dixissem, aures eius animam quæ tangentia, multis audientibus hæc mihi tribuere dignatus, ut assereret non paruam temporis sui partem poetici studij impensurum se fuisse, si quæ ex me audierat ab ineunte ætate cognouisset. Ego autem primum uidere incipio contigisse mihi quod semper, cogitauit, ut sensim longius ferar, quotiens prædulcis commemoratio incidit illius animæ, quæ cū cœlū quoque decoraret, sibi quidē ætate optima, mihi autem regniisque suis immaturè nimis hinc abiit, multos fortè præterea me plaudente rerum scriptores, alij memoratu dignos scriptis suis inserent. Ego quidem & si incomitatum non debere Regem esse sciam, tamen quod dolens indignansque profiteor, ætate hac idoneum, sibi comitem non inueni, nunc quoniam inter uirtutum præludia satis hæcisse mihi uideor, desiderium lectoris diutius non traham, sed huic primo libro, uelut quodam totius operis uestibulo metam statuens, inter ipsas uirtutes sacrum & neglectū hominibus habitantes domicilium ingrediar, non equidem ut incola, sed ut peregrinus obstupens paucorum gloriæ, quos rerum gestarum meritum limen illud transiisse uideo.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ V. C. RERVM MEMORAN-
DARVM, LIB. II.
DE MEMORIA. CAP. I.



Ingredienti mihi quidem reuerenter, uelut religiosi cuiuspiam templi fores, primogenita sororum occurrunt in limine, ea est prudentia, quæ nihil est aliud (ut à M. Tullio diffinit) nisi rerum bonarum & malarum sententia. sine qua (ut Philosophis placet) ne dicā haberi, sed ne intelligi penitus ulla uirtus potest, hæc possit minutius, sed trifariam breuissima partitione deducitur in præteritorum memoriam, præsentium intelligentiā, & prouidentiam futurorū. & quoniā per partes comodissimè omnis tractatus absoluitur à memoria quæ, simulque cū uirtutū prima ab homine quodā ingenti principe inicitū, repetendū est.

Duo Iulio Cæsari, hoc in primis etiam ab hostibus datum scio, ut memoria polle-
ret eximia, de qua M. Tullius ait: quod nihil soleret præter iniurias obliuisci, & lege-
re simul, & scribere, & audire, & dictare solitus traditur. epistolas de rebus maximis, qua-
ternas dictabat alijs, ipse manu propria quintam scribens, ac si calamum eximeres, septe-
nas pariter dictabat, quæ quidem uelocitas, an uolubilitas promptissimi ingenij, an amplif-
simæ firmitas memoriæ dici mereretur, incertus sum. siquidem celeritas ingenij, tenacitas
memoriæ laus est, quodlibet ei nomen imposueris, magna res in primis & mirifica, tam fa-
cilè singulis adesse, tam fideliter omnium meminisse.

Q. F. MAXIMVS.

Nec sum nefcius huius quoque rei singularem Q. F. Maximo laudem contigisse, in-
ter multa nimirum, quæ ipsius uiri gloriam extollunt, hoc non in ultimis posuerim,
quod ingenti quadam fuit notia uetustatis ac memoria, de qua est apud Ciceronem, quod
omnia non domestica solum, sed etiam externa bella memoriæ tenebat, itaque minime mi-
ror, quod bello Punico secundo, cui procellæ iam grandæuus interfuit, dicta eius consilia
quæ, tunc in populo, tum inter primores patrum, pro oraculis habebantur. Verè enim mihi ui-
deor dicturus, qui multa transacti temporis meminerunt, nisi obtuso nimis crassoque sint in-
genio, fore quoddammodo futurorum uates.

L. LVCVLLI ET HORTENSII.

Sed cum duplex memoria sit, una rerum, uerborum altera, primam qualem in Fabio modo
retuli, talè in L. Lucullo amplissimo & imperatore simul & philosopho admirabiliter
cõpio uiguisse, secundam habuisse uideat. Hortensius, utriusque testis est Cic. cõtaneus amborum.

L. SCIPIO.

Ex omnibus autem gentibus ac seculis, nullum in hac re facile prætulerim L. Scipi-
oni, si modo uerum est quod tradunt, ipsum P. etiam R. nomina reddidisse. mira &
speciosa capacitas, ubi tam multa & tam uaria nomina locum inuenissent, res quidè pene
incredibilis, nisi eam multi, inter quos Plinius secundus, proprio testimonio cõfirmassent.

EXTERNI.

ANNEVS SENECA.

Vt aut Romanos externosque cõueniens & extrema participans iunctura conglu-
tinet. L. Anneus Seneca, Cordubensis originis, sed Romanæ uirtutis, hanc diuinam
sibi memoriæ ubertatem, usque ad miraculum contigisse testatur, nec credibile est tantum
uirum falso quicquam gloriari. Ait enim se duo millia nominum recitata, eodem ordine red-
didisse, & ducentorum atque amplius discipulorum totidem uersiculos, cum singuli singu-
los dixissent, ordinem retrogrado recitasse, nec inferior laus illa quæ sequitur. addit enim
eam sibi memoriæ fuisse, non ad complectendum ea quæ audierat, sed ad continendum
quoque, quorum alterum ex agilitate consequendi, facultatem dimittendi, alterum ex reti-
nendi diuturnæ, capiendi segnitiam annexam habere consuevit.

LATRO PORTIVS.

Latronis Portij memoriæ, mori uetat Seneca. perierat nisi ille scriptis eam suis cõmendaf-
set, tantum unius clari mansurique nominis fidelis ualeat amicitia, quæ amicum morti eri-
pit, secumque perpetuat. Inter multa nimirum quæ de Latrone suo dulciter familiariterque com-
memorat, memoriæ illi & natura ualidæ, & artificio munitam tribuit, & capacè simul & tena-
cè, itaque nec quæ scripserat lectitabat, satis erat scripsisse, id ipsum celerrimè faceret, in tran-
scursu didicerat nec quæ semel hæserant, auelli poterant. Memoriter quæ cuncta dixerat ser-
uabat, qua memoriæ sollicitate fractus, librorum auxilio non egebat scribere, sed animo glo-
riabatur, & quæ illic scripserat, sic in expedito habebat, ut nec in uerbi quidem ullius unquam
recordatione laboretur. quasi librum sub oculis habens loquebatur. Proponebatur cuius-
piam ducis nomen, tanta inerat historiarum memoria gesta illius celeriter & ex tempore
narrabat, non ceu pridem cognita depromeret, sed uelut modo scripta perlegerat. & huic
quidam Latroni iuxta Senecam suum locum ut debitum & utriusque profectio gratum, reddidi.

INNO.

Ibidem alterius memoriæ miraculum retulit, nomen eius tacens, scilicet qui poemata re-
cens, ab ipso qui illud ediderat auditum, tam celeriter arripuit, ut mox suum esse cõten-
deret: argumentum satis uolentem afferens, quod ipse memoriter id redderet, quod recitator
primus & ueris auctor carminis nequiret. præceptum quidem famæ cupiditas, sed inter raras
naturæ dotes miranda uis memoriæ.

THEMISTOCLES.

A bocca ad orientem uerso, primus omnium Græciæ gentis Themistocles occurrit,
qui inter grauissimas occupationes publicas priuatasque, cunctorum cõciuium suorum no-
mina (& erat Athenis natus) in memoria tenebat, stupidum negotium, nisi L. Scipionis men-
tio præcessisset, idem indigno exilio coactus, cum ad Xerxem Persarum Regem se cõferre de-
creuisset, breui temporis spatio, Persicum primum idioma perdidit, ne quid in primo col-
loquio peregrinum, aures Regis offenderet. Itaque minus miror tantis naturæ præditum
muneribus, artificiosam memoriæ contempsisse, quæ cum in Græciâ reperta, apud nos
hodie uulgata est, quam cuidam eius artificij perito sibi promittenti, respondit, malle se obli-
uiscendi artem discere. Visa quidem auditaque omnia memoriæ adhærebant, & id circo
non tam nouis sarcinis urgere, quam turba rerum innumerabilium prægrauatus pectus
exonerare cupiebat.

CYNEAS.

Cyneas quoque clarissimam huius excellentiæ gloriam consecutus est, qui legatus a
Pyrrho Romam missus, postero qui urbem ingressus erat die, homo aduentitius &
alienigena, uniuersum Senatū proprijs nominibus salutauit. sunt qui Equestrè ordinem,
sunt qui urbanam Senatui circumfusam adiciant, operosus saluator ac diligens, & si ob
aliud non uenisset.

CYRVS PERSARVM REX.

Cyrus Persarum Rex, & si maximis exercitijs præesset, omnium tamen militum nomina
meminerat, Mithridates uero duarum & uiginti (ut notiores qui de illustribus hi-
storici loquuntur, ut A. Gellius, quinque & uiginti, ut autem Plinius quinquaginta) gentium
quæ sub imperio eius erant, diuersas linguas nouerat, & ut iura cuiuslibet patrio sermone
redderet, & in concionibus singularum nationum interpretem non requireret. quæ res &
illum militibus, & hunc populis suis acceptissimum fecit.

CARNEADES.

Ex tremum mihi nunc, sed nullum præcedentium inferius memoriæ monstrum differendum
est, Carneades quidem (ut aiunt) in Græciâ, quæ quis è bibliothecis uolumina educeret,
in morem legentis memoriter reddebat. huic uero dici potest, superuacuos codices fuisse.
hic profectio non scribebat in animo tantum, sed sculpebat: tempus est & presentia memorandi.

RECENTIORES.

INNOMINATVS.

Amicus quidam meus, ab adolescentiâ ad hanc ætatem, tam multis & domus &
patriæ laboribus periculisque iactatus est, ut ociosum ferme nullum tempus inueniret, quo
nihil huic de qua loquimur facultati potest esse funestius. Vaga enim mens multa comple-
ctitur, pauca stringit. ceterum huic inter uarias & innumerabiles ac diserpentes animum
curas, inexhaustam quædam memoriæ militarem insitam animaduerti, quæ crebro in hor-
rorè cõpulit cogitantem, quanto uberior fuisset, si eam sibi quod studiosi homines solent cir-
cũallare & fulcire quotidiana lectione licuisset. uidisse semel uel audiuisse satis est, nunquam
obliuiscitur, nec res modo meminit, sed uerba, tempus & locum, ubi quid primum acceperit.
sæpe totos dies aut longas noctes colloquendo transegit, audiendi namque cupidior
nemo est, post annos uero suborta earundem rerum mentione, si quod forte plus minusue aut ali-
ter dixisset, submissa uoce cõfestim admonebat, hoc me aut illud uerbum mutare. admiranda tunc
& unde nosceret percunctati, non solum tempus, quo id ex me audiuisse, sed sub cuius illicis um-
braculo, ad cuius undam fluminis, in cuius maris littore, cuius montis in uertice (loginque enim
secus oras circumiui) me singula recognoscere memorabat, iterum & iterum exptus fateor, ad
loquendum

*nota sententia? omni ordine
se studij et uoluntatis
anna*

loquendum illo præfente, quod uel cautior certè, uel tardior factus sum. & hæc quidem memoria sub armis, at sequens sub amictu religionis inter libros habitat.

CLEMENS PONT. ROM.

Clemens VI. egregius nunc Romulei gregis pastor, tam potētis & inuictæ memoriæ traditur, ut quicquid uel semel legerit, obliuisci etiam si cupiat non possit, hoc sibi & studiorum nutritrix alma Parisius, & orbis uniuersus tribuit. ego enim & si sæpe ante pedes eius fuerim, tamen de hac re nihil præter famam habeo, cui facilius accedo recolēs, id sibi non nouiter tributum, sed ante diu quam hoc fortunæ culmen ascenderet, in quod euectum, circumstrepentibus adulantium turbis, ueræ laudis iudicium amiserunt. Illud additur miraculo hanc tantā sibi memoriā, magno quondam capitis ictus (cuius adhuc testis ætas extat, ingens supremo uertice cicatrix) peruenisse. memorabilis casus si modo uerus, hoc enim habet inter multa clarorum admiratio, uiam fabulis aperire solet, sed si ita est compensentur hoc tam foelici uulnere, illorum casus duriores, de quibus est apud Pliniū, quorum alter ictu lapidis literarum omnium, alter præcipiti casu matris & affiniū & propin quorum, tertius autem morbo feruorum suorū, quartus etiam proprii nominis oblitus est. hæc sunt exempla memoriæ, de qua profundius loqui difficile, & alterius tēporis opus. Si cut enim nulla copiosior aut ditior est animi suppellex, sic nulla fragilior, nulla fugacior, hinc est quod prima omnium senescit. Cuius rei non solum Seneca, sed experientia est testis, & plusculum indigens reparatione, opis indiget, & casibus ac morbis pluribus exposita est, quin & ipso ualitudinis uiuente flore, uel curis acribus, uel somno graui, uel perturbatione ridicula. Deniq; leuissimis & innumerabilibus ex causis ita repente nōnunquam animum destituit, ut attonitus rerum omnium, ignarus & loci & temporis, & non absentum modo sed absentium, postremo suimet obliuione cæcissima confundatur, nisi confestim reuolet ipsa que fugerat. Deinceps ad secundam primæ uirtutis partem transeamus.

DE INGENIO. Cap. II.

Intelligentia rerum potentium cognitione sita est, hanc uisum est nobis subdistingue- re, est quoddam genus hominum percipiendis literis potissimum, quos uisato nomine ingeniosos appellamus, quamuis in actibus humanis hebetiore sint, interdum mentis acie. alij ex diuerso ad res gerendas acutissimi, perceptioni literarum inhabiles habentur, quos quisq; uel sagaces uel cautos uel solertes dixerit, puto nec à uero nec à communi hominum sermone deuiauerit: quibus magna pars conuenit eorum, quæ Græco uocabulo Stratagemata appellant, ubi scilicet in Rep. pro qualitate negotij, præsentis subito capitur consilium. Est autem cum in longinquum tempus consilij effectus extenditur, ubi locum sibi uendicat prouidentia, quæ terria prudētiae pars est, per quam non tam præsentia, quam ex præsentium siue præteritorum collatione, futura noscuntur. in his enim, nisi fallor omnis prudentia uersatur. Has igitur partes exequar hoc ordine, ut agam primo de ingenio, cui eloquentiam adiungam, quæ est magna pars eius, ubi facietas quoque & illustres uerborum iocos dictos, ex tempore in unum colligam, quod ille maximæ dulcis eloquentiæ fructus uideatur, auresq; fatigatas mulcens, & mœstum animum exhilarans: & qui si locum & tempus obseruauerit, conciliat audientium fauorem, opinionē quadam agilis & iucundæ prudentiæ. Hinc de solertia quæ operationes aut uerba hominum concernit expeditam, & licet non ignorem sapientiam quiddam maius ac sublimius importare, quam quod uel prudentiæ uel cuiusquam uirtutis contineatur angustijs, quia tamen rerum floridiora carpenti, prætereunda huius mentio non fuerat, nec alibi opportunius poteram, hoc loco sapientiæ exēpla, quæ clariora uidebuntur interserā. Post hæc prouidentia ipsam, in proprijs sinibus locabo, hoc est non ut ex reb. bellicis, sed ex ipsa hominum uita, & ex communi rerum agibilium aceruo proferantur exempla, ubi permixtim & de coniecturis agam, mox de oraculis, de somnijs, de ominibus, de portentis, quod hæc quoque in anteriora prospiciant, quam breuissimè perstringam. Nouissimè Stratagematicū tractatū partim secundam, partim tertiam prudētiae uim in armis necessariam repræsentantē adijciam, quæ

copiosa

copiosa & ampla est materia, et necessariò in plures particulas secanda. quippè cum de una quaq; non tantum apud Græcos, sed etiam apud nostros, integri sint cunctorum libri, & quia secundum promissionis ordinem, de ingenio prius est agendum præfari liber, quæcunq; ferè studioforum nomina collegi, eadem & ingeniosorum esse hominum. Sed repetitionem minimè necessariā effugiens, quorundam hic nomina conquiram, quorum non tam studium quam ingenium nobilitatum est. ad hæc non nudi & incompti, sed eloquentia uestiti ingenij, exempla præfens habebit locus.

VIRGILIVS.

Inter ingenia Latinorum si mihi iudicij locus & libertas non eripitur, nescio quem Virgilio prætulero, in quo si sic intelligatur, ut animus meus fert, puto quisq; operum eius elegantiam, & in singulis uerbis lumen aliquod, sub nube poëtica, ad hæc sententiarū grauidam ueritatem, ac diuini stili artificij diligēter introspexerit, fatebitur doctrina posse alios quos excellere, ingenio fortasse neminem. Nam de eloquentia quid aliud dicam, nisi quod Macrobius, qui quatuor eloquentiæ generibus collectis, de quibus mox agam ego, unum quodq; genus suo sapienti tribuit auctori, uni Virgilio simul omnia dare non timuit: ceterum tam illustris hæc eloquentia, atq; hæc (ut ait Seneca) diuina facultas ingenij, oratione soluta Virgilium destituit. quid enim potest in carminibus, nullum nescire arbitror, qui uel semel Castalio de fonte gustauerit.

M. T. CICERO.

Sed quod ad summam spectat eloquentiam cōsensus Latinorum omnium M. Tullio, Græcorum uerò Demostheni palmā defert. Ego autem dilato parumper Demosthene, donec gratius inter suos collocetur, de Cicerone prius dicam, quem Latini eloquij principem, sine dubitatione philosophis, oratoribus, historicis, & poëtis cōcorditer uisum est quod ipsum et catholici tractatores asserunt, & uulgò iam ita esse persuasum est uerum. Netamen (ut idem ipse Tullius ait in quodam loco) utar in re certa, testibus non necessarijs, singulorum testimonijs prætermisissis, ad ipsius eloquentiæ uim, paucorum sed illustrium & notissimorum effectuum commemoratione demonstrandam propero. Hæc est quidē, quæ fortissimis septū armis, nihilq; nō ausurū Carilinā, in armis exterruit, & de incēdio urbis ac ciuili sanguine cogitantē, trusit in exiliū. quæ moenia Romana, q̄ theatra, q̄ tēpla, quæ arcem Capitolij, quæ honorū lares, q̄ totū deniq; corpus imperij, miserimæ impendentiq; iā priuipuit ruinae, quo merito primus omnium (ut testat Plinius) Parens patriæ appellatus primus in toga triumphū, linguæq; lauream meruit, facundiæ literarūq; Latinorū parens, omnium triumphorum lauream adeptus, maiorem (ut idem ait) quanto plus est, ingenij Romani terminos, in tantū promouisse quam imperij. Addidit etiam Cæsarem Dictatorem ipsius quondā Ciceronis hostem, de eo talia scripsisse, ex testis inimicitia testimonio fidem q̄rens. Hæc, inq̄t, est illa facundia, q̄ Verrē audacē hominem scelestūq; criminib. suis oppōsit, q̄ ad ultimū Archiam p̄torem quondā suū in ciuitate retinuit, & de tenui semente, uberrimam messem egenti reddidit colono: quæ contentiones agrarias frumentasq; discussit, quæ Roscio scenici tumultus reo, impunitatem quæsiuit, quæ mirabilem sapē periclitantibus de salute capitis ueniam impetrauit. Hæc eadem Deiotharo Galatiæ Regi, Ligario capitaliter accusato, sub hoste potentissimo iudicium agente, uitam seruauit gratiamq; restituit. heu q̄ pauca, de q̄ multis enumero. Breuiter loq̄r corda hominū in manib. habuit, Regnū inter audētes exercuit, q̄qd usq; eloquij p̄ Latinorū fluit alucos, ex hoc fonte processit. ut tamen Virgilius profaica sic iste, ut est apud eundē Senecā) in carminibus defecit. Duoquē Romanæ eloquentiæ parentes, hanc gloriam ita partiti sunt, ut uterq; suis finibus contentus, aliena non inuaderet. hic lingua gloriosus, hic calamo, si tamē quiuis à Poëtis abstineret, sed o pietas, eloquij illud tam multis salutiferum auctori pestilens ac funestum fuit, nēpè cum aduersus effrenatā libidinē M. Antonij triumuii plurima liberius dixisset, scriptisque mandasset, iussu eius occisus, truncata qua scripserat manu, capite quo illa dictauerat amputato, quod cum in rostra reportatum esset, ad illud intuentum non minore cursu populi lachrymantis fuisse legimus, quā ad audiendum esse consueuerat.

Hæc ora

Hæc oratoris mors, at Philippica ipsa non moritur, id enim est libri nomen, sed æternum uictura, grauiſſimisq; uulneribus percipiens Antonū & famam eius interemit, & mortem Ciceronis uilificatur. Cum hoc Cicerone Caluus orator pro eloquentiæ principatu longæ uuit, sed ut Seneca testatur, nequissimum habuit certamen. Locus admonet, ut ipsa Macrobij uerba subiungam, ne quid de hoc peregrinarum opinionum lectorem lateat. Quatuor enim quidem sunt eloquentiæ genera. Copiosum et torrens, in quo Cicerone dominatur, breue & circūfectū in quo Salustius regnat, liccum & aridum, quod Frōtoni ascribimus, pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quōdam, & nunc iterum inferior noster Symachus luxuriatur, hæc omnia apud unum Virgiliū inueniēs. hæc illæ. Ad quod firmandum probationes ex ipsis Virgilij uerbis elicit, quas quoniam longum est, in Saturnalibus quisquis inquisitionis laborem non excusabit, inueniet. sane quod de eloquentia Salustij dicitur, ita temperandum est, ut ad historias referatur tantum, in quibus, suo quodam corrupto acriq; & planè masculino stilo utitur, in cæteris enim, quod de Virgilio iam & Cicerone diximus, sua sibi non respondet eloquentia. Ut enim est apud eundem Senecam, orationes Salustij in honorem historiarum leguntur. Et hæc quidem hæcenus, quibus si assentiri libet, in unaquaq; arte, quadripartitæ eloquentiæ designatos præfides habemus, & quod uix cæteri in singulis, Virgiliū simul omnibus gloriantem. hanc uero distinctio, nē, & si colore nō careat, apud aliū nō inueni, qui in unū Ciceronē publicus fauor inclinat.

IULIUS CAESAR.

SCire autem uelim, qui sex simul eloquentiæ principes constituerunt, quem Iul. Caesari locum dabunt, cuius eloquentia militaris, ut est apud Suetonium, aut æquauit præstantissimorum gloria, aut excessit. Accusator Dolobellæ, plusquam militaris, summi Oratoris officium impleuit, in qua quædam accusatione, extorqueri sibi causam optimam. L. Cottæ patrociniū quaestus est, quæ uerbo uim facundiae propriæ expressit, ut Valerio uideat. Et nimirum uerbum extorquere hanc uim habet, ut reus ille, non facili ad utrumlibet se habente, sed ex artissimo quidē indissolubiliq; laqueo, ubi Caesare eloquio uinctus erat, præreptus uidetur. postquam accusationem, ut Suetonius idem ait, haud dubiè principibus patronis annumeratus est, hinc M. Tullius, & quod magis miraberis ad Brutum scribens, clarissimū eloquentiæ testimonium perhibuit, negans se uidere cui Caesari cedere debeat, adiungensq; eum elegantem splendidamq; atq; magnificam & generosam quodammodo orationē dicendi tenere. Et ad Cor. Nepotem, de eodem scribens. Quem, inquit, oratorem huic antepones, eorum qui nihil aliud egerunt, quis sententijs aut auctior aut crebrior, quis uerbis, aut elegantior aut grauior? Pronunciassē dicitur, ut Suetonius refert, uoce acuta, ardenti motu, gestuq; non sine uetustate. huius est illud præceptum omnibus qui eloquentiæ student memorabile, in primo libro eius de Analogia positum, ut scilicet infrequens atq; in laens uerbum, tãquam scopulum fugiamus. Enumerare possem, quibus prælijs oratio eius, ita militum animos inflammauit, ut periculi omnis immemores, lati etiam & exultantes in ferrum ruerunt, quas ingentes exercitus seditiones uoce compresserit, quot armatorū millia solus & inermis oratione terrerit, usq; adeo ut periculi omnis immemores ad nutū perorantis inuenti sint, & qui colla porrigerent & qui ferirent, qui gemeret nemo, nisi & narratio longior & alijs locis opportunior foret.

T. LIVIUS.

QVa sede præterea Titum Liuium locabunt, cuius eloquentiæ fama de ultimis mundi regionibus, admirantes claros uiros Roma usq; perduxit, q; & Plinius scribit, et post Hieronymus principio Genesios ne quis ignorare ualeat, testatus est. quanta fuit operis excellentia, ut per tantum maris & terrarum spatium, ad orbis dominam, & domitis nationibus imperantē, nō urgēte negotio, nō ob ipsius uidendæ desiderium in ætate præsertim Caesaris Augusti, sed ob unum duntaxat eius incolam audiendum, concursus illustri fieret.

C. OCTAVIANVS AVG.

CAesaris Augusti ingenium, tam præoptū inuenio, ut uersus ex tempore factos, cū inter amicos referret interrogaretq; cuius poetæ uersus extimarēt, nihil aliud responderēt, q; cuiuscunq;

cuiuscunq; forent esse optimos. sed quod ad hunc actum pertinet, puto nullum æquari posse Nalonī poetæ qui (ut est apud Senecam) hoc seculum amatorijs non artibus tantū, sed sententijs impleuit. de exundanti quidem facultate carminum Ouidius ipse gloriatur, nec mendaciter, sed ad Augusti eloquentiam reuertor. Non laboro inter eloquentiæ principes ipsum collocare, nisi quātum ad iocos & facetias, in quibus primum tenebat locum, sed surripere famæ eius nolo, quod clari sibi tribuerunt scriptores. pronūciauit dulci & proprio quodam oris sono eleganti, ac sobria usus eloquentia, sententijs ineptas fugiens, præcipueq; uerborum inuicatorū (ut uerbo ipsius utar) foetorem horruit. Vnum in loquendo studium intelligi, & quā clarissimè contemptum mentis exprimeret. Hinc & præpositi onibus & coniunctionibus abūdere, quibus incomptior sed planè luminosior resultat oratio, & intellectus rerum expeditior, ignota sectantes spreuit irrisitq; & castigauit. In suis hunc morem insaniam uocans, ea loqui uel scribere, quæ admirationis plusquam intelligētiæ allatura sint animis audientium. Inhæserat siquidē, ut arbitror paterno præcepto, quod proximè cum de Iul. Caesare loquerer inserui.

ASINIUS POLLIO.

ASinius Pollio prætermittendus non uidetur, quem ut apparet cuiusque iudicio, fore medium inter duos eloquentissimos latinorum [M. Tullium & T. Liuium, Seneca constituit. Ita non spernendus auctor, neminem de præmissis sex, præter Tullium enumerans, tres uult eloquentiæ principes, quos in epistola quadam uidetur omnibus præferre, secundum faciens Pollionem cuius orationem Ciceronianæ dissimilem, & ut uerbis eius utar salebrosam & exilientem dicit, & ubi minime expectes autem relicturam. Huius & si nulla eloquentiæ momenta in manus meas adhuc uenerint, qui tamen ipsum per se nomen celebre ac peruulgatum erat: non fuit mihi de eloquentia scribenti, silentio obruendū, præsertim ubi inferiores nominaueram. igitur iuxta Caesare Augustum cuius floruit temporibus, placuit eum collocare, hoc adiecto, q; nomen eius præter multos laudatores, Mantuanis etiam musis honestatum est, sed aliquantisper redeundum est.

L. CRASSVS.

EXcellentem & egregiam L. Crassifacundiam, si aliunde nesciremus, hinc liceret intelligere, quod in libris de oratore Marcus Cicero mortem eius magnificētissimè deplorans, omnes illum semper eloquentia, paucis uerò ante obitum diebus, sese etiam uicisse commemorat, certatim quoque se, cum eloquentiæ studiosis, ad eum locum quem nouissimè pedibus ille calcauerat, post ipsius mortem rediisse, captis dulcedine ac recordatione sermonis, quem ex eo nuper audierant, & uelut iterum audituris, addit etiā id uni Crasso singulariter contigisse, ut quotiens peroraret, toriens solito altius, ac sine exemplo locutus uideretur. Enim uerò quia fama huius aliquantō apud uulgus ignotior est, nō alienum extimaui duo testimonia afferre illius, cui de hac re præcunctis habenda fides est, apud Ciceronem ita scriptum uideo, Crasso dicente: Nemo tam arrogans, qui similiter se unquam dicentium esse consideret. & iterum: Omnibus auditis orationibus, sine ulla dubitatione licet iudicio, neminē omnium tot & tanta quanta sint in Crasso habuisse ornamenta dicēdi.

M. ANTONIUS.

Idem M. Antonio testis adest. siquidem cum in quodam loco, de hoc deq; superiore si mulloquens dixerit, fuisse utrunq; tamen studio & ingenio & doctrina præstantem omnibus. tū in suo genere pfectū, ut neq; in Antonio deesset ornatus orationis, neq; in Crasso redundaret, alio tamen loco, omnium quos ipse audisset eloquentissimum ait Antonium, quasi de industria dubium relinquens, quo tantarum laudum stateram potissimum inclinaret. Sed fama huius uulgatior uideat, cui multū addidit nouissimus dies uitæ, in illa enim tempestate Mariana, ubi nullus tunc portus erat, iussi sceleris ministri Antonium occidere, cū ad cōspectū hominis uenisset, oratione eius attoniti coruscantes iā mucrones recōdebant, diuina uis eloqui, impijs iusionibus addicti, & sanguine optimorum cluū stillantes carnifices nihilq; præter sanguinem sitientes, infecta cæde rediissent, nisi scutariorū q; ferius uenerat, uerborum nō degustata dulcedine, irruens in Antonium, mandatum nefarium adimplet.

huius

huius est ille ad persuadendum efficax actus oratorius, cuius in Oratore meminit suo Cicerone. Cui enim M. Aquilius, qui Cos. fuerat dux, apud Senatum & populū clarus, omni tandem honore spoliatus, & ad extrema fortunæ præcipitatus senem, in capitali causa defenderet, & in medio orationis ardore & deformem squallentemque reum sustulit, putrēque eius discindens tunicam, ac generosi quondam tunc miserandi pectoris cicatrices iudicibus ostentans, simulque ad G. Mariū qui inter astantes erat uersus, & ut collegæ dudum sui miseretur, multum cum lacrymis obrestans.

C. GRACCHVS.

AD admirandum lectori potius quam imitandum subijcitur exemplum G. Gracchi, qui ex familia eloquenti & seditiosa genitus, in utroque maiorum suorum uestigijs inhaesit, sed quoniam unus tantum fidem locus exigit, is eloquentiæ operam acriter dedit, adeo tamen homo uehemens, permouebatur, tantoque impetu rapiēbatur, in dicendo, ut uarietatem uocis (quæ de rebus oratori summè necessarijs una est) examinare non posset, quod in se uitium animaduertens, seruum musicæ modulationis expertum, in loco concionibus propinquo clam habere solitus erat, qui eburnam clam fistulam celeriter inflaret, qua cum aut lentius agentem accenderet, aut nimis ascensum receptui canens, ac immoderato contentionis ardore mitigaret. Non mediocris sanè diligentia iuuenis hominis, in auitum succrescentis eloquium, tamen quia de Cicerone locus hic sumitur, oratoribus in quorum manus ista uenerint (si modo quisquam tangere dignabitur) quod apud eundem auctorem, non longè post hoc exemplum scriptum est, pro consilio dabo, ut fistulatorem domi relinquentes, sensum doctæ consuetudinis ad loquendum secum deferant, nunc ad uestissimum Romanæ facundiæ monumentum uenio.

EXTERNI.
HOMERVS.

Homerus apud Græcos solum possidet ingenij, cuius sententiæ non ego sed Plinius auctor est, ubiorem sibi hanc latioreque gloriam non limitatis finibus assignans, constat ingenij ipsius ope Philosophiæ magnas partes, multo melius multoque grauius, quam ab ipsis Philosophiæ professoribus absoluit. Certè Macrobius hunc omnis diuinitatis inuentionis fontem originemque pronunciat. & merito, quamuis enim corpore cæcus fuisse memoretur, fuit tamē animo perspicaci tamque luminoso, ut Tullius in Tusculano suo de illo scribens diceret: Picturam eius non possem uisimus, quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species fortunæ, quæ pugnæ, quæ acies, quod remigium, quæ motus hominumque ferarum non ita expictus est, ut quæ ille non uiderit, nos ut uidemus effecerit: quid de eloquentia disputem, cum in sæpe memoratis Sarnalium libris, ingens & inextricata lis sit inter nostrum Poëtam ac Graiū, dum milibus argumentorum modo hic, modo ille superior ostenditur, modo tam pares ut lectorem iudicij dubium relinquant, quam dubitatem expresit eleganter Satyricus his uersibus:

*Conditor Iliades cantabitur atque Maronis
Alifoni dubiam facientia carmina palma.*

DEMOSTHENES ET AESCHINES.

Atque ut unus locus, duos olim impacatos iungat aduersarios, supremam eloquiæ aciem inter Oratores Graios (quod nullus ambigit) possidet Demosthenes, proximam tene uidetur Aeschines, horum est contentio illa famosissima, quæ uniuersam ferè Græciā audiendi quondam desiderio suspendit, quod autem speciosius spectaculum incidisse poterat, quam in eloquentissima natione, duos omnium ætatum excellentissimos Oratores, super rebus altissimis notorio & capitali odio dissidentes, de salute & gloria certaturos, in unum ante conditum tempus & locum conuenisse: potius mirer, si non remotiores etiam populos rumor exciuerit, in ea quidem actione Demosthenes rei partes gessit, itaque uictus tandem accusator Aeschines, & ob eam rem patria profugus, cum quodam tempore Rhodiorum precibus apud quos exulabat suam primo, mox orationem Demosthenis audiente populo accuratissime perlegisset, illis utriusque uim stupentibus, sed plusculum Demosthenis,

Demosthenis. O' (inquit Aeschines) si illum perorantem audissetis, ingens, ut ait Plinius, testis inimici, meo quidem iudicio, uel ob hoc uerus mirator eloquentiæ, qui professionis suæ potius, quam alieni memor odij, quid laudandum erat, etiam in hoste prædicaret, præsertim cum dissimulare tacereque posset. Constat enim quosdam in scribendo graues, parū uehementes in loquendo, quosdam ex diuerso, qui omne scribendi studium auctoritate frontis motuque corporis eleganti, claraque & pro qualitate rerum uolubili pronuntiatione transcendant, quo nihil in oratione potentius norunt, qui artis oratoriæ præcepta didicerunt, illorum gloriam minuit præsentia, horum auget, illos legi præstat, hos audiri. Horum igitur in numero posuit Demosthenem ille.

PLATO.

Eloquentia Platonis antequam etiā loqui posset emicuit, dum infantulum in cunabulis consopitum, innoxio contactu circumlabentes apes mellificauerunt in labellis eius, clarum melliflui leporis omen, nec sefellit, non puto de hac re fide digniorem Tullio testem expectari, qui multis locis ita miratur Platonis eloquentiam, ut sese imparē quodammodo fateatur, uerum intra modestum Philosophi sermonis morem, se continuit Plato, terminos suos nihil foelicius excessit, quod de Virgilio, Salustioque & in ipso etiam Cicerone dictum est, quis iniquis huius est testis? Idem qui exterorum, Seneca in Declamationibus sic ait. Eloquentissimi uiri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono nec reo digna est. Demosthenes uerò cuius proximè mentionem habuit, Orator eximius philosophus minor, ut si fortè quid inter hos duos inter sit nunc roges, recte mihi uidear responsurus, in altero plus facultatis Oratoriæ, in altero plus Philosophiæ grauitatis. Nec aliud sensisse mihi uidetur Cicero ubi ait, Id quidem nemini Græcorum uideo contigisse, ut idē utroque in genere laboraret sequereturque, & illud Forense dicendū, & hoc quietum disputandi genus. Et mox dictū exemplis muniens subsecutus est, equidem & Platonē existimo, si genus Forē dicēdi tractare uoluisset, ornate splendideque ac grauissimè & copiosissimè potuisset dicere, & Demosthenem, si illa quæ à Platone didicerat tenuisset, & pronuntiare uoluisset, ornate splendideque facere potuisset. Animaduertitis Lector, sententiam Ciceroniana urbanitate conditam, pronuntiaturos de duobus summis uiris quid sentiret, ita quælibet suis finibus angustat, ut in eis proferendis, neutri ingenium, sed alteri uoluntatem solum censeat, alteri diligentiam defuisse, asperius Seneca ut Hispanus homo, sed nisi fallor & uerius, qui eodem loco quo Platonis, & eorum trium quos paulo ante nominaui, nec non & quorundam aliorum eloquentiam imperfectam ostendit, rationem imperfectionis asserens. Magna, inquit, & uaria res est eloquentia, nec adhuc ulli se sic indulgit ut tota contingeret. satis foelix est, qui in aliqua parte eius receptus est, sic est haud dubiè. Itaque ego consulto etiam statuisse naturam arbitror, ne quis uidelicet sibi mortalium arroget, uelut in omnibus excellens, nam sic sæpe iustissimè totius humani generis ignorantiam accusamus, quod de singulis hominibus extimandum est.

HEGESIAS CYRENAICVS.

Multi tradunt auctores, sed eorum quos ego quidē legi, M. Tullius antiquior Hegesiam quendam Cyrenaicum fuisse tam penetrabilis ac præpotentis eloquij, ut illo uitæ huius exponente simul & deplorante miserijs, plurimi audientium uitam spontè relinquerent. Mirum profus & inauditum, & natura ipsa ualentius orationis genus, quod & uita, odium & desiderium mortis ingereret, itaque tamquam publici status expugnatricem Ptholæmeus Rex uitæ suorum consulens, indicto silentio coërcuit, ac scholas clausit, calamum non excussit. Librum ergo reliquit, in quo enumeratis hominum calamitatibus ita diffinit nulli omnino mortali, ut uiuat expedire, ibidē refert, inuentū quilecto Hegesiae libro, nullam uel animi corporis interueniente molestia, sola stili efficacitā, se in undas maris ex muro præcipitem daret libensque moreretur, & testem affert Callimachū Poëtam, qui sic perempti tumulo titulū inscripsit, genus & causam mortis continentem & quidem nimis uulgata sunt.

CARN EADES, DIOGENES, ET CRITOLAUS.

ATrium simul qui sequuntur eloquentia apud Græcos & nostros celebrata est, quæ uis & secta, & orationis quantitate distantium Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus, ab Athenis legati Romam missi sunt. Hi & legationem in Senatum, & uetusto more per interpretem peregerunt, petens multæ remissionem, quæ propter Horopi uastationem S. P. Q. R. populo Atheniensi indixerat. quæ quidem multa, ut est in Saturnalibus fuerat talitum D. & præterea celeberrimo urbis loco, maximo populi concursu, ostentandæ eloquentiæ gratia separatim quisque disseruit. traditumque est memoriæ, Carneadis impetuofam & torrentem, Diogenis prudentem & iucundam, Critolai circumspectam & suauem eloquentiam fuisse.

ARISTOTELES.

Iamdudum de Aristotele dubius sum, errori ne publico taciturnus obsequar, furentique ce-
dam uulgo, an uera potius è latebris in aptum eruam. De huius quidem ingenio, nulla lis mouetur, de eloquentia apud multos ambigitur. Constat autem hunc uirum iam doctrinæ nomine clarissimum, animaduersa Isocrates oratoris gloria permotum, ad eloquentiæ studium uertisse animum. quod cum in multis locis, tum in Oratore Ciceronis habetur expressius, his uerbis: Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum uideret, quæ ipse suas disputationes à causis Forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam traheret, immutauit repente totam formam propriæ disciplinæ. Et post pauca. itaque ornauit & illustrauit doctrinam illam, omnem rerum cogitationem cum orationis exercitatione coniunxit. nec uero hoc fugit, sapientissimum regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem addiderit, hunc scilicet à quo & sciendi præcepta perciperet & loquendi. hinc est, ut inter tripartitæ philosophiæ, multiplices tractatus rhetoricorum, quoque libros scriberet, quales hinc collige, quod Cicero ipse in Rhetoricæ suæ libris, non dissimulat illum huic arti plurima adiumenta, atque ornamenta subministrasse. In eiusdem libris de eodem loquens. Veteres inquit, scriptores artis à principe illo atque inuentore Lysia, unum in locum cõduxit Aristoteles, & nominatim cuiuscumque præcepta, magna cõquisita cura perspicue conscripsit, atque de nudata diligenter exposuit, hinc tantum inuictoribus ipsis suauitate & breuitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta, ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes qui quod illi præcipiant, uelint intelligere, ad hunc quasi ad multo cõmodiorem explicatorem reuertantur. Hæc Cicero. Ego autem curiosior sum, quam necesse est, memor tamem, quia cum præscriptis alijsque claris & crebris testimonijs, Aristotelem non minus eloquentia quam scientia copiosum, in libris tamen eius qui ad nos uenerunt, sanè certa fides eloquentiæ uestigium nullum est. Vnde de grandis mihi stupor oboritur, illos mentiri constat, elingues simul & procaces, qui quoniam Aristoteli suo, quem semper in ore habent, similes esse nullo modo possunt, illam sibi similem nituntur efficere, dicentes eum, ut qui altissimis rebus intenderet, omnis eloquentiæ contemptorem, quasi in altis nulla uerborum claritas habitare possit. Sic quod à Cicero ne dictum est, Cuius (inquit) de rebus gradibus dicas, ipsæ res uerba rapiunt, ita fit tum grauior, tum etiam splendidior oratio: sed ibi quidem dum inertis propriæ excusationes querunt, duci suo par crimine obijciunt, quantum uero ex præmissis apparuit, dicere huic nostro subesse causam posse, & ex Græca in Latinam seruatæ ornamentis eloquentiæ transiri non posse, nisi aliquid Platonis libelli ex illa in hanc linguam translatis, suspicari tale aliquid non sinerent. Sæpe igitur de hac re cogitanti nil aliud occurrit, quam Aristotelicos libros transferentium uel pigritiam certe, uel inuidiam, uel inscitiam, denique quocumque uoces nomine uitium fuisse, cuius tam late contagia fluxerunt, ut tam spes remedij nulla sit.

ISOCRATES.

AT si nihil amplius dixerò, licet ex præmissis Isocratis eloquentiam contemplari, quam tum enim fuit tantum philosophum, & proposito tam tenaciter inhaerentem; ab incepto diuertere, & ad peregrini studij amorem desideriumque traducere: præsertim cum Aristotelis consuetudinem exprimens Chalcidius, dicat hunc uirum, suo quodam mo-
re, pleni

re, pleni perfectique dogmatis electum, quod uisum est cæterorum fastidiosa incuria negligentem, quamuis enim quem primum fuerat studiosè imitatus, idem postmodum enixè aduersatus sit, tamen profectò non sine quadam magna uim monendus fuit Aristoteles.

THUCYDIDES.

THucydides scriptor historiarum populo Atheniensi præfuit, tandem ab eisdem patria pulsus, fortè ad exilij solamen, Tragoediæ operam dedit. quæ cum ad suorum aures uenisset, publico consensu reuocauerunt eum ab exilio, cuius imperium neglexerunt eius (ut ait Plinius) eloquentiam mirari.

PISISTRATUS.

Hoc uelut medio, ad externæ militariæ eloquentiæ mentionem uentum est, cuius primas partes Pisistratus obtinet, quem nulla re alia ciuibus suis opportunum, sed rara quadam eloquentia florentem, ob hoc solum Atheniensibus imperitasse patientibus, atque ultrò deferentibus imperium constat. Gens sapientissima usque adeo unius hominis eloquentiam suspexit, ut se suaque omnia præcipueque libertatem (qua nihil clarius habebat) se uni postponerent, quod ne magis obliuione, quam iudicio factum extimeretur, non defuit instantissimus atque grauisissimus Orator, siquidem pro libertate contra Pisistratum solo stetit, sed nec armis sed uerbis certabatur, tamen Pisistrati eloquentiæ, succubuit libertas, cum Solone ipso, qui sub iugum trahebatur populo plaudente. Fuit autem Pisistratus & doctrina & ingenio clarus, ut qui primus Homeri libros cõfusus (sicut Cicero testatur) sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.

PERICLES.

Huius & tyrannidis & eloquentiæ successor Pericles, dicendo tam similis fuit, ut qui hunc audiret, illum audire se crederet, si non unquam audiisset. hoc tamen iste ualentior, quod alter eloquentiam armis iuuerat, huic sola lingua sufficit ad imperium. quod & diuturnum gessit, & magnificum quadraginta annis Reipublice tenuit, eodemque tempore, & urbanis rebus præfuit, & bellicis, inermis ipse, sed tam armata fultus eloquentia, ut cum aduersus omnium salutem diceret, cum delectatione tamem ab omnibus audiretur. Aduersa enim rebus erat species uerborum, & populo nocens populariter loqui uidebatur, neque solum uulgus dulcedine captum deludebat, sed prouectos & ingeniosos uiros obtrectantes in reliquis, ad confessionem eloquentiæ cõegit. siquidem & ueteres Comici (ut ait Cicero) cum illi maledicerent (quod tunc Athenis fieri licebat) leporem tamen melle dulciorem, in labris eius habuisse dixerunt, tantamque in eo uim fuisse, ut in eorum mentibus qui illum audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.

ANTIPATER SIDONIUS.

Antipater Sidonius quidam, tam exercitati ingenij fuisse creditur, ut uersus hexametros aliosque diuersorum generum, ex improuiso copiose diceret. Quocumque animum linguamque uertisset, nil operosius illi quam sermo uulgaris alijs solet, huic numeri aderant, & carmina resonabant. Fecisse feruntur idem ex modernis quidam, sed tam pueriliter tanque ridicule, ut iudice me, nec nomen nec locum inter illustria mereantur. deinceps parumper frena stilo laxentur, ut non tam præterito defessus, quam uenturo se præparans labori, in aliquid quod uicinum gratumque diuersorium deflectat oratio.

DE DICACITATE SIVE FACETIIS. CAP. III.

Pars Eloquentiæ leuior in manibus est, ut enim in cogitationibus inque actibus humanis, sic in uerbis quoque serijs contracta fatigatio iocorum uicissitudine mitigatur. quod genus, uel facetias appellare possumus uel sales, quod sermonibus nostris lapidissimum condimentum præbeant, uel ut est apud Ciceronem apophthegmata, sed latentia & tacita, cui apud Græcos scõmata, apud nos proprium uocabulum non est, nisi fortè dicamus cum Macrobio, morsum figuratum, fraude uel urbanitate tectum, cui quoniam lepos admixtus est, ungit (ut aiunt) ac pungit, mulcet enim exterius, introrsum uulnerat. Hinc ui-

gg 2 demus

demus interdum ridentibus qui adsunt, ipsum ad quem iactati scommatis sensus penetraverit, irasci. Potest quidem nuda sine figuris exprobratio, tam proprijs tamque sonantibus ac breuibus uerbis proferri, ut & si nihil præter uulnus agat, ipsi tamen promptè uibrari sermonis acies, sicut et in quem contorta fuerit dolorem, sic cæteris nescio quid acerbæ uoluptatis afferat, nihil præter uerba curantibus. De singulis quanquam diuertat attingam, sed de his primum quibus austeritas minor inest. & licet eloquentiæ (cuius mentio præcessit) ars pulcherrima sit unaquæ de septem liberalibus, tamen partis aut ars omnino nulla est, aut si qua est, à Cicerone traditur in libro qui inscribitur Orator, illic enim ut ipsum libri nomen indicat Oratorem instruit, & ad concionandum acuit, nos autem hoc loco, de uita communi, & quotidianis hominum sermunculis, exempla decerpimus. Illud quod per omnes ut ita dicam artus æque cõpersum est, hoc per se stat limitatum suis finibus, angustis, Sanè, atque ut ipse uocat, peracutum & breue, illa à ueteribus cauillatio, hæc dicatitas nominata est, sed uocabula permiscemus atque confundimus. Sanè de his rebus apud Græcos libri scripti sunt, qui ridiculorum artem siue rationem pollicentur, titulus librorum spem discendi faciet, per legem inuenies, ut est apud ipsum quem sæpe nomino Ciceronem, ridicula & falsa multa Græcorum, ut nihil in eis, nisi ipsa insulsitas rideatur. quanto melius Cato ille Censorius, qui non artem quæ non erat pollicetur, sed ipsos iocos & facetias tam Socraticorum, qui in hac re nomen habent apud Græcos (sicut apud nostros Plautus, quæ cæterorum ity diosè recolligit, cuius hoc loco studium imitari disposui, non artem daturus, sed hæc legentibus, si modo quisquam tam ociosus unquam erit, qui hæc in manus accipiet, non paruam indaginis molestiam prærepturus, quæ enim quæso ars dicenda est rei repentinæ, inopinatæ, improuisæ, & ex tempore iaculandæ, est enim rerum huiusmodi præcipua in respondente laus, cui non longæ insultationis spatium datur, ad manum habeat oportet, quæ in laescentem sine cunctatione retorqueat, qualia sunt multa eorum quæ sequuntur: quale est, ne exemplum præsentis dicto desit, illud P. Sulpitij, qui cū aduersus C. Philippum turbulentum hominem, & publicæ dignitatis causam animosius defenderet. Interrogatus ab illo quid latraret subdito respondit. Quia furem uideo. quid breuius, quid uic liberalius, meditatio longior obtulisset, solet enim canis latrare conspecto fure. Aut quale est illud, quod nostri temporis adolescens decrepito cuidam respondit. cum enim ludens insultaret: Quod adhuc eo promptius in equum ascenderet: Nimirum, inquit, septuaginta annis antequam ego nascerer artem hanc exercuisti. Innumerabilia sunt generis huius, in quibus artem ponere, cū ne cogitationi quidam locus sit, artificioris fuerit fortassis ingenij, mei quidem præsentis propositi ut dixi non est, artem ne dicam suffodere, sed tradere, etiam ubi in promptu est. feror enim aliò. Et quoniam pro euidencia dicendorum non alienum fuerit hæcenus profari, cœptum deinceps prosequar.

AUGUSTVS CAESAR.

Caesar Augustus (ut est in Saturnalibus) in huiusmodi dicacitate non est quoquam minor, & fortasse nec Tullio. Affectauit enim iocos, saluo tamen maiestatis pudoris respectu, de quibus aliqua delegi similiter, & de cæteris arbitrio meo, non ut de iocis libri texere Ciceronis exëplo dici possim, sed inter tot seria & graua, respirandi locum fatigatus lector inueniat, in his quæ apud maiores noua, apud nos magna ex parte in quotidiani sermonis consuetudinem abierunt. Igitur Augustus ab adolescentia iocatus est. Vatinius podagræ morbum (qui ferè omnium mos est) dissimulare nitebatur dicens: Se iam mille passus per diem ambulare. dixerat hoc ille, forsan post hyemale solstitium. Hinc irridendi materiam Caesar arripuit. Et minus, inquit, miri est, longiusculi dies incipiunt. Cuidam libellum sibi timidius offerenti, & ob multam præsentis suæ reuerentiæ, nunc porrigenti dextram, nunc itentidem retrahenti. Puta ne, ait, affem elephantum dare: urbanus principis iocus & tam humanæ conditionis memor, quam quod maior principum pars uellet obliuisci. Alium (nolentis Nomenclator ille fuit) quem obliuiosum & officio suo imparem, grauiter ferebat, egressuro igitur, & Augustum, Nunquid in foro agi uellet percunctantur: Com-

mendatorias,

mendatorias, ait, literas tecum profer, notum enim tibi nullum habes. Orator quidam clarus, sed gibbo prominenti deformatus, Galba, de quo Lolij uulgatissimus iocus erat. Ingenium Galbæ male habitare, is, inquam, coram Cæsare causam agens, & uelut eloquio gloria bundus, sepe iterans: Corrige in me, si quod corrigendum uideris Auguste: hoc ab eo tandem responsum habuit: Ego te Galba monere possum, corrigere autem nullo modo. Purpuram emi præceperat, non respondebat animo suo color, uenditor, uitium excusabat, & attolle, dicebat, purpuram Cæsar, ac sursum oculos intende, cui Cæsar. Ego ne, ut populo Romano bene uestitus uidear, in solario ambulem oportet. Solebat ad cenam inuitatus non negare, quo se ciuibus suis, conuictu non superbo quæ familiarissimum faceret. a pauperissima ac tenuissima cuiusdam coena rediens, hospiti illum uerbis prosequenti, hoc unum ad aurem iocoso murmure respondit. Tam familiarem me tibi non putabam: Cum extrui Forum præcepisset, & cõsumationis audis, architecti nimiam tarditatem inuisam haberet, eodemque tempore & à Calsio Seuero accusari plurimum absolueretur, ac uelut inquieti & calumniosi hominis laqueis, æquitate iudicij expedirentur. Utinam inquit Augustus: Forum meum accusaret Calsius. Petebat à Cæsare cõgiariū Pacuuius Taurus quod melius persuaderet, uulgatum iam apud omnes affirmabat, Magnam pecuniam sibi ab illo datam: respondit: Sed tu noli credere. Alteri cuidam cū ab officio remotus esset, similia flagitanti, atque addenti. Non se cupiditate ad id petendum induci, sed pudoris proprii respectu, & ut sine noxa præfecturam equitum sponte dimisisset, insuper & liberalitate Cæsarea dignus putaretur, sic elusit. tu te accepisse palam dicite. ego me dedisse non negabo. Quidam Romanus eques, diem functus erat, post cuius mortem æs alienum ingens, quod uicq; ad extremum uel extra terminum occultauerat, emerit. Re comperta miratus Cæsar: Itè, ait, & cubicularem mihi culcitram eius comparate. obstupentibus mandatū, rationem adiecit. Somnos, inquit, alliciet culcitra, in qua ille tantis debitorum molibus oppressus, somnum capere poterat. Mos antiquis erat in agris suis sepeliri, Vectius quidam agrum excolens, illic inuenito sepulchro patris non pepercit, sed aratrum superinduxit qua in re ita iussit Augustus. Hoc est (inquit) uere se pulchrum patris colere. Filia eius Iulia festinatōs canos ægre ferens, clam iuellere consueuerat, superinuenit ornatricibus operi inhiantibus improuisus Cæsar, & uillos capillos in illarum gremio notauit, sic tamen oculos auertit, ut nec uidisse uideretur, & tunc equidem, nihil hac de re, post tempus, sciens in sermonem senectutis incidit, filiam sciscitatus est, Vtrum suo tempore canos, an nullas habere comas mallet. Atque illi sine hesitatione respondit, & caniciem caluitio præterenti, sic insultauit. Cur igitur hæc ante tempus te decaluit? Audita fama Herodis Iudæorum Regis, quod infantes circa bimatum omnes in Syria natos, inter quos mandasset & proprium filium occidit. Melius est, inquit, Herodis porcum esse quam filium. Alludens mori Hebraico, sic enim carnibus suis, sicut humanis abstineret. Tragediam scribere adortus erat, cuius mentionem inter studia eius feci, tragediæ nomen erat Atax, eam enim siue iam quod displicuisset, ut Macrobius refert, siue inceptum stilo non succedente, ut Suetonio uidetur, aboleuerat. & interrogantibus amicis: quid Atax suus ageret? In sponsa inquit incubuit, non consulte (nisi fallor) ageremus, bona pars scriptorum, si in iudicando de opusculis nostris, huius iocis memoriam haberemus. Sed ne forte iudicator Augustus quam principem decet, cæteris silentium indixisse uideatur, attingam alios.

M. T. CICERO.

M. T. Cicero, Quintum Fratrem, ac Lentulum habebat generum, homuntiones pusillæ admodum staturæ, in utrunque cauillatus est. Venerat, in prouinciã cui Frater præserat, illic imaginem eius clypeatam, quam amplissima forma, & adpectus depictam (ut mos erat) cernens. Frater, inquit, meus maior est dimidius quam totus. Rursus generum ingenti gladio accinctum uidens: Quis generum meum ad gladium alligauit: quo ioco nunc erga insignis paruitatis homines uulgo utimur. Alter illi gener erat Piso, qui cum incessu cunctatior foret, quæ contineret uiro, filia ex diuerso concitator quam deceret foemina, uno uerbo iussit in utrunque. At enim filis: Ambula ut uir, anceps iocus duos simul pugit. Apud

pugit. Apud Damalippum cœnās, cum ille mediocre uinum mensæ adhibitum, grandi loquis uerbis attollens diceret: Bibite phalernum hoc quadraginta annorum est. Respondit. Benè fert ætatem, facete, unde gloriam ille uino petebat, hic ueniã dedit. Illisit & in lul. Cæsarem, ad quem cum post ciuilem belli uictoriam uenisset, interrogatus: Cur homo doctus in electione partium tam pueriliter aberrasset? hoc unum quod responderet habuit. Præcinctura me decepit, caute simul & iocose. cum enim meritorum comparationi locus amplius non esset, habitus ducum contulit, & quasi rerum omnium præcellentiam Cæsari tribuens, solo quo uideretur inferior se deceptum affirmauit. constabat enim Cæsarem propter habitus negligentiã ab ineunte ætate male præcinctum puerum uocari solitum. Illisit & Vatinio, qui paucis diebus Cofs. fuerat. Grande, inquit, prodigium anno Vatinij, quod illo Cofs. nec pruina, nec uer, nec æstas, nec autumnus fuit. Eidem quærenti, quod ad se uenire neglexisset. Volebam, inquit, in Consulatu tuo uenire sed nox me comprehendit. Mibi tantum & si uno loco sic scriptum inueni, uerisimilius uidetur quod alibi legitur, hic iocus Caninio potius dictus quam Vatinio, quod Vatinus paucis, Caninius non nisi uno tantum die Consulatum tenuit, de quo est alter Ciceronis iocus. Vigilantem Cofs. habemus, qui in Consulatu suo somnum non admisit. Illud uulgatum: Solere flamines diales esse Cofs. & interrogatio ludicra, quibus Cos. Cofs. fuisset. Longior sum si Ciceronis iocos ad unum colligam, cæterum ex paucis acerui totius libamen obtulisse sufficere, hoc quidem inter prætereunda non fuerit, quod magnis auctoribus constat, eum sæpe fontes in iudicio defendentem, deficiente iustitia, confugisse ad iocos & eo præsidio uictoriam quæsisse. Nec illud ignotum quod in his creberrimus foret, consularem scurram ab hostibus uocatum, quin ab ipso de quo supra diximus Vatinio, qui hanc eius notam scriptis edidit. sed iam satis iocatus est Cicero, maior quidem iocator interuenit, cedendum est.

VESPASIANVS,

Vespasiani principis facetissima quædam sunt, illud in primis. Mulier amorem falsa, sed amando perituram nisi opem ferret, rigorem Maiestatis precibus ac blanditijs euit, & in amplexus tandem Cæsareos admissa est: cū certam pecuniæ summam uel concubitus, uel amoris pretium principes amanti daret, dispensator ignarus, qualiter eam pecuniã rationibus inscriberet percunctabatur. respondit: Vespasiano Adamato. quid in tali præsertim sene iocosis? Unus ex domesticis, cuiusdam externo, sub obtentu Germanitatis dispensatione impetrare nitentur, agnouit fraudem, & dilata re, illi pro quo petebatur accessit, certiorque ab eo factus quid pro se supplicaturo spondisset, id sibi numerari iussit, & uoti copotem dimisit: reuersus intercessor instare. Cui Vespasianus: Alium tibi fratrem quære, quem tuum putas meus est. Cum iter ageret, mulio auriga descendit ad calcanda simul substititque uehiculum: rapta interim occasione, litigator anxius accessit ad principem, quæ uellet narrandi tempus habuit. Animaduertit tantum commentum Cæsar, interrogatoque mulione quanti calciaisset, pepigit lucri partem. Festiue utrumlibet nisi auaritiæ suspitio, iocis in sua uideretur. Sed de hoc aliis. plura stant eius ralia, quin & supremo uitæ tempore iocare non destitit, ad primum ægritudinis insultum statim quod erat mortiferum arbitratus, ut puto, inquit, deus fio. illudens prædecessoribus suis, in deorum numerum relatis.

TIBERIVS CAESAR.

Exciderunt à sæuis ingenijs facetissimi fermunculi, quos uel ob hoc ipsum commemorare libuit. quis enim immittior Tiberio Cæsare, præsertim postquam Capreas attingit, cruentissimo eius ocio famosam & infelicem insulam, illic moras trahentem, Ilienſium adijte legatio, consolationis obsequium principi ferens, super mortem unici filij. cuius mortis dolorem, ille memoriamque omnem, non tam forti quam inhumano animo confestim aboleuerat: itaque uelut intempestiuis consolatoribus sic alludit. Ego quoque fortunæ uestræ compatior, quia magnificum ciuem Hectorem perdidistis. ultra millesimum annum iocandi materiam quæsiuit, animo ferrox actis quem metuendus.

DO.

DOMITIANVS.

Quis præterea Domitiano senior? quis ab honestarum studio remotior? & tamen agente natura, non nihil paterni lepore inerat. eius illa referuntur de Metio, qui in cultu corporis multus erat. Vellem, inquit, tam formosus esse quam Metius sibi uideatur, aliterius comam permixta canicie flauescens, perfusam Mulso niuem appellauit.

L. CECILIVS.

Cecilius iurifconsultus, ab hoc ordine nequaquam repellendus est, lapidatus erat à populo Vatinus, dum gladiatorum munus æderet, ea iniuria permotus, adilitio edicto cauere procurauerat, ne quis sibi pomum in arenam mitteret. Per eos dies contigit ut Cecilius quidam consulere. Effet pomum, nux pinea: Si in Vatinium, inquit, missurus es, pomum est haud dubie. idem mercator i consulenti, quomodo nauem cum socio diuideret? Respondit. Si nauem diuiseritis neuter habebit. Cum C. Cæsare pila ludebat, nec deerant collutores alij. Iussit Cæsar cæteris centena sextertia per singulos numerari quinquaginta Cecilio. at ille una ne tantum manu (inquit) ludo.

VIRGILIUS.

Nec ille pides Virgilius, cum sibi exprobratum esset, quod uersus Homericos abstulisset, & in operis sui congerie redegit, respondisse traditur, magnarum esse uirum, auferre clauam de manu Herculis non dissimulas se illis uersibus non precario, sed pro suis uti, quod esse permaximum. Ex Herculeâ Homeri magnitudinem latenter affirmans, facete ad modum & breuiter, quod ad ignominiam dicebatur, in gloriam suam uertit.

VALERIVS.

Valerius P. Clodio infenso sibi, Quid, ait, durius minaris, quam ut eam Dyrhachium & reuertar? sumpta iocandi materia, de exilio Ciceronis, qui eo in exilium perrexit, agente Clodio, confestim que redierat.

INNOMINATVS.

Quintus prætor, de optime atque innocentissime administrata Prouincia & quod mireris, Domitiani temporibus reuersus, in morbum incidit: is dum Gelidas manus se habere, amico conquereretur, assidenti: Certè, ait, ille nuper calidas de Prouincia retulisti: de furtorum scilicet & rapinarum frequentia iocum texens. qui uiro integerrimo & benè sibi conscio risum mouit, fastidiumque disculsi: suffusus noxio ruborem.

L. MALLIVS.

Lucius Mallius pictor egregius, deformes filios habebat, quibus uisis, amicus apud Leum cœnans. Non similiter, ait, pingis & fingis Malli? ille autem, Nimirum fingo enim in tenebris, in luce pingo.

SATELLIVS QUADRATVS.

Sabinus quidam nomine, diues ineptissimus à Seneca refertur, qui ætate sua fuit hebes, quantum & obliuiosus, gloriæ tamè auidissimus, quã ex literarum noticia procurabat. itaque magnis pretijs seruos comparauit, quorum alter hunc, alter illum poetam familiariter memoriter nosset, hoc scilicet expeditum iter, ad eam quam appetebat gloriam ratus, si serui ut peculium, sic & literas domino quærerent. Hac tali familia instructus, cõuiuas suos quæstionibus exagitabat, serui ad pedes aderant, & de quacunque re sermo esset obortus, accommodatos materiam uersus insurrebant, quos ille gloriabundus dum pronuntiare uellet, in medio hærebatur. In hunc igitur Satellius Quadratus, ut ipsius hoc narrantis uerbis utar, stultorum diuitum irrisor, & arrisor, & derisor, ita iocatus est, cum ille iactaret centenis milibus seruos sibi singulos constitisse. Minori pretio, inquit, Quadratus totidem scriinia emisses. Idem Sabinum ut luctaretur orabat: cunquam ille admirans diceret: Quomodo luctabor homo æger ac fragilis, & uix uiuere ualens? Noli quæso, inquit, Quadratus hoc dicere. aspice quot seruos habes robustissimos. Merito has nugas audiebat, demens qui ex alienis gloriam speraret. sed & aliquantisper locum iocis muliebribus præbeamus.

IULIA. AVG. F.

Iulia Augusti filia (quæ profecto non ultima inter illustres foeminas fuisset, si prudentiæ eorum, quam primam esse par fuerat, non in ultimis habuisset) inter multas & varias naturæ dotes, humanitatem morum comitatemque sermonis habuit, cauillatrix in primis iucundissima, contra crebros patris monitus, culta lasciuus, oculos eius turbasse cognouerat, modestiore habitu reuersa, mitigare paternam indignationem cogitauit & obtinuit. itaque uerba quæ dolor oppresserat, gaudium expressit. Et sentis ne ait, quanto magis hic, quam externus habitus deceat Augusti filiam, non obstupuit illa tanti Censoris maiestatem, Sed heri me (inquit) uiri, hodie patris oculis ornaui. Eandem in spectaculo ludorum circumuallauerant adolescentium impudicorum agmina, cum ex aduerso Livia Augusta uenerando modesta comitatu staret, hæc Cæsareæ coniugis, ac naturæ uarietas populum erexerat, sed ipsum principatiter Augustum comonefecit ergo Iuliam breui scripto, circumspiceret quanta morum imparitas, inter duas dignitate pares foeminas foret. Illa castigatore in suum repulit his uerbis: Et hi mecum senescunt. Amico sobrio & prudenti, Ut se paternæ frugalitatis imitatricem faceret, modestosque illius mores in animum induceret: respondit. Ille se Cæsarem obliuiscitur, ego Cæsaris me filiam recordor. Sed iam satis multa de nostris.

EXTERNI.

DIOGENES PHILOSOPHVS.

Diogenes Cynicus ille famosissimus, contemptor omnium quæ optantur ab alijs, de Antisthene præceptore suo sic iocari solitus tradit. Ille me ex magnis diuitijs ad inopiam deduxit, effecit ut latas ædes cum angusto & uolubili dolio permutarem, quantum ultrò citroque laudum ac gloriæ sub hac irrisione clauderetur. Item aduersus dialecticum sophistam lepidissimè cauillatus est. Proposuerat ille per contumeliam hoc modo. Quod ego sum, id tu non es annuit Diogenes. ille procedens in sophismate: Homo autem, inquit, ego sum, & id quoque confessus est. tunc ex concessis conclusit. Igitur homo tu non es. Indignatus has ineptias, Hoc, inquit, ultimū falsum est proculdubio: & si uerū fieri uis à me incipe.

QUIDAM IUVENIS.

Iuuenis alienigena Romam uenit, forma corporis tam similis Augusto: ut omnem populum spectaculi admiratione suspenderet: Augustus re audita, ad se iuuenem euocatum cernens, effigiemque suam in illius facie recognoscens, in hanc sententiā interrogauit: Fuit ne unquam o adolescens mater tua Romæ? sensit ille quo pergeret. Et minime (inquit) mater, at pater meus sæpè. Faceret & illatā suspicionem repulit & nouam peperit: & hæc quidem historia sic in Saturnalibus tradita est. Valerius autem Maximus: non Augusti sed innominati prætoris, neque matris sed duorum patrum mentionem facit, præterea non Romæ, sed in Sicilia interrogatum responsum uicè commemorat, Percunctante enim magistratu Romano quendam eius prouinciæ, sibi forma corporis simillimum, & mirari se dicente, unde hæc tanta similitudo cum pater suus nunquam in Sicilia fuisset. At ille respondit: Pater meus sæpè Romam uenit, quæ nam sanè uerior fideliorque narratio est, fides (ut aiunt) apud auctores res maneat.

MITHRIDATES REX.

Mithridates Pontirex Capadocum, sororis suæ filio sub simulatione colloquij insidias tendens, gladium abdiderat, crudelis licet adolescens, & ad id interitum destinatus, regio tamen illorum more temporum, scrutatorem præmisit: quidam Mithridati manum in secretiores partes corporis mittit locatus ille, Caue, ait, ne aliud telum, quam quod quaris inuenias. eoque modo suspitione detracta, iocis textit insidias. Mirum quod in eo statu iocari posset, sanguine mox nepotis respicendus.

PUBLIVS SYRIVS.

Non est huic loco subtrahendus Publius quidam à Syria, qui à primis annis huic rei deditus, libertatem ob id unum consecutus, Romæ tandem & per Italiam uictis omnibus similibus studiosis, præter fauorem populorum Iul. Cæsaris ingentem quoque gratiam promeruit.

promeruit. Is & Mimos scriptitauit, & multa eius extant, non magis iocosa quam grauias, propter quæ tum primum charus & libertate dignus haberi coepit, duo referuntur. Domini sui patronus, seruum suum hydropicum in arena resupinum ad solem cernens, quid illic ageret quaesierat, antequam æger responsum exprimeret, processit Publius puer ex inopinato, & Aquam, inquit, calefecit. Idem inter conuiuas disceptantes. Quid esset ocium molestum? acceptam omnibus sententiam dedit, podagrici pedes. dicens. Hæc atque huiusce modi latentis ingenij indicium, & manumisso erudiendi materiam præbuerunt.

RECENTIORES.

AZONIS COMITIS AESTENSIS CONIUNX.

Tot naturæ fortunæque muneribus, quibus Azō Marchio Aestensis ætatē patrum clarum, ne absque molestia fruere, minus spectatā habuisse creditur uxoris fidem. Ita cum fortissimum ex illa susceptum puerum, in ulnis habens, suspirasset: Causam quaesiuit illa suspirij: cui maritus, uellem, inquit, hunc puerum meum esse, omni dubietate submota, ut tuus est, & hæc certitudinē, libēs, magna fortunarum mearum parte redimerē, atqui ait illa, nihil hic impensæ est, negotij parū. arreptoque filio: Hic, inquit, quod nemo dubitat meus est. annuente uiro. ut nihil igitur dubij super sit, de manibus meis suscipe eum, ait, tuus sit.

AGAPITI DE COLUMNA CONIUNX.

Bonifacius VIII Rom. Pont. duobus ferè lustris, domum de Columna uagā egit, Bat toto orbe dispersam, fulminabat ille de terris, & ad exemplum tonantis ætherei cuius gerebat uices, ædictis minacibus intonabat, capitale fuerat aliquem de generosis extilibus, hospitio suscepisse, nunciatum est interea Agapiti uxorem, quæ sanguine illum contingebat esse prægnantem. Sensit hostem suum Romæ fuisse, & accessus ira atque odio, per duci antè pedes suos mulierem iussit: uenit illa, uerecundè & uentrem studio tegens, at ille, ut erat in sermone mordacissimus. Demitte, inquit, pallium meretrix. quis te grauidam fecit? Loqui coacta. Pater, ait, sanctissime, tu mihi uirum meum abstuleras, quid facerem? quod & ætas & forma suaserunt, consilium coepi. inter innumerabiles peregrinos, quos hic annus in urbe hac congregauit, circumspiciens unum uiro meo simillimum, notauit, placuit oculis meis ille, & in exulcatis uiri memoriam susceptus est per noctem, mane abiens qualem cernis me dimisit. Hæc autem, alludens ad uiri abitum dicebat, qui sub ueste peregrini ignotissimus, ad uxorem penetrauerat. Risit Bonifacius, & muliebri faciundia mitigatus est.

INNOMINATUS.

In collibus apud quos natus sum, uidit ætas nostra nobilem quendam uirum, cuius primum studium fuit, excipere transeuntes apparatus magnifico. Die quodam à syluis & uenatu, cuius quoque perstudiosus erat, incultam & dumis laceratam tunicam inductus, rediens, plenam hospitibus domum repperit, quibus honorandis intentus, dum huc illuc cuncta prouidens discurrat, in quendam illorum superbum & stabula miscentem famulum incidit, coepitque eum blandè corrigere, impatiens iræ furcifer, exteta manu faciem eius percussit. secessit ille tacitus. Mox cernens famulus quem pulsauerat, inter discumbentes medium trepidare coeperat, tandem explorato quisnam esset, affusus erroris ueniā poposcit, cui ædium dominus: Tibi, inquit, libens parco, huic autem (& tunicam suam digito signauit) nan parco, quæ ut ita tractarer præstitit.

SANTIVS REX CASTELLAE.

Quodam tempore, dum Christianorum proceres, fines Sarracenorum inuadere, & terram CHRISTI sanguine consecratā indigno seruitio decreuissent liberare, (quod heu sæpè facimus, nūquāque perficimus) agitatum est in consilijs. Quis nam tatis ceptis dux aptissimus foret, uisusque est & optimus Santius Hispani regis frater, quæ & experientia armorum commendat, & genus & probitas, nec suspectum luxus faciebat (frequēs principatus malum) nullis enim inquinatus opibus aut delitijs, sed Hispano more asper & agrestis, & subdiuo inter labores educatus erat. Jaceritiss igitur omnium consensu Romam uenit, & Latine linguæ nescius, unum ex fidis interpretis loco habuit. Publicum quod in tali solet celebra

batur consistorium, illuc inter multa recitatum erat Rom. Pont. decretum ubi Aegypti regem fecerat. quo audito sublatus est ingens plausus omnium admirans Santius, sedentem ad pedes interpretem, quid sibi uellet strepitus, percunctatus est: ubi audiuit se Aegypti regem pronunciatum. Surge, ait, & diuum Papam pronuncia Calyphum de Balda. cho. Festina & uerè regia libertas, pro inefficacis regni nomine inanis Pontificatus titulum pensauit.

COMES QUIDAM FVCHSII.

Comes olim Fuxi, in Cathaloniam profectus, erat homo liberalis, & qui nil agere didicisset. illic ut aiunt turba petentium obsessus, nihil sibi relinquerat præter mulam quã ponderosus senex equitabat, reditum paranti, non defuit qui calcaria in super precibus extorquere niteretur. At ille protento pede subridens: Accipe, inquit, modò mihi aliquẽ ex pedias, qui mulam meam Fuxum usq; sollicitet.

DINVS FLORENTINVS.

Dinus quidam conciuis meus, qui ætate nostra gratissimæ dicacitatis adolescens fuit, casu præteriens, per loca frequentissima sepulchris, aliquos sibi notos senes illic confabulantes comperit, qui ut iocandi peritum irritarent, iocari simul omnes (ut est ætas illa loquaciore) & manibus etiam plaudere cœperunt, ille se proripiens, hoc unum omnibus respondit. Iniquum hoc loco certamen, uos ante domos uestras animosiores estis. senio scilicet eorum & uicinæ morti alludens. Nec prius intellectus quàm eo ab oculis ablato, cœmitem circumspicientes, quas ille domos loqueretur perpenderunt. Innumerabilia dixit ad hunc modum, quæ apud nos uulgò etiam nota sunt, hoc enim loco non iocos eius profectus, sed nomen attingere propositum fuit.

DONATVS PATAVINVS.

Donatus Patavinus, fuit nuper Poëtarum omnium quos nostra uel patrũ nostrorum uidit ætas facillime princeps, nisi iuris ciuilibus studiũ amplexus, & nouè Musis, duodecim tabulas immiscuisset, & animũ ab Heliconijs curis, ad Forësem strepitũ deflexisset. Is amici subita causa, & moras respuente necessitate, ipso quotidiano ac domestico quo forte inuētus est habitu, rogatus in iudiciũ uenit. Nouus iudex, qui tribunal impleuerat, egregio uiro nec assurrexit, nec aliquo cum honore dignatus est. Cœperat Donatus amici causam planis uerbis ac uulgarib. agere, & illũ in singulis dictis oblectantẽ urbanè ad modũ ac suauiter cõuincere. Indignatus iudex, tanquã maius aliquid dicturus, sic interrogauit. Scis literas? ait ille: Scio paucas inquit. Risit insulsus iudex idiotã ratus. ad inceptũ redijt sermo nem: nec ante se delusum sensit, quàm disertissimi uiri & ratione simul & oratione superatus. Nomen abeuntis quærens, ab astantibus didicit Donatũ esse, cuius ea tempestate non Paduæ tantum celebris, sed per omnem Italiam fama erat. Deinceps ad ea transeamus, in quibus per magnũ ingenium, nec minor festiuitas, sed morsus est acrior, quib. abundare & si prudentis non est, qui tamen præcedentib. similia erant, ad eloquentiã similiter spectare uidebantur, qualiacunq; foret segreganda non censui. De mordacibus iocis.

DE TRONIA, Cap. IIII.

PUBLIVS.

Mutius quidã fuit inuidi & iniqui animi, qui æquẽ alienis bonis & suis malis torque. retur ingemisceretq; hunc molestior solito cernens Publius, ita iocatus est: Aut Mutio nescio quid mali accidit, aut cupiam nescio quid boni.

SERVVS QUIDAM.

Post obsidionẽ Mutinensem, fugiens Antonius, seu naturali honore seu corporis exhaustis, creberrimè bibebat subsistebatq; per singulos passus, ubi bibendi facultas afforet, mox fugam præcipiti consternatione resumebat, interrogatus unus ex familiaribus eius, quid nam Antonius ageret? Respondit: quod canis in Aegypto, bibit & fugit, certum est enim, canes Aegyptiacos crocodilorum contactu anxios, atque lymphaticos fugere & bibere.

SVTOR

SVTOR QUIDAM.

Plancus Mæuiam Gallam uxorem habuit, non satis probati nominis foeminam, cum autem amici causam agentis, testis ex aduerso Sutor processisset quidam, putans Plancus uilitate officij testẽ suspectum reddere, quasi incognitum, sciscitatus erat qua arte se regeret: Gallam, inquit, calco. Galla autem sutoris instrumentum erat, qua æquiuocatione nominis, inter uanã artis suæ profersionẽ, & interrogantis ignominiam, mordaciter lusit.

FAVSTVS L. SVLLAE. F. ET CATO CENS.

Svllæ filia duos simul adulteros habebat, Pompeium quendam cognomento Maculam, & Fuluium Fullonis filium, lusit in dedecore domestico Faustus sic. Miror, inquit, sororem meam, cum fullonem habeat, maculam habere. Nec Catonis censoria asperitas, iocorum talium expers fuit. Sacrificio utebatur antiquitas, cui proteruia nomen erat, ex quo quicquid ibi sacrificantib. restabat, ignibus tradebatur. Albidius quidam nebulo, patrimonium omne deuorauerat, domum solam quæ gulæ supererat ignis absumpserat, fecisse Albidium Proteruiam iocabatur Cato, cuius nomen Catonis Uticensis memoriam reuocat, & rei quã illo inspectante potuisse contingere, uehemẽter indignor ac stupeo.

CATVLVS SENATOR.

Publico Clodio uolatarum religionum ac manifesti adulteri reo dati iudices, quia de criminibus constabat, sententiã pronunciatũ præsidium à senatu petierunt, tum demum peti solitum, cum aliquis reus potens condemnandus esset. Interim P. Clodius ad artes suas, in extremis casibus sese uertens, aliquos ex iudicibus illustriũ foeminarum, apud quas consuetudine & munerib. & suarum interuentũ precum potens erat, promisso concubitu, & præscito adulteriorũ stuprorũq; particeps, & ob hoc sibi propitios fecit, alios magnis pecunijs oneratos corrupit, quid multa? ubi condẽnatio sperabatur, summa cũ P. R. & illius seculi infamia absolutus, nocentior absolute quàm crimine. quoniam ut eleganter ait Seneca, Plus est distribuere adulteria, quàm facere, itaq; prius adulter, post leno, propter primũ accusatus, propter secundũ liberatus. mira res & uix credibilis nisi eam clarissimi auctores literis mandassent. Hos iudices absoluto Clodio mordaciter ludẽs Catulus, senatum his percontatus est uerbis. Quid à nobis præsidium poscebatis? an forte, ne pecunia perfidiae uestre pretium, uobis eriperetur? erubuisse poterant scelesti homines, sed apud animos libidinib. avaritiãq; deditos pudoris iactura leuissima est, facile igitur præferentem pudorem, perceptis uoluptatibus ac pecunia solabantur. Istud potius miror, unde illis temporibus tanti & tam comperti facinoris impunitas, ut enim cum eodem Seneca concludam, pudet dicere nunquam apertius quàm coram peccatum est.

M. T. CICERO.

Sed quis omnium iocator aut promptior aut mordacior Cicerone? cui enim quæso pepercisset, aut cuius magnitudinẽ timuisset, qui & Põpeio suo nõ pepercit, & fortunã Cæsaris nõ expauit, sanè cũ æqualiter ambos lacesseret, grauius offendebarur amicior. Venerat ad castra Pompeij in primordio ciuilibus belli, reprehendentibus amicis, quod nimis distulisset. Minime, inquit, sero ueni, nam nihil hic paratum uideo. Pompeij tarditatem in apparatibus bellorum ludẽs. cum uerò ad ipsius Pompeij conspectum peruenisset, & ille interrogatus dixisset, Vbi nam Dolabella gener tuus? respondit: Cum socero tuo, unico uerbo discussa calumnia, & generi & sua, qui in dissentiendo de Repub. principum uestigia se querentur. Gallus quidam de Cæsaris exercitu ad Pompeium transfugerat, illi ciuitatem Romanam dederat Pompeius, exclamauit Cicero: O bellum hominem, Gallo ciuitatem promittit alienam, nobis nostram reddere non potest. solebat de Pompeio nimis mordaciter iocari his uerbis, Ego quem fugiam habeo, quem sequar non habeo. his horumq; similibus hoc unum Pompeius reludebat, Cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat, quasi tantam illam loquendi fiduciam, Ciceroni non aliunde, quàm ex familiaritate nimia prouenire confirmans. Iam quotiens & quàm grauius lusit in Cæsarem? Andron quidam Laodicænus Romanam uenerat, & aduentus sui causam interrogauit Cicero. atq;

illo

no respondente, Pro patriæ suæ libertate legatum ad Cæsarem uenisse: Seruitutem Romanam dissimulare non ualens, Græco sermone in hanc sententiam respondit: Si obtinueris, & pro nobis intercedere. Abutebatur Cæsar uno tempore matre & filia, nomen matri Seruilia quæ M. Bruti genitrix fuit, quam, ut ait Suetonius, ante alias dilexit, & cui super alias donationes margaritam ingenti pretio mercatus est: Filia nomen Tertia, quæ ipsius soror Bruti & C. Cæsaris coniunx erat, cum itaq; bona ciuium subhasta uenderentur iussu Cæsaris, & Seruilia magni ualoris prædium exigua pecuniæ comparasset, iussit Cicero. Equidem quo melius emptum sciatis, comparauit hunc fundum Seruilia, Tertia deducta. Rogatus pro amico, ut ei Decurionatum procuraret, multis audientibus respondit: Romæ habente Pompeio difficile est quod postulas, tacite facilitatem Cæsaris nimiam incusans, super senatus dignitatibus passim profundendis. Eodem pertinet quod Laberius ait, cum enim senatu supra modum aucto, parum abforet, quin loca senatoribus nouis deessent, una & rudem Senatui, & Laberium non inuenientem ubi nam assideret, & ipsum qui angustiarum materiam præbuerat Cæsarem illi iussit. Recepissim inquit, te nisi angustie sederem. hunc tamen iocum non inultum tulit: ita enim ille percussit. Mitum si angustie sedes, qui duabus sellis sedere soles. Duplicitatem animi & fidei constantiam obiectans, quam multi tunc obijciebant uiro egregio, sed immerenter & indignè hæc optimus & innocuus ciuis audiebat, ne excusationem eius scirent, quæ est in Saturnalibus, unde iocosa huius magna ex parte decerpta sunt: Equidem quod sequitur excusare nescio, parum quæ abest ut sententiam reuocem. egrèditur enim omnem iudi modum, & apertum continet odium, quod dicam eò magis, quò non uoluit leuitate loquendi excidit, sed mansuræ grauitate à scribente dictatum, sic enim in epistola quadam ait, quam ad C. Cæsarium interfectorem Cæsaris misit. Vellèm idibus Martijs me ad coenam inuitalles, profectò reliquarum nihil fuisset. nunc me reliquæ uestræ exterrènt Augustum Cæsarem ac M. Antonium reliquarum nomine significans. ò hostile & uirulentum iocum, & qui Laberij dictum Antonijq; factum propè iustificet. multa si offerunt similia, sed nimis amicū meum urgeo. subsistam igitur: Nec à Cicerone tantum, sed etiam uulgo laceratus est Cæsar, si qui dem peregrinis ac nouis hominibus admisis in Senatui, præcipuè Gallis, inuentus est libellus hoc continens: Bonum factum, ne quis Senatori nouo curiam monstrare uelit. Item illa publice canebantur: Gallos Cæsar in Triumphum duxit, idem in Curiam: & rursus. Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumpserunt. Et hæc quidem ideo primum, quia illud idem respiciunt quod in Laberium iocans Cicero mordebat. nunc paulò superius redeundum est. Aedilitatem agens Cæsar cum M. Bibulo, Capitolium ac forum comitiūq; & basilicas ac porticus adornauerat ludosq; insuper fecerat communi impèia, sed quia collega obscurius, clarissimum Cæsaris nomen erat, cum apud animos hominum omnium gratia reflecteretur in Cæsarem iocatus est Bibulus idem, sibi quod Polluci contigit. et enim cum fratre ille comunem domum habes sileretur in populo, & Castoris tantum domus diceretur, sic communem ipsius ac Cæsaris largitatem unius, & non alterius iactari, cum eodem postmodum M. Bibulo Consulatum gerens, quod absque ullo eius respectu Remp. uerfaret, iocandi occasionem uulgo dedit. Fuere qui quotiens ex more tale aliquid agerent, quod cõsignatione diei & Coss. egeret non Cæsare & Bibulo, sed Iulio & Cæsare Coss. gestum, scriptis mādarent, hinc uulgati mox sine auctore uersiculi:

*Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare gestum est.
Nam Bibulo fieri Consule nil meminì.*

Et hæc inuidiosa magis quàm obscœna, cõtra illa turpissima. Adolescens admodum adhuc Sylia superstitie, cum fortunæ suæ nauigium patriæ tempestatibus nuper agnosceret, secessit Asiam petens, atq; apud Nicomedem Bithyniæ regem paulò familiariter subsistens, ex leuissima causa, grauissimam & inexpurgabilem contraxit infamiam, tanquam adolescentiæ flore prostrato Regiæ libidini, hinc suspitio pro ueritate suscepta, & omnibus sine fine non tam iucundum quàm obtrechandam materia data est. Coss. ingenti patrū repugnantiâ Galliã prouinciã obtinuerat, hinc immo dicè latus, magna Senatus frequentiâ, linguã frenare nõ ualuit, mo-

stis &

stis & nolentibus inimicis, se quod optasset consecutum dictitans, cunctisq; uices odij redditorum. Vbi cum quidam eas minas ægrè ferens, id nulli foeminae facile fore dixisset: satis habuit mordacem iocum, urbana responsione discutere. Et regnauit, inquit, in Syria Semiramis, magnaque quondam Asiæ partem Amazones tenuere. Iam ista non inter iocos numero, in quibus nihil coloratè fingitur, sed palam ingeruntur obprobria. Dolabella Regiæ pellicem, sponsum interiorè regiæ lecticæ uocauit. Bibulus ipse non Cæsarem, sed Bithynicam dicit, & foeditati miscet inuidiam, dicens ante sibi regem cordi fuisse nunc regnum Octauius quidam æger omnino, eoq; linguæ mordacior in publicum progressus, Pompeium Regis nomine salutauit, mox uersus in Cæsarem. Aue, inquit, Regina. Cicero ipse quæ ad mordaces iocos cogor reuocare, cum apertè nimis multa de hac re scriptis etiam mandasset, defendentem quondam Cæsarem Nicomedis filia causam in Senatu, ac magna regis erga se merita recensentem interpellauit. Et remoue, inquit, ista oro te, quoniam notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis Curio cum stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem appellasset, simplici non contentus macula, utriusq; sexus ignominiam adiecit, in oratione quadam omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem uocitans. sed quid historica miramur, cum à suis etiã militibus, à quibus nullum imperatorem aut ducem æquè dilectum constat irrisus sit, quo die de Gallis triumphabat currum de more prosequentes, hoc inter multa cecinerunt:

Item illud:

Illud præterea urbanum:

*Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar hunc triumphat qui subegit Gallias.
Nicomedes non triumphabat qui subegit Cæsarem.
Seruate uxores, macrum caluum adducimus.
Aurum in Gallia effudisti, hic sumpisti mutuum.*

Hæc tamen triumphalis utcumque pompa libertas excusauerat, sed quisnam in illis patientiam habuisset? Circa supremum uitæ tempus L. Bruti, qui Tarquinium expulerat, statua subscriptum fuit. Utinam uiueres. Statua Cæsaris hoc modo. Brutus, quia Reges eiecit Coss. primum factus est, hic quia Coss. eiecit, Rex postremo factus est. Mirum quod homo inuicti spiritus, & nullus metuens, tam pertulerit multa, quod non minus propter admirationem eius attigit, quam propter rerum se uerborum gratiam, ut scilicet appareret quanta maiestas animi, uelut ex alto despicientis terrere pas mortalium nugas, neque enim facile uidebam unde melius exempla conquirerem, quibus moneremur, non confestim excandescere, & ad omne uerbum acrius in iram rabiemque prorumpere, præsertim memorantes illum, & ab hostibus & à suis grauissima tollerasse, cui quidè in utroque prompta facultas ultionis si libuisset affuit. Sed hæc hæc tenus.

ASINIVS POLLIO.

Augustus quoq; cum multa luderet, aliquod interdum mordaciora pertulit, in illa Triumvirali proscensione Fesceninos in Asinium Pollionem scripserat, ille pro responso hoc tantum reddidit. At ego taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

CURTIVS.

Curtius equiti Romano, molli ac stomachioso ad mensam Cæsaris forte macer turdus obuenerat: Nihil autem importunius diuite delicato, mediocria cuncta fastidit. Dante animos gula, quæ fuit Curtius nunquid mittere liceret? Quid ni, inquit Cæsar non expectauit ille amplius protinusque per fenestram misit, propè dignus qui pari proteruia iocandi post turdum mitteretur.

LICINIUS LIBERTVS AVG.

Licinius Libertus Augusti, operibus patroni pecuniã largiter in subsidium præstare conueuerat, coepto opere, scripsit ei certam pecuniã promittere, sed id non explicitè, immò literis numeros representantibus. Animaduertit Cæsar, aliquantulum spatij uacantis, illud propria manu, totidè quàm similib. additis literis impleuit, duplicauit summam, tam solerter ut nulla suspitio inesset. agnouit libertus, & promissi duplè soluit tacitè, de

hinc

hinc opus aliud aggresso, sic alludit Miffo chirographo in quo scriptum erat: Confero tibi Domine ad noui operis impensam quod uidebitur, iocosam fraudem retemptari, urbana dicacitate prohibuit.

ALII IN AVG.

Iam illa mordaciora sunt, cœnam clandestinam, magno sumptu studioq; fecerat, qua ipse quidem Apollinis habitu, cæteri conuiuæ singulorum Deorum Dearumque gestu discubuerant. Eius cœnæ inuidiam infamiamq; cumulauit publica fames, atq; inopia, quæ illis diebus urbem inuaserat. Itaque præter apertas inimicorum exprobrationes, & effusos in populum uersus, sine auctore famosissimos, conclamatum est omne frumētum Deos comedisse. Item uerè Cæsarem esse Apollinem, sed tortorem, quo quidem cognomine Apollo quadam urbis parte colebatur. Nec defuerunt qui famam principis ab omni parte morderent, cultæ suppellectilis uasorum Corynthiorū auidior putabatur, quin & aliorum nomina, ob hoc unum ut uasis eorum potiretur, in proscriptorum numerum retulisse. Laborabat & altera infamia, quod in aleæ ludo, multum temporis expēderet, ex quibus primum notam secuti temporis egregia continentia discussit ac diluit, secundam non expauit, ideoq; ab omni parte integerrimus, atq; ut Tranquillus ait, sine suspitione ullius uicti, aleæ famam usq; ad senectutem sine dissimulatione sustinuit. de primo quidem ita lusus est, ut triumuiratus tempore subscriberetur ad statuam ipsius. Pater erat Argētarius, ego Corynthiarius, Bis Cynicus. iocus & mores simul pungit & originē, quam quidam ab argentarijs deriuatam dicunt, licet alij antiquissimam honoratissimamq; diffiniant, de secundo autem bello Siculo, mordax epigramma iactatum est huiusmodi: Postquam bis classe uictus naues perdidit, aliquando ut uincat, ludit alsidue alea.

NONNULLI IN VESPASIANVM AVG.

Exstant & in Vespasianum mordaces ioci, præcipuè cupiditatem in Principe lacerantes. Fama erat eum auarissimos quosq; ad amplas procuraciones promouere, ut publicis damnis ditatos, plurimis cōdemnaret, & ad inopiam reduceret. hinc uulgare prouerbum. Talibus eum pro spongijs uti solitum, sitientes scilicet implendo plenosq; uacuando. Eidem uetus auaritia ad hunc modum exprobrata est. Senex bubulcus in primordio principatus eum adijt, libertatem gratuitam suppliciter petens. negante Cæsare, exclamans: Vulpes, ait, pilum mutant sed non mores. Sanè licet intempestiuum hoc loco uideatur, ne tamen ex his suspitio falsa fortassis animum lectoris occupet, differre nolui, quod hanc auaritiæ notam & Suetonius Tranquillus scriptor fidelissimus, nec non & ipsius facta dictaq; principis excusant. si quidem & initio imperij, testatus est immensa pecunia opus esse, ut possit inopia corruentes respublicas subsistere, præterea qualitercunq; quaesitis optime, ut ait idem Suetonius, usus est in omne genus hominum liberalissimus, Sed nihil est iniquius iudicio populari, pro libito crassatur, inexorabiliterq; diffinit, nec uerba nec facta profuerunt, quo minus etiam defunctum sequeretur infamia. Viuus ex more ueteri, sumens mortui personam, factorumque ac dictorum uiuentis repræsentator, percontatus publicè dispensatores quanti funeralia constarent: Vt audiuit centum sextertia constare, mordaciter exclamans, ex persona principis: Date mihi cētum sextertia, meq; uel in Tyberim projicite. & hoc quidem in mores iocatum est, & in oris sui habitū, quidā urbanus natura dicatior hortante Vespasiano, ut contra se aliquid diceret. Faciam, inquit, cum uentrem exone rare desieris, nitenti enim atque impellenti, simillimam faciem habuisse eum, & scriptores rerum tradunt, & imago uultus sui, quæ uulgò adhuc aureis uel argenteis æreisque numismatibus insculpta reperitur indicat.

AMBIVS CRISPI

Domitiani quoq; principis mores, tragico dente digniores iocantiū licentiā momordit, certam diei partem deputare solitudini in consuetudinem adduxerat. Illic nihil quàm muscas aucupari solitus, graphioque acutissimo transfigere, quærebat ad Ianuam ullus ne in thalamo staret cum Imperatore: Respōdit, Ambius Crispus Nullus, Immo nemusca quidem.

IN

IN CLAVDIVM AVGVST.

Claudius Augustus princeps, inter multa turpis & nefariæ dementiæ, libertis ac spædonibus se suaq; omnia credidit, eisq; miser paruit, cui Romanum latè imperium parabat, omnibus tamen Narcisum & Pallantem prætulit. quibus & honores & lucra sine fine contulit, rapinasque quas uellent permisit exercere, eoulq; donec illis solis locupletibus uenditis omnibus, ætarium insuper impos esset, de cuius interdū paupertate conquerenti Claudio sic Libani mordacitate responsum est. Abundare incipies, si à duobus libertis tuis, admissus in societatem fueris.

IN NERONEM.

Iam uerò quàm mordacibus uerbis potitus est Nero, tametsi nulla mordacitas infandipudendiq; principis meritum possit adæquare, puerum quendam Sporum nomine, cuius infami amore deperibat, dempra uiriliter in sexum fœmineum transformare nisus, ob luctante natura, eoq; dementiæ raptus erat, ut non sine dote & ornatu & exquisitissimo, qualis cōiugibus Cæsaris esse consueuerat, magnifico apparatu nuptiarum in domum suam publicè euocatum haberet, legitime uxoris loco. In quo coniugio ita iocatus est quidam, benè agi poterat cum rebus humanis, si Domitius pater, talē habuisset uxore, quàm propriè damnosam mundo Neronis originem denotauit.

L. CRASSVS.

Huius Imperatoris attauus Gaius Domitius Aenobarbus, homo durus seditiosusq; & arrogans fuit, in cuius mores ita lulisse traditur L. Crassus Orator. Quid mirum si æneam barbam Domitius habet, cum & os ferreum & plumbeum cor habeat: Sed iam satis domi lulsum est.

EXTERNI.

QUIDAM PHILOSOPHI.

Libertus Regius repentinis opibus inflatus, Philosophos aliquos ad cœnam inuitaretrat, qui cum de rebus uarijs ex more differerent, & quaestiones eorum non intelligenti, perridiculæ uiderentur, alludens libertus. Immò agite, inquit, o conuiuæ, dicite mihi quid causæ est, quod ex albis nigrisq; fabis, non nisi unius coloris efficitur pulmentum? tangit & modestos animos indignitas, igitur arridens unus ex Philosophis, nō passus has ineptias, Quin tu nobis edisserere, cur de albis & de nigris flagris, uniformes maculae resultant: satis mordaciter, præteritæ seruitutis elatum, præsentibus admonuit.

PHILIPPVS MACEDONVM REX.

Philippus rex Macedonum, is cum quo Romani primum bellum Macedonicū gessere, iocosior etiam inter Seria fuisse traditur, quàm deceret regem. Is cum ad T. Q. Flaminij multorumq; Græciæ principum colloquium uenisset, & disceptatio de altissimis rebus esset, ubi suus regniq; sui status uertebatur dicente Aetholorum prætor Phanea, Quid multis uerbis opus est, inter nos bellum iudicabit. Istud quidem (inquit rex) etiā cæcus uidet, cauillatus in loquentis lippitudinem.

THEOCRITVS CHIVS.

Nec minus mordacior, at alioquin stultior Theocritus non Syracusius sed Chius, qui cum ad infensum sibi regem Antigonum altero oculo captum traheretur, spem præbentibus suis fore, ut cum ad oculos regis peruenisset, misericordiam inueniret. respondit: Impossibilis igitur est ista conditio, actum est, perij, cæterum hæc intempestiua mordacitas, & Theocrito mortis, & Antigono homicidij simul & periurij causa fuit. iurauerat sibi enim parcere, sed asperitate motus non pepercit.

HANNIBAL.

Vulgatissimus est Hannibalis iocus, qui cum uix tandem bello uictus à Romanis, ad Antiochum Syriæ regem confugisset, & ille bellum moturus Pop. Rom. innumerabiles equites elephatorumq; turritorum & falçatorum curruum copias cæpis explicaret, noscendarū uiriū gratia exercitumq; auro & purpura, atq; exquisitis cultib. onustū intuens, Hannibalē quē lateri habebat interrogasset, Satis ne putaret illa omnia Romanis esse?

esse respondit mordaciter, irridens, ut qui exercitū illum ducemq; nec minus Romanos nosset. Optime & satis, inquit, esse puto Romanis hæc, quamuis avarissimi sint. Acris urbanitas si diligenter attenditur, quantum, inter querentis & respondentis animum intersit, sed aliquantisper ab exemplis ueteribus abeundum est.

RECENTIORES.

DINVS.

DINUS idem, cuius supra memini, cum quadam muliere nobili ab adolescentia stupri cōsuetudinem habuerat, cuius uir uel coniectura rei uel notitia, infestus illi erat, sed nil nisi uerbotenus audebat. itaq; sub specie iocandi, multa interdū aspera iactare, die quodam in comitatus Dinus, in magna populi frequentia humili uehebatur equo, alter ut pudorem incuteret riuali arrepta equi coma, & illius paruitatem & infedentis proceritatem irridere putans, hunc ambulare (inquit) docēs, sed ubi quæso primum hanc artem didicit? at ille equo calcariibus adacto, domi tuæ inquit, sic destinatum sibi ruborem, in interrogantis faciem refudit.

DANTES ALIGHERIVS.

DANTES Aligherius & ipse conciuis nuper meus, uir uulgari eloquio clarissimus fuit, sed moribus parum, per cōtumaciam & oratione liberior quàm delicatis ac studio sis ætatis nostræ principum auribus atq; oculis acceptum foret, is igitur exul patria, cum apud Canem Magnum, commune tunc afflictorum solamē ac profugium uersaretur, primo quidem in honore habitus, deinde pedetētim retrocedere cœperat, minusq; in dies domino placere. erāt in eodem conuictu histriones ac nebulones omnis generis ut mos est, quorum unus procacissimus obscœnis uerbis ac gestibus, multū apud omnes loci ac gratiæ tenebat. quod moleste ferre Dantem suspicatus Canis, producto illo in medium, & magnis laudibus concelebrato uersus in Dantem. Miror, inquit, quid causæ sublit, cur hic cum sit demēs, nobis tamen omnibus placere nouit, & ab omnibus diligitur, quod tu qui sapiens diceris non potes? Ille autem minimè, inquit, mirareris, si nosses quod morum paritas & similitudo animorum amicitia causa est. Idem cum inter conuiuas nobiles discumberet, & conuiuij dominus, iam uino hilarior & cibo grauis ubertim sudaret, uicissimq; loqueretur frivola, multa & falsa & inania, nec finem faceret aliquandiu in dignas tacitus audiuit, cunctis tandem silentio attonitis, gloriabundus ipse qui loquebatur, & quasi facundia laudem omnium testimonio consecutus, humentibus palmis Dantem arripit, & quid inquit, Sentis ne, quod qui uerum dicit non laborat? & ille, mirabar (ait) unde hic sudor tantus tibi.

PETRI NAULI.

HUGUTIO Fagiolanus ætate nostra multis actus fortunæ tempestatibus, ad aulam tandem memorati Canis Magni Veronensis, uelut in portum aliquem fessus senex appulit, ubi magnificè exceptus, quod in illa domo præcipuum erat, non hospitis sed parentis locum tenuit. Orta autem (ut fit) super mensas semel edendi mentione, cum multi magni comestores referrentur, ab alijs expectatus Hugutio, ipse qui inter maximos habebatur, ut de se aliquid loqueretur, cœpissetq; uir immēsi corporis de esu suo in ætate iuuenili, quædam incredibilia narrare, Petrus Nauus, qui in eadem Canis aula sapiētia celebris, sed mordax habebatur, respondisse traditur. Minimè quidem miror hæc quæ dicis, cum maiora sileas quæ tamen scimus, Pisas & Lucā uno prandio deuorasti, pūgentis ioci cuspidem transfixisse senis animum reor, constās est enim opinio, potuisse die illo, quo de dictarum ciuitatum dominio pulsus erat, uulgi tumultus cōprimi, si è conuiuio surrexisset.

DE INFERIORVM IOCIS, Cap. v.

HABET & paupertas ingenium suū, habet & cogitationes alias, nec nunc ulla commoro, quæ uniuersis urbibus campisq; & littoribus nota sunt, quot curas, quantosq; labores pro mortali foelicitate solliciti, domi militiæq; terra pelagoq; suscipimus, quam cupide quamq; periculorum omnium oblitus.

Impiger

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes.*

Sed illa duntaxat quæ in remedium sui ipsius ociosa paupertas excogitat, qualia sunt hæc in Saturnalium lib. præcedētib; intermixta, quæ quoniam facetiarum nō expertia sunt, relatu non indigna iudicauit.

INNOMINATVS.

PENDENTE inter Augustū Cæsare & M. Antoniū fortuna, cuius belli neq; mediocres casus erant, neq; uulgaria præmia uictoriæ, ingensq; apud omnes gentes finis expectatio. Pauper qdam Romæ in cunctos sibi prouidens euentus, ingenium tale commentus est, omni diligentia duos coruos enutrit, effecitq; (tantū in omnire studiū ualet) ut dicibus uerbis alter Augustum, alter Antonium saluaret. Idē Augusto tandē uictor in patriā reuertēti, saluatorē suū manu præferens occurrit, qui inter crocitantū hæc uerba fundebat. Aue Cæsar, uictor, imperator. Delectatus Augustus uiginti millia nummorum loquacem uolucrem comparauit: arguta quidem, sed diu præconcepta subtilitas.

ALIVS.

AT huius socius ex tēpore cōsiliū cœpit, socio enim ditato inuidens (neq; latius apud ullū genus hominū regnat inuidia) Cæsarem adiit, obtinuitq; ut coruum alterū afferri iuberet, iussus, illum attulit, qui hostem salutare didicerat his uerbis: Aue, imperator Antoni nō amplius motus est Cæsar, q̄ ut prioris auis p̄tium, p̄ciperet cū delatore partiri.

ALIVS.

PER idem tempus inuentus est, qui Picam ad salutationem similem, inuentus et qui Pstacum erudiret. & hunc & illum emi placuit.

SVTOR QUIDAM.

TOT uicinarum successibus admonitus inops Sutor, & ipse corui ingenium agere instituit, quod cum frustra diutius rētaffer, tædio affectus, crebroq; mutam auem increpitans aiebat. Opera & impensa perijt, uix tandem coruus, & hoc, & salutationem, quæ iubeatur expressit, & in publico positus prætereuntem Cæsarem saluauit, quod ille audiens. Satis, inquit, saluatorum talium domi habeo, procedens in uociferatione solita coruus ait: Opera & impensa perijt: effusus in risum Cæsar, maiori q̄ cæteras pretio redemit.

EXTERNI.

GRÆCVLVVS QUIDAM.

AD Augusti famam, nō ex Italia tantum, sed ex Græcia atq; orbe toto concursus fiebat literatorum hominū, uenit inter multos Græculus Poëta pauper, qui nihil præter musas & calamū haberet, is in cōsuetudinem adduxerat, principem a palatio descendente, præoccupare oblato carmine aliquo, ipsius gratiam cōtinente, q̄ cū nō intelligente uel dissimulante eo, ne quicq; sapius exptus foret, nec adhuc cessaturus uideret, scripsit Augustus manu propria breue carmē Græcū, quod illi ad se de more properanti p̄misit, carmine carmē pensaturus. ille cum ueneratione susceptū, cū admiratione perlegit, postq̄ satis & gestu & uerbis dictantis ingenium collaudasse uisus est, accedens propius ex macri crumena paucos excussit nummulus, porrexitq; principi munusculum Græco sermone prosecutus: cuius hæc fuit sententiā: Non secundum factum tuum Auguste, si plus haberem, darem plus, cunctis qui aderant in lætitiam uersis, ex illius actu quid agendum sibi foret admonitus Cæsar, accersito dispensatore, disertū homunculi consuluit paupertati.

RECENTIORES.

MONACHI.

PRINCIPŪ moribus intendere, & q̄ illis saluo decore placeant excogitare, nō inutile cōsiliū egentī, quod si unquam clarissimè diebus nostris apparuit, sub Ioanne xxi. Rom. Pōt. Homo p̄studiosus, & uehemētioris animi, hinc lectioni librorū inhiabat, illinc simulatas acerbas & inextricabiles agens cū Imperio Romano, alterā uitæ partē huic studio deuouerat. Cæterū cū à legēdo & seniu & curarū uarietas retardaret, gratissimus erat illi, quisq; defloratos ut proprie dicā libros, sub breuiloquio p̄stringeret redigeretq; in eas

hh quas

quas tabulas uocant, in quibus omne quod ex libris quæreretur facillimum esset inuentu, rursus affectu alio impulsus, nihil cupidius audiebat, quam rumores ex Italia Germania- que, has enim ante alias supra stomachum gerebat, quibus audiendis, siue ueri siue nihil ad rem modò læti essent, atq; magnifici, mirum in modum creduli senis incensum pectus mulcebatur. His duabus igitur uis, multos eo tēpore uidimus, ab extrema inopia, raptim ad magnas diuitias peruenisse, ex illorum grege præcipue qui religionis titulo gloriâtes, quam professi uidentur paupertatem, præ cunctis mortalibus exosam habent, hic mihi quoniam lectoris fastidio parcere propositum est, secundi uoluminis finis esto.

FRANCISCI PETRAR- CHÆ V. C. RERVM MEMORAN- DARVM, LIB. III.

DE SOLERTIA. CAP. I.



Vperest acumen animi, solertiaq; rerum gerendarum, quam solam prudentiam uulgus appellat. q̄ in re, primo Romanæ libertatis auctori, primus quoq; locus dabit. Lucius Iunius Brutus, Tarquinij Superbi auunculi sui naturam & mores ab adolescentia contemplatus, cum omnem illi uirtutis habitum odiosum ac formidabilem uideret, ob eamq; suspitionem iuuentutis præcipuum florem, & in primis fratrem suum crudelitate extinctū, q̄ unū sibi de spe Reip. consilium erat, à solertia mutuatus est, uerbis atque actibus delirantis speciem induit, unoq; item altero ridiculosius admissio, affectatæ uecordiæ breui fidem fecit. Superuacuum uisum est ferrum adigere iugulo dementis, ita cunctis pereuntibus sub hac nube latuit, donec erumpendi tempus affuit. Idem adolescentib. regis iussu patris munera Delphico Apollini ferentibus, ridiculi gratia, ut Plinij uerbis utar, comes additus est, metuensq; ne manifesta reuerentia dissimulatæ prudentiæ daret signū, terebrata uirgæ sambucæ aurum infusum aris obtulit, deniq; regis filijs post iusionem patris adimpletam, de regni successione percontantibus, cum responsum esset ab Apolline, De regno quidē nihil, sed summā potestātē obuenturā illi, qui Matri primū osculū tulisset: cæteris de regina dictū æstimantibus, Brutus parentē publicā humani generis terrā intellexit, subitoq; uelut ab aliq; sociorū impediretur pronus, corruens furtiuum terræ osculū ingessit: nec multo post assumpta libertate primus Cos. mentiri Apollinē nō est passus.

ROMVLVS.

Atq; ut ad infantiam & incunabula Romani imperij reuertar, quam uersutum & q̄ solers Romuli consilium, qui ad fundandam incolendamq; nouam urbem, lætissimā iuuentute contracta, cogitans unius nec amplius ætatis populū ope fœminea destitutum, finitimorum matrimonia, quia preces sprete fuerant calliditate quæsiuit. simulata namq; ludorū Equestrium pompa, cum ad rei famam ingens ex uicinis circū urbibus utriusq; sexus turba cōcurreret, nuptis intactis, ut scilicet raptus adulterio uacaret, uirgines frequenti rapuit spectaculo, plurimorum licet bellorum causam, at profectō necessariam stirpis Martiæ propaginem, & unicum perpetuandæ ciuitatis adminiculum.

NUMA POMPILIUS.

Et ut ordinē diademātū teneāt exempla solertiæ, Numa Pompilius Romanorū rex secūdus, animaduersa populi ferocia, q̄ ardentissima p̄decessoris institutione cōceperat, mitigādosq; mores ratus, occasione nouitatis temporum usus est. Sentiebat adhuc Alpiniū quiddam ac pastorū inesse animis, itaq; sæpè solus Aricini nemoris opaciore & gelido fonte, roscidam spelūcam ingredi, longasq; ibi noctu moras agere. submotis procul arbitris solebat, simulato coniugis egregiæ familiaris uti colloquio. Sic iniecto Deorū metu, facile credulum & inexpertum populum, quibus libuit legibus ac superstitionibus inuoluit. q̄ mitātes quidā, usum Pythagoræ Philosophi cōsilio putauerūt, quorū opinioni & tempo-

temporū & locorum ratio aduersa est. constat enim Pythagoram in Italiam uenisse, Su perbo regnante, quod tempus ab interitu Pompilij, super humanæ uitæ longissimum modum distare notum est. Illud quoq; compertum, non urbem Romam, sed extremum Italiæ angulum tenuisse Pythagoram, ut appareat inter eum & illum, de quo agimus Romanum regem, nullum profus uel loci uel temporis fuisse commercium. quo rex iste maior uir habendus est, ut M. Tullij uerbis utar, quia sapientiam constituendæ ciuitatis, duobus propè seculis ante cognouit, quam eam Græci notam esse senserint.

MINOS AC LICVRGVVS.

Non tamē te negauerim in constitutione cerimoniarum, ac legum Minois ac Lycurgi solertiā secutū, quorum primus ex antro Iouis, leges uelut ipsius Iouis de manib. acceptas affererat, ut earum iugo Creteses mixta cū imperio religione premerent. Alter eadem arte, sed diuerso numine, in condendis Lacedæmonum legibus usus est.

SACERDOS QUIDAM.

Adē primæ ætate Romanorū, uacca portentuosæ pulchritudinis ac staturæ in sinibus Sabinorum edita, consulti auspices responderunt, fore ut quisquis Dianæ, cuius in Auentino templum erat eam uictimam mactasset, uniuersi orbis monarchiam patriæ suæ quæreret. Bouis dominus gaudio exultans, ne quid per moras de ingentis rei occasione prætermitteret, in Auentinū propè perductā ante aram statuit, et iam cultris ac uasculis ex more cōquisitis accingebatur, erat totus in sacrificium intentus Sabinus, uelut omnī terrarū imperiū q̄siturus. inter hæc anxium, re cōperta, summus tēpli sacerdos, sub obtentu religionis abstrahit ab incepto, per q̄ sanctē admonēs. ne ante sacrificet, q̄ sele uiuis undis p̄terlabētis fluminis absterit. hæsit ille, & dū uenerabundus ad sinistra ripā Tyberis ex colle descēderet, callidus p̄suasor raptim sacrificiū pegit, nō inuisa sacerdotis astutia, ut tunc res erant, sed q̄ Valerius addit, hac arte quæsitū Romanis imperiū terrarū orbis, perridiculum p̄fecto, nunq; eō magnitudinis peruentū foret, si nō magis ardens excellēsq; clarorū uirtus ciuium, & armorū experientia quam furtiuū peregrinæ bouis sacrificium contulisset.

SCIPIO AFRICANVS MAIOR.

Scipio Africanus Maior proximū tenebit locū, hic exercitū in Africā traiecturus, Lilybaū peruenerat, erant circa latus eius trecenti iuuenes Romani, quibus ad bellum strennuè gerendū nec animi deerant, nec corpora, sed arma & eq. quorū cōquisitio fatigato ærario haud facilis uidebat. Itaq; cū lōgi apparatus facultatē, tēporis angustia negaret, nisi in castris esse, ut inermes cū armatis mixti tenerent, & ipsi consiliorum ducis igrari mirabant, & mirari reliqs cogebāt, Scipio igitur solertia succurrendū ratus egestati, totidem Siculis equitibus, q̄ ex omnib. genere ac diuitijs florebat, ut armati egregiè atq; equis excellentib. instructi statuta die adessent percepit. q̄ cū nō sine querelis tacitis exquerent, & affines singulorū metus urgeret p̄fixa dies affuit, mœsti atq; solliciti ob hoc unum, quia puocandi ius nō erat, paruere. Legēs in frōtib. secreta pectorū Scipio, in tēpore reuerfos alloquitur mitius, & uideo uos, inqt, tædio ac labore longinquæ militiæ cōterritos, & quo nā pacto uos hoc onere leuare queam iam dudū cogito, proinde dicite intrepidi, prius q̄ in discrimen uentū sit, quid cuiusq; fert animus. hic. cū unus ex eo numero, seu loquendi promtior seu timidior pugnandi, malle se detrectare militiam, si suæ potestatis fieret aperte respondisset. tū Scipio: Quando palam mihi loqueris uicarium, inquit, tibi dabo: q̄ cū ille libens amplecteret, uni ex Romanis inermibus, in mediū prolata arma & equū tradidit adolescens Siculus. Id exemplum secuti omnes qbus quies esset charior q̄ gloria, cum bona gratia Romani ducis, exemptum imparato labori militem uidentes, eandem conditionem acceperant, sic militandi necessitas querulis remissa, & ingenio effectum, ut quod alioquin inimici fecissent, læti & gratias agentes arma & equos tradiderunt Romanis, eximiamq; illam equitum alam, eoq; atq; alijs bellis probatissimam euasisse, auctor est Titus Liuius. Idem ab adolescentia supra quam credi posset, mira quadam arte in ostentationē uirtutis ac gloriæ instructus erat, percrebuerat autem fama, seu ex rebus gestis, seu ex moribus, seu ex forma corporis oriens, non humana sed diuina eum stirpe progenitum, cui q̄ in tali re usu euenit, & fabularum ambages aderant, uisum serpentem insuetæ magnitudinis

dinis in lecto matris, sibi infantulo draconem circumfusum, nihil nocuisse: & multa huius generis uulgo credulum motura, hanc de se opinionem tali ingenio nutriuit, ut de origine quidem sua nihil sponte loqueretur, & cum interrogaretur, an uera essent quæ passim ferebantur, nec affirmaret, ne quam exinde maculam uanitatis incurreret, nec negaret, quod credi ab omnibus gaudebat: hac taciturnitate plus affectus est, quam si se palam Iouis filium prædicasset. Addidit aliud solertæ genus, per singulos dies antequam quicquam publici priuatiq; negotij ageret, in capitolium ascendens, Cellam Iouis Iolus intrabat, ubi aliquandiu ueluti diuino colloquio frueretur, uulgo persuaserat, inde spei plenus digrediebatur ad agendas res. id quæ in multis bellis repletis spe militibus, quasi ex cælo promissis, prosperis euentibus ad uictoriam contulisse notum est, imitatum opinari trium quos paulo ante retulimus exempla, non alienum est.

DE ASTVTIA. Cap. II.

Q. F. MAXIMVS.

VT apud Ciceronem scriptum est, callidum Hannibalem ex Pœnorum, ex nostris ducibus. Q. Fabium maximum accepimus, facilem celare, tacere, dissimulare, insidiari, præcipere hostium consilia, addit & aliorum nomina, quos apud Graios huiusmodi artibus nobilitatos refert, in quibus Themistocle & Solonem, posse multos superaddere, nisi curiosi & oculosi pariter esset ingenij, uniuersa conquirere, præcipue quorum explicatio sub bellicis cautelis erit opportunior, nunc pauca de tranquilliore quorundam ex his ducibus solertia expediam. Atque ut à nostris more solito incipiam. Q. Fab. Maximus Lucanum equitem ac Romanum peditem, duos eo tempore fortissimos bellatores, cæterum suo quemlibet uitio laborantem in castris nouerat. equitem turpi meretricis amore pereuntem, peditem parum spectate in Romanos fides, utriusque potius morbo consulere, quam alterius uel amborum opera carere statuit. Equitem igitur occulto permittens comparare scortulum quod ardebat, peditem uero non modo non suspicionibus aggrauans, sed eximij super laudibus atque honoribus pro concione concelebrans, in utroque quod operabatur consecutus est. In primo quidem ut uoti compos expeditissimus ac promptissimus, in omne discrimen esset, nec immerito dici possit, is demum militaris disciplinæ rigor utilissimus, tantisper de rigore amississe. In secundo autem Philosophici consilij effectum, felicissimè nactus est, seruum enim bonum & fidelem, non solum quia credidisset, sed quia uel credere simulasset effecit.

PUBLIUS VILLIUS,

SI tamen in omni re, summum uicisse summa est gloria, quis Publius Villio præferendus, qui ingenio fefellit Hannibalem: ad Antiochum Syriæ regem bello uictus Hannibal confugerat, eratque apud eum honorificentissimè particeps consiliorum omnium, quoniam Romana bella meditantem, nullus magis idoneus consulti occurrebat. eo igitur pendente belli apparatu, Romana legatio profecta est, in qua Publium Villium fuisse traditur. is periculosissimum ratus, si potentia Regis consilio Hannibalis diutius sulta foret, pensata credulitate ac uanitate regia, & existimans id quod erat, Hannibalem ut externum hominem, inter aulicos inuidiosum ac suspectum fore, ex eo gradu quem apud regem obtinebat, improuifum dicere adortus est, effecitque ex actu facili. Si quidem assidue apud Hannibalem uersatus, omne quamuis leuissimum uerbum auribus eius insusurrans, frequenti nimumque domestico colloquio, & æmulis criminandi, & regi suspicandi præbuit materiam. ita factum est, ut inaduertens Hannibal est consilio reiectus. & si postea in gratiam redierit, quia tamen id nimis serò accidit, & regi grauiorem casum & Romanis faciliorem peperit uictoriam. Nec sum nescius apud quosdam ex historicis nomen Villij aliud. & actum hunc aliter apud alios & ita referri, ut omnia cursu forruito, nihil penitus eiusdem solertia gestum sit. sed illos in hac parte sequi malui, qui ad propositum meum pertinentem historiam tradebant.

PATER QUIDAM.

PRæcipitis quondam & periculosi exitus amore filij deprehenso pater anxius, cum aperta uia reuocare eum posse diffideret, nouo genere solertæ mansueti patris cautique consulti

toris officium impleuit, & quæso, inquit, fili pro salute tua, ut quotiens amicam aditurus es, communem prius & concessam Venere[m] experire. quod cum ille non abnueret, atque ideo semi exarmatus obtusaque uelut acie libidinis, ad eam quam afflictim diligebat sepius accessisset, sensim laxato pectore saniora consilia recepit. & quæ alienis monitis nunquam fecisset, per seipsum amoris flammam rabiemque compescuit.

M. VOLVSIUS ET SATURNINVS.

DVO in simili, immo in eodem genere periculi longe diuersa, seu uerius aduersa calliditatis exempla proferantur. alter enim M. Volusius, cum ædilitatem plebis ageret, à triumuiris se proscriptum audiens, abiectis insignibus magistratus, sub inopi medicantis tegmine, per exploratores medios nulli cognitus ad M. Bruti exercitum euasit: alter Saturninus Verulo, de triumuiralibus procellis ubi se proscriptum comperit, confestim præturæ habitum arripuit cum priuatus esset, præmissoque longo ordine seruorum, qui licitorum specie præferrent, apprehensisque uehiculis, & iure uelut proprio, per omnes terras occupatis hospitij, obtinuit, tam constanti animo ut non proscriptus, sed magistratus P. R. & ab hostibus, & à quolibet p[er]tereunte crederet, non aliter quam si omnium oculos splendore habitus præstrinxisset, utroque signum, mox ut Puteolos attigit, naues in statione reptas, seu publicæ necessitatis gratia, nemine aduersari auso cepit, concessitque quibus in Sicilia tutissimum ea t[em]pestate, proscriptorum portum, fortunatus simulator enatauit. Et huiusmodi singulorum actus.

TUSCVLANI.

ILLA dissimulatio mirabilior, quæ uniuerso quondam Tusculanorum populo, in extremis casibus opem tulit. ingens Romanorum odium fracta sæpe fide meriti, cum in excludi patriæ suæ accensum, ultionis desiderio Furium Camillum aduentare, Romanasque legiones audissent, nec aduersus tantum ducem & exercitum spei quicquam in armis foret, spem omnem in solertia posuerunt, igitur tranquillo pacificoque habitu, omnis sexus atque ætas moenia urbis egrediens, hostes suos, uelut ignari, ob quam causam uenissent, humane atque alacriter exceperunt, armatosque nullo uestigio timoris ædito, in urbem introdixerunt, comæatibus, & cunctis quæ in rem essent affatim ministratis, quo tamen in sperato obsequiorum cumulo, pudor hostibus iniectus est, quin pro odio amicitiam, pro impendenti patriæ ruina, Romanæ urbis nomen & iura meruerunt.

AVGVSTVS CAESAR.

IN Augusto quidem Cæsare adulteriorum consuetudinem legimus, hoc enim & inimici eius exprobrant, nec amici factum negant, sed excusant, multis periculis tactatum Principem, insidijsque tam domesticis quam externis, ad id non uoluptate turpi, sed solerti consilio ductum, afferentes quod facilius scilicet familiaritate foeminarum, quid eorum uiri ad uersarij sui uel sibi suspecti agerent molirenturque deprehenderet, constat siue, hinc siue aliunde, coniurationes contra eum omnes ferè surgentes oppressisse.

OTTHO AVG.

OTtho qui septimus ab Augusto Romani imperij frena corripuit, & si apud quosdam historicos, an propter morum foeditatem, an propter temporis breuitatem, incertum hinc cum Vitellio è numero principum excludatur, non absimili consilio usus, dum libertinæ anus, & fortis & ætatis ultimæ, ob hoc unum, quia inter aulicos gratiosam ac fauorabilem uidebat, non obsequium modo, sed quod anilem credulitatem mulcere solet, amorem planè ridiculum simulauit. non inefficaci quidem solertia, quando per illam Neroni conciliatus, tunc temporis imperanti, primus inter amicos sortitus locum, ipse post uersante res hominum fortuna, ad principatum quoque subuectus est, tantum ualuit obsequiosa calliditas.

GALBA AVG.

GALBæ principis haud stolidum iudicium, qui cum de iumentum dominio non satis idoneis, uel testibus uel iudicij ageretur, tum quibus ad obuolutam ambagibus ueritatem penetrare laboriosum esset, sic statuit, ut iumentum tecto capite produceretur, ubi ad aquari consueuerat, eoque confestim ad aperto, illi ex litigatoribus cederet, ad quem sponte sua sese poru digrediens contulisset.

TIBERIVS CAES. AVG.

AT postquam ad Cæsaris mentionē uentū est, ne omittam Tiberij consiliū, qui summa tunc imperatoris Augusti gratia, maximaq; honorū affluentia, in ipsius ad nutū procurantis fortunæ fauoribus, quasi satietate ductus, rerū foelicitū & getis studio, ab urbe Romana, ubi secundū à principe locū obtinebat, nullis Cæsaris precib; aut suorum lachrymis uictus secessit, Rhodū infulā petens, ubi mansit, habitu uictuq; mediocri multūq; intra fortunæ suæ fastigiū dimisso. Et de facto quidē constat, de causis ambigitur. Alij impudicē & procacis uxoris tædio, cuius mores nec ferre posset nec corrigere, aliū ut imperatoris filijs iam adultis cederet, & omni se inuidia ac suspitione liberaret, aliū autem ut raritate uenerationem sui ipsius aleret, & Reipublicæ desiderium per absentiam auget, semperque familiaritatis nimie comitem contemptum remoueret, quæq; sanè fuerit causa, de præmissis uerior, effectus consilij haud spernendus uideretur, nisi, quia discedendi pertinacia offendit Augustum usque adeo, ut ad reuiscendas charorum necessitudines redeundi licentiam, post multum temporis suppliciter flagitanti, responsum tale reuulerit: Dimitteret omnem suorum curam, quos tamen reliquisset: & uix tandem post octauum annum, optatum uotis reditum interuentu magnorum impetrauerit.

M. ANTONIUS ORATOR.

AD externa conuertat, si unum domesticum addidero, M. Antonius idcirco de tam multis orationibus suis, nullam in scriptis se redigisse iactabat, ne forsan ex scripturis, aduersus se sumi posset argumentum, si quando prius dictis aliquid contrarium dixisset, callidum magis, & clientibus suis utile consilium, quam sibi gloriosum atq; magnificum, atq; hic extrema inter nos figimus uestigia.

EXTERNI.

ARTIFEX QUIDAM.

Hic simillimum calliditatis genus, licet in longinqua materia secutus, mihi uidetur Artifex, qui operibus suis usque in miraculum exultis, nunquam se supremam manum imposuisse dicebat, ut scilicet, & sibi addendi, semper mutandique libertatem refereret, & suspensio iudicio spectantium, animis quiddam tam de artifice, quam de opere magnificentius ac perfectius semper occurreret.

SERVVS QUIDAM.

Quo tēpore scdam Magorū tyrannidem apud Persas p̄fortium uirorū uirtus obtriuerat, cū inter tyrannidas, uel nobilitate uel meritis penè pares de regno lis esset, & aliud ex alio periculum timeretur, unius serui calliditas, & publicam sollicitudinem omnibus eripuit, & opatissimo domino uotorum tribuit finem. magnæ quidem rei exitus, religiosæ tandem creditus fortunæ, eò rem deduxerat, ut quoniā pro Deo Sol in Perside coleretur, eique (quod agilem Deum segnīs uictima non deceret) equus sacer haberetur, die certa circa solis ortum, ante regiam ad orientem uersi omnes in equis essent, & cuius equus, aduentum solis hinnitū prius nunciasset, ille Rex foret. Interea cum nihil præter conditum diem expectarent, unum ex eo numero Darium, de euentu anxium conspicatus seruus, equi custos, ubi causam rei comperit. Noli, inquit, mi domine superuacuis curis angī, si nil aliud agitur ego te Regem faciam. Duplex hinc fama est, aliū demersisse clam seruum digitos inter atq; genitalia, & cum ad locū uenissent equi naribus in gessisse manum, quo odore concitum mox, hinnitum sustulisse, aliū per noctem quam lux conuenta sequebatur, seruum ille duxisse domini sui equum in constitutum locum, & illic equam habuisse, cuius illecebris delinitum equum & mane memorem nocturnæ uoluptatis, ut ibidem constitit hinnisse, quicquid horum uerius, illud constat, hinnitū audito, religione tactos, ex equis descendisse, & Persico more proiectos, terræ salutasse regē Dariū, populūq; omnē primatū sententiam secutū, illum regē habuisse, ita ingens regnum septē præcellentium uirorum periculo quæsitum, unius arte seruili ad unum redijt regem.

IN QVO

IN QVORVNDAM ASTVTIAM MALAM.

Ferunt in Græcia sapientes habiti, qui dicerent: Nimitas amicitias fugiendas. rationē afferentes, quod innumeris & inuitabilibus nostris laboribus ac curis oneratos, stultum sit alienis inuolui, & unius humeris multorum fasce prægruari, satis sub proprio fatigatos. Fundamentum beatæ uitæ ac securitatem hoc uelut ariete conuelli, si externa p̄ amicis sollicitudo animum impellat, & ut ait Cicero, tanquā parturiat unus pro pluribus. Itaque commodissimum censent, quàm latissimas habenas habere amicitia, quas uel adducas cū uelis uel remittas, hoc eorum consilium est. Quod non idē quia uel solers uel sapiens esset inserui, sed quia calliditatis speciem præfert, & illustres habet auctores. & scio qd à multis atq; à me ipso propter nimias curas rerum uariarum sæpè laudatum est, apud Ciceronem tamen reprobatur, Nec immeritō tollit enim omnem benè institutæ mentis affectū, q̄ sublato, ut ait idē, quid interest. Nō dico inter hominem & pecudem, sed inter hominē & truncū, aut saxum, aut quiduis generis eiusdem. Aufert igitur humanitatem, cuius est propriū, & gaudere bonis rebus & dolere contrarijs, tollit enim è uita amicitiam quasi è mūdo solē. Quod si p̄pter sollicitudinē fugiendā, amicitia negligenda est, similiter & uirtus quæ sollicitudinibus & curis multiplicibus scater, quo nihil potest esse miserius, nihil amentius. Quod sequitur quoque ut excludendum intelligantur insertum est.

DE IISDEM.

Biantis de eadem re consilium uotum est. Ita utendum amicitijs, ut meminerimus ex amicis inimicos acerrimos fieri posse, siue ut in dialogo Lelij scriptum est. Ita amare oportere, ut aliquando sis osurus. Quod si diligentius consideretur, perquam utile reperiri Valerius astruit, ego dolosum etsi urgear, callidum fortē non negabo, sed idem sentio quod Ciceronianus Scipio, nullam uocem amicitia inimicitiosem potuisse reperiri, nec induci possum, ut à Biante dictum putem, quod is sapientia cognomine clarus sit, sed ab impuro potius aliquo, uel ambitioso, ad suam potentiam reuocante. Sanè cuiuscūq; dictum ad extinguendas amicitias & magnam humanam uitæ sobriamq; dulcedinem efficiacissimum obijciendum censeo, illud solertius utiliusq; consilium quod est apud eundem Ciceronem. Eam nos in comparandis amicitijs diligentiam adhibere, ne quando amare incipiamus, quem aliquando odisse possimus.

SOLO.

AD Biantis nomen identitate profestio num, & Solonis admoneor, huius illud callidum factum & memorabile refertur. Cum inter Athenienses & Megareses de dominio Salaminia grauisimis prælijs sæpè certatum esset, attentis ultrō citroque uiribus capitale crimen Athenis esse cœperat, bellum amplius ob eam causam suadere contigit ut adipiscendæ Insulæ consiliū, Solon unus ex tot millibus uidebar, angebatur animo uir & suæ Reip. & uirtutis amicissimus, metuens ne aut uetitus sermo sibi, aut imperatū silentium patriæ noceret, repentinum tandem simulat furorem, dictisq; factisq; omnibus ad id quod animo conceperat mira arte compositis, habitu quinetiam corporis simillimus amenti, sese in publicum proripuit impune quodlibet ausurus. Illic conuentus ingens populi factus est, quibusdam attonitis nouitate rei, omnibus finem expectantibus: at ille conclamamatis in morem, aliquanto altius ascendens, non usitato quidem orationis genere, ne quid de simulatione deregeret, sed præmeditatis carminibus suadere quod per leges non licebat aggressus, adeo cunctorum mouit animos, ut indicto raptim bello ex sententia Solonis Atheniensis populus, & exoptata Insula, & gloriosa uictoria potiret.

VLYSSES.

VT quidam memorant Vlyssis simile figmentum, sed intentio longè alta, quin Solon ut sine capitis sui periculo Reip. consuleret: Vlysses uerò ut militiam subterfugeret & regnaret, atque Itacha uiueret ociosè, cum parentibus, cum uxore, cum filio simul lauit amentiam, licet ut ait Cicero, apud Homerum optimum auctorem, talis de Vlyssē suspitio nulla sit.

hb 4 THE

THEMISTOCLES.

Tempus est, ditos solertissimos duces, quos supra pollicitus sum, in medium proferre. Themistocles afflictis Atheniensium fortunis, non armis modo, sed argutis sæpe cōsilijs opem tulit, parantibus prostratos impetu Persarum muros, urbis attollere, & plusculum insuper telluris amplecti, legatio à Lacedæmone missa denunciatur, ab incepto ut desisterent, sensit Themistocles uicinæ urbis inuidiam, & quod in earum statu rerum tutius uisum est respondit, uenturos ab Athenis, qui in consilio Spartanorum, ad hoc præsentis agerent. Ita remissis domum legatis, Athenienses obsecrat, ut opus inceptum summis cum studijs accelerent, paretur. Ipse post tempus sub legationis titulo digreditur, sed modo morbum, modo sociorum cunctationem simulans, ac uelut sine his agi nihil possit expectans, tempus de industria trahebat. crebrescente interim operis fama, legati Lacedæmoniorum Athenas redeunt. at Themistocles magistratibus Atticis per epistolam suadet, legatos capere, & loco pignoris seruare, quo ipse tutior apud Spartanos foret. ad quos præcis morulis perueniens, aduocata concione, patriam suam mœnibus circumdatam, iamque & armis & propugnaculis communitam docet, si quas eius consilij pœnas daret, legatos eorum eadem passuros. post hoc acriter increpuit illorum ignauiam & insolentiam, qui de uicinorum imbecillitate potius quam de propria uirtute confiderent, ita castigatis & penè triumphatis æmulis Athenas redijt.

HANNIBAL.

Hannibal cū si forte rebus omnibus superiorem crederet, ducibus nostris cōgressus, hac nauali prælio fusus erat, metuensq; ideò suorum de se ciuium iudicia, quorū æmulatione usq; uel in cladem pertulit, ex ipsa nuncium pro re instructum, anteq; casum fama percurreret in patriam misit, qui frequenti Carthaginensium Senatu, quo in statu, & eorū atq; hostiū res ante pugnam fuerat exposuit, & adiecit. Hæc cū ita sint, dubitat tamē Hannibal, iniussu uestro fortunā plij temptare. & partiū cōditio, pponere, ut uerisimiliter ad Pœnas esset inclinata uictoria. itaq; cōclamatū est ab omni parte cōsiliij, nemini dubiū, quin pugnandū foret, sequeretur igitur fortunā, ac pugnaret. Ad hæc nūcius: Ita fecit inquit, sed illa eū fefellit, et uictus est. Præcluserat prima pœnatio obtrectatorib. improbandi, q; modo pbauerant facultatem, fortunam culpæ poterant, factum Hannibalis laudare cogebantur.

DEMOSTHENES.

Duo simul hospites, pecuniæ certā summā apud ancillulā deposuerant, ea lege, ut ambo simul restituerent. alter deniq; hospitū squalidus, defunctū sociū deflens, pecuniā repetit, mulier credula bonā fidē agnouit, & depositū reddidit petenti. nec multo post q; defunctus ferebat affuit, & fractā depositi legē questus, pecuniā poscebat. Infelix, & pecuniæ inops, & cōsiliij nullū nisi uoluntariæ mortis remediū habitura uidebat, iam circūspicere cœperat, quē funē collo circūdaret, qua nā se trabe suspēderet, miseratus Demosthenes innocentis, & per simplicitatē circūuentæ, patrociniū suscepit, & in iudiciū progressus ita causam egit, Mulier, ait, præsto est, depositum reddere, sed ut ipse fateris secundum contractus conditionem, alteri sine altero restitui non potest, socium igitur adducito, nulla mora est quo minus pecuniā communem ambo sumatis.

ARISTOTELES.

Libet hic Aristotelis factum interfere, ab alijs quamuis alio loco positū. Theodecti discipulo, quosdam artis libros Oratoricæ dono dederat, ut ille titulo librorū in se translato publicaret eos, ex alieno studio, sibi nomen & gloriā quaesiturus. post hoc seu discipulo iratus, seu dolens alteri laborasse, seu gloriæ cupidior effectus, mutare consiliū cœperat, & ad se reuocare uelle quod dederat. in alio igitur quodam libro, de re quapiam sermonem habens, addidit plenius sibi de eo disputatum in libris qui Theodectis dicerentur, ita paucissimis uerbis, & amici gloriā & liberalitatem propriam, qua nulla maior esse poterat subuertit, quam id recte ipse uiderit, sed profecto callide.

ATHENIENSIS QUIDAM.

Ferunt Athenis quendam accusatū apud populū, de capitali crimine, cū se publicè odiosum intelligere, metuentem sibi quod res grauis ac periculosa sub infestis iudicijs perteretur,

perteretur, huiusmodi consiliū cœpisse. Siquidem repente in petitionē honoris descendisse, & ubi misericordiam petiturus putabatur, supremum in ciuitate dignitatis gradum postulasse, non spe aliqua obtinendi quod poscebat, quippe qui extrema quoque formidaret, sed ut esset, ubi se aduersus eum conceptus popularis, furor absumeret: nec aliter euenit. sibi enim & ignominicis omnium exprobrationibus e comitio fugatus, cum repulsam grauisimam retulisset, nec post multo, dicendæ causæ dies afforet, populus idem priore insectatione satiatus, in secunda misericorditer secum egit, sic aloquin mortis periculum aditurus, in solatium negati honoris remansit in uira.

AGASO QUIDAM.

Alexander Macedo respōsis iussus, primum extra muros urbis inuentum, morti tradere obuium forte agasonem occidit præceperat. ille quanquam subito, consternatus malo, non usq; adeo tamē obtorpuerit, quin in uerba prorumperet. Et oro, inquit, Rex neme saltem causæ inscium ad tartara mittas, dic mihi priusquam moriar, quid dignum morte commiserim? Rex: Nihil equidem, sed fors tua his casibus te obtulit, nempe superum cōsilijs agor, ut qui primum mihi hodie occurrisset interfici iuberem. Confirmatus hoc sermone rusticulus, Minime rusticam euadendi uia arripuit. Si hæc uera sunt, inquit, hanc ob causam ego non moriar, immò hic qui me præibat, & asellum suum digito monstrabat. tali & tam prompta solertia sibi uitam, Regi autem innocētioris uictimæ facultatē tribuit. Cæterum rusticus hic ut rusticus sibi soli profuit, qui sequitur ut Philosophus multis is consilio utilis fuit.

ANAXIMENES.

Adeuertendam Lampfacum, magnis odijs impulsus properabat Alexander, erat intra ciuitatis mœnia Anaximenes ipsius Alexandri familiaris ac præceptor, qui ad leniendum discipuli furorem portas egressus obuiam pergebat. Vidit hunc ueniētē Alexander & uaticinatus aduentus sui causam. Iuro, inquit, me non facturum, quicquid id erit, qd tu me rogaueris. at ille. Oro, ait Lampfacū euentas. subsistit Alexander, et iuramenti religione cœptum differre coactus est.

RECENTIORES.

INNOMINATVS.

Illud quoq; satis callidum, si modo uerū, quod nō multis retro seculis cōtigisse quidam memorant. Erat in Sicilia, ut aiunt ingens statua, quæ in loco notissimo, ab extrema hominū memoria, intacta permāserat, in qua literis uetustissimis insculptū erat, Cal. Maijs habeo caput aureū. enim uero id ludicrum commentum quidam credidēre, alij nudū uerborum sonum secuti, eò uanitatis excesserant, ut in die Cal. statuz caput terebrarent, ubi cū nihil præter solum marmor inuenissent, fabularum ac risus materiā uulgò dederant. Vnus tandem antiquitatem statuz simul atq; artificium contemplatus, cogitās q; in re tam seria aliquid præter fabulam latere, scripturam ab omnibus conspectam, sed à nemine intellectam acutiori penetravit ingenio. Siquidem die Cal. redeunte, animo atque oculis intēus, ortū solis operiens, locū ubi caput statuz primis radijs umbrā iaceret, diligēter annorū cōsignauit. Illic post ea clā & ex cōmodo suffodiens, magnum auri pondus repperit.

CASTRUTIVS.

Castrutius dux Lucanus, uir ætatis nostræ clarissimus, cū dispensatorem suū Lippū nomine, de suo locupletatū nosceret, cogitās nō paruā pecuniā ab eo per ludū exigere, submisit q; ad eū tūc absentē pergeret, & domini uerbis pecuniā flagitaret, stetit in dubio dispensator, literas Castrutij nō uidens, quamuis id uarietate negotiorū, q; in illo uero uerisimillimū erat omisū diceretur: statuit tādē incōsulto domino nihil agere. Cuius uoluntatē cū p; literas exqueret, ille scripsit tā ambiguis tāq; supplicib. uerbis, ut licet superficie affirmationē clarā cōtinere uiderent, introrsus tamē ad utrūq; liber flecti possent. In fine uerborū addidit. Ut petita æte pecuniā numeres omnino uolum⁹ hoc autē tāte primæ literæ cōfusione scriptū erat ut nō magis nolumus, q; uolum⁹ legi possit. Lippus literas dñi iubētis, cū uerbis nūcij petētis cōferēs, pecuniā numerauit interiecto tēpe cū ratione redderet negabat

Castrutius iussu suo traditam pecuniam, Lippus literam manu eius scriptam proferebat, Castrutius illam relegens, suam quidem non negare, sed omnia aduersus illius sententiam interpretari. Et cum ad finem peruenisset, sine ulla hæsitacione nolimus legit & non uolumus. Intellexit locum Lippus, & subridens siluit.

DE SAPIENTER DICTIS VEL FACTIS.
CAP. III.

SI quis erit forsitan, qui magnam spem materix foeliciois, ex tituli præsentis inspectio-
ne conceperit, sciat me hoc loco nec me ipsius neq; propositi oblitum, de communi ho-
minum sapientia tractare, quam obrem si quid altius expectabat, errorem susceptum in li-
mine linquens, in uestibulo rebus integris abeat, quod apud me querebat, apud alios reper-
turus. At cui exemplorum illustrium præfertilem uetustatem scrutari propositum est, mul-
tis hæc diffusa uoluminibus coaceruantem calamum sequatur.

SCIP. AFRICANVS.

SCipionem Africanum, hac similitudine uti solitum accepimus. Ut equi bellis & uicto-
rijs feroces domitoribus traduntur, sic homines prosperis successibus elatos atq; intra-
ctabiles, rationis ac doctrinæ frenis subigendos ducendosq; uelut in gyrum, in experien-
tiam humanorum casuum ac fortunæ uolubilis, ut agnoscant quibus superbiunt, quam
fragilia quamq; caduca sint.

C. IUL. CAESAR.

QUOD si sapiēter fit & dicitur, quantus extimandus est uir qui sine ullo domitore ex-
terno, circa omnem aduersitatis experientiam, perpetuis uictorijs insolentem ani-
mum frenauit atq; compescuit, qui in eam quam diximus cōsiderationē, per seipsum ue-
nit, ut fortunæ blanditijs insidias anteq̃ pateretur agnosceret. Et quò plus ab ea recepisset,
eò minus moribus fidendum suis partiusq; retentandos casus intelligeret. quod de Iulio
Cæsare lectum est, qui licet bellandi semper cupidissimus fuisset usq; adeo, ut non ex desti-
nato tantū, sed ex occasione & sæpe horridis tempestatibus, quibus nedum castra motu-
rus, sed nec iter ingressurus quisq; uideretur pugnam capessere consuecset, in extremo
autem ætatis, ad certamen ob hoc unum paululum morosior ac deliberrantior esse coepit,
nec uoluptate, sed aut necessitate aut euidenti & magna utilitate suscipere. Ex eodem cre-
bro auditum memoratur uerbum, omnibus, sed in magno præsertim constitutis imperio,
memorandum. Difficilius principem communitatis à primo in secundum ordinem, quam
à secundo in nouissimum detruđi. quod dictum eò pertinet, ut in omni nisiu principijs obli-
stamus, non ignari, maioris ibi rei quam quæ cernitur fortunam uerti. id à sapientissimis ui-
ris consultum, & ab ipso non secus factum quam dictum nouimus. Idem iuuenili ætate,
ante ullum maius imperium, Pompeiæ uxori L. Sullæ dictatoris nepti, repudium mise-
rat, propter suspicionem adulteri cum P. Clodio admisi, qui ad eam inter publicas cere-
monias, habitu foeminae surreplisse ferebatur, cuius rei supra meminimus. Erat tam uiole-
ta suspitio, ut Senatus ob id quæstionem de pollutis sacris aduersus adulterum decerneret,
in qua uocatus ad iudicium Cæsar, matre ac sorore sine hæsitacione testantibus, certi nihil
se scire ait. Interrogatus cur ergo coniugem repudiasset, respondit his uerbis: Quoniam
meos tã suspitione q̃ crimine iudicio carere oportere.

C. OCTAVIANVS AVG.

Illū Augusti Cæsaris morē probo, q̃ glorificādis ducib. antiq; q̃ Romanum imperiū
auxissent, exactissimā diligentia impedit, opera cuiusq; reintegrās ac titulos, dedicatis
omniū statuis, triūphali habitu in porticibus fori sui factū, Factū placet nec minus ratio. sig-
dē edicto præfatus est, eo se proposito id agere, ut esset quorū ad exēplar, & ipsius & succes-
sorū formarent mores, atq; ad quorū ueluti præsentē regulā institutos principes suos exi-
geret P. R. Sapienter undiq; nā haud dubiè uirorū illustriū memoria, q̃ his p̃cipuè modis
alitur, & populos desiderio illorū aut similitum accēdit, generosis pectoribus ualidissimum
calcar adigit. Ipsi quidē uirtuti constat, nullū ab homine mortali uel charius uel diuturnius
præmium præstari posse quam gloriæ, ita uiuentibus quoq; ducibus, præclaris multos ho-
nores

neres largitus est, uario consilio, ut & benemeritis suum redderet, & animos expectan-
tium spe aut cupiditate simillimum præmiorum, ad imitationem uirtutis induceret. his
actibus unam eiusdem uocem addendam puto. Casu quodam in domo Catonis illius qui
Vtica intererat ingressus, Strabonem audiuit, in adulationē sui, Catonis inflexibilem duri-
tiæ accusantē. respōdit Cæsar: Quisq; p̃sentē ciuitatis statū cōmutari nō uult. & ciuis & uir
bonus est, ita paucis & grauib. uerbis alienā famā & fortunā p̃pria respexit, dum simul &
egregiū uirū excusauit, et uelut aliud agēs, ne q̃s nouādarū rerū studio teneret, admonuit.

DOMITIANVS.

EXcidunt & insanis interdum uerba, quæ si culus sint nescias, sapientū putes. qualia
sunt illa Domitiani principis (cuius ut meminerim facit genitor fraterq;) Miserrimā
esse conditionem principum dicebat, quibus de coniuratione aperta non creditur, nisi oc-
cisis. Id quam uerè diceret norunt certius experti, qui in eminēti fortunæ gradu positi, quo-
tiens insidiatores suos, quamuis iuste puniunt, totiens ex libidine sæuendi finxisse causas,
& quia nocere potuerunt, etiā uoluisse censentur. eiusdem est illud: Nil gratius decore, nil
breuius. Huius quoq; dictis ueritatem quisquis adolescentiæ suæ florē corporeæq; formæ
dulcedinem, uelut in ictu trepidantis oculi, dum præteruolat mulcentem, simul & fallentē
reperit, qui quis & fugacissimæ uitæ lapsum metitur intelliget, quam & illud sapiēter Prin-
ceps qui delatores non castigat irritat, dignum uerbum quod semper in animo hæreat re-
gnantium, dum & in actum transferāt, nec à Domitiano prodixisse meminerint, ne fortè di-
ctis illecti, rerum imitatores esse condiscant.

VESPASIANVS AVG.

EXhausto ærario, multum inopi Rep. sub imperatore Vespasiano, mœchanicus quidā
ingentes in capitolio columnas modico ære, deducturum se promissit, & ostendit mo-
dum, placuit inuentum principi. Optimum igitur pretium tribuens artifici, opera eius ut
non uoluit. Et habet, inquit, hoc tibi. ceterum sine me pascere plebiculam esurientē. Quam
sapienter & quam lepidè prouidit, ne aut ingenium præmio careret, aut cederet necessitas
uoluptati, quo nihil potest esse dementius.

TITVS VESP. AVGVSTVS.

Cuius filius, tanto patre dignissimus Titus Hierosolymam uictor ingrediens, & mu-
rorum compaginem turresq; & propugnacula urbis admirans, Verè, inquit, Deo iu-
uante pugnauimus, Deus ipse ab his mœnibus hostes nostros depulit. quid enim aduer-
sus hæc manus mortalium ualuisse? Sapientis animi & fragilitatis humanæ sibi conscij est,
sicut nihil sibi fidere, sed omnem rerum suarum spem in Deo ponere, sic secundis successi-
bus, nihil attollī, sed uniuersæ foelicitatis gloriam auctori Deo reddere. Ad quæ enim spes
honestè diriguntur, ab eodem læti redeunt euentus.

SENATVS ROMANVS.

ACæsaribus ad Senatum transeo, quis enim proximior gradus est: Cuius sapientiam
si quot locis appareat, enumerare uelim multum mihi arrogem. ceterum q̃d nume-
rum excedit, tacita extimatione colligitur considerantibus. imperium Romanum à quam
humili principio, ad quantum claritatis & gloriæ, nō minus Centumuirali consilio, quam
bellicis artibus euaserit. de qua re præfatus cogitantem, stupor opprimit, & quam multa sa-
pienter apud ordinem prouisa sunt, ut me nescire fateor, sic memorabilia ex ipsis rerum ef-
fectibus arbitrari profiteor. Pauca sanè quæ nominatim à scriptoribus referuntur annotabi-
mus, ne fastidiosè uideantur notissima prætermitti. In primis erga Masanissam hoc cōsiliij
coepit. erat is Rex amicissimus P. R. & à quo sibi pro meritis omnia magnifica deberent,
hic amplificandi regni cupiditate flagrabat, iniussu tamen Senatus nil penitus ausurus. erāt
in circuitu tam sibi, quam imperio infestæ nationes Mauri Numidæq; & nūquam spontē
quietura Barbaries. et amici uotis succursum & inimicorum odijs occursum est, lege lata,
qua Masanissæ plena & ab omni iugo Romanorū excepta libertas data est. Ita & sibi ag-
grediendi q̃d optabat honorificentissimè patefactus aditus, & illis sine iusta materia quere-
larum finitimo bello implicitis in Italiam respiciendi, aut turpidis effundendi præclusa uia
est, si ad amicum respicimus beneuolē, si hostem cautē, si ad utrunq; sapienter.

IDEM

I D E M.

Idem erga illud nobile par ducum præstitit C. Neronem & L. Salinatorem Coss. claritate rerum penè pares, sed uoluntatibus longè discordes. In bellum atrocissimum missurus, ante omnia prouidit Salinatorem pertinacius oblectante, ut ab odio ac Reip. simultate discederent, itaq; factum est, ut alioquin inter se diurnis, quam cum hostibus congressuri, animis ac uiribus unitis, fortissimam felicissimamq; uictoriam fuso Carthaginensi exercitu, obruncato formidabili duce retulerit. Per idem tempus in eisdem ducibus illud sapienter statuit, ut ab imperitione acri & importuna Bebij Tribuni plebis, eos ob exactæ censuræ superuacuum rigorem intempestiue ad iudicium euocantis, liberi & immunes essent, iniquam remi arbitratus, turbatis ordinibus, maiores magistratus à minoribus mole stari. Ad hæc commodius est uisum duces, domesticis sollicitudinibus relaxatos, proficisci omnes in bellū, curas studiumq; uersuros. Illud eiusdē ordinis memorabile consiliū T. Grachus Tribunus plebis, homo seditiosissimus, legem Agrariam multorum malorum causam, & latiori suo simillimam protulerat, tanto Populi assensu, ut tolli lex sine urbis & impij concussione non posset, prouidit in extremis casibus Senatus, & ipsum quidem tribunum sic meritum, capitali supplicio affectit, agrum secundum legem pro uirilibus portionibus inter ciues distribui passus est. sic auctore extincto, lege seruata, causam tumultus extinxit, diuersisq; modis ciuili discordiæ, & in præsens & in posterum occurrit.

M. PORTIVS CATO.

Amplissimi ordinis commemoratione, quo potius diuertam, quam ad M. Portium Catonem: Is enim apud Romanos præcipuum nomen obtinuit sapiens, de quo est illud ingens Lelii præconium apud Ciceronē. Aut enim nemo, inquit, sapientis fuit (quod quidem magis credo) aut si quisquā sapiens, ille fuit sapiēs. Nec minus Lelio aut Ciceroni, immò magis incomparabiliter, credendum quam Apollini, qui Socratem unū ex cunctis mortalibus sapientissimum iudicauit, itaq; apud eundē Ciceronem statim sequitur: Cauendum ne ipsum ab Apolline laudatum Catoni anteponamus. & additur ratio ualidissima: quoniam Catonis facta, illius dicta & inuenta laudantur, nos tamen hoc loco, nō facta sed dicta Catonis, eaq; non omnia sed unum ex mille referemus, seruatis non sententijs modò, sed uerbis etiam, quod uel eorum breuitas uel loquentis auctoritas meretur in oratione de præda militibus diuidēda, ubi aduersus prædones Reip. grauitè inuehitur, uerba sunt, hæc: Fures priuatorū furtorū in neruo atq; in cōpedibus agunt ætatē, fures publici in auro atq; in purpura. Deus bonè q̄ id uerè sanctèq; mihi dictū uidetur, quā id cupidè nūc apertius latiusq; differerē, nisi fures publicos formidarē. Neq; ludū est insultare sceleribus illorū qb. uolūtas pessima, sic & potestas maxima, & flagitiorū omniū impunitas, & in penā humani generis data est. Eiusdē ex oratione de Aedilibus uitio creatis, hæc uerba placuerūt. Nūc inq; ita agūt in segetibus, in herbis, bona frumenta esse, nolite ibi nimiam sp̄ habere, sæpè audiui inter os atq; offā multa interuenire posse, quid iḡ inter offā, & herbā, ubi longū interuallū est: hæc quidem quā sapienter dixerit, cogitent qui spes suas, tūm cū maxime propinqua atq; infallibile s uidebantur, sæpè repentinis casibus caducas & inermes experti sunt. Tertium his adijciam Catonis dictū, ex oratione quam in exercitu apud eq̄tes habitū scrip̄is ædidit scriptā: Cogite, inq; cum animis uestris, siquid uos per laborē rectè feceritis, labor ille citò à uobis recedet, benefactū à uobis dū uiuatis nō abscedet. Si qua per uoluptatē nequiter feceritis, uoluptas citò abibit, nequiter factum illud, apud uos semper manebit. Hæc ille. Ego autem hoc dictum mecum sæpè cogitans, ita semper habui uelut Dei potius quam hominis ore prolātū sit. Nec ad laboriosæ uirtutis studiū & meritū odiū uoluptatis, quicquam uel sapientius arbitrator uel efficacius dici posse. nec quantum prætermitam apud Ciceronem à Lelio relatum. Multò melius de quibusdam merentur, inquit, Caro, quām acerbī, quām qui amici dulces æstimantur: illi enim sæpè uerum dicunt, hi nunquam sine dubio quidem hostilis mordacitas multis sæpè correctionis occasio fuit, at contra amicorum blanditijs multis lapsus turpissimam materiam præbuerunt. & huius quidem dicta, sequentis uerò silentium laudatur.

L. FIMBRIA.

L. FIMBRIA.

Luatius quidam Romanus Eques sese bonum uirū ferens, negante altero, sponsonem cum illo fecerat quod uir bonus esset, huius rei iudicium Licinio Fimbriæ claro ac sapientissimo uiro creditum erat. Ad quem cum partes uenissent, sententiamq; flagitarent, diffinire recusauit utrunq; prospiciens, ne scilicet aut uirum bonum negando pronuntiatione sua famam illi qua pollebat eriperet, aut affirmando peioraret. non ignarus, meritum uiri boni non men, multis & magnis uirtutibus cōstare, quā aliquāto facilius fama quā affectus q̄ritur.

M. AGRIPPA M. T. CICERO.

Marcum Agrippam, qui sapientia & uirtute animi dignus est habitus, quem diuus Augustus optimus rerum extimator, plebeium hominem, uultus maiorum status aut titulis clarū, tot generosis principū patriciorū familijs, præferret, et ex cunctis mortalibus unicæ charissimæq; filiz uirum diligere, dicere solitum accepimus, plurimum se teneri illi Salustianæ sententiæ, quæ apud eum, in oratione Masanissæ, morientis inseritur his uerbis: Concordia paræ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. per hanc enim se didicisse & fratrem & amicum bonum ac fidelem agere, quod idcirco inter memoranda retulimus, quia bene instituti & ad felicitatem peruenturi animi mos est, salutare huiusmodi uoces in usum uitæ traducere. alioquin multa legisse uel scripsisse, ingenij aut diligentiz aut fortassis eloquij signum erit, illud uerò sapientiæ, hic si philosophorum, quorū & oratio & uita sapientiæ exemplar esse debet, ita conquiram. Quid oberit, quo minus integros nostrorum, præcipue Ciceronis ac Senecæ libros sapientissimis sententijs repletos huic operi inferam: sed non hoc mihi propositum, nec necesse est, eorum potius quorum apud nos libri non extant, singulas & ratas sparsasq; sententijs colligere. nostrorum quoq; aliunde potius, quā ex eorum disciplinis attingere fert animus. Et ut à principe nostrorum incipiam. M. T. Cicero fratrem habebat, Q. Ciceronem, non satis spectati nominis in administratione proconsulatus Asiæ, eodem tempore Octauus ille, qui Cæsarem Augustum genuit, prouinciā Macedoniam summa uel erga socios fide, uel aduersus hostes fortitudine Prætor obtinebat, itaq; Tullius fratrem per epistolam hortatus est, ut in gubernanda prouincia, uicinum suum Octauium studeret imitari. quæ quidem exhortatio fronte simplex ac facilis, si excutias sapientiæ plena est. In omni enim operatione nostra, siue is uirtutis ac modestiæ, siue pacis, siue armorum, siue literarum aut eloquentiæ actus sit, expeditissimè plerumq; nos imitatio sperducit, quouel nunquam uel serius gentiū perduxisset. Quia sicut uultus ad speculum, sic mores hominum ad exemplar facillimè corriguntur. sicut præterea certius illum callem ambulamus, qui aliorum uestigijs signatus est, sic in uita alienis exemplis promptius inhaeremus, quā nouam ipsi uiam, nullo duce suscipimus. & hoc totum est imitationis illius, quam fratri suadebat sapiens frater.

Q. CICERO.

Verum ut appareat, quemq; facilius alijs cōsulare, q̄ sibi, idem ille Q. Cicero, M. Ciceroni fratri cōsiliū dedit, q̄ si seruasset, potuisset forsā in lectulo suo mori, potuisset integro cadauere sepeliri. Consiliū fuit, ut libratīs æqualium suorū uirorū illustrium miserandis casibus, periculisq; suis circumspectis, sese à cōtentionibus & nihil profuturis Reip. sibi autē nouissimè nocituris dimicationibus abstineret. Prouidentissimè quidē, quid enim stultius quā desperantem, præsertim de effectu litibus perpetuis implicari: itaq; Tullius ipse, huius fraterni consilij quodam loco meminit, uerumq; & sapiens fatetur. At quam id sapienter seruauerit notum est, sed fatalis eum forte nec essitas urgebat, cui obistere nescio an impossibile, sed profectò difficillimū. & hic mihi qui sequitur in memoriam redit.

S E N E C A.

Anneus Seneca, de exilio q̄ in insula Corsicæ dulci ocio, summaq; cū tranquillitate ac studiosior libertate transegerat, reuersus, quem reditū in quadam Tragœdia grauitè ac magnificè deplorat, Neronis impietatem crescentem in dies singulos, & circūfusam aulicorū inuidiam perhorrescens, sæpè cōmeatum petijt. ac ueritus diuitiarū suarū uelut undis quibusdā teneret, bonis suis omnibus cessit. Sapiētī nēpè cōsilio, nā & prudētis nauis est, thesauros in tēpestate ut uel nudus enatet, & ab hoste mortē metuētis, æquanimiter mēbrū

qua

quo uincitur amittere, ut uel truncus effugiat. Nemo itaque Senecam arguat, quasi nolens illi officinæ scelerum adhæserit, omnia temptauit, ut præuisum discrimen euaderet, sed inuicta necessitas, huic quoque præstitit, in limine, nec abscedere passa est, donec inhumanus & periturus Princeps, qui ei crebro iurauerat moriturum se potius quam illi nociturum, extremam præceptoris sui senectutem, non quidem immatura, sed impia & indigna morte præuenteret.

V A R R O.

Sed ubi Varronem loquimur? Is quidem ait, Si quantum opere sumpstisti, ut tuus pistor bonum faceret panem, eis duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iam pridem esses factus, de pane loquitur, quod is cibus quotidianus est homini, idem ferè de rebus omnibus dici potest, si eius curæ quam in diuitijs posuisti, partem duodecimam in bonis artibus posuisses, iam pridem ueris diuitijs abundares. si eius temporis quod amico obseques perdidisti, duodecimam partem obsequijs Dei dedicasses, iam pridem amicissimus illi fores. si eius opere, quam circa bonam ualitudinem ac formam corporis consumpsisti, duodecimam partem, circa cultum animi consumpsisses, iam pridem tibi & pulchritudo & fanitas contigisset, quas nec morbus nec ferrum eriperet. nunc igitur quantus furor mortaliū, qui pretiosissima negligentes, in rebus uilissimis ac fugacissimis occupantur?

P H A U O R I N I E T A L I I.

Phauorini philosophi, ingenio agili & eloquentia iucunda, dictū unum quod in uita hominū frequens & quotidianū est. solebat Phauorinus dicere. Peius de fama nostra mereri lentos ac steriles laudatores, quam acerrimos detractores, huius fore rationem, quod detractores quanto id ardentius agerent, tanto maiori odio accensos appareret, tanto minus fidei apud animos reperirent audientium. at exiliter laudantes, amicitia speciem præferrent, quod nisi diligerent, non laudarent, cæterum nihil aut modicum in nobis laude dignum inuenire crederentur. Idem diuinos & futurorum notitiam promittentes copiosissime refellebat, nullam eis habendam omnino fidem docens. Et si enim aliqua interdum oscitantes, uera iactarent, casu id, non ratione contingere. Vti eos lubricis & fallacibus cōsecturis, ac uelut per tenebras suspenso gradu, prætentatæ manu palpitantes, nonnūquam in ipsam ueritatem ignoranter incurrere, nec quicquam per eadem uestigia si iubeas reueri abuti, in consulentium uanitate & credulitate dementium, multaque de circumstantibus per cunctando, ad ipsa quæ silentur quadam uersuta ratiocinatione penetrare. ideoque sæpius uideri præteritorum, quam futurorum uates. Sed ob hoc ipsum apud animos noscendi desiderio flagrantem secuturi temporis fidem promereri. Ita tamen uel fortuite uel callide uaticinantes cōsequi nō posse, ut cū omnia mentiantur, responsorū pars millesima uera sit. Stultū ergo dicebat Phauorinus, inter tot mendacia tam uaria tamque ancipitem ueritatem aucupari. Addebat his, esse optimum nihil de futuris inquirere, & Chaldeos totumque id genus hominū cōtemnere, nihil enim ab his audire posse, nisi graue & molestum. Quoniam aut uera respondebunt, aiebat quod rarissime solent: & quidem mala, aut falsa, si uera, miseriam ante tempus afferet, & superuacua sollicitudinem, posita illic ueritate, adest necessitas, ista præcisse, nihil nisi dolorē afferet. Libet hoc loco subsistere, & quod communis rerū natura nō patitur temptare, an minori maior, sine offensione possit interseri: hoc est Phauorino M. Tullius, cuius hæc sunt ut omittamus superiores. M. Crasso putas utile fuisse, tum cum maximis opibus fortunisque florebat, scire sibi interfecto filio Publio, exercitūque deleo trans Euphraten, cum ignominia & dedecore esse pereundum? An tu Pompeium censens tribus suis consulatibus, triumphis maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidandum iri, amisso exercitu, post mortem uerò ea consecutura, quæ sine lachrymis non possumus dicere? quid uerò Casarem putamus, si diuinasset ut in eo Senatu, quem ex maiori parte ipse cooptasset, in curia Pompeiana, ante ipsius Pompeij simulachrū tot centurionibus spectantibus, & nobilissimis ciuibus partim

etiam

etiam à se omnibus rebus ordinatis, trucidatus ita faceret, ut ad eius corpus, non modo amicorum, sed ne seruatorum quidē quis quā accederet? quo cruciatu eum uitam acturum fuisse, certè ignorantia futurorum malorum utilior est, quam scientia. Et idcirco possem ego, & antiquos & fortunatissimos ætatis nostræ uiros, in huius sententiæ testimonium uocare, sed nec necesse est, nec locus hic longiorem digressionem recipit, & attigisse uidetur ille clarissima, sin autem bona pronunciant, duplex incommoditas, expectationis tædium, & præcogniti gaudij extenuatio, quod repentinè cumulatius ac gratius obuenisset. Aut falsa dicent, quod quotidianū apud eos est. & si erunt in foelicia, angoribus falsoque metu, si foelicia inanisper & gaudio tristitiaque te ubi delusum senties, torqueberis. In omnem igitur euentum hos nugatores, sycophantas, contemnendos fore. Ad hanc ferè sententiā, ut præteream Dicearchum, qui expedire nobis omnino futura nescire, magnò uolumine conclusit, breue & ut ita dixerim, manuale Phauorini consilium extat. meo quidē iudicio salutiferum, ac summopere seruandum, & cuius ipse mihi consilium sim conscius à me semper obseruatum ante etiam, quam uel Phauorini uel Dicearchi nomen audiuissem. Memine-ram quippe poetici illius:

*Quid crastina uoluerit hora,
Scire nefas homini.*

Sed multò maximè natura ipsa, me in hanc sententiā ducebat, his ipsis rationum uinculis quæ post philosophica esse didici. Accedunt & antiquorū testimonia multa, è quibus duo in Noctibus Atticis scripta sunt, poetarū in illa prima ætate prælustrū. Pacuuius enim ait:

*Nam si quæ euentura sunt præuideant
Aequiparentur Ioui.*

Rursum quod in illis Noctibus non habeatur, Pacuuius idem ait:

*Nam istis qui linguam auium intelligunt
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam ex suo
Magis audiendum quam auscultandum censeo.*

Actius uerò.

*Nil credo, inquit, auguribus qui aures uerbis ditant
Alienas. suas ut auro locupletent domos.*

Tertium his Ennius addiderim, qui uetusta illa, & uenerabili facundia, hos ipsos eleganter irridet, ut uerbis etiam eius utar:

*Qui sui quasus causa fictas suscitant sententias.
Non enim sunt ij aut scientia, aut arte diuini:
Sed superstitiosi uates impudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperatur
Qui semitam sibi non sapiunt, alijs monstrant uiam
Quibus diuitias polliceantur ab his drachmam ipsi petunt:
De his diuitijs sibi deducant drachmam, reddant cætera.*

Hæc Ennius. His & quartum aggregauerim Physicum Democritum hominem spectatæ auctoritatis, is ergo aduersus diuinationem iocans, quod est, inquit, ante pedes nemo spectat, cœli scrutant plagas. Quintus ecce superuenit præmissis omnibus fide dignior Cato, qui mirari se ait, quod non ridet haruspex haruspicem cum uidet. quod eò spectat, quia tot ineptijs credulos homunculos illudunt, ut occursum memoriam & risum ex mutua conscientia mouere debeat. Infinita sunt doctorum hominum in hanc sententiā. Hæc raptim ad retrahendum ab his ineptijs adolescentes dixerim, quanquā deliros, similiter senes ineptos uideam, qui cum mirari potius deberent, quomodo tandiū membris trementibus uixerunt, consulunt qualiter uicturi sint, de morte autem nihil interrogat, quasi illa quia tantum eos distulit oblita sit. Cæterum de tota hac re, ad utranque partem conquisitis argumentis & persuasionibus uarijs, libri duo exstant M. Tullij accuratissime compositi, qui inscribuntur de Diuinatione. Illi quidem, cui hæc breuiora non sufficient adeundi sunt.

D O M I T I V S G R A M M A T I C V S.

Sed mihi mentio Phauorini, Domitium urbis Romæ clarissimū Grammaticum in animū adducit, cuius responsio licet paulò quam uirū modestum doceat, concitatior facta sit, sapientiæ tamē plenā continet sententiā. Interrogatus enim ab illorū aliquo de peregrinorū quondam proprietate, animo simul & fronte permotus. Nulla, inquit, prorsus bonæ salutis spes

spes reliqua est, cum uos philosophorum illustrissimi, nihil iam aliud quam uerba auctori-
tatisque uerborum cordi habetis. Pauca præterea turbata uoce, in hanc sententiam quaestus
ita conclusit. Utinam muti omnes homines essemus, minus improbitas instrumenti habe-
ret. quid nunc diceres Domitii, quando philosophia posthabita & neglecta, garrulitate pro-
uirtute sectantes, omnes se certatim ad Dialecticam transulerunt, nec pudet in puerilibus
senescere sapientiae studium profectos.

AFFRANIUS.

Detur & poetis locus, Affranij circa hanc ipsam, de qua iam diu loquimur sapientia
celebris ac uulgata sententia est *Vfus, eam ac memorie filiam opinantis. Quo intel-*
ligi uult, sapientia non in libris tantum, de disciplinis mortalibus consistere, sed in experien-
tia rerum omnium magistra, accedente fidei eorum quæ quis uiderit memoria. Hinc sibi
enim & alijs certius quæque consilere argumento rerum in quibus sæpe periclitatus sit,
quam uerborum, in quibus alienis ingenijs lusum est. Altius quidem in animos descende-
re semel uisa, quam sæpties audita compertum est. Ipsius Affranij uerba in togata cui Cz-
ciliae est nomen, in Atticarum Noctium libris posita, huc transferre propter eorum uetustæ
elegantiam uideretur. Sunt autem huiusmodi:

Vfus me genuit, mater peperit memoria.

Sophiam me uocant Graeci, uos Sapientiam.

PACUVIUS.

Nec Pacuuij excludam, cuius dictum scribi debere pro foribus templorum omnium,
in eisdem libris scriptum est. Ego, inquit, odi homines quorum ignaua opera, et phi-
losophica sententia: Nihil indignius neque intolerabilius fieri potest, quam quod homines igna-
ui ac desides operi barba & pallio, mores & emolumenta philosophiae, in linguæ uerbo-
rumque artes conuertant, & uicia facundissimè acculent, ipsi uitijs madentes.

VIRGILIUS.

Inte: exempla sapientiae, cernens Afranium temperare mihi nequeo, quo minus unum
quoque de tam multis nostri Poetae figmentis & illustribus dictis annumerem. In illa ete-
nim horrenda nocte Troiani excidij, per quam non ineptè quidem intelligitur humanæ ui-
tae status, falsus quidem ac breuibus gaudijs illusus & uelut somno foelix, mox ut expergisci
coeperis tenebris atque horrore obsitus, inter innumerabiles miseras ac labores & pericula
urgere, cum lachrymis ad ineluctabilem interitum. In illa, inquam, nocte Aeneam ipsum su-
um, per hostes ac flammam errantem fecit, sed donec lateri genitrix Venus affixa est caliga-
tibus oculis securum, at ubi primum illa digreditur, purgatis luminibus uiri fortis, iratas fa-
cies deorum apparuisse, subiungit, qua in re more poetico magnæ sapientiae recondit arca-
num, quin & ex perimento compertum, & magnorum hominum auctoritate testatum est
ab aspectu diuinitatis nihil magis abstrahere quam usus ueneris, quo amoto, & simul uisus di-
scussa caligine, incipit quidem Deus apparere sed iratus. Ita tamen ut euadendi non ab-
ripiat facultatem.

C. FABRITIUS.

VT autem retrogrado ferar stilo, Fabritius ad Pyrrhæ legatus à senatu, dum moram
trahit apud regem, audiuit à Cynea, qui uersa uice rege legatus ad senatum uenit,
Athenis esse quendam, qui sapiens haberetur, disputare solitum ac distinare, Omnia quæ agi-
mus in uita, ad uoluptatem referri, illam finem esse ac præmium actionum laborumque om-
nium. eo autem audito, uir temperatissimus obstupuit. quod cum domi narraret Titum
Coruncanum & M. Curium sic optasse ferunt. Dent dii talem sapientiam, hostibus. P. R.
Sapientis sui, ludo dicta, illis imprecati. Profecto enim qui uoluptati rerum suarum termi-
num constituit, nihil gloriosi aut magnifici operis, illa semp animum retorquente suscipiet.

C. PONTIVS SAMNIVS.

Atque ut parumper in Italia subsistamus, non absimiles C. Pontij Samnitum imperato-
ris preces. Utinam, inquit, ad id tempus me fata reseruassent, quo Romani dona ac-
cipere coepissent, non essem passus eos diutius regnare. sapienter id quidem hostis opta-
bat. uidebat enim imperium donis corruptibile, diuturnum esse non posse.

DIONYSIUS

DIONYSIUS SYRACVSANORVM TYRANNVS.

Dionysius maior, qui Syracusas Sicilia nobilissimam quondam ac florentissimam ciui-
tatem graui seruitio calcauit, tam delictis quam feritate notissimus, cunctis uariæ bla-
dientibus, solus de se uerum testimonium dedit. Cum enim Damon quidam, fortunarum
eius præcipuus mirator, statum illius cœlorenus, eum omnium mortalium longe foelicissimum
prædicaret. Vis ne, inquit, igitur foelicitatis meæ partiunculam degustare? Immo uero, in-
quit ille, Nihil magis opto, tum Dionysius imperauit Damonem in conuiuio produci, &
in loco ornatissimo discubere, ostro & syndone circumamictum, parietes serico, floribus solis
omne substratum. electissimarum dapium ingens copia, & suauis Bacchi discolor uarietas,
in gemmis translucetibus, & in uasis aureis artificio uincete materiam. alternatim appone-
bantur conuiuæ attonito & gaudenti. aderant omnis generis odores, & gulæ irritamenta,
extremo procul oriente transmissa. ministrabant, tenerrimæ ætatis & formæ uarioris adole-
scentuli, nutum edentis obseruatus attentius & alacritus obsequentes. coronatus Damon,
purpureum lectum molli premebat accubitu, iam foelix, iam sibi sapiens uidebatur, & tyran-
nicæ foelicitatis uerum sibi iudicium arrogabat. Hæc inter ex laqueari inaurata trabe supra
caput discumbentis, coruscus mucro demittitur, equinae caudæ ferula tremente, suspensus,
iam casurus, & similis iam cadenti. Ille autem subito horrore percussus, expalluit. hære-
re cibibus faucibus, non apparatus, non ministros, non epulas circumspectare, denique nus-
quam oculos ab acie ferri minantis auertere: orauit tandem ut abire permitteretur, nolle se
diutius esse foelicem. Atqui, inquit, Dionysius, talis die noctuque uita mea est, qualem tu
momento temporis pertulisti. hæc est illa foelicitas, quam inexpertus tantoperè mirabaris,
sic castigatum hominem dimisit. Hactenus hæc à multis rerum scriptoribus tradita senten-
tijs, alienis nostro sermone retulimus, hoc addentes hystoriæ, nequaquam potuisse tale ali-
quid, nisi ab homine acuto, & proprium atque omnium tyrannorum statum altius intellige-
te confingi, & actum quidem magnæ sapientiae nullus negauerit. quod idcirco minus mi-
ror, quia hunc ipsum Dionysium, fuisse ærem & inuicti temperantem, atque in gerendis re-
bus industrium, testis est Cicero, tam scelesti tam peruersique propositi, tantisque ciuium suo-
rum circumuentum odij, propter exacti temporis flagitia, ut si uitam tyrannicam dedisce-
re uellet (o misera peccantium conditio) sine capitis sui periculo non liceret. Hinc iam ser-
uato regionum situ, sicut ex Italia in Siciliam, sic è Sicilia in Africam nauigemus.

BXTERNI.

IVGURTHA.

At quoniam sensim ab extrema delapsi sumus, quod uelut à longinquo positum, Sami-
nius cernebat, non multo post tempore genitus Apher hostis ante oculos habe-
bat, tam cito, Romani mores eueri sunt, simul cum uictorij regum ac gertium irrumpente
urbem avaritia. de Iugurtha loquor Numidarum rege, qui corrupta muneribus Senatus
parte, atque auro uinctis belli ducibus, sæpe uotorum iniquissimorum compos. Cum tandè
pecunia & artibus suis fidens, Romam sub fide publica uenisset, atque inde præter spem, ue-
cundia uincente cupidinem, iussus secederet, portas urbis egressus crebroque tacitus subsi-
stens, & in tergum uersus: in finem traditur dixisse: O urbem uenalem & mature perituram,
si emptorem inuenierit, quod uerbum quamuis ab hoste prolatum, dictum mirum est, quam
late uulgatum sit, ad infamiam Romanorum. cæterum ex eodem sapientiae fonte prodie-
runt, & superioris uotum, & huiusmodi exprobratio:

PHILIPPVS MACEDONVM REX.

Iam uero qui cum Iugurtha inter templa Regum uenimus, Philippus occurrit Mace-
donia Rex, cuius ad Alexandrum F. subiectorum beniuolentiam muneribus aucupā-
tem, extat epistola huius sententiae, Quis tibi error suggerit, fili, eos te fideles habiturum,
quos pecunia paraueris amicos, sapienter ac regie, pecuniae siquidem mercenariorum atque
seruorum opera, amore atque humanitate ingenuorum amor & fides quaeritur.

OLYMPIAS.

Huius lateri coniunx hæreat Olympias, quæ ab Alexandro F. literis receptis, in quibus
se Iouis Ammonis & Olympiadis reginae filium inscribat. Rescripsit, uentofam

nati castigans insolentiam his uerbis: Amabo, inquit, fili mi quiescas, ne deferas me, neque crimineris aduersus Iunonem, malum mihi prorsus ille dabit magnum, cum me literis tuis pellicem esse illi confiteris. Laudata mulieris sapientia, adulatorum flatibus & falsis opinionibus imbutum filium, non asperè ne notam ferociam irritaret, sed lepidè ac salubriter admonentis.

ALEXANDER MAGNVS.

Sic & ipse filius respiciens, aliquando sapientius loquitur. Dum enim Indiam bello premit, muros ciuitatis, quam obsidione cinxerat incautius obequitat, sagitta crus traiectus, non dimisit inceptum, sed intemptiuo dolore labore auxit. uerū postquam refrigerens sanguis, & subarescens uulnus patientiam uicerūt, exclamauit: Omnes me filium Iouis dicunt, sed dolor hic hominem me esse testatur. Cōscientiam propriam excutere, & illi potius quàm blandientium sermunculis fidem dare, ac stultitiam dediscere, uel serò, proximus ad sapientiam gradus est.

CYRVS PERSARVM REX.

Nec extorquebit aut breuitatis studium, aut uulgarè rei uitandū repetitione fastidiū, ut sermonē Cyri maioris, morientis à Tullio ex Xenophōte translātū prætermittā, sic enim Filios alloquitur: Nolite arbitrari o mi filij charissimī, me cū à uobis discessero, nullam aut nullū fore. neq; enim dū eram uobiscum animum meū uidebatis, sed eum esse in hoc corpore, ex his rebus quas gerebā, intelligebatis. eundē igitur esse creditore, & si nullū uidebatis. nec uerò clarorū uirorum post mortem honores permanerent. si nihil eorū ipsorū animi efficerent, quò diutius memoriā sui teneremus mihi quidem nun quā persuaderi potuit, animos dū in mortalibus essent corporibus uiuere, cū exissent ex his emori. nec uerò tūc animū esse insipientē, cum ex insipienti corpore euassisset, sed cū omni admixtione corporis liberatus purus & integer esse cœpisset, tunc esse sapiētē. Hæc ad contextū de regijs uerbis elicui. Opinio quidē immortalitatis animæ, nō solū ut uera, sed ut studio quoque uitæ tutis amicissima, piè ac tenaciter amplectēda est, hac enim sublata, omnis profectō mortaliū ardor refrigeret, quo ad honesta succendamur. quis enim dempta spe præmij mortis, tot humanæ uitæ pericula tantosq; labores perferet? quis se à uoluptatibus arcebit, aut impetus animi frenare uolet? qua ira aut libido uocauerit, sequetur quisq; ita totus hic pulcherri mus atq; optimus rationis ordo turbabitur, interq; marcidū ociū, & effrenatā rabiē, sine salutis respectu fluctuabit humanum genus. Duo igitur in Rege miror. Et q; dogma tam uerū tāq; salutiferum, cæterū in illa ætate, uix dū principibus cognitū philosophis, tam constanter affirmat, & quod in ipsa morte faciat. Neutrū enim sine magna quadam sapientia, & singulare contigisse arbitror.

THEMISTOCLES.

Præscriptis regibus Themistocles Atheniensis accedat, nō ipse quidē rex, sed nec Persidis aut Græciæ regum inferior. Hic interroganti amico inhonesto, inopi, an diuiti sed fami, unicam filiam in matrimonium daret. Virum sine pecunia, quam pecuniam sine uiro se malle respondit. uirtutem in homine spectandam potius quàm fortunam.

DAMOCLS.

Atheniensibus quoddā diuinos honores negantibus Alexandro, Videte, ait Damocles, ne dum cœlum custoditis, terram amittatis, non minus sapienter dictum quàm festiuè. qui enim potētī minora negat, maiora permittitur. & immodicus libertatis usus, seruitutis occasio est. & his quidem dicto, ac uicinis eorum factō sapiens inuentus est.

AGESILAVS.

Agesilaus Lacedæmonius, deprehensa coniuratione scelestorū ciuū, aduersus salutē publicā, cū eos nec raptim, aut citra iuris ordinē condēnare posset, nec de indēnatis se cū dū Lycurgi leges sumi supplicium liceret, & periculofam animaduersionis moram esse constaret, inter has difficultates dubius, hoc tandē cōsiliū cœpit. Legibus abrogatis coniuratos more mulctauit, cōfestim restituit leges. Ita nec contra eas, nec contra Rempub. factū est, &

est, & huiusmodi abrogatio cōfirmatio iuris fuit. Sed iā satis inter duces hæsimus, deinceps sapiētia ac philosophorū qui in Græcia floruerūt, ex innumeris pauca memoriæ prodita renouare tentabimus, lectores orātes, dent ueniā, si in rebus magnificis, paulo cūctatior stilius est, nec tacita nostri admiratione contentus, alienis parūper dictis interstrepit.

SOLON.

Atricum Solonem prædicare solitū ferunt, expectādum fore nouissimum uitæ diem, ut quis beatus iure uocaretur. omnes nēpè dū uiuimus, quocūq; gradu positi, subiacemus imperio & ludibrijs fortunæ, à quibus perrarò quidem immunes, à periculo aut ac minis nunquā tuti sumus. in quātalibet igitur rerū affluentia, de futuro semper incerti, dici nō possumus foelices. Quod uerbū altius intelligit, ab his q; ex altissimo dignitatis ac potētiae solio, ubi firmiter stete uidebātur, repētē corruerunt. Id cū in multis sæpe, tū clarissimè in Cræso Lydorū rege, ubi hoc dictū à Solone tradit Herodotus, apparuit. Hūc enim potētissimū suæ ætatis, Solō ut à lōgæ uitæ finē respiceret, monuit, nec prius intellexit, q; à Cyro Persarū rege breui post uictus flāmisq; traditus, in mediāq; iāmorte Solonē uerum uatē exclamauit. q; admirans Cyrus, auferri tantisper supplicium imperauit, donec quid ille uociferaretur agnosceret, & adiuuit repētinus imber, qui impetū flāmisq; compescuit. re aut intellecta, fortunæ uim reputās, & statim hostis miseratus, uitam sibi, sed sine regno, & ut quidam adijciunt, sine libertate restituit. Rectè igitur dici potest, q; de mortali foelicitate sola mors iudicat. quamobrem breuibus quidem inclusum, sed late patēs salutare cōsiliū Solonis unī datū, ab omnibus obseruandū, qui uel sunt uel fieri cupiūt sapiētes. Non solū si propter foelicitatis, de qua diximus iuditiū, q; ita Solonē sensisse Cræsi finis indicat, sed etiam si propter uitæ ad unū aliquod signū disponēdæ certitudinem, q; uerba ipsa non respuunt, intelligere uellemus, ad finem uitæ respicere. Profectō si hoc temporis momētū degere cupimus, tranquillè proponēdus animo est aliquis certus uitæ cursus ac terminus, ad quē omnia nostra referantur, in quo quam cōmuniter peccetur ab omnibus, nō audeo dicere. Progredere in uulgus quisquis hoc scire cupis, passim tibi senes ridiculi occurrent, noua in te cōsilia post ultimum mortis tempus agitant, nec aliter anxij, quàm si per eadem uitæ uestigia reuerfuri sint, curam quæ prima esse debuerat, ad extrema transulit mortalis incuria. atq; utinam senectutis cōsilia constarent miseris, quibus saltem in morte tuerentur. Ad hæc quoque titubant assidue, eoq; magis, quia multa uidendo multiuoli facti sumus. Omne genus hominum percurrere rarissimos inuenies, qui liquido quid sibi uelint explicare queant. Bene quidem ac foelicitè sibi esse cupere affirmabunt omnes, sed id quo nam modo, aut quibus expectant. Hæc est illa cōsiliorū inconstantia, uotorum cōfusio, nec mirum, sciunt enim in alto nauis quem portum petat ignara, sic uita hominum, ad quem finem dirigatur nescia, uaga semper & incerta fluctuabitur, ut diuersis illa flatibus, sic aduersis hæc agitata sententijs. Ad millesimum licet annum uiuatur, pluribus certè cōsilijs, sed pari uanitate peccabitur. Ego autem uereor, ne sapientissimī uiri uerbum puerilibus magis querimonijs implicuisse uideat, quàm declarasse. hinc igitur ad aliud eiusdem dictam transeo. Fortunam propriam miserabiliter flenti, amico huiuscemodi solamen adhibuit in locum eminentem, unde omnis ciuitas uideri possit adducto. Circumspice, inquit, hanc terram incolumis: quot cum is sedulo fecisset. Nunc, ait, apud animum tuum uersa, quot quantūque hæcenus in domibus mætores fuerint, quot modò sint, quot in posterum futuri, communemq; mortalium querelam in patientia & lamento propriam tuam facere desinito. sapiētè atq; magnificè, quātus est enim error: nemo se hominē natū esse cōqueritur, humana cuncti patimur cū gemitu, tātaq; pueritas incessit, homines esse cupimus & dolemus. Hinc cōsequens est eiusdē dictū. Si omnīū calamitates & miserix in unū cōuehant, uirtim in singulos refundendæ, & ad hūc immensum atq; inextimabilē malorū cumulum eūcti conueniant mortales, fore, ut attonitus quisq; cū pprijs & usitatis abire malit, q; nouam ex uniuerso sibi obueniētē portionē sumere. q; dictū eò spectat, ut non qui mediocribus agimur incōmodis, sortē nostrāz quamimter toleremus, nō tā ad aliqd pondus præuentū, quàm ad sequentium turba oculos habentes. nec ignari, si quibusdā inuidemus innumera

les esse, quibus inuidiosi sumus, ut permisceri singulorū mala, & xquis partibus distribui, nobis qui nunc de statu nostro sine fine conquerimur, nequaquam expediat.

CHILON LACEDÆMONIVS.

Progresſo in medium Solone, quid sex alij qui in eodē ſapientia nomine gloriantur faciēt? Falſo gloriari dixerit quiſpiā, niſi & ipſi de ſapientia ſua fontib. ſingulos ſaltem hauſtus ſitēti præbeāt lectori. q̄ igitur in ducibus obſeruatū eſt, obſeruetur in hoc ordine. Ad latus Athenienſis Lacedæmonius ſedeat Chilo, ipſe eſt qui illius auctor ſententiæ tradiſt, quæ in tēplo Delphici Apollinis ſcripta fuit *ΝΟΣΘΕΒΙΣΥΜ*, cuius præcepti authoritas tanta eſt, ut non hominū cuiſpiā, ſicut ait Cicero, tribueretur, ſed Deo. Quo quidē, ut ait, idē nō credo id præcipitur, ut mēbra noſtra aut ſtaturā figurā uē noſcamus, necq; nos corpora ſumus. nec ego hæc dicēs corpori tuo dico. cū igitur noſce te ipſum dicit, hoc dicit, noſce animū. Nā corpus quidē quaſi uas eſt, aut aliquid animi receptaculū. ab animo tuo quicq; agit, id agit a te. Hæc Cicero. q̄ & mihi planē probatiſſimū, & eo ſpectare uidetur, ut & cognitos animi defectus reformemus, & in actionibus noſtris noſmetipſos metiamur, atq; extimemus acriter, quid quicq; animi robore, quid lingua, quid ingenio ualeat, quid uiribus corporeis, ne aut ignarus ſui nobilitatē inſitam deſidia corrumpi ſinat, aut uaria opinione tumefactus ridicula corruat audacia.

CLEOBOLVS LYNDIVS.

Cleobolus Lyndius dixiſſe fertur *κλεβόλῳ λυδίων* q̄ latinē ſonat modus. quid hoc breuius, quid ſapientius dici poteſt? cuius in ſingulis uitæ noſtræ particulis meminiſſe conueniet, ſeu uigilādum, ſeu dormiendū, ſeu laborandū, ſeu quiſcendū erit, ſeu loquendū uel tacendū. & ut breuiter cūcta cōplectar, quicquid agemus, quicquid cogitabimus, niſi hoc ante oculos ſemper habuerimus, facillimē crebro nimis oberrabimus. Hinc traxiſſe uidetur Comicus Terentius quod ait in Andria:

Nam hoc arbitror apprimē in uita eſſe uile:

NE QUID NIMIS.

Explicauerat alijs uerbis Cleoboli ſententiā, ſi addidiſſet, & Ne quid parū, niſi fortē hoc iplum nimis ad utrūq; porrigetur. itaq; plenius locutus mihi uidetur Flaccus, ubi ait:

Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

THALES MILESIVS.

Noxam præſto eſſe ſpondētī. uel ad eſſe uadimonio Thaletis Mileſij ſententiā eſt. Quā comp̄tē ſapientia lachrymoſæ ſero penitentiū q̄relæ, & miſerabiles patrimoniōrū caſus indicāt, eorū qui p̄ alijs ſpopōderūt. Idē cū ab eo quereret: Nūqd operationes hominū laterēt Deos? ne cogitationes quidē ait, q̄ tacite monemur, nō minus abdita mentiū, quā exteriora corporū actūq; introſpicientis Dei oculis approbare nullā, in latebris ſpē habētes.

BIAS PRIENNEVS.

Biantis Priennei dictum eſt. Plures mali. De cuius ſcilicet dicti ueritate nemo ambigit, qui modō inter homines educatus ſit, quorum ex milib. quot reperire liceat bonos, utinam minus euident foret. Parum ab eſt quin melius fuiſſe uideatur. Omnes mali. eō enim peruentum eſt, ut bonus habeatur, quisquis diſtat à peſſimo. Eiuſdem eſt uox illa famoſiſſima. cum enim patria eius expugnata & incenſa, omnes ciues quos cladi publicæ fortuna ſubduxerat, chariorum rerum ſarcinulas efferent, atque iplum uacuum abeuntem, ut idem faceret monerent. Ita, inquit, Bias facio, omnia mea mecum porto. quæcunq; extra animum ſunt nec bona nec ſua iudicans, ſed fortuna. nec ſum neſcius, dictum hoc non Bianti ſed Stilboni tribuere Senecam, quem in epiſtola quadam refert, capta patria, amiſſis liberis & uxore, ſolum, ſed beatum ex incendio publico exeuntem, interrogatum à Demetrico rege illo formidato urbium euerſore, Vtrum omnia perdididiſſet reſpondiſſe. Omnia ſua ſecum eſſe. ut uolet quiſque accipiat, ſiue Bias, ſiue Stilbon dixerit, de auctore poteſt dubitari, de dicti ipſius maiestate ac ſapientia nequaquam qui Bianti hoc aſcribere maluerunt, teſtem locupletiſſimum ac fide digniſſimum Ciceronem & ſequaces eius qui Stilboni Senecam citabunt, & ipſum quoque magnum teſtem. Poteſt autem fieri, ut & Bias hoc dixerit & Stilbon. Siue quia alter alterius dictum

dictum legendo uel audiendo didiciſſet, ſiue quia, ut in Oratore ait Cicero, ſimilitudine ingenij, in eadem ueſtigia incurriſſent. quod ſi res omnino in diſcrepationē ueniat, ſcio cui ex teſtibus plus apud me fidei ſit, niſi quia Cicero quodam loco, hoc narraſſe ſic ait: Sæpe illum laudabo ſapientem Biantem, dubitationem omnem abſciderat, ſed addidit, ut opinor, hoc uerbū ne Stilbonem Senecæ reiſciam facit.

PITTACVS MYTHILENÆVS.

Pittacus Mythilenæus, Tempus agnoſcere præcepit. quod ſiue opportunitatē atq; occaſionem, ne quid intempetiue agamus aut loquamur, cum omnia tempus ſuum habeat, ſiue temporis præcipitem fugam, cui nullo modo præter quā bonis & glorioſis actibus reſiſtitur, concernit, ut ſecundum primum ſenſum rebus apertum tempus diſcernamus, ſecundum alterum, tempore partiū utentes, rem anguſtam & irreparabilē, quo uno poſſumus remedio laxemus: qualiſcunq; inquam, ſapienterq; conſulitur.

PERIANDER CORYNTHIVS.

Periander Corynthius, ait: Meditatio totum. ſic eſt haud dubiē, quicquid acturus es, ante quā incipias meditare, ut ratio adoptatū prouehat finem: alioquin periculoſe quod libet aggredieris non Rationi, ſed caſibus obſequens fortuitis. illud quoq; ueriſſimū: Totam docti hominis uitam in meditationē conſiſtere. rectē itaq; dictū eſt: Meditatio totum.

LYCURGVS LACEDÆMONIVS.

Fuit animus mihi, Lycurgum inter Solonem & Chilonem collocare, ut & conciuem ſuum præcederet, & legiferū Athenienſem legifer Lacedæmonius ſequeret. retrahendā manum ab inceptis cauſa fuit, ut in his ſeptem uetūſtē Graiorum perſuaſioni morē gererē, nec ſtilo confunderem, aut alijs permicerē, quos ſegregatos abſque participe famoſi cognominis eſſe uoluerūt, quāuis eos ipſos, ut eſt apud Ciceronē, qui iſta ſubtilius quærit, in numero ſapientium non habēt. Sed ut cunq; res ſe habeat, cur inter hos non fuerit Lycurgus ſæpe miratus ſum. ſanē admirationem tempus abſtulit, quoniam ut in epiſtola quadā ait Seneca, Lycurgus ſi eadem ætas fuiſſet, ſacro illi numero acceſſiſſet octauus. quia ergo tantū Plebiſcitum abrogare non poteram, hæc tēnus tantum diſſerre ſum compulſus. Itaq; Lycurgus ē duobus Græciæ luminibus illuſtrauit alterum, cū alterū Solon illuſtraſſet. ex legib. aut, quas ciuib. ſuis ſanxit, hæc memoratu digna narrantur. Auri & argenti uſum uelut cunctorū criminum radicem extirpauit, in pecuniæ locum, rerum compenſationem ſtatuens. Populos principibus, principes iuſtitia ſubegit, utroſq; patriſimonia, quā domi militæq; utiliſſimam arbitratus eſt. Regibus bella, magiſtratibus iudicia, ſenati leges, populo ſenatus ac magiſtratuū creandorū iuſſus permiſit conuiſia omnibus æqualia, eaq; non niſi in publico fieri. Iuuenes ſingulis in annos, ueſtibus cōtētos eſſe, hiſq; unius cultus ac pretij uoluit, ne aut latebræ luxum, aut imparitas æmulationē pareret. primā ætatem foro arcuit, & rure agi uoluit, procul ab urbana luxuria, duriter ac ſeuere, ſine pulmento, ſine molli accubitu, uiros in urbem reuerti. Senes primū honoris gradū, nō diuites tenere, unde Venetabile (& Lyſandri dicere ſolitū refert Cicero) Honetiſſimū ſenectutis domiciliū Lacedæmon Virgines indotatas nubere, ne dotis reſpectus, aut eis inſolētiam adderet, aut uiris & in uxorum electione, uerū iuditiū & in matrimonijs regēdis uirile præciperet libertatem. Agros deniq; cūctorū ita diuidi, ut ad ſingulos ciues, æquæ portiones prouenirēt, ne patriſimoniorū inæqualitas, quodſā in ciuitate præponētēs, quodſam egenos & imbecilles faceret, ſed omnes ſicut in iure ciuili, ſic in bonorum abundantiā plures eſſent. quod in illa fortaiſe republica expedire uir ſapies intelligebat, apud Romanos aut, quot quātārūq; ſeditionū cauſam in uexerit, id ipſum cōtinebat, notū eſt omnibus qui Romanos legerint labores. Itaque legem illam & docti & boni omnes execrantur. Vnde Cicero primum officium eſſe dicit Rempub. gubernantis, ut ſuum quiſque teneat. Et poſt pauca: Capitalis, inquit, orō eſt ad æquationem bonorū pertinēs, qua peſte quæ poteſt eſſe maior: hæc enim ob cauſam maximē ut ſua tenerentur Reſpub. ciuitateſq; conſtitutæ ſunt. quā quidē ciuitatum cōmoditatem, eo articulo, quem in extremo poſui, ſuſtulſiſſe uidetur lex Lycurgi.

P Y T H A G O R A S.

DE quo ut dixi, cur in numerum sapientum Græciæ non sit admissus mirabar, de Pythagora non admiror. is enim ut in superioribus expositum est, gloriosum illud arrogans cognomen Sapientiae erubuit, primusque Philosophum se dici maluit. Nec pauca tamen eius de sapientiae extant argumenta, primum omnium urbs Croton, in extremo Italiae litore sita est, nunc licet ad minimum redacta, quondam tamen ut Cicero testatur, omnibus copiis florentissima & inter urbes Italicas beatissima. Eius civitatis populus, gravi praelio attritus, armorum desperationem, atque omnis uirtutis odium simul & ocio inherere coeperat. Qua tempestate, peropportune transuectus, ad Italiam Pythagoras Crotonem adijt, labentesque & iam in luxuriam prolapsos, civitatis mores, sapientiae suae praesidio firmavit erexitque. Tantumque apud eos ualuit, ut populum non minus uicinis quam ferro domitum, assiduis monitis ad antiquae uirtutis habitum reformaret. Sapientissimus orator pro affectuum uarietate, uario remediorum genere utendum ratus, sexum & aetatem in conditionibus distinguit, sua oratione separatim apud quolibet usus. Viris fortitudinem, & ignauitiam fugam, mulieribus pudicitiam & conjugalem fidem, pueris uerecundiam & literarum amorem, omnibus pariter frugalitatis studium suadebat, extorsitque perorando, ut non tantum uiri, sed foeminae etiam, ab omni morum peruersitate, uelut ab ancipiti fouea, pedem retraherent, eumque ad alta uocitantem sequeretur, usque adeo, ut sponte sua uestes quoque purpureas, aureasque & cetera corporum ornamenta reijcerent, doctae ornatum muliebre in pudicitia, non in auro gemmisque consistere, ipsaeque potissimum armis, atque his facibus scire luxuriam. Quid igitur miri est, si cuius singularem salubre consilium experti fuerant, eundem omnes consultorem publicum elegerunt. Huius est illud dictum. Alium animum fieri, templa ingrediuntibus & Deorum simulacra de propinquo spectantibus, quod mortalis infirmitas, diuinitatis quaedam ueluti uicinitate contremiscat. Eiusdem & illud institutum, Ut discipuli prius quam quaestionibus atque altercationibus implicarentur, quinqueennio tacerent, audire & meminisse contenti, nec a temeraria procacitate, ut non stri iuuenes, sed a sobrio attentoque silentio sapientiam auspicantes.

S O C R A T E S.

Sapientiae titulum consecutum hominum consensu, Dei, ut aiunt, responso sapientissimum iudicatum, Socratem subiicit, inde alios non sapientissimos, sed amorem ac studium sapientiae professos. Sed a Socrate incipiam. Cuius in primis sanctum ac uenerabile consilium habemus, Adeo nisi ut nobis beneficiat, nihil postulare, ille enim quod nobis expediat solus nouit. Nos autem caeci, futurorum nescij, aduersus propria salutem, ineptis & inopportunis precibus sapientissime laboramus. In quo quidem, quia Satyricus multum grauiterque uersatus est, liber & nobis aliquantulum immorari. Itaque nihil hoc praecipio sapientius, nihil tutius, nihil utilius, nihil contraria obseruatione demeritius. Insistat quisque secum reputare, quotiens operauerit nocitura, quotiens optatum uotorum exitum breui postmodum execratus sit, intelliget illi uni, nos nostraque desideria melius committi, quae nec praeteritis nec futuris fallitur, denique cui omne uerum praesens est, quid enim miseris optamus? Primae mortalium preces, pro opibus potentiaque funduntur quibus coniuncta semper inuidia, quam multos obruerit enumerare non attinet: quid de uxoribus ac liberis dicam: inter optabilia quam praecipuum locum tenent, apud animos mortalium, ignorantibus miseris quantum laborum ac sollicitudinum secum ferant, quod non adeo occultum est, quin uiros inuenias, quos non ter & amplius in die teneat nuptiarum ac poeniteat, sic maritalis lectulus, quotidianis iurgij ac querimonijs plenus est, sic somni uacuus & quietis. Ut illa grauiora praeteream. Rara coniugij fidem, suspitionesque perperuas, peruigiljs adulterorum insidias, & domesticum opprobrium, uulgo prius notum quam marito. Adde turpissimum errorem, & ridiculam crudelitatem, cui audax uox & spes innititur, educationemque sanguinis non sui, atque hereditates melius ad amicos sic meritos peruenturas, ut constat, matrimonij religio, sobolis tamen inrequieta conditio est. Aut enim uitia contristant, aut spes metus que sollicitant, igitur ad haec partius optandum Deoque ut reliqua committendum erat, quid de uanitate hominum loquar, qui formam corporis optant nascituris filijs: sibi enim impossibilia optare delirantis est, atque inter corporis & animi decorem antiqua uis uertitur: scimus quia for-

quia formosis pudicitiam seruare & si libeat, uix licet, tantus ardor libidinum, tanta corruptelarum circumstat ambitio. Omitto foemineam pulchritudinem, propter quam praecipites Rerum publicae mutationes contigisse compertum est. Propter quam potentissima olim regna & ualidissimae urbes corruerunt. Ista uirilis forma, quae nullius periculi uidetur, quot ne dicam uolentes, quorum est innumerabilis multitudo, sed nolentes interdum & negantes, ad potentiorum thalamos, magno capitis ac famae discrimine pertulit, & mox uel offensorum seuitiae maritorum uel publicis iudicijs deprehensos obiecit. Nunc & lactea atque aurea filij ceruice gloriare, quam ultori gladio praebiturus est, qui deformis in lectulo suo forsitan moriturus naturalem uitae cursum in pace peregisset. Iam quibus illos uerbis irrideam, qui nihil nisi dierum longitudinem & uitae spatium precantur: cum sit primum summa dementia, in tantis angustijs spaciosum aliquid sperare, deinde uiuacitas haec, quam contingere permissum est homini multis saepe pestilens fuit & quos iuuenes uerentissimo florētissimoque rerum statu foelix exitus abstulisset, senes factos, uel fortuna destitit uel afflixit, & ignominiosa mors rapuit. Longior uita, credite periculis ac calamitatibus innumeris exposita est. etsi formidatam mortis horam tantisper distulit pro uisura breuissimi temporis, quot propria incommoda proferre, quot suorum funera comitari, quot infausta uidere coegit spectacula, ut non ineleganter dixerit Callimachus: Multo saepius lachrymasse Priamum quam Troiam. Finge autem quod in nullo uidimus, in paucis legimus, ut ad nutum cuncta proueniant, senectus ipsa quot scater angoribus: ego quidem nondum expertus sum, an experturus ignoro, uerum tamen hi senes quod a tanto tempore cupiebant consecuti, quid aduersus aetatem illam uociferent non intelligo, uirilior illorum honestiorque ratio uidetur, qui honores, qui gloriam aut domesticam aut bellicam, qui doctrinam, qui eloquentiam concupiscunt, eadem tamen est infania haec, quonia adeptos & antiquis temporibus, & nostris sese suasque Respublicas propter nescio quem uirtutum, titulum sepulchri, funditus euerisse comperit. quorum aliqua exempla ad terrorem legentium libenter insererem, nisi quia id scienti superuacuum fieret, ignoranti autem fieri breuiter modo non posset, igitur finem facimus cum Socrate consulentes humano generi. Nolite mortales pernitentiam uestram exoptare, desinite inani precum murmure templa complere, atque aures dei fatigare, ne forte importunitate uictus, damnosa largiatur, quid uotis incerta pacificissime: quid sanctorum calles uisceratis: in illo spes uestrae sint, cui longeque uobis ipsis charioris estis. illi in trepidum rerum uestrarum consilium arbitriumque permittite, qui profecto meliora & si non semper iucundiora praestabit: si omnino nominatim aliquid orare libet, illa postulate quorum nunquam poeniteat, uirtutum cultum, criminum cautelam, sanam mentem, nec satyricam adiectionem, sani corporis respicio, & quod culmen humanae felicitatis est, petite suppliciter. Quoniam de uno sapientissimi uiri uerbo, pro ipsius quidem qualitate per pauca, per instantis autem nostri modo satis multa diximus, Reliqua uelocius percurramus. Idem Socrates ad gloriam aspirantibus, quae in gressu turba est, rectum ac compositum callem, non omnibus sanam notum designabat, ut scilicet, Talis quisque fieret, qualis uideri cuperet: simplex uirtutis studium sectandum dicens, simulationis atque hypocrisis uiam relinquendam, quae producere quo pollicentur nequeunt. Idem ab adolescente dubio consultus, Nuptias ne contraheret, an in coelibatu permaneret: ratus fore, ut quicquid dixisset, ab illo magna fiducia susciperetur, hac errorem responsione discussit: Falleris, inquit, si uelut de duobus bonis quod sit melius expectas, utrinque difficultates ac molestias, hic angorem tantumque solitudinis, stirpis defectio, externique dolor haereditis. inde iugis querelarum ac curarum sarcina, dotatae coniugis audacia, socrus repuerascentis procacitas, fastidium propinquo, adulterorum metus, anceps exitus natorum, deinceps ipse tibi consule, & quae tolerabiliora uideantur elige. Alterum adolescentem cum uidisset insignem uultu atque habitu, sed tacitum, Loquere, inquit, ut te uideam proprie quidem, quoniam ut supra diximus, non uultus aut corpus, sed animus cuiusque is est, cuius quodammodo facies sermone releuatur, ut uideri possit, qui inuisibilis est naturae, nec minus sapienter interrogatus a quodam, cur sibi ad tranquillitatem animi nil peregrinatio profuisset. Noli, inquit, admirari, quoniam te ipse circumfers. Profecto enim excutere uitia, moresque malos conuertere, & habitum cui assueuimus exuere, Cum se quisque quod fuerat domi reliquerit, & in uirtutem alterum uersus, nouum uiuendi

genus induerit, tum demum turò peregrinari potuit. alioquin, quod prodest patriam fugisse, si seipsum non effugiat: siue montes transcendet siue conscendet nauim, comitabuntur cor urentes negotiorum curæ, & conscientiarum arcana supplicia, & tenaces consuetudinum pessimarum laquei. hoc est enim seipsum circumferre. Peregrinatio igitur non sufficit, dicente Satyrico:

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Huius eiusdem uiri est illa sibi conueniens semper uniformitas, quam ex nostris in C. Lelio fuisse legimus, ex Græcis in Socrate, quod in ipso Xanthippen uxorem prædicare solitam, refert Cicero eodem scilicet semper uultu uidisse exeuntem illum domo, & reuertentem. Animaduertis quidem tantis fluctuationibus hominum, cæterorum ac tam crebris motibus, ut iure dictum sit à Seneca, de aliquo quem heri uideris merito dici posse: his quis est, liquet illam moris constantiam, nisi sapienti unquam potuisse contingere, præsertim hoc addito quod apud eundem Ciceronem sequitur. Non fuisse eam Socratis frontem: que M. Crassi illius ueteris, quem semel ait, in omni uita risisse Lucilius, cuius unici risus causa, nec ab ipso nec ab alio quod sciam prodita est, & erat cognitu non indigna res: sed tranquillam & serenam affert rationem, iure enim, inquit, erat semper idem uultus, cum mentis à qua is fingitur, nulla sit mutatio. quæ nisi fallor consumata sapientiarum laus est. Ad nomen Xanthippes, unum Socratis responsum in memoriam redit, siquidem litigiosam illam & procacem coniugem, & foemineis importunitatibus abundantem, cum patientissimè supraque fidem æquanimiter perferret, admirans Alcibiades, quæsiuit, quæ ob causam foemineam tam intractabilem, intra domus suæ limen diutius pateretur, cui in hac sententiam respondit: Domi qualiter uiuendum sit addisco, & uxoris iurgijs aduersus exteriorum arrogantiam armatus egredior. ita quod sapientis est proprium, alienis uitijs sese meliorem faciebat. Hæc tanta Socraticæ sapientiarum foelicitas, possessorem suum nec in fine destituit: etenim furibundo patriæ consensu morti destinatus, cum oblatam ueneni portionem, nec animo nec fronte commotus accepisset, & iam bibere inciperet, querelam ac gemitum memoratæ coniugis audiuit flebiliter iterantis. Innocentem uirum mori qua uociferatione conuersus, ac labijs à poculo tantisper amotis. Nunquid igitur ait, o mulier, nocentem mori foelicius iudicabis: sic castigata uxore, ad id quod inceperat reuersus, mortem hausit intrepidus. Hactenus multa quidem de uno homine, sed pauca de Socrate.

PLATO.

Cuius discipulus Plato, Malorum escam uoluptatem uocat. præclare atque ut ait Cicero diuinè. sicut enim hamus credulum piscem implicat, sed non aliter, quam si escam præferat, sic malorum uitia, sub obtentu uoluptatis sequaces animas trahunt. quis enim nisi spe aliqua, uelut esca illectus, ad peccandum gratis accederet? Sed, heu, quam facilis & quam breuis. quantarumque miseriarum causa. Idem, Tum demum beatum futurarum terrarum orbem ait, cum aut regnum sapientibus, aut sapientia regnantibus obuenerit. Idem, ait, similes esse ciues qui de Reipublica, & nautas qui de gubernaculi administratione contenderent. apta quidem comparatio. utrobique enim labor appetitur. Quod cum in nautis nunquam aut raro uisum sit admirari mens non sufficit, unde hæc in urbibus digladiantur inter sese ciuium quotidiana dissensio, ob hoc unum, quia unus quisque periculosum & difficile Rerumpublicæ regimen festinat inuadere, & ab eodem reliquos arcere. quod eò indignius uideri debet, quia sententiarum opinionumque diuersitas ac libertas animorum in consilijs, non satis sufficiens inimicitiarum causa est. Eodem Philosopho dicente: eos pro hostibus habendos, qui arma contra nos ferant, non qui suo iudicio tueri Reipublicam uelint. Eidem nihil grande. præsertim sine uocatione diuinitatis aggrediendum uidetur. inconsulte quidem. Quantulumcunque enim est hominis ingenium, nunquam tamen uiribus humanis magnæ res fiunt, nisi auxilium superueniat ab alto, quorum tum uberius sperari potest, cum dignæ preces obuiam missæ sunt.

XENOPHON.

Antequam eam longius, & æmulum huic, & condiscipulum adiciam Socraticum Xenophontem cuius illud in primis apud Ciceronem Africanius laudat, quod Eofdem labores Imperatori faciliores diceret, quam militi. præclare, quippe præsentem molestiam uerturæ spes gloriæ, solatur, aut minuit, quod non tantum in re militari, sed in reliquis omnibus locum habet

habet latissimeque patet. neque enim frustra princeps Oratorum ait: Honos alii artes, omnesque incendimur ad studia, gloria laudis, & nostrorum non secundus Poëtarum:

Immensum gloria calcas habet.

Cœpto nunc ordine descendam.

ARISTOTELES.

Philosophicæ nos hereditatis series ad Aristotelem perduxit. cuius illa laudantur, Alexandro Callisthenem sub eodem Aristotele suum condiscipulum ac familiarè postulantem, per quem rerum quas gessisset memoria scriptis mandaretur, misit quidem, sed tali consilio instructum, ut Coram illo aut assidue taceret, aut placita loqueretur, securus si seruasset alterutrum. Verum is dum corripiendis insolentissimi regis moribus, non consilium præceptoris, sed Philosophicæ suæ libertatem sequitur, in tyranni seuitiam morti iussus, incidit: eiusdem Aristotelis documentum est, à paucissimis obseruatum, Ne scilicet, de nobis ipsis aut uituperando loquamur aut laudando. alioquin illinc dementiæ, hic inanis iactantiæ aduersus nos ore proprio testimonium proferemus, nec minus salubriter illud monet, ut uoluptates abeuntes contemplemur. Quod si acriter fecerimus, earundem breuitas simul ac foeditas, fructu carens, empra dolore, corpori nocens, atque animo gloriæque & uirtuti capitaliter inimica suadebit, ut de præteritis poenitentiam agentes, reduces fortiter ac magnifice contemnamus. De uoluptatibus autem ita iudicat, omnes quocunque sensu corporeo immodice suscepras, esse foedas fugiendasque sapienti, eas uero præcipue quæ gustu tactuque consistere esse turpissimas. quod cum cæteræ sint hominum tantummodo, hæc quidem sunt homini communes cum belluis. quare quisquis non modo stultitiam, sed bestialitatem etiam ac feritatem declinare studet, ab his animi summopere coercet. illud ab eodem sapienter excogitatum refert Cicero. Fingantur, inquit, aliqui sub terra nati, sub terra educati, magnifico quodam palatio, prædecoris picturis atque imaginibus adornato, suppeditate affatim omnium rerum copia, quibus abundare solent, qui foelices appellatur affluentibus, præterea omnis generis delitijs, quarum ille locus capax sit. lumine etiam penetrati tenebras arcente, & subtili hominum artificio, aduersus naturale domicilij torpētis incommodum excubante, ita tamen ab infantia edocti esse, diuinam quadam potestatem ac naturam creatricem rerum mirabilium, in ipsis denique sic institutis, alioquin humanarum rerum prorsus ignaris, post multum temporis, subito in hæc loca quæ incolimus contingat emergere, dubium non erit, quin cerientes cælum terras & maria, nubes quoque cælo uagas, & uentos & pluias, adhuc & solem diuinæ lucis auctorem, dum redit auroræ terris inuehere, & tempus laborantibus aptum mortalibus, rursus abeuntem quietæ nocti silentioque cedere, illam uero sydereo ornatu, aut crescentis semper aut decrecentis lunæ uarietate distinctam, atque hunc mirabilem totius orbis ordinem, & hæc omnia non fortuito, sed certis & immotis legibus agi, summa cum ratione, statim sine ulla dubitatione fateantur Deum esse, ut audierint. sed hæc tamen in ædificijs hominum habuisse, huius aut pulcherrimi & immensi operis creatoris, & ut ita dixerim, architecti Deum fore. hæc propemodum Aristotelica sententia est, non suis uerbis expressa, sed quidem aliter, licet aliter Apostolus noster ait. Inuisibilia Dei à constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas. sed ad Aristotelē reuertor, cuius quoque sapientia, ut de Socrate diximus, in finem enituit: iacebat suprema laboris ægritudine, ad quem cum discipulorum cœtus conuenisset instanti, ut iudicio suo probatum eis magistrum, ac doctrinæ suæ heredem, uelut testamentaria dispositione relinqueret, quod post uitæ suæ exitum instruerentur, sensit Aristoteles nec comparationes odio carere, nec modum famæ, pondus suam secum tracturam esse sententiam, sed tam pijs discipulorum preces spernere non poterat. respondit itaque. Se cum primū ex comodo liceret facturum quod peteret. ex multis quidem claris uiris eius auditoriū frequentantibus, duo longè ante cæteros stabat Theophrastus ex Lesbo insula, & Menedemus ex Rhodo oriundus, ut nulli dubium foret, de his tantum consuli. nam multo post eisdem illis, qui primum deprecari fuerant, circumfusis obsequij causa. Vinum, inquit Aristoteles, quo utor asperum & inane est, quærite mihi uel Rhodiū uel Lesbiū: quin potius utrunque degustadū afferte,

utar eo quod delectauerit. utrūq; cum attulissent, Rhodium poscit. quo gustato, firmum hercle uinum, ait, & iucundum: gustato dehinc Lesbio, inquit, Vtrumq; bonū, sed hoc gustu meo suauius. quo dicto, discussa est omnis ambiguitas. constabat enim sapienter, sed & moleste, ac ut ait A. Gellius, lepidè simul ac uerecundè prælatū esse Theophrastum linguæ & ingenij suauitate conspicuū. quamobrè breui post subtracto reb. humanis Aristotele, tanti præceptoris consiliū secuti, certatim sead Theophrastū contulerunt omnes.

THEOPHRASTVS.

Eius, ut adhuc per Philosophorum successione qua cœpimus, stilus eat, dictū haud prætereundem reor. Pro magno, inquit, & insigni amici cōmodo, tenuis infamia subeunda est. minima quidē honestatis & famæ iactura, maiore honestate, quā erga amicū bene merentem exhibemus, cōpensari potest, ne quod ait, ab hac sententiā nominibus terreamur, quod utilitas honestati, q̄ aliena nostris postponēda uideatur, quoniā hæc non uocabulorū splendor, sed rerū ponderib. extimāda sunt, si enim in reb. parib. aut non lōgè disparibus, de nostra honestate, atq; amici utilitate quæretur, prona & facilis diffinitio est, p̄p̄o derante multū honestate rebus omnib. in proposito aut perinde est, & si parua auri lamina, magno æris ponderi cōparetur. Genere enim & qualitate superat quantitate, consequenter & pretio uincitur. hæc Theophrasti pro usu uitæ cōmunis (nisi fallor) satis probabilis, & colorata sententiā est, alijs contra fortassè uideatur, ut libet quisque pronunciet. Mihi autem quod ad hunc locum attinet, sapientum atq; illustrium quatuor Philosophorū sententias, seruato interim magisterij atq; successione ordine, explicuisse sufficit. Deinceps per paucorum qui restant nomina, qua fors impulerit uagabor.

ISOCRATES.

Isocrates in conuiuio, ab his qui aderant rogatus, ut eis de eloquētia sua cōmunicare uellet, ueniam poposcit. quæ enim præsens locus & tēpus exigit, inquit, ego nō calleo, quæ ego calleo nec loca sunt aperta nec tēpori. Sapiēter. Sultū est enim, nō intellecturis, aut quo dixeris spreturis uerba iactare. inter ebrietatē igi & iocos ferij hominis, ac sobrijs, consiliū est, ut sileat. Vnū nō absimilem alterius dictum, ut meminere huius narratio causa est.

EPICURVS.

Epicurus igitur in medio suorum stabit. hunc omnes lacerant, omnes huic obstrepūt, omnes insultant, omnis in hūc Philosophorū secta conspirat, nec immeritò. Hic est enim ille (de quo Cyneas retulit Fabricio), qui sicut in coeno aurum, sic summū bonum in uoluptatib. posuit, huic uirtutē ipsam uelut sordidæ ancillæ dominā subiecit. ad hanc deniq; diffiniunt referri omnia, quæ agunt ab omnib. effœminatū dogma, & quidē infame, inter hominem & pecudē nullū statuens discrimē. At si quædam uoces & imperatorū & regū insolentium placuerunt, quid prohibet placere, aliqua ab infami licet prolata Philosopho, cuius præsertim tam multa sunt & cōsulta sapiēter, & dicta suauiter ut eis Seneca tātus uir, epistolas suas & fulciat & exornet; ex quib. reliqua potius, q̄ ex ipsis primi auctoris libris uulgata relinquenti, pauca quæ mihi altius insedere, uisum est ab alijs fermenta colligere. quæ ideo magis innotantur, ut Seneca idem ait, quia mirum est, fortiter aliquid dici ab homine, mollitiē professo, & rursus qd fieri in Senatu solet, faciēdū ego in Philosophia quoque existimo. cum censuit aliquis q̄ ex parte mihi placeat, iubeo illam diuidere sententiā, & sequitur, pro eo libentius Epicuri dicta egregia cōmemoro, ut isti q̄ ad illa cōfugiet, spe mala inducti, qui uelamenta ipsa uitiorū suorū habituros se existimant, probent quocūq; ierint, honestè uitendū. hæctenus de Epicuro eleganter apud Senecam, nunc ad ipsum, de quo nobis sermo institutus est uenio. Nuncq; uolui populo placere, inq; Epicurus. quid uirilium, quid magnificētius, quid sapiētis uiro dignius, a quocūq; uel peripatetico dici potest; nec minus librata ratio. Nam quæ, inquit, scio nō probat populus, quæ probat ego nescio. p̄ clara si modo nō uoluptatis, sed uirtutis amicus id dicere, qd enim nescire te dicis Epicure; cum unus ex omnib. grege Philosophorū, uulgaris infamæ defensor existas, & q̄ ab indoctis ebrijs in conuiuio eructatur, a te sobrio probetur in scholis. Sed omittere hominem, quicq; dixerit ab alio dictū extimemus, idē ait, Si ad naturam uiues, nunquam diues eris.

eris. & has diuitias, & hanc paupertatem in me ipso sum expertus, ideoq; dictum fidentius laudo, eoq; me tuor aduersus amicorum iurgia, desidiā mihi an modestiā exprobrātium, quod facili nisi potuissē altius ascēdere, quod ultrò uocantē despexisse uideor fortunā. Patientia quidē mihi opus est æterna, quādo illis obiurgandi uoluptas æterna est, aures durauit, illis linguas nō frenantib. & callū superinduxi, ut ad nullū uerborum uulnus doleam, aut eis indignè pura fide. sed nisi fallor confusa, ac peruersa opinione monentib. unum testor, frustra eos torqueri, quoniā quō longius in tēpore procedo, eò firmitus in proposito persisto. ne me piget aut pœnitet incepti, quin potius amicorū demētis tædet & miseret, quos nec tēpus nec ratio, nec uerior admonitio, nec exemplū, nec pudor, nec fastidiū, nec metus, nec uicina mors, ab errorib. reuocare potest. Et hæc quidem de me ipso loqui cum amicis dulcè fuit, cum enim singulis satis fieri, sine labore non possit, simul omnibus edicō conuiescāt, & sibi consulāt, curāq; quā pro me sumpserunt, pro me deponat; ego enim pro Epicuro statui, spretis opinionibus, naturā sequi, diuitias mihi quietissimas ac securissimas promittentē, quomodo aut mutaret, qui ne in hoc quidē peccare me nouerim, immò si error est, errore delecter & glorier, quo nihil pœnitentiæ magis contrariū esse potest, siue qua spes salutis delinquentibus uana est. sapiētissimè ergo & hoc ab Epicuro dicitur, quod Initiū salutis est, notitia peccati. nec q̄ sequitur ab eodē dictū obliuisci ualeo, quippe cum affigi animo Seneca iubeat. Aliquis, inquit, uir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanq; illo spectate uiuamus, & omnia tanq; illo uidēte faciamus. alibi imaginariū testē exprimes, se ipsum nominauit, sic enim inq; Fac omnia tanquā spectet Epicurus. utrūq; locū tractās Seneca, Scipionē eligi suadet aut Catonē, aut Leliū si Cato uideat asperior: deniq; aliquē cuius oratione ac morib. & honestate delecteris. saluberrimè quidē istud ab altero dictū, ab altero confirmatū est, neq; enim dubitari potest inuitū clarorū hominum, si is delat, memoriā ipsam, frenū esse animo, ne in præceptis peccatis urgētibus rapiatur, qui hanc sibi meditationē familiarē fecerit, quotiens ad peccandū labi cœpit, subibit ex recordatione uerecundia, & manu uelut à præsentē retrahetur, nec actus solū, sed cogitationes quoq; ruborem expriment, ita repositis animi motib. testem quē natura negauit, imaginatio formabit, & in imas pectorū latebras introducet. mihi quidem & Cato placet & Lelius, & super omnes Scipio, sed quoniā nostris nunc hominib. cōsulendum, eligite uobis Ioānem uel Antoniū, si horū durior sanctitas uidetur, eligite ex eorum numero, qui & peccatum & ueniam experti, orare pro peccantibus didicerunt Paulum, Augustinum, quorum nec ambigua uirtus, nec censura suspecta est, quanquam nobis, qui nec muta simulacra, nec lapides manufactos, nec uana phantasmata, nec sceleratas furum & adulterorum umbras, sed unum uerum immortalem ac uiuentem in sæcula Deum colimus, quid fictionibus opus est; meminisse sufficet illū cunctis actibus & cogitationibus nostris assistere, non testem modo, sed iudicem, in quo iustitia & misericordia summa est. Multæ sunt præterea magnificæ uoces Epicuri, quas profequi & longū est, & minimè necessarium, sed una omnib. regula est, sententiā placet, auctor displicet. quamuis enim illum, ut ait Cicero, & bonū uirum, & cōmunem & humanum fuisse nemo neget, bonū tamen Philosophū nullus affirmat, nisi in eadē nutritus uoluptatis officina. Quoniā sententijs clarissimis abūdās, eas (ut dixi) ad turpissimū finem refert, & hinc quidem ad unius actus memoriam uocor, ubi spretum similiter auctorem legimus, manente sententiā.

INDIDES LACEDÆMON.

In consilio Lacedæmonienū, de graui ac magna re disceptatio oborta, hæsitates animos tenebat, cunctantibus ceteris, uitz quidam & obscenæ, sed luculentæ facundia, Reip. consiliū salutiferum fortè dederat, tam proprijs tamq; sonantibus uerbis, ut ab omnibus probaretur, quodque ille suaserat, famam in lege populi firmandum uideretur. dum in illius sententiā patroni omnes certatim irent, Indides unus ē senum numero, quibus auctoritate præcipua, apud Lacedæmones ciuilib. disciplina, quasi magisterium obtigerat, indignabundus exurgit. Et quis, inquit, uos error præcipitat o ciues; aut quæ nam reliqua spes salutis huic urbi est, si salibus consiliarijs aditum aperimus, quod si consiliū placet, oro ne id

ne id fœdatis consultoris infamia patiamur. simul his dictis, uirum quendam fortissimum, atq; conspicuæ famæ, sed pigri & inamœni sermonis protraxit in medium, consensuq; atque horratu uniuersæ concionis, idem illud consilium enunciatione quidem rudi, & incōptis uerbis adegit exprimere, quo facto, & primi auctoris suppresso nomine, plebiscitum ex indiferti sententia factum est: atq; hoc nobile & illustre consilium, & huiuscemodi rei suaforem prudentissimū senem uocat A. Gellius, qui hanc historiam Aeschini eloquentissimi uiri orationibus scriptum refert.

XENOCRATES.

Quam uoluptatis patronus Epicurus, tam hostis Xenocrates, nec minus loquendi quam agendi abstinens. hic ergo, cum casu inter maledicos quosdam foret, atq; illis ex more obrectantibus absentiu famæ, solus contisceret, interrogatus. Cur id faceret? Quia locutu, inquit, me aliquando poenituit, tacuisse nunquam. laudatu hoc a sapientibus responsum, mihi plenius probaretur, si sermonu sæpè, taciturnitas raro poenituisse dixisset.

HERACLIDES.

Heraclides ait. In idē flumen bis descendimus & non descendimus. sapienter id quidem, sed tam breuiter, quam obscure, nempe cui hoc esset propositu, & qui cognomen ab obscuritate meruerit, ceterum incomprehensibilem temporis fugam, hoc eloquio significare uoluit, quæ quoniam in flumine sensibus apertior est, idcirco de flumine loqui maluit, ex quo digressus, & si confestim unde emerit redeat, nomē quidē fluminis idem, aquam mutatā reperit. recte igitur in flumen & descendisse, & non in idem, sed in aliud dici potest descendisse. hominis aut, & si parumper occultior, nihil tamē moderatior fuga est, fugit enim nō fluminis tantū more, sed limus & umbra tenuis fuimus, & sumus Euro uolūte rarissimus, nullū tam breuē tēporis momentū est, quod nō aliquid uitæ detrahat, hæ ipsæ nos horæ quas inter cæcas uoluptates agimus, ad mortē rapiūt ridentes, ad lachrymabilem exitum festinamus, præcipites agimur, nec sentimus, ideoq; improuisi corripimus, & repentinum casum ducimus, quæ ab ipso lucis lumine, quæ cernimus uniuersa prænūciant. Irrequietus enim cœli motus, nihil in hoc ambitu linquit immotū. Nihil manet eorū etiā, quæ solidissima iudicantur, nec opera tantū hominū, sed naturæ alternant & intereunt, Corruunt rupes, tumescūt ualles, alta iuga mōtium cāpis æquabūtur, auertētur flumina, & nouos alueos quærēt, alia arefcēt, alia ex terræ uiscerib. erūpent: hic se artabit, hic laxabit pelagus, nec diu littorū species eadem erit, Piscator ueniet in aratoris fines, & quæ nunc puppibus ac remis quatitur, aratro sulcanda regio est. Hæc fiunt semel, & facta sunt, omnia secū tempus trahit, omnia absorbet, omnia circunuo lauit ac miscet, nihil stare permittit, & magna mutatur & minima. calamus hic, dū ista percurreret, ter mutatus, ter mihi ferro castigandus fuit. hæc tantū tēporis, & cū tēpore rerū omniū celeritatē cernebat Heraclides, sed affectator breuitatis ambiguae, paucissimis hæc uerbis impleuit: Quæ mihi quidē omnia à primis annis & lecta & audita & asseruata memoriter, sed diu tenaciter credita, nunc tandem tam cōperta sunt, ut penè manib. palpentur, nec aliter annos numerare cœperim, quā solebam dies. Sic me rapit uideo, sed remanere nihil post tergum stupeo, ut rudis uector secundis flatibus, puppe conuulsa littora nota circumspectans, ex oculis eripi, & arenam quam pedibus antè calcauerat se sedente euanesce, cui, ut Virgilius ait:

Terraq; urbesq; recedunt.

Certè maiori hominum parti sedenti & ociose, & quod admiror, non sentienti tempus, & mortalia cuncta præterfluunt, hinc est, ut extremo longæ uitzæ positū, se sensisse non intelligant, quod sollicitudines & uigilæ testantur, quas profectò non tam cupidè susciperēt, si superuacuas scirent. scirent autem si forte expergiscerentur, & ubi sunt aliquando respicerent. Idem enim talibus euenit, (ut in eadem similitudine uerfer adhuc) quod in his qui immensum maris spatium dormiendo conficiunt, prius enim in portum delatos nauticus fragor excitat, quàm soluissè se nouerint.

ANAXAGORAS.

Anaxagoras interrogatus, quisnā eius iudicio beatus esset, nullus inquit eorū, quos tu beatos putas. Inter illos potius habitat, quos miserimos reris. non diuitijs suis oppressus

oppressus, nō honorib. tumēs, nō uoluptatib. eneruatus, sed uelut auiti ruris nō audus colonus, uel ppriæ disciplinæ modestus possessor ac sobrius, sua q̄ uulgi æstimatione felicior.

HECATON.

Hecatōn quoq; ab hoc contubernio repellendus non uidetur, cuius ex multis hoc placuit. Ego, inquit, monstrabo tibi amatoriu sine medicamēto, sine herba, sine ullius uenefici carmine. Si uis amari, ama. elegāter artib. Magicis seria indicit. nō est necesse Thessalica tempe fixis in terram oculis lustrare, & per Herculeos calles, Medæ stupentis exteras herbas internoscere, non ferino ritu corporibus humanis particulas rapere, & informia deformare cadauera, non carminibus, tartarū & elementa concutere, licet ferales succos, ab amatis labijs auertere, licet spiritibus & sepulchris parcere: ad id enim quod cupimus compendiosior & honestior uia fert. Si uis amari, ama. in cæteris quidem rebus diuersi generis compensatio admittitur, Amor amore compensandus est.

CRETENSES.

Cretes in turba exemplorum sunt, cum enim ceteri mortalium inimicis suis aspera quælibet ac tristia, mortem, exilium, pauperiem, ignominiam imprecentur, hi solum delectationem orant, sed eam, quæ ex mala consuetudine percipitur. & hi quidem quod de Tito Coruncano & M. Curio supra diximus, uerbo mitissime, re atrociter. profectò enim pertinax malorum actuum iucunditas, præcepto ad interitum uia est.

PANETIUS.

Paneti Philosophi illustris sententia hæc est: Decere animū sapientis uiri, inter tumultus & pericula rerum humanarum positi, circumspicere omnia, & undiq; ingruentia mala præcauere, itaq; semper promptum expeditūq; ad omnes insultus uitandos tolerandosq; consistere, sicut athletæ solent ad certamen, brachijs elatis & toto corpore præparari, nec minus animo, ne quid omnino repentinu aut improuissum accidat. Magnificū profus & salutare consilium. quis enim labores ac humanæ uitzæ discrimina, quis casus uarios enumeret: hinc fortuna sæuit, hinc blāditur, hinc iuuētus effundit, hinc senectus trahit, hinc morbi obsident, hinc minatur mors, hinc alienis & externis motib. quatimur, hinc intrinsecis & nostris. superbia attollit, metus deiecit, spes suspendit, cupiditas, inflammat, gaudium dilatat, dolor angustat, liuor inficit, gula sollicitat, accēdit ira præcepto, & quotidianum ac blādum malum, adamantinos animos flectit luxuries. Quis aut inter hæc tutus, quis in trepidis nisi sit demens? Quis unquam athleta tam periculoso se credidit duello? illi quidem singulis hostibus occurrunt, nos cum mille congregimur. itaq; nō tātum athletarum more, ut uult Panetius, exerti, sed Romanorum ducum, qui exercitibus præfunt, donec in patriam contigerit peruenire, ueluti iam dimicandū sit, instructa uirtutum acie, semper ad pugnam parati simus, si in terra hostili, inter tot insidias salui esse cupimus. sed Panetio suus quoq; discipulus iungendus est.

POSSIDONIUS.

VNum eruditorū diē, plus placere, quā imperitorū longissimā ætatē, inquit Possidonius. Præclarè, neq; enim tēpus metiendū est, quod foenerates solent, sed uirtus & gestarum rerū gloria, quibus nihil est cōmune cū tēpore. nō illius sinib. artantur, sed proprijs quos nihil laxat, nihil angustat, in quālibet breuitate multū parent. Hinc præclaros iuuenes uidemus, & obscuros senes, quorū nomina si ad alienigenas perferatur, subit audientium animos opinio diuersa. Fama enim crebrior, & rerū multitudo apud uulgi senectutis argumēta sunt. Vidi ego quorundā tam gloriosam adolefcētā, ut ad eos uisendos de lōginquo ueniretur, dum interim senes ac decrepiti uicinis etiā incogniti laterent. Audiuī affirmantes, nunquā se, nisi oculis suis proprijs fuissent fidē ætatis habituros, quosdā enim sibi defunctū, alios senē finxissè, eū de quo tanta fama. itaq; cōgressu primo stupuisse, quod euenit ignorantib. quāto lætior sit sapiētis iuuētus. Mihi, ut ait, Possidonius unus etiā peritorū est placidior dies, q̄ stultorū ætas. hoc in urbib. euidentissimū est. q̄ enim aliā ob causam Roma atq; Carthago circa cccc. annū formidabiles, & toto orbe notissimæ fuerāt, cum tot urbes aliæ, & per Europā & per Africā permutādis mercib. aut agris fodiēdis ingloriæ,

bina

bina aut terna, uel eò amplius egerint annorum milia finitimis inauditæ? Persuasum uulgo scio, Romam omnium urbium esse uetustissimam, cum ne sit longius abeundū, in circuitu eius multas uetustiores esse certum est. sed hanc eius opinionem, ut dixi ingēs & lingu- laris gloria conflauit.

ANACHARSIS.

Anacharsis Philosophus, proprie admodum ac prudenter Urbium leges Aranearū telis simillimas dicebat. sicut enim illæ imbecilla animantium inuoluūt, franguntur à fortibus, sic hæ pauperum delicta ponunt, a potentibus contemuntur, quod Caronis dicto conuenit superius relato, de furibus publicis ac priuatis. Dies autem deficiet, si pergi- mus Philosophorum uniuersa complecti. iam igitur & Poëtis Graijs aditum pandamus.

HOMERVS.

Homerus Vlyxem suum, sub cuius nomine uirum sapiētem ac fortem uult intelligi. terra mariq; iactatum fecit, & carminibus suis toto penè orbe circumtulit. quod imi- tatus uates noster, Aeneam quoq; suum, per diuersa terrarum circumducit, uterq; consul- to, uix enim fieri potest, ut aut sapientia cōtingat in experto, aut experiētia ei, qui multa nō uiderit. Vidisse autem multa hærenti in uno terrarū angulo, uix potest euenire.

SIMONIDES.

Simonides Poëta, suauis & uir doctus ac sapiens (ut ait Cicero) ab Hierone Siculo ro- gatus edicere, quidnam aut qualis esset? Deus ad deliberandum unius diei spatium po- poscit. id cum fluxisset, reuocatus, & quod pridie quæsitum, erat iussus absolueret: biduum postulauit. eo rursus elapso, petijt quatruiduum, & cum sic sæpè spatium duplicasset, admi- rans tyrannus quid sibi procrastinatio hæc uellet percunctatus est. Quia quò diutius, in- quit, cogito eò mihi species uidetur obscurior, prudenter non temerariè & impudēter, ut quidam solent, haud aliter uerbis Deum circumscribentes, quam si uel is humanis intelle- ctibus caperetur, uel ipsi nunc de cælo uenientes, interfuisse diuinis consilijs meruissent.

ARISTOPHANES.

Aristophanes Comicus, Periclem quem uirum cautissimum fuisse constabat. finxit ab inferis reuertentem, & ciues suos monentem, non oportere in ciuitate leonē edu- cari, si educatus fuerit obsequi oportere. persuadere uolens hoc figmento, adolescentibus generosis ac præferocibus, habenas substringi debere, postquā laxatæ sint, serò contrahi, immodica frenum recusantelicitia. posse igitur inimicum libertati nimium fauorē po- tentibus negari, consecutis eripi non posse.

PYLADES.

A Comœdia in scenam breuis est transitus. quis & illam crederet exēpla sapiētia mis- suram? Pylades histrio, qui primum uetustum & inconditum saltadi morem, præ de- cora nouitate permutasse traditur, in illa arte clarissimus discipulum habuit Hylam nomi- ne, quem cum impensè admodum usque ad paritatis atq; ad æmulationis studium erudi- sset, & iam pro discipulo aduersarium haberet, coepit eum obseruare tam sedulo, ut sæpè iusteq; redarguens, spectante P. R. se adhuc superiorem approbaret. uno audito cōiectu- rari reliqua licebit. Saltabat Hylas canticum, cuius Græca clausula τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα. Latine sublimē sonabat & ingentem, hanc uerò magnitudinem atq; altitudinē Hylas sese attollens dilatanq; ueluti corpore metuendo representabat: non abstinuit Pylades, sed ex ipso confessu, spectantium exclamans Græcis uerbis, οὐ μέγαν εἶμιεναι. increpuit. Tum coactus a populo idem canticum saltauit: cumq; ad id quod in altero reprehenderat peruenisset, non sese extulit, non effudit, sed contraxit, finxitq; meditatem, doctè quidem & prudenter. quoniam nihil magis magno ducti cōuenire censuit, quam pro subditis co- gitare, nec aliter commodius magnitudinem eius exprimi.

PUBLIVS SYRVS.

Publium quē in Philosophis inseruit Seneca, ab histronib; nō excludā, ubi propositū, ex omni hominū genere memorāda cōquirere. Huius equidem inter Mimos, multa tam grauitè, tãq; magnificè dicta sunt. ut è medijs Philosophiæ fontibus eruta uideantur, & si

& sicut est in epistolis ad Lucilium, non ex calceatis sed ex coturnatis discēda sunt: unum eius dictum, ille locus habet.

Alienum, inquit, est omne quod optando euenit.

Quid aliud hic dicit iocorū artifex, quam Bias patria capta, nudus fugiens (siue ille sit Scil- bon) nihil eorum quæ fortuna tribuit suum putans, quædam eius præcepta sensibus ube- riora quàm uerbis in Saturnalibus annumerata sunt. hæc quoniam, ut ibi scriptum est, le- pida & ad communem usum accommodissima, & singulis uersibus circumscripita sunt, & breuitate & gratia nec excludantur impetrant, Quæ tamen si nescio qualiter omnia fere Se- necæ pro uerbis inserta reperiam, siue ipse, siue alter, siue quispiā de alieno liberalis fuerit, proprio tamen auctori surripienda non arbitror. Sunt tamen huiusmodi:

*Mulum consilium est, quod mutari non potest.
Beneficium dando accepit quod digno dedit.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Cui plus licet quàm par est, plus uult quàm licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo est.
Hæredis stetus, sub persona risus est.
Furor fit, laesa sapius patientia.
Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficij est, quo petitur si citò neget.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunquam periculum sine periculo uincitur.
Frugalitas miseria est rumor & boni.
Ita amicum habeas, ut hunc posse fieri inimicum putes.*

Hæc Publij sunt sententiæ, in quæ um singulis aliquantisper, insistere non grauaret, nisi quia tractatus sapientia, inter insipientis manus, nescio quo pacto supra quàm putaueram exercuit, & ad finem propero. hæc dixisse fati est, has mihi sententiæ, non rām Histronis quæ Philosophi uideri, facileq; omnes omnino meo iudicio probari, præter penultimam, quàm non sine causa Seneca, uelut sibi aduersam liquit, atque ultimā, de qua quid cum Ci- cerone sentirem, dixi iam.

LABERIVS.

CAeterum pro tot Asiæ regibus aut populis, in Capitolium secutis, currus triūphan- tium Romanorum sufficiat, ad uindictam, quod nunc Romanus eques à cōciuius longè distractus, Asiaticum uictorem suum, in hoc opere subsequitur. Laberius inter eos, qui Mimos scriptitarūt, diu clarissimus uictus tandem est à Publio. quippe à quo nunc ta- lium studiosus nemo non uictus est: quod & Iulius Cæsar diffiniuit his uerbis: Fauente ti- bi me, uictus es Laberi à Syro. Et Laberius ipse, tam æquanimitè tolit, ut uictum se sine al- tercatione fateretur, his sapientia plenis & memoratu dignis uersibus:

*Non possunt primi esse omnes omni tempore.
Summum ad gradum cum claritatis uenerit.
Consistes agrè, & citius quàm descendas decides.
Cecidi ego, cadet qui sequitur, Lau: est publica.*

PROVERBIA SINE AVCTORE.

Nunc quædam & sine auctore famosissima, longo usu in prouerbiū uersa, & uelut omnium hominum approbata consensu, qualia sunt innumerabilia, in sermone uul- gari, quæ uel horrens uillicus, uel tremens anus, si enunciet interdum, ut mirari nos cogat & subsistere, & repetiti uerbi laudare sententiā, acumen, ornatum, uim, sonum, magnifi- centiam, breuitatem, deniq; uel in silentio fateri, nihil de tali re melius, nihil uerius, nihil sa- pientius, nihil elegantius etiam, ab eruditissimis & disertissimis dici posse. Nimirum à tali- bus, nec ab alijs, à primordio dicta sunt, licet ea postmodum, & spectata ueritas, & memo- riæ amica breuitas, in uulgus effuderunt, multa quoq; huius generis, passim per auctorum libros offendimus, ex quibus exempli causa pauca subiicimus.

Fortis fortuna adiuvat.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Sine Libero & Cerere friget Venus.

Licet hæc apud Terentium sint. Item quod inter Senecæ uerba connumerant.

Auarus nihil rectè facit nisi cum moritur.

Sic est profectò, uiuens enim nulli bonus, nec sibi nec alteri, moriens hæredè uoti competentem facit, & se curis liberat nulli malus. Item illud:

Summum ius, summa iniuria.

Quod sanè, ut Cicero uult in Officiorum libris intelligitur, & sanam habet sententiam, si non ad localem unionem contrariorum trahitur, & non minus sapièter dictum apparebit, ubi in animum uenerit, quantò plura flagitia in magnis urbibus, quàm in solitudine pertrantur. superuacuum per singula discurrere. hic raptum filia, ille uxoris adulterum, alter fratris, alter nati uolentam mortem deflet, hic immeritum carcerem, hic aculeum passus est, hic furtum pertulit, hic rapinam, hic præsidis, hic potèntioris uicini superbia quatitur, hic de uerborum, hic de uerberum indignitate cõqueritur, hic auito lare pellitur, hic obsceno premitur seruitio, tot iniuriarum modis leges non sufficiunt. atqui hæc in medijs urbibus fiunt, præcipueq; illustribus, mirum cum has constet summo iure subsistere. Alioquin ruituras quis neget? Sed ut uetus prouerbiu testatur, hæc prorsus aduersa simul stant. Summum ius, summa iniuria. Nec illud sapientia uacat Græcū prouerbiu, quo iubemur, ut:

Quam quisq; nouit artem in hac se exerceat.

Id quàm malè seruetur nostris præsertim temporibus, quis non uidet, qui uel tenuiter ad humanos actus oculum deflectatur, hic legum peritus in bellum ruit, ille armis exercitus forum terit, iste dominio genitus mercibus ac fœnori studet, ille aratris natus, à ligonibus ad tyrannidem aspirat, hic disputator argutus concionantibus obstrepit, hic cõcionator egregius Dialecticis syllogismis inhiat, uterq; manū calamo applicat, & quia sibi aliquid uidetur intelligere, ardet libros cõponere, seq; notum facere posteritati, qua in re me quoque cum cæteris arguo, & ardens famæ desideriu, totq; diurnos ac nocturnos labores meos, forsan effectu carituros, atq; interim ad alia, etsi non speciosius, certè fructuosius cõuertendos. Non est cuiusuis ingenij libros scribere, magna quidem res est, & singularis & difficilis, & paucorum hominum, sed multa inquis intelligo, multaq; lōgo studio quæsiui, cur me à scribèdo dehortaris? quia fieri potest, ut rectè quis sentiat, & id quod sentit politè eloqui non possit. quis hoc profectò M. Tullius, & si nullus diceret, unusquisq; tamen ita esse fatebitur, cui non sit insitum, pro uoluptate potius quàm ueritate contendere. Quid igitur faciam dices? Si consiliu poscis, accipe quod ego impetu animi raptus, mihi ipsi ne quicquam sapius inculco. Studium tuum ambitione careat ac pompa, saluti inuigilet, non gloria, profecisse te depulsis tenebris ignorantia, uel ad intellectus lumè duntaxat, uel etiã linguæ claritatem agnoscis, Deo gratias agens, utero bono tuo æquantimèter, humiliter, & ubi facilius ac foelicius potes ingenium exerce, scribere autè eius rei peritis linq; memor Graij prouerbij, quod nunc in manibus est, ita forte membranis parceretur, facièdijq; libros aliquis erit modus. sed instabis. Ego laborem non metuo, nec aliter quàm tu scribèdi propositum frenare possum, quid hic præter temporis ac studij iacturam reprehensibile est? respondit idem Cicero: Mandare quæquam, inquit, cogitationes suas literis, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorè, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis. uides igitur non sapientia tantum, sed modestia causa temperandum; at rursus urgebis & inculcabis mihi Satyricum illud:

Tenet insanabile multos scribendi cachoetos.

Quid fiet, abstinere non possum, ab hoc mundo delectabili, da ueniam, hanc negare nequeo morbo simili laborans, id tibi tamen mihi quæ denuncio euenturum, quod ibidem Cicero subiungit: Suos, inquit, libros ipsi legant cum suis, nec quisquam attingit præter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti uolunt. hæc tamen mecum cum lectore rixatus sim, deinde ad propositum reuertor:

Quam quisque nouit artem in hac se exerceat.

Metiatur

Metiatur seipsum quisq; nec pulcherrimū, sed quod aptissimū sit cogitet, sibi atque illud arripiat, Nunc autè aliena miramur, nostra contemnimus, et incõsulta gloria cupidine, non nostris actibus exercemur, ipsi deniq; uim natura nititur inferre. Minimè igitur mirum est, si studiorū nostrorū tales sunt exitus, & de his quidem atq; horum similibus nihil amplius.

R E X I N N O M I N A T V S.

INter auctore carentia, apud Valeriu innominati Regis dictū ponam, qui oblatū diadema, nō cōfestim supimponens capiti, cū animo & manib. diutius uersasset, his ad postremū uerbis usus est: O carū & illustrè potius q̄ foelicem pannū, cuius quisq; discrimina curasq; & molestias p̄uideat, de terra subleuare negligat. sapiens dictū fateor, sed tū quoq; regē dicerem, quando historia aditū uiderè, diadema eum cum uerbis abieciisse. crebri enim sunt regnorum, ac rerū temporalium dominatores, rarissimi contemptores. nec sine causa dictum reor à Poëta: *Aude hospes contemnere opes.* quia arduus & paucarum mentium est ille contemptus.

R E C E N T I O R E S.

H A D R I A N V S R O M. P O N T.

REGio simillimū Pontificale uerbū, tempus est enim, iam ad ætatem nostram descendendi. Hadrianū Rom. Pont. sæpè dicentē audiuisse, Polycrates refert, q̄ sibi præfamiliaris fuit, nullū se ab hoste suo quolibet maius suppliciu optare, q̄ ut Papa fieret. Et profectò nisi fallor, summi Pontificatus, sarcinam quæ uulgò foelix & inuidiosa uidet, humeris subiisse difficillimū, & gloriosum miseræ genus est. his dico, q̄ eā seq; ab omni cõtagio præcipitioq; præseruare decreuerit. reliqs enim quantò leuior uidetur, tantò funestior status est, uidetur itaque apud utrosque formidabilis, quod si ille fatebatur, qui id onus paucis diebus pertulit, quid illis uideri debeat qui sub falce senuerunt.

R O B E R T V S R E X S I C I L I A E.

SEd nomine truncus erit, & informis Sapiencia tractatus, absq; Roberti nomine: nec sego nunc uitā eius, q̄ tota moris ac sapientia norma est, nec longè ætatis acta commemoro, de quibus solis uel poëtico uel historico sermone, quantūq; præsens impetus animo suaferit, integer retendendus nobis liber est, si largiente Deo studijs nostris ociosum tēpus affusserit. ut si qd apud posteros fidei aut gratia noster labor inueniet. Nepotū populus intelligat, hunc ætati Regē cõtigisse, quæ nulla nō sapientissimū ætas dictura sit. quauis enim inclitū nomē eius, ope nostra nō egeat, contraq; potius nostrū eius auxilio, & claritatē & diurnitatem sperare queat, tamē tā digno tamq; hon esto officio fungi, dulce erit, pmixtis quæ nominib. amborū, regia famam nullius indigā, debito obsego p̄sequi, propriam uerò & illius radijs illustrare, & in æuum pariter fortassis extendere. qs enim librū q̄ de Roberto rege inscriptus erit abiciat: qs nō cupidè quocunq; stilo scriptū relegat: hoc nempè proposito, precib. quas, heu, supremo, mitissimus digressū, fundere dignatus est, illicet acquirere uimus, ut Africam sibi Scipioni deniq; nostro dicarem. quanta autè nobis uoluptas erit, de illo scribere, cui tam libenti animo de illo scripta sacrauimus: quam deniq; iucundū cū uenerit, quo nihil in terris dulcius, iam nūc cogitatione præsumimus. Verū & si uitam differre cogimur, mortem saltem liceat attingere: immò uerò uitæ melioris exordiū, qs enim mortem dixerit: Decubuerat corpore quidē languidus, sed animo alacri & infracto, nullus dolor, nulla consternatio, nullus egrediendi metus, nullum manendi desiderium, in illo præsertim habitaculo, ubi tanto cū honore permanerat corporis ergastulū, artusq; fatis fatiscientes, uelut totidem libertatis suæ uincula cernebat, arebat cutis, & uitalis calor infra senile pectus, iam redactus, asidue decrecebat, ingeminabant morbi, rarecebat spiritus, transibat dies ultimus, extremæ horæ tempus instabat, nullæ interim querulæ, nullæ ipsius lachrymæ fluebant, cum alienas abstergeret. sentio quid mihi argutus nunc lector obiciat. Fortitudinis hoc potius quàm sapientia uideri. non inficio, non contendo, sciens & uirtutibus inesse cognationem quandam, & hunc ipsum de quo loquimur omnibus usque in miraculum abundasse. hoc sanè quod sequetur, ad hoc quod per tot præambula tendebat stilus, sapientis & uniuersa circūspicientis, atque in extremis solito iudicio fruuentis animi signum est, quid enim prohibet quod in singulis uel regibus uel Philosophis miratur anti-

kk

quitas

quitas: in hoc (dicendū est enim sapius) & Rege simul & Philosopho posteritate admira-
ris. nouerat se suis esse charissimū, seq̄ id meritū gaudebat, quibus grauissimū se memorem
relinquere certus erat. Videbat adolescentulos regni successores, et ætatem multis obiectā
periculis uerebatur. nouerat sacrum religiosæ coniugis arcanū, fugam è seculo illo adhuc
superstite, meditantis. tuto quidem poterat illustri foeminae regni pondus committere, po-
terat illi animo superædificare quantumlibet fundamenta nō deerant, nisi ipsa, quod euen-
tus docuit, quamuis miserata casum publicum, saluti propriæ succurrere maluisset, seq̄
post sepulchrum tanti coniugis, mox intra sacros parietes monasterij sepelisset, ad altiora
suspirans. hoc muliebri propositum iam pridem cognitum, multa uoluentis animū ange-
bat, quis habenas rerū post se flecteret, q̄s Regnū status acciperet, circumspectabat scopu-
los, meminerat procellarum, & ab aquilone & ab austro uenturasq̄ præfagiens tempesta-
tes, gubernator egregius, clauum commissurus inexpertis, quid mirum, si sollicitudinum
uariarum fluctibus æstuabat: tot difficultatibus rerum quæ uegetum licet ac ualidum fati-
gare debuissent, moriens indefesso animi uigore consuluit. Primum omnium flentes ac eius
conditionem miserantes, magnifice castigatos docuit, nil sibi triste, nil asperum, nil misera-
bile, nil molestum, deniq̄ nil nisi sua uē prorsus & iucundum morte contingere. satis se iux-
ta Cæsaream sententiam, uel naturā uixisse uel gloriæ, optare se iam ex corporis statione di-
scedere, sperare ab hoc mortali folio digressum, ad stabiliora regna proficisci. minimè ita-
que lugendum, sed omni gaudio prosequendum iter suum. quid multa: sic omnium ge-
mitus oratione compescuit, sic omnem miseriarum mortis opinionem ex audientium pe-
ctoribus extirpauit, ut nunc usq̄ sese foelices arbitrentur, quibus illum ex ipsa morte con-
cionantem contigit audire, nec moriens cubiculo ullas Philosophorum scholas præferat.
Demum aduersus singula quæ terribilia prouidebat, accommodata remedia, ueluti præsti-
tura uenenis antidota dictauit, regni gubernacula successoribus, quos matrimonio iunxe-
rat tradidit, identidem admonens, hoc istud consilio, hoc illud periculum declinare. sic cū
subiectis, sic cum amicis, sic cum hostibus uiuere. hæc & alia similia, cum solita & acuta ma-
gis maiestate dixisset, tota mente in Deum uersus expirauit, & è corporis uinculis lætus
excessit. O foelicem perfectamq̄ sapientiam, inter mortis angustias, cum cæteris homini-
bus nedum rerum externarum, sed sui etiam ipsius uix ulla superest memoria, ita secum
omni ex parte consistere, ita superstites consolari, tanquam non ipse, sed hi morituri sint,
ita res suas disponere, ceu rus peteret non sepulchrum, Et regno quidem in longum con-
suluit, modò uoces abeuntis animis inhaerint, (nec quod multum uereor) externis uitæ
consilijs euanescent. ego autem hæcenus domini mei finem referens, inter contrarios af-
fectus distrahor, & amara quadam pascor dulcedine, nec unquam nisi lachrymis coactus
ab hoc sermone diuellerer.

M A P H E V S M E D I O L A N E N S I S.

MApheus Vice comes, uir hac ætate prudentissimus est habitus, is Mediolanensi pa-
tria, præpotentis inimici uiribus pulsus, dum ad Canem magnum Veronensem,
exulum atque inopum, ut iam diximus, hospitale notissimum confugisset, turbas homi-
num atque conspectum uitans, quod curis grauioribus pressi solent, procul à ciuitate so-
litarium, ut aiunt, sibi elegit habitaculum. ubi cum breui tempore deserti senis exilium lu-
dibrium esse inciperet, quo fama loqueretur, solum ac uagantem, dies integros, supra ri-
pam Benaci lacus agere, superbus hostis unum ex suis ad eum illudendū gratia misisse
traditur: qui soliuagum ut audierat prospiciens, aliquandiu contemplatus accessit, & do-
mini sui uerbis quæsiuit primum, Quid illic solus ageret: respondit senior: Retia tendo, so-
lus ideo, ne quis obstrepet. subsecutus nuncius. Qui me inquit dirigit, scire cupit ex te, qui-
bus uis & quando speres in patriam reuerti. Et ille: Eisdem, inquit, quibus egressus sum,
sed non antequam flagitia sua, sceleribus meis præponderare cœperint, tunc me purga-
tum leuiorem quæ remeare, illum pōderibus suis descendere ac præcipitem agi necesse est.
quod cum Mediolani domino renunciatum foret, exclamasse unum ex astantibus ferunt.
Seniculus ille, ex omnibus quæ habuerat, nihil præter spem sensum quæ retinuit: nec dum
tamq̄

tamen tuto contemnitur. & profectō sapienter ad utrunq̄ responderat. Primum quod se-
cretum eius procul ab omnium turbis ageret, in secundo enim non sapiens modò, sed ua-
res fuit. siquidem non multo post, hostis exuperante nequitia, cui insolens dabat alimenta
foelicitas, illa deiecta, ipse uictor redijt, in qua usq̄ in præsentem diem, ut uidemus ipsius &
nepotes dominantur & filij.

R E L I G I O S V S Q U I D A M.

Dictum unum audire placuit, & referre delectat, Religiosus quidam uir spectatæ san-
ctitatis, ac iam senio grauis, ad insequentis diei conuiuium inuitatus. Si quid, ait, nūc
ex me uultis præto sum, quid uerò cras agendum sit, uos quibus uacat, cogitate. ego enim
à multis annis, crastinum non habui. o foelix si uera memorasti, quid enim: miserum formi-
dare potest, qui crastini curis resecatis, hunc diem ut extremum ordinat, ut extremum aspi-
cit: omnium rerum suarum in expedito rationem habens, nec de præteritis nec de futuris
anxius. summa, hunc & sacra cum delectatione uiuere necesse est, impletis uitæ officijs, &
sarcinulis ritè compositis, adhuc inter homines cunctantem, & nihil iam præter Dei reuo-
cantis imperium expectantem. o iterum & iterum foelix, nec scio an foelicio, si dicere
posses, quod est apud Senecam: Iam paratus nihil cogito: de die toto cogitare, arbitror
alioquin stultè se artasse ad uesperam.

E R V D I T V S Q U I D A M.

Quam hoc rectè præmissis addiderim, uiderint doctiores, mihi prætermittere quidē
nō libuit. Brixienis uir, & morum & sanguinis nobilitate conspicuus dicitur, ego
enim homine nō noui, sed quod sæpè mihi relatum est teneo. inter multa nimirum quæ
sapienter & cum amicis, & cum uicinis agit, hunc cum filijs morem seruat, usq̄ ad quartū
decimum ætatis annum ferulis & uerberibus lasciuientes domat, tenerum ac tractabile in-
genium, omnibus modis ad arbitrium suum fingens. postq̄ uerò pubertatem attingunt,
flagris abiectis, precibus ac monitis ad uirtutem cohortatur, & rectam uiuendi uiam se-
dulo illis obtestans, & pericula dinumerans, quæ obliquis tramitibus gradientes manēt.
hoc patris officium dicitans, filios enim esse, nō seruos, cū quibus neruis & catenis agen-
dum. adijcit & illam facti rationem. Quid, inquit, se simul & filium torquere iuuat, sapien-
tem nemo nisi Deus facit. itaq̄ dum nihil intelligunt, officium tuum imple. post, admonu-
isse satis est de reliquis, si quid carcere uel supplicio dignum interuenerit, & tibi parce &
filio, curamq̄ hanc omnem supremo artifice committe. Sensi ego quidem in multis, sed in
me ipso clarius frustra naturæ repugnari, quanto enim studio parentes mei egerant, ut pa-
trimoniū aucturus, Ius civile perdiscerē. in quo uiuentibus ijs aliquantulum processi, ut
autem mihi relictus sum, eò redij, unde nunquam animi intentione discesseram. Valdè pa-
rentibus cupiebā obsequi, sed natura cogebat, nec dici necesse est, q̄ omnes norūt, q̄ pro-
cul hæc me ab illorum opinione raptauerit. Nunc quoniam duo maximi tractatus, unum
ingentem librum occupant, pars primæ uirtutis tertia, quarto mandabitur uolumini.

F R A N C I S C I P E T R A R -
CHÆ V. C. R E R V M M E M O R A N -
D A R V M, L I B. I I I.

D E P R U D E N T I A. C A P. I.

A P P I V S C L A U D I V S.



Altioribus incipiam, quid enim P. R. in terris altius fuit: huius euen-
tus ab illustribus uiris, multo ante prouisus est, Appius Claudius in
omni sermone, negotium Romanorum otio præferre solitus fertur. at
quæ memoria tam demens est, quæ ocij dulcedinem negotiorum curis
si facultas securitasque cum ocio contingat, non præferendam censeat:
sed in anteriora prospiciens uir cautissimus, uidebat id quod exitus ap-
probabat, Romanam uirtutem negotijs ali segnitie marcescere.

Q. METELLVS.

Equidem quod id generali quadam admonitione atque indefinitè censuerat, Q. Metellus, rebus ipsis applicuit, bello enim Secundo Punico, pulso tandem ex Italia Hannibale, ac subacta Carthagine, cunctis gaudio exultantibus, solus in Senatu graui ac circumspecta sententia usus est. Ignorare se asserens, an ea uictoria lætabilior, an formidabilior esset Reip. sicut enim Hannibal alpes ingenti strepitu transgressus, concussa Italia, dormitantem P. R. excitasset, ita uerendum, ne illo digresso, silentio & pacis reditu, rursum obdormiscerent, & quos labor ac metus exercuerant, securus torpor opprimeret.

S C I P I O N A S I C A.

Nam quid aliud ante oculos habebat ille uir, optimus à Senatu iudicatus Nasica, tertio bello Punico, dum à sententia Catonis Censorij, qui uir omnium sapientissimus habebatur, acerrimè constanterque dissentiret, & illo censente, inexorabiliter delendam esse Carthaginè, aduersatus est. non quod urbem infestissimam partius odisset, sed quod patriam diligeret, cuius mores, prouidere se dicebat, in luxuriam abituros, amoto æmulae urbis stimulo. atque utinam eius tunc consilium ualuisse, longioris æui forsitan Romanae felicitas fuisset, nec hostili urbe ferro flammisque consumpta, ipsa tam breui post tempore, non armis, sed citius, prope lentibus, corruisset, pace bellorum gloriam inquinante, atque orbem domitum uedicante luxuria. & hoc quidem de moderatore terrarum ac principe nationum populo, nunc de illustribus, populi eius uiris, ab alijs itidem, qui perclaris coniecturis, prouisa sint referant, à Cæsaribus incipientes, quibus nihil occurrit hac in urbe sublimius, in hac quoque tanta rerum altitudine, quia de longinquo cernenti, supremus omnium primum mihi uertex ostenditur, ille mihi stilo etiam preferendus est.

L. S V L L A.

Ilius Cæsar futurus rerum dominus, ad illud principatus fastigium, immo uerò ad cœlum, opinione hominum peruenturus, quippe

Imperium oceano famam qui terminet æstris, ut Virgilius ait,

Ipsè is inquam, ut mundus agnosceret, nihil non licere fortunæ, inopem, atque sollicitam & inquietam egit adolescentiam, Persequente eum L. Sulla, qui tunc euerse Reip. imperitabat, è medio atque hominum ex oculis fugiens, nec in latebris tutus erat, nisi eas crebro, & ut ait Suetonius, prope per noctes singulas commutaret, seque ab inquisitoribus, pecunia redimeret. Impertuno morbo quartanae præter cætera uexatus, sic cum amico suo ludebat eo tempore fortuna, dum inter XL. et XX. ætatis annu ageret, interuentu tandem uirginis Vestalium, & clarissimorum uirorum, qui eum affinitate, & persecutorem amicitia contingebant, uix ueniam consecutus est. Cum enim Sulla preces eorum non admitteret, atque illi ex aduerso obstinata importunitate precarentur, nec facturi finem uiderentur, fessus exclamauit. Et uobis, hunc Cæsarem habetote, dum noueritis, hunc ipsum cuius salutem tanto studio procuratis, futurum quidem optimatum, quorum uos mecum propugnatores fuistis, & publicæ salutis euerforem: nam Cæsari multi insunt Marij. Idem Sulla optimates crebro, sicut Suetonius refert, et nominatim Pompeium Magnum, ut est in Saturnalibus, amicum & familiarem suum, tum cum nihil omnino formidabile uideretur, admonuit: ut Caueret illum puerum male præcinctum. Cæsarem habitu significans. quid hac prouidentia diuinius? quid his coniecturis certius? puerum studijs liberalibus eruditum, ne diuitijs nec potestate terribilem, sic introspicere, ut senectutis etiam euenta præuideas. quid enim non ne quod de optimatibus prædixerat, tum sæpè, tum in campis Theffalicis impletum est, ubi totus ferè Romanæ nobilitatis sanguis effusus, turbidos amnes transmisit ad maria: quod autem Pompeium præmonuit, haud quaquam superuacuum fuisse, & quidem Theffalicus dies experimento fuit, et ille præcipue, quo ad littus Aegyptium, urgente fortuna compulsus est, & modo triumphator gentium, infandæ regis imperio miserabiliter descriptus, inopem regi truncum uoluendum fluctibus, medicatum caput spectandum præbuit uictori. At quia Cæsareum nomen attigimus, euagandi materiam stilius habet, tam uehementes enim aliquot coniecturas sub hoc nomine reperio, ut propè suspicari cogar, nescio quid non prouidentia tantum, sed diuinationis sub illis pectoribus habuisse.

THEO.

THEODORVS.

ITaque de Tiberio in primis libera coniectura Theodori, eoque mirabilior, & ante concepta apertius expressa est. Hic enim, tunc Rethoricae magister, Tiberium puerum perspicaciter intuitus, quotiens obiurgare eum uellet, non nisi Lutum à sanguine maceratum, uocitabat, satis proprie, etiam si post morum suorum experimenta, & imperij facinora dicerentur, quibus enim uerbis, uel accommodatius uel breuius, post annum septuagesimum illud loquens, segnem ac foedam & cruentam hominis naturam, ac præsentis actus effigiare potuisset, quam senis mores ex puerilibus indicijs designauit.

T I B E R I V S I M P.

Age quam euidens ipsius Tiberij de C. Caligula successore prouidentia, habebat eum supra fidem, non tantum sibi obsequentem, sed suis omnibus nihil indignantem, omnia etiam aspera & grauius & æquanimitè tolerantem, usque adeo, ut principatus actibus primæuo obsequio collatis, res in prouerbium uersa sit. Nullus seruus Caio melior, nullus peior dominus. & tamen interdum dicere solebat. Illum suo, & omnium exitio uiuere, et uenensum & mortiferum mundo animal Romæ ali. mirum quod eum uiuere diutius passus est. sed puto sic recens quod CHRISTI mors, & sanguis innocuus exigebat, sic humanum merebatur genus, ut scelestum imperium ferus & inhumanus princeps exciperet, ipse quidem Tiberius dignus erat talem & prouidere, & habere suæ mortis auctorem. nam de eo minus miror, quod Galbam quem præuiderat rerum potiturum, sub annis puerilibus non sustulit. neque enim dissimulauit causam, quod ille tunc puer in extrema demum ætate peruenturus esset ad imperium. Itaque uita sanè, inquit, quando id ad nos nihil pertinet. & Caesari quidem fructus ex ipsis floribus potuit conicere, at Galbæ principatus quibus coniecturis, uel ipse, uel Augustus, simile enim & de ipso scribi uidetur, tam longe præuiderat, non uacat res miraculo, nisi quia ut id Cæsaribus insitum quodammodo credatur, Vespasianus effecit, quem mox attingam, si ordinis non deferendi gratia, unum prius adiecero.

D O M I T I V S N E R O.

Domitius, Neronis mundo pestilens & damnosus pater, natum sibi filium audiens, congrulantibus amicis, nullo tactus gaudio. Scitote, inquit, ex me & Agrippina nihil nisi abhorrèdum & infaustum, ac publice nociturum potuisse procreari. o infelix, sed uerax uates. unde hæc tibi tanta præscientia futurorum? notus eras tibi tu, nota coniunx execrabilis, quis te impetus implicuit tam mœstis amplexibus? sed debebatur hic partus moribus humanis, & princeps imperio Romano, qui Caligulae nomen ac titulos obscuraret, ac tu geniturae mirabilis pater, sciens mundo nocuisti, clara profectò hinc illincque coniecturarum aderant inditia, quibus tam proprie ad communis filij notitiam penetrare.

V E S P A S I A N V S A V G.

Vespasianus quidem (ne differam quod pollicitus sum) duos filios habens, quam nec hæreditas iam Cæsares faceret sed fortuna, nec ipse cuius suorum successisset, tam constanter tamen filium suum, quod mirabile est, utrunque sibi successurum præuidit, ut multas coniurationes & insidias perpessus, tandem in Senatu non dubitaret asserere, Frustrà se dolis appeti, & inani successu: se enim sublato, aut filios suos imperium habituros aut neminem, nec fessellit oraculo similior uox quam mortalis hominis coniectura. Idem: Domitianum filium supercoenam fungis abstinentem cunctis auditibus irrisit, fati sui negotium dicens: Nec enim fungos sibi metuendos esse, sed gladios. tanto ante illi genus suæ mortis denuncians. Quæ cunque ferè de Cæsaribus dicta sunt, uacua consilij dixerim, sed plena miraculi, quid enim profuit de longinquo uenturos casus præuidisse, nec obuiam esse, cum iri posset si modo poterat? Nec erat, ut est apud Poëtam:

Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum!

Ut cunque se res habebat, propter admirationem tantum memoriam meruerunt, in his autem qui sequuntur, & prouidentiam miror & consilium laudo, futuris periculis abiectum, quis & ut plerumque solet, ab imperita multitudine spretum atque calcatum sit. Nihil enim bene suadentium

kk ; dentium

dentium laudibus officit, obstrepentium furor, multis profuit ad gloriam quæ dicerent, quæ uero consulerent contemni dum clarior prouidentia fides, magnis post laudibus, qualis est, hinc iam ab urbe simul & Cæsariibus abeundum est.

EXTERNI.

IOSEPHVS.

Occurrit autem post Vespasianum Iosephus, uir apud suos clarus, nec obscurus apud nostros, qui ab eodem captus, tempore quo Neronis imperio bellum gerebat in Iudæa. Cum sibi uincula circumdari uideret, quasi nihil motus breui captiuitate, & omnino futuri certus. Tu idem inquit Vespasiane, quæ nunc alterius iussu uinciri facis, cito Imperator factus, iubebis absolui, id sane quibus coniecturis præuiderit incertum, nisi quia & nota Neronis impietas, uelocem casum, & spectatum Vespasiani meritum, ascensum polliceri poterat, quo rerum potentia, nihil inhumani formidandum erat, his forte uir prouidus ad salutis ac libertatis spem, ratiocinando peruenerat: propter quod tam intrepidè loquebatur.

HERENNIUS SAMNIVS.

Pontius Samnitum Imperator, apud Caudium ambos Coss. atque omnem exercitum Romanum fortè præruptis & angustis locis incluserat, miserabile spectaculum, tot fortissimos uiros ademptæ pugnae copia & armatos simul & captiuos cernere. Cum interuentus noctis, animos ab operibus in curas traduxisset, nec minus lætitia uictoribus, quæ inclusis dolor consilium ademisset, uisum est Herennium uictoris Patrem, uirum & ætate & sapientia prouectum consulere, neque enim procul aberat. Senex audito rerum statu, consilium dedit, ut abire permitteretur, insuper & honorificis uerbis, & omni obsequiorum genere prosequerentur. quod ubi in consilio castrorum, apud feroces animos iuuenum agitari coepit, nimis mole ac prisus senile consilium, de tam infestis hostibus, & indigna res omnibus uideri, proinde iussus nuncius reuerti, & uirilius responsum poscere: at ille, Omnes ad unum occidendos censuit Romanos. enim uero tum cuncti, præcipue imperator delirantem iam senio patrem affirmare, qui de eadem re tam repugnantia suaderet, quia tamen fama hominis ingens erat, placuit rursus exquirere, si quod fortè medium consilium haberet. tum uero senior stratu sese iussit attolli, & uehiculo impositum ad castra filii præferri, cuius ad aduentum circumfusis omnibus. Nihil, inquit noui, consilium daturus uenio, sed eorum quæ dedi dicturus rationem. Primum quidem est, Romanos bello clarissimos et optimos mortalium uiros, grandi & insperato beneficio astrictos, ex inimicitijs ad amicitias attrahere & uobis ac posteris uestris, tam ualida gentis præsidium promereri. Quo nam enim modo, unquam odisse poterunt, aut eos, aut sobolem, per quos se meminerint uitæ ac libertati reddidisse hoc de uobis displicet. secundum reor, uti præsentis fortuna, & gentem inimicam extirpare radicitus, sic enim in longum, non tantum uobis consulitis, sed his qui ex uobis etiam nascentur, tertium sane quod ex me petitis, consilium nullum est. Nam quos, inquit, in manibus habetis dimittere contumelios affectos, ea demum sententia est, quæ nec hostem tollit, nec amicos parat. O sapientem senem, & singula prouidentem, ueruntamen cæcus & insolens uictoris animus, utroque consilio despecto, tertium quod ille damnauerat amplexus, exercitum ac consules exarmatos, & sub iugum actos relaxauit. quod cum annunciatum esset Herennio, ut audiuit, eos moestissimos deiectis frontibus abire, nec amicum, nec hostem posse à quoquam Romano uerbum extorquere. Heu, inquit, miseri, quam graues minæ, sub hoc silentio premuntur. id quoque quam uere præuiderit, subsecuta Samnitum strages: duce Papyrio Curfore, re impositumque iugum Pontio legionibus testantur.

HANNIO.

At ut duos prouidos senes, de diuersis climatibus coniungam, Hannio Carthaginensis, uir apud suos spectata prouidentia, præferuidum Hannibalis ingenium, ab infantia contemplatus, semper suauiter continendum domi sub legibus, docendumque ex æquo cum ciuibus suis uiuere, abstrahendum ab exercitiis, ne intempestiuo assuefactus imperio, postquam ciuem dedidisset, tyrannum ageret. id an salubriter præmoneret, declarauit exitus. quanta enim cum Africæ Hispaniaque & Italia ruina, quantoque populorum cum gemitu ac sanguine,

sanguine, imperitandi dulcedinem semel degustatam, perpetrare propter ille nisus sit, tam notum est, ut commemoratione non egeat. Nouerat utique senex hic, alteram eius exilij partem, quod Perich. adscribit Aristophanes, de quo dictum est supra. Ideo ut Hannibal, ad summam licet potentiam euecto, obtrectare non desierit, & in Italia iam tonantis uictorias, ausus sit uerbis extenuare, quamuis obstrepente populo, & tristis exitus uaticinari, seu pacis eum amor cogeret, seu patriæ (nam inuidiam in tanto uiro, & si aduersarij criminentur, ego non suspicor) denique post Cannensem cladem, & illud penè nouissimum uulnus imperij Romani, cum Mago tam magnæ foelicitatis nuncius in Carthaginensi Senatu rem omnem, ut gesta erat exposuisset, & stragis infinitæ modum, quasi numero non posset, coram affusis annulorum aureorum modijs, qui Romanis ciuibus occisis, dempti fuerant metiretur, cunctis lætitia attonitis, Hanno solus in eodem habitu persistens, interrogauit: Non quid ob tam grauem casum, quisquam sociorum P. R. ad Hannibalem transfugisset? Vbi nullum ideo fidem mutasse cognouit, censuit legatos è uestigio mittendos, qui pacem à Romanis peterent, in eo rerum statu facilius impetrandam. quæ sententia parui remissique animi, multis tum fortassis uisa est, post autem, serò licet, geminis Carthaginensium ruinis, summæ prouidentia apparuit.

ACHITVS.

Nec illa prætereunda est Achiti senis exclamatio, qui cum primo concionantem adulescentem Periclem audiret, repente Philistrati, quem senio grauem, iuuenis audierat recordatus. Cauete, ait, hunc iuuenem Ciues, est enim in loquendo persimilis Pisistrato. Vulgo quidem plausibiliter nihil nisi præsentia cernenti, senis autem & præterita memoranti, & futura prouidenti, formidabiliter loqui uisus est. quid igitur fallum ne præfagij, aut non rectè prouidit, qui ex sermonum similitudine, coniecturam traxit ad similitudinem animorum? profecto Pericles alter erat Pisistratus, nisi quod ad euerendam libertatem ille linguam praeferit & dextram armauerat, huic lingua sufficit. Et nunc hi tres senes remaneant inuicem fabulantes, modo diuersitas linguarum non impediatur, ostentantesque alter alteri, incredulam patriam, iuuenum consilium in cineres resolutam, nos iter inceptum sequamur. Postquam uero per præsentia à præteritis in anteriora transgressi sumus, non alienum forte fuerit, aliquot species attingere, earum rerum per quas ad præsentiam secuturi temporis, curiositas humana suspirat, quamuis non ignoremus, prouidentiam uiuorum, diuinationem anicularum esse propriam. Verum quia utriusque studium de futuro est, eatenus similes uidentur, ut illa rectis tramitibus procedente, hæc perplexis erret anfractibus. Itaque quo illa peruenit, hæc nititur frustra, quidem nisi dirigentem per tenebras fortuna mortalium ignorantiam, idque perraro, sicut sapientissimis uiris, uisu & experimento copertum est. quamobrem iuxta posita sunt, ut uno uelut obtutu, uideas quam fugias, quam uere sequaris. Id enim est, eius de qua iam diu loquimur prudentia, placet autem ex oraculis exordiri.

DE ORACVLIS. Cap. II.

Oraculum est ut à Seneca diffinitur, uoluntas diuina, hominis ore enunciata quod si sic intelligitur, iam piger incepti, præstat titulum abradere, nam quis ego sum, qui sacros Dei nuncios prophetas ueteres attingam stilo? non ea uis animo, neque id meæ facultatis est opus, uerum quia & si migraturo similis, sapè impedimenta collegerim, migrare tamè hactenus non contingit, eo quod uisco teneor, ut à secularibus studijs nequeam auelli. Sic intelligi postulo, non tanquam de infallibilis & omnipotentis Dei, sed quasi de demoniorum, quos illi deos uocant, responsis, scripturus sim, si enim illi dij forent, cur non hæc oracula dicerentur? diffinitio quidem non abhorret. Utique enim mortalis homo consueuerat illis spiritibus impleri, & sic uentura prædicere, sed tam multis ambagibus obsita, ut facile internoscas, fallax instigator anhelantis uatis pectus impelleret. ex hoc genere responsum illud est Delphici Apollinis datum Tarquinio Superbo: quod si apertum & euidentem fuisse, nequaquam tantam laudem acumen, interpretis meruisset. sed de hoc suo loco dictum est. Hic autem similia quaedam, ex uaria librorum lectione collegi, quibus lector admonitus gaudeat, & Deo gratias agat, quod ex te-

nebris eductus, & ad serenæ lucis speculum reservatus est. nec vereatur aut Iouē aut quem uis aliū ex illorū dīs, & quem in hoc præ cunctis attollunt, Apollinē irridere, præsertim cū M. Tullius uir eius sectæ, atq; illorum temporum longè doctissimus, in libris suis, libera eum irrisione despiciat, quem ille suspiceret publicæq; crederet insanix, nobis tamen insitū est, & execrari peregrinum mendacis Dei nomen & odisse. ad hoc autem proderit aliquas eius fallacias agnoscere, quibus humani generis illusor, potius quàm consultor, famam sibi diuinitatis, multa miserorum cæcitate quæsiuerit.

APOLLO DELPHICVS.

Appius Claudius, is qui ciuili bello Pompeianas partes secutus est, de euentu rerū dubius, uicinum castris, qui iam tum neglectus obmutuerat, retenta Apollinem. Itaq; Phemenoēs quædam templi uates, in antrū compulsa, solitoq; exarsuans furore, fertur in hanc sententiā respōdisse. Magnas huius belli minas Romane ne timeas, nihil enim ad te, quoniā in pace litus Euboicū, uelut quidā Euboæ cellā possidebis. quo ille responso, uelut in somnis accepto, pplexior discessit indeq; uenerat. sed non multo post, apud locū q; Euboæ cella dicit, quo secutus respōsi, quē putabat sensū se cōtulerat, ante supmū prælium morbo interiit. ita subtractus bellis & sepulchro cōditus Euboico, fidē fecit oraculo.

I D E M.

Nero Cæsar portendi sibi mutationem status, à Mathematicis acceperat, qui in hoc concordēs, in eo discordabant, quæ nā fortuna imperio deiectū exciperet. his æger Delphicum oraculum experiri statuit, sic enim sibi uisum est, ab hominum, hæcilationem suam ad diuinum consiliū traducere. inde sibi responsum est. Annum LXXIII. caueret. quod cum audisset, homini inconsiderato, & uix tricesimum ætatis supergresso, tanta securitas inceserat, ut iam nil metuens, & prosperitatem & ætatem sibi integram sponderet, quasi ante prænunciatum tempus ab Apolline, mori non posset. eodemq; uanitatē & insolentiæ raptus est, ut pretiosissimis quibusdam rebus, maritima tempestate deperditis, affirmaret eas ad se uel piscium obsequio reuersuras. Talibus intumuerat erroribus cum subito ab omnibus destitutus, & ad turpissimam compulsus est mortem, utiq; consiliario dignus Apolline, quamuis mendaciæ parens, ne quid mentitus uideretur, consuetis ambagibus atq; arte prouiderit, quod ipse Nero suprema illa nocte, audito clamore militari, suum execrante, & Galbæ nomen celebrante, sero licet qui uerit intelligere, & ad infelicitatis suæ cumulum auctorem oraculi ueridicum opinari, Galba enim successor, terrium & septuagesimum annum tunc agebat.

APOLLO HELIOPOLITANVS.

Apod Heliopolim Aegyptiorum templum, fuit perplexis, ut aiunt numinibus incertū, q; & Soli sibi coleret, & Iupiter, & Apollo. de hoc quidem incertior fama est, sed hunc quoq; tēpli eius accolā ex furore ministrorū & ex diuinatione cōfirmant. hūc igitur Traianus, hortantib. amicis, bello Parthico consulendū ratus, Romano more, fidē oraculi prætemptare uoluit, ne quid fortè mortalis fallaciæ fingeret, sigillatimq; literas transmisit, ad quas sibi petijt respōderi. erat enim mos, & de lōgino quo per epistolā consulendi. Spiritus ille uaferrimus, q; in cōsignatione imperialiū literarū forsan interfuerat, temptatum se intelligens, ut humanā irritaret insanā, nosse se cōmentū cōsulentis ostendit: oratus enim, ad id quod in literis clausum erat respondere, chartam poposcit, quam cum sacerdotes attulissent, sicut erat claudisus & remitti illis quidem attonitis, & quid sibi uellent præstigia dei sui, cum admiratione reputantibus, nec minus admirans Imperator, oblatam uidit & aperuit, ut qui solus facti conscius foret, & chartam illi signatam, quoque sed uacuum misisset. Itaque iam satis expertum credens, & de templi religione certissimus, secundis literis consuluit. Effet ne post belli finem Romam reuersurus, ille autem scripto nihil, uitem in partes sectam, ac sudario inuolutam remisit principi Traiani, mors proximis uindemīs consecuta, reliquæ quæ Romam reportatæ, respōsi nubilum discussurunt.

FORTVNANTIA.

Sed ne Apollo solus imperatoribus nostris irriserit, C. Caligula, uarijs undiq; prodigijs spullatus, templū Fortunæ Antij cōsuluit, quē locū ueluti natalē, sibi omnib. locis atq; secessibus

secessibus (ut Trāquillus ait) semper prætulera. respōsum: Caueret à Cassio. ea re permotus: Cassio Longinquo, qui Proconsulari imperio tunc Asiā obtinebat, destinauit mortē, & fortè cōsultor id agebat, sed Caius interim à Chæreā, qui & ipse licet minus uulgato nomine Cassius erat, interfectus est.

CARMELIDEVS.

Vespasiano autem sub Nerone rem Hierosolymis gerente, uicinum Carmeli montis oraculum, experiendi desiderium incesit. unde in immensum actus est, accepto responso, quicquid mēte cōcepisset, quicquid tēptasset successurū foeliciter, quāuis arduū aut laboriosum uideretur. parū per iste fidelis, & paulominus ueraciter. sed ad Apollinē reuertor.

EXTERNA.

APOLLO DELPHICVS.

At ne clarius inter uicinos locutum putes, sub aduentu Xerxis, territis Græciæ urbibus, ab Atheniensibus consultus, quo nam modò saluti propriæ ac filijs prouiderent: respondit, Muris ligneis, id ambiguum more suo, confusumq; consiliū Themistocles interpretans, pro muris ligneis, Naues intellexit, idq; hortate eo, deserta urbs, turba ad bellandum inhabiles, & pretiosissima rerum repostis locis abdita, ipsi autem armati classe conscēsa, experiri fortunā pelagi decreuere, casus præstitit, & Salaminæ uictoriæ successus, ut consultor uerax haberetur. qua in re, si non plus illinc Xerxis ignauia, hinc Themistoclis consiliū ac uirtus, quàm Apollinis oraculum effecisset, ægre profectò muris ligneis, hostis tam numerosus excipi ualuisse.

I D E M.

Paulo Lacedæmonijs apertior, quibus eadem tempestate consulenti, aut a urbi aut regi eorundem pereundum esse respondit. atq; ita contigit. Rex enim Leonides gloriosissime moriens, patriam reliquit incolumē, quanquam rectè iudicantibus, oraculo regis mors, uirtuti regiæ, salus urbis ascribenda sit.

I D E M.

Quid quod in consilio anceps & obscurus, in adulando clarus & simplex reperitur: quid causæ putem interuenisse, nisi ut illic remediū occultaret, hic superbā & inanem iactantiam, mortalium pectoribus ingereret: utrobique fallendi propositum uilia te gere, damnosa reuelare, Socratem omnium qui uiuerent esse sapientissimum respondit. nullum hic inuolucrum, aperte locutus est, nec puto falsum dixit, sed quorsum his laudandi blanditijs pergeret, non uideo, nisi ut hominē doctissimum, & cuius molestē sapientiam se rebat, æstimatione sui ipsius tumidum, & uelut diuino iudicio prælatum insanire compelleret. harum fortè blanditiarum fidem sibi reddebat, Socrates, cum Xenophōti discipulo secundum Platonem præclarissimo interroganti. Nunquid suaderet Epicurum sequi: postquam sententiā suam explicuit, hoc in fine responsum dedit. Et nostrū quidē, inquit, humanum est consiliū, sed rebus in obscuris & incertis, ad Apollinem censeo referendum, ad quem etiam maioribus rebus Athenienses publicè semper retulerunt. at quantò tu Socrates melior, quantòq; consilij sanioris, quàm is, ad quem discipulum remittebas, nisi in hoc uno, quod ille tibi optimus & consultissimus uideretur, sed redeo ad Apollinem.

I D E M.

Lycurgo Delphicum cōsulentē, ignorare se ait, Eum ne dīs an hominibus aggregaret. Limmo uerò non ignorabas perfide, cui loquebaris, hominem esse non Deum, tibi tamen & omnibus tui similibus dīs longè præferendum: sed quid aliud hac simulata ignorantia uoluisti, nisi ut egregium uirum, & inter homines præcellentem, ridiculū semideum opinione sua faceres, & immensis laudibus inflatum, ex eo quod fuerat, magno ut sibi uidebaris teste conuelleres, eumq; qui ad te, homo certus ac modestus uenerat, remittens immodestum, atq; inter diuinitatis ac humanitatis uestigia titubantem: Vnū mihi ueterator hic uidetur respōdisse fideliter, nisi taliū moris esset aliquid interdū ueri dicere, quo liberius in reliqs mentiar. siquidē cū Gyges ille Platonicus, pessimū nefas, de pastore rex Lydorū, & insuetis fortunæ fauorib. sese efferēs, oracula Delphis exgreret, nū quā inter homines se

beatior foret: uox ab antris reddita, Agladium Sophidium inopem quendam ac rusticum feniculum in finibus Archadiæ latrantem, cæterum cupidinibus ac terroribus liberum, & exiguo rure, regum diuinitas exæquantem scelliciore diffiniuit, nec immerito. Non enim exterius sed introrsus, & in ipso animo uera scelicitas sita est. huic aperte uerum respondit (ut dixi) quo liberius illuderet multis, illudit autem, ne longius eam in eodem regno alteri, quem multo minus circumueniri par fuerat.

I D E M.

CRœsus opulentissimus Lydorum Rex, bellum moturus in Persas, tali responso fertur illus. Crœsus Halym penetras, magnam peruertet opum uim, amphibologicè prorsus ac fallaciter, nam ut ait Cicero, hostium uim se peruersurum putauit, peruertit autem suam uim: utrum eorum accidisset uerum oraculum fuisse.

I D E M.

Nihilo purius actum esse traditum est, cū Pyrrho, qui bellum Romanis illaturus, dum Delphos consulit, hoc responsum, ut ait Ennius accepit. Aio te Aeacida, Romanos uincere posse, demens Pyrrhus, si non intelligeret utra partium uincisset, uerificatum oraculum uideri, sic uersutus artifex texuerat, sic in omnes casus profugium ueritatis occupauerat. Hoc, inquam, adeo manifestam fallaciã præfert, ut quanquã sicut Ennius idem ait, semper fuerit stolidũ genus Aeacidarũ, tamẽ ut dixi perpendi absq; difficultate potuerat. Illud obscurius, quod Crassum decepit, q; uel Chrissyppum potuisset fallere, sic enim apud Ciceronem scriptũ est, cui tamẽ ad postremũ, tota res cõmentitia uidetur, & hoc à Poëta fictũ suspicatur, illud ab historico, rationes affert. Primũ enim Latine Apollinẽ nunquã locutum fuisse, deniq; Pyrrhi tẽporibus, iam uerificari desisse. & hoc ultimũ (ut eo libro per multa) irrisiue dictum arbitror, tamen utcumq;, non multũ his rationibus moueor, quoniam & in latinam linguam transferri, & in carmine inferri potuit ambiguitas oraculi, Græcis & solutis primum uerbis adita. Nam si ad linguam respicio, quæcumq; oraculis dicta sunt, Latine quidem apud nostros, de Græco fonte descēdunt, Græcè uel ab Apolline prolata, uel ab illis memorizæ mandata, nec linguarum uarietas obsuit ueritati. Tertia igitur me Ciceronis ratio, uolentius impellit, ait enim, hoc Pyrrho responsum inauditum Græcis. Itaq; satis credo, potest hoc ab Ennio, suo quodam iure factum esse, de Herodoro autem quem Cicero ipse patrem historizæ uocat, quod superioris oraculi fictor extiterit, non tam facile crediderim, in dubio igitur uisum est, et utrumq; attigere, & Ciceronianam de hac re, non præterire sententiam.

I D E M.

QVam uerò illud anceps & inopinabile, quod Philippus Macedo, ex eodem adito accepit, ut imminens sibi, scilicet à quadriga periculum præuideret. quo audito rex anxius, dissolui curtus per omnem Macedoniam imperauit, quin & oppidum Boëtizæ cui Quadriga nomen erat, ut fatalem sibi perpetuò declinauit: uel ut quidam ferunt, iussit eueri, frustra tamen, aliò namq; minax oraculum spectabat. Capulus gladij, quo eum Pausanias transfodit, quadrigæ coelaturã dicitur habuisse. Hoc quidẽ est, curas atq; animi tormentũ credulis mortalibus ingerere, cautelã remediũq; præcipere. itaq; Tullius eleganter illud. Nec enim obscura tantũ, sed mendax admonitio quasi rex capulo, & nõ cuspide moriturus sit. hic sanè nullũ responsi colorẽ, nullũ ueritatis uestigiũ, aut uiuẽs aut moriẽs intellexit.

H A M M O N I U P I T E R.

Huius autẽ generis & uxoris Olympiadis germanus Alexander, cui Iupiter ille nihilofidelior aut certior Apolline respondit, urbem Pandosia amnemq; Acherusiam uitarẽt, eò cupidius ex Epeiro descendens, ubi urbem ac amnem prænunciatum esse nouerat, in Italiam uenit, ibi pugnans cum Brutijs ac Lucanis, iuxta urbem & flumen Acherunta, bello uictus, & interfectus est. itaque serò fatalibus nominibus auditis corruens, agnouit frustra se patriam reliquisse. potuit hic uir placatior mori, Ioui suo. quam Philippus Apollini.

APOLLO

A P O L L O D E L P H I C V S

His autem furijs agebatur insensata mortalitas, fidens consultoribus infestis, senatum sibi è media inimicorum urbe delegerat, nondum tempus erat ex tam profundis renebris emergendi, persequebatur humanum genus diuina ultio, & sic meritũ premebat, ut si dici fas est, superstitionibus humanis cœlestis patientia faueret, quid enim fuisse aliud reor (si modo est uerum quod clarissimi auctores tradidere) Cleophantem ut ipsi nominant sophistam, ineptũ ac mordacẽ, ut ego arbitror philosophũ & prudentẽ, sed ut ferè accidit, parũ læti successus hominem irridendi animo cõsuluisse Apollinem Delphicum, an esset hæctenus equum reperiturus: cum uerò nec equum quæreret, nec hæctenus habuisset, respõsumq; reperiturum quidem equum, sed ex eodem casurum, & præcipitio moriturũ, Cleophantem uerò iure optimo deridentem, quæ audierat, dũ redijt, casu quodã habuisse obijt Attalũ regem, sibi insensum, atq; eo mandate deiectũ de prærupto laxi cuiusdam uertice (cui equi nomen agricolæ forsan, & pastores indiderant) expirasse, & læso (ut aiunt Deo iusta supplicia pependisse (ut mihi magis uidei) iniquæ Forti tributũ in expiabile perfoluisset, quis autem miretur uulgus indoctum obstupefactum huius euentu, cœpisse Apollinem non modo ut ueridicũ, sed uelut acrem quocq; suarũ offensarũ uindicem, plus etiam solito uenerari ac metuere? Sed quæso te Valeri maxime, uosq; qui secum & cum Apolline sentitis, si tam grauius & tam citò ultus est Apollo temptatoris huius iniuriam, quid fecit M. Tullio non tempranti, sed apertissimè contemnti, neque id uerbo uolatili, sed æternum permanens libris; neque id semel modo sed millies, & quotiens in hæc uerba reuoluitur, usq; adeo, ut non ætate sua tantum, sed & diũ ante cessasse Delphis oracula, & nihil illo specu mutocq; terræ hiatu dicat inueniri posse contemptius, opineturq; nec primis seculis illic fuisse, nisi fortuitæ raræq; ueritatis habitaculũ, quando & eos qui euasunculas quærunr, dicentes uim loci eius euauisse, tractu tẽporis sic irridet, ut dicat eos non aduertere, quod de ui diuina agitur, quæ si est utiq; æterna est, sed perinde loqui quasi de uino aut salisameto, que uim suam sumit temporanea potestate & paulatim euanescent. Itaq; hæc discitantes, philosophos supersticiosos & penè phanaticos appellat, qui excusationis friuolas, ineptijs suis malunt exquirere, euauisse fingentes, quàm ueritatem ingenuè cõfiteri, & errorem suũ uel serò recognoscere, quod diuissimè circũuenti sunt super huiusmodi oraculis, partim falsis (ut ipsi Tullij uerbis utar) partim casu ueris, ut sit in omni oratione sapissimè partim flexiloquis, & obscuris ut interpretes egeat interprete & fors ipsa, ad sortẽ referenda sit. hæc de Apolline M. Tullius: legeras tu quidem Valeri ista, & proculdubio noueras, ut qui ex Tullianis libris magnam conflasti operis tui partem, quo te ac seculum tuum magis admiror, quo nõ modo uanitas hæc, tantum fidei apud doctissimos uestros inuenerit, præsertim postquam innotuerat eam tam libere, ac tam grauius ab illo Latinorum literarũ parente contemni: nec adduci possum, ut credam non id te atq; alios doctos homines sensisse, illud potius rear, sicut stellas quas cœlo appositas, & cœlestis fugæ moderatrices ferunt, quamuis ad orientem moueantur, firmamenti tamen impetus in diuersum rapit, sic uos licet motu proprio ad ueritatem pronos, populorum tamen erroribus uolenter, in nõ contrarium deuolutos, nisi fortè nunc etiam opinari libet, Apollinem nostrum, non segnius in Cicerone iniurias ultum suas uos quæ in opinione confirmat indignum & crudele supplicium tanti uiri, cui utinam non magis uel Romanum odium, quàm Delphicum, uel Philippicarum, quàm diuinationis liber, uel in Cæsarem & Antonium, quàm Apollinem dicta nocuissent, & de oraculo satis dixisse mihi uideor.

D E D I U I N A T I O N E. C A P. III.

S I B Y L L A E.

Proximũ à dijs (ut ipsi uocant) immortalibus tenere locũ putabantur mortales homines, aut diuinitus aut humanitus, id quæ seu naturaliter seu artificio quodam, futurorum præcij, quippe quibus in hac hominum cæcitate discutiens umbram corpoream, & obiectam uenturi nubem penetrans, inest diuinationo magna quædam res & salutis, si modo est ulla, sicut de hac tota re locutus Cicero præfatur in hoc autem genere,

genere, Sybillis non indignè primus gradus dabitur, quod quadam diuinitatis familiaritate, ad intimū uerū fontē propius uideantur accedere. has quidem plurimas fuisse nouimus, quarū nōnulli scriptores, & numerum & ætatem & patriā & actus & nomina collegerūt, quod nobis hoc loco prosequi longum nimis, & curiosum magis quàm necessarium uideatur. sed quoniam de naturali diuinatione institutus nobis erat sermo, quæ & furore, hoc est oraculis à furente redditis & somnijs constare credatur, dicto de Apollinis aliquid, de Sibyllinis oraculis dicendum occurrebat prius quàm ad somnia ueniremus. ac nescio an hæc quorum adhuc fides & auctoritas uigent, illis quorum iam pridem error explosus est, meruerunt anteponi. sed uetustatis ordinem secutus sum. Ex cunctis quidem Sibyllis, & hoc attigisse satis sit, quatuor celebrantur Delphica, Erithræa, Cumana, Tiburtina. primā ante tempus heroicum, in ipso Apollinis templo uaticinantem memorant, multos ex eius uersibus Homerum Poëtam operibus suis interseruisse. Secundam nomine Eriphylem & Lacenos maris imperium amissuros, diū ante cecinisse, & perituram Troiam, & Meoniū uatem, qui multis post seculis natus est mendacia scripturum. Extrat libellus quem sibi attribuerunt, in quo (si modò suus est) Troianorum & Græcorum exitus, & Romanæ urbis & imperij originē & labores & successus uarios. Inter hæc aduentum Dei terras, multaq; religionis nostræ clarissima: multa quoque de erroribus externis & internis, denique alienigenarum ac nostris euentibus, non modò usq; ad hanc ætatem, sed usq; ad finem seculi prophetauit. Tertia nomine Amalthea, cuius locum nuper propè Cumas Campaniæ uidi-mus, Romanos ex cunctis mortalibus delegisse traditur, quibus uentura prædiceret, indignata suum cunctis seruire furorem, ut eleganter ait quidam, quin & libros edidisse, in quibus Romanorum fata remediaq; conscripserit, qui Sibyllini dicuntur, & quorum omnis Romana historia plena est, nota res est antiquis annalibus, & nouis testatissima: anum peregrinam & nulli cognitam adijisse Tarquiniū Superbum, ac nouem libros attulisse, dicentem eos diuina esse oracula & uenales fore. Regem uerò percontatum de pretio, cū grāde quiddam audiuisset. an tribus libris accēso corā igniculo, perustis quesuisset, uellet ne sex alios eo pretio comparare, quod primum omnibus statuerat: enim uerò tū Tarquiniū delirantem senio foemīnam proculdubio credidisse ac derisisse profusius, iam tribus alijs in eādē flammam coniectis, tres qui soli supererant porrexisset regi, mitiusq; iam & in modum consulentis, ut hos eodem pretio emeret hortata est. Regem muliebri fiducia attonitum, libros quo suadebatur pretio cōparasse, uenditricem illic euanuisse, nunc usquam uisam aut repertam, libros in sacrarium repositos, consuli, & pro oraculis haberi, multis cōsuetū seculis, donec incesso tandem Capitolio perierunt. Quartam uero nomine Albunæ omnium nouissimam Sibyllarū, temporibus Augusti Cæsaris fuisse, atq; illū successibus licet & eximio fauore hominū elatū, diuinos tamen honores, quos ei populus Romanus obtulerat reuentem, in proposito sobrio ac modesto confirmasse, adductoq; per noctē in Tarpeium collem, & ostensa in cælo uirgine sydereū infantem ulnis amplexū, unū Deū docuisse fama est. Extare huius uisionis argumentū in terris, aram cæli, & in eodē & ipso loco, quem dū cælū suspicit uestigijs preslerit admirans, templum Puerperæ dedicatum uirgini. Cæterum de alijs sex Sibyllis præcipitare sententiā non est meum. scio enim quia Deo nec impossibile, quicquam nec difficile, licuisse secretum suū credere cui libuit. Video harum Vatiū responsis & oraculis, ab orbe toto, sed ab urbe singulariter, & ab illo sapienter S. P. Q. R. tantum fidei tributum, ut per decem, siue etiam quindecim uiros, celebri apud eos sanctitate ac fide cōspicuos, in dubijs casibus, Reip. ex Sibyllinis libris, uelut e cælo suæ salutis cōsilia quæreretur. Possem & hic ut in oraculis Apollinis, aliquā iniquissimorum spiritū fallaciam suspicari, ni uiderem doctores nostros, diuino spiritu afflatos, Sibyllis credere, & præsertim Erithræa, multa quæ de *CHRISTO* prædixisse creditur, suspicientes alacriter, & ad diuinitatis testimonium proferentes. deniq; usq; adeo hæsitantes, ut ex eis quidam præcienæ huiusmodi rationē afferant, quod scilicet Sibyllarū insigne uirginitas est (ut eorū uerbis utar) & uirginitatis pretiū diuinitas Aeolico enim sermone Sibylla. *σιὸν θουλλὰ* dicitur: id est Dei consilium, q; sola scribitur nosse uirginitas. audio tamen Ciceronem ex diuerso, diuinitatis hoc genus paulò reuerentius, quam cæteri refellentem, cum

quatenus

quatenus quidem ex uerbis eius colligo, Iulio Cæsare rerum potente contigerat, ut Sibyllinis libris ex morte aditis, responderetur in hanc sententiā. Quem uerè regē haberent, regem quoque eum appellandum, si salui esse uellent. regium autem nomen, apud alias gentes uenerabile, apud Romanos odiosum, & importabile, semper fuisse nouimus. itaq; Cicero consilium illud abominatur ac respuit, humanamq; fraudem modis omnibus subesse non dubitat, ambages enim huiusmodi, quæ indefinitæ prolatae, possent ad quemlibet hominem ac rem, & ad omne tempus applicari, nō ab illa, quæ librorum auctrix dicitur furere, sed ab aliquo ac uersuto compositas uideri. Alia deinceps ex eisdem libris elicit iudicia, diligeret et artificiosè mentientis scriptoris potius quàm insani: ad postremum tamen si Sibyllam damnare non audeat, libros tamen eius non facillè legendos, nec iniussu Senatus aduendos censet. & de his quidem hætenus.

DE SOMNIIS. Cap. IIII.

Somniorum casus scrutentur alijs, nos hoc libro (quod sæpè iam diximus) rerum exemplis conquirimus. Sed præfari libet M. Tullium aduersus hanc quoque uanitatē, & eorum amentiam, qui somnijs fidem habent acriter disputasse. quæ disputatio (nisi fallor) sine dicam mihi, sed cuius hominī retexēda sit, aut illius uestigijs insistendum, idemq; narrationis ordo seruandus erit, aut profectò aliquid, uel de sententiarum grauitate, uel de uerborum elegantia remittendum, quis enim quæso nisi impudentissimus sperare audeat, illū diuinum atq; aureum orationis fontem, non se si diuerterit turbaturum aut parem, uel claritatem uel suauitatem, procul à scatebrarum suarum primordijs reperturum? Verecundius quidem foret ac tutius, ipsam Tullianam disputationem, aut omittere, aut non aliter quàm Tullianis uerbis exprimere. sed nec prætermittere uisum est, rē & si non lectori, mihi certe necessariam probatamq; nec rursus totam disputationis seriem ad cōtextū resoluere. ne sim longior q̄ oportet, mediū elegi, summam rei colligens, quæ talis est. Non dicere philosophū aut prudentem hominem ineptis atq; anilibus superstitionibus aurem inclinare, sed ridiculū opinari, qui uigilantes nec præsentia intelligere, nec præteritorū meminisse q̄ant, eos cum obdormierint etiam uentura prænoscere. quasi amici uel familiariorq; sopitis atq; stertentibus, quàm uigili animo apertisq; oculis meditātib; sit Deus, qui si auctor somniorum esset futurūq; aliquid denunciare hominibus uellet, uel apertè uel aliqua quæ intelligi posset inspiratione consuleret, cū omnium quæ sub cælo sunt mortalū Deū (nemo enim nō somniat) ne dum lectulos, sed ægrotantiū quoq; grabatulos circumire, & insulurrare innumerabiles ambagū species, necq; cū expereciti fuerint memoriā habituris, credere, q̄ de uera eius præstantia minus sana opinio. deinde si dormientibus tantū consuli uellet, clariora saltem statuisset somnia, non atra & cōfusa, quæ dormientes expauescent. & uigilantes ad interpretem diluculo & referre soleant. hic accidit, q; cū Deus nullius falsi auctor sit, uera esse omnia quæ in somnijs cernimus necesse esse, quæ cū ita sint, illud potius philosopho dignū arbitratur Cicero, æstimare uisa hæc, quibus sopor hominū abundat, naturaliter euenire, sine ulla significatione rerū futurarū. animum enim agitante, propria natura, à motu nunquam posse requiescere. Enim uerò cum languida & somnolenta mole corporis, nec membrorum nec sensuum uti possit officio dum per seipsum ad aliquid agendum uidentum quæ cæcus rapitur, incidere in imagines ambiguas rerum uariarum, id quæ ex reliquijs inhærentibus, earum rerum quas uigilans egerit, aut cogitauerit prouenire, cuius rei testē facit Aristotelem. earūq; perturbatione miras inenodabiles occurrere somniorum formas, è quibus si quædā falsæ, quædā ueræ sūt, scire cupit ille uir doctissimus, quæ nā interno scatur nota, siue ea nulla est, cur in casum interpretes fatigemus? quin & si ulla est, ad hūc terminum uiam illam his nugatoribus censet incognitam, præsertim cum explorare res abditas, & ea quæ in somnijs hominibus diuinitus portendūt (q; hi hominū culi profiteri nō dubitant) profundissimi ingenij perfectæq; doctrinæ sit. Hos autem uideamus, primum ex leuissimo (ut ipse ait) & indoctissimo genere constare, deinde non ex ulla somniorū uel, sed ex proprio acumine iudicare, ideoq; inter se uarios atque discordes, ad quod probandum, quædam afferit, de quibus inferius dicemus, ita quamuis diuinationē cōcederet quæ negat, diuinum

diuinum tamen nullum contenderet. Scio quidem de hac re alios aliter sentire, nec sum ne-
sciens, quantum gloriæ puer Hebræus ex somniorum interpretatione percepit, sed illic nõ
ars humana, sed cœlestis reuelatio. hæc tandem de somnijs utcunq; meis uerbis explicita,
non tam mea quam Ciceronis intētio est, & si enim Academico more disputans, nihil per-
tinaciter affirmet, quominus liberum relinquat, & integrum auditorem, quia cum ut ipse
alio quodam loco de Socrate & Platone loquēs ait, uixisse secum mihi uideor, ex loquen-
di usu, de opinione eius nõ aliter certus sum, quam si quæ legi, ex ore narrantis accepi-
sē. Quo magis miror, ita quosdam de somnijs scripsisse, uelut indubitatā traducerent historiā
cum ipsum de cuius fontibus hauriebant, cernerent hæc eadem dum recitant contemnen-
tem. Velle mihi uidentur superstitiones hominum augere. sic enim somnia renarrant,
quæ casus aliquis uera fecit, quasi nihil frustra somnari persuadere cupiant, rudibus inge-
nijs, quæ in illas primum literas fors impegit, ita apud credulum uulgus auctoritas inter-
pretū ingens erit, neglectisq; rebus omnibus, satis negotij cuiq; suus somnus afferet, ali-
quāto plus tibi tribuet sollicitudinis q̄ quæris. quanto satius fuerat docere, ut de mille unū
non accidit, cui uel tenuis sit cum ueritate cognatio. Totis autem noctibus dormientes,
ac sæpè meridianes, quid mirum si nonnūquam uerò quædam proxima uideamus. horum
aliqua iam hinc scribere aggrediar. Falsa enim quis caperet liber, & hæc quoq; sic legi uo-
lo, ut agnoscat potius fortunæ uis, quam quod fides somnijs habeatur.

S E X. T A R Q. S V P E R B V S.

AT ut à uetustissimis incipiam, scribit Actius in Bruto Tarquiniū Superbū, huius-
cemodi somnium uidisse Pastorem ad se uenire, arietes geminos agentem, seq; cum
ex his alterum immolabat, aspexisse superstitem, irruentem obnixis cornibus, se autem re-
pentino impetu grauer prostratum, atq; humi resupinum dum cœlū suspicit animadu-
ertisse, solis orbem nouum & insuetum iter agere. quod cum ad interpretes retulisset, mo-
nitū regem aiunt, cauendum ne quem ipse rudem, ut pecus & monstrum putaret, ille eum
latenti prudentia armatus regno pelleret. Solis autem ostentum, commutationem status
populo significare. atqui nõ aliter euenit, Brutus cuius germanū rex oppresserat, & cuius
ingenium ludibrio erat, ille regem nomēq; regium expulit, Romana res mutata, unius in
locum perpetui regis, duos annuos inagistratus habere coepit.

P. D E C I V S.

CVm Romani quondam iniquis locis à Samnitibus circumclusi grauer urgerentur,
P. Decius, tunc tribunus militum, uisus sibi est in somnijs inter densissimos cuneos
occumbere multa mortens gloria. quo somnio uir fortissimus, gloriæ sitientissimus, non
tam territus, quam ad promissi exitus cupiditatem animatus. nullum periculi genus decli-
nare coeperat, & ab amici ut cautius pugnaret admonitus, somnium ac propositum suum
illis exposuit. tunc tamen præter opinionem illæsus, saluum exercitum, & faucibus hostium
eduxit, uerum post triēnio interiecto, sera fides somnio quæ sita est. Bello siquidem Latino
Cos. ipse se pro Rep. deuouit, & in medias inimicorum acies inuectus, tanta gloria oppe-
tijt, ut natum ad simile mortis hæreditariæ desiderium excitaret. hæc ad hunc propriè mo-
dum & in annalibus Romæ scripta, & apud Tullium relata sunt, alij aliter sed illustriori-
bus deferendum est.

R U R I C O L A R O M A N V S.

Idem & in eo quod sequitur dicēdum, quod apud alios uariè, apud Ciceronem in hanc
sententiā refertur. Dum ludos Ioui bello Latino facerent, primum quidem subito ad ar-
ma concursum & urbs omnis commota est, deinde dum interruptos ludos redintegrarēt,
in ipso apparatu, Seruus quidam inter ora populi, uirgis cæsus, furcāq; circumferens ad sup-
plicium actus. post autem Ruricolæ Romano, per quietem adesse quidam uisus, qui ludo-
rum præsidem, sibi displicuisse narraret, eamque rem Senatu notam facere præciperet. Ti-
muit in expertus agrestis, Capitolium pulsare, dormienti rursus imago eadē obuersata, cō-
sulere uisa est, ne se in suā perniciē segnitia impelleret, nec ideo ille securior factus est. cū cō-
tra filij morte subtrahit, & imagine iterū minatus impante, ipse insup mēbris debilitat, ac cō-
trahit. sed enim cū coact⁹ rē omnē ut acciderat amicis exposuit, ex eorū arbitrio lectica in
curia

tandem rei seriem patribus explicasset, domum incolumis suis pedibus redijt, somniocq;
Senatui approbato, ludi ex integro instituti sunt. Ego autē non plenè uideo, qualiter semel
& sæpius per quietem occurfare queat uel Iouis uel alterius cuiuslibet imago, aut quo nā
ille modo corporeas uires auferre possit aut reddere, non satis inteligo. ausim tamen uel
somnia non credere, quanquā hoc Fabius, hoc A. Gellius, hoc Cælius, deniq; hoc omnes
Historici ut apud Ciceronem asserunt, cum uideam nec ipsum ad credendum facilem, uel
illud meminisse, nequaquā impossibile, & amissionem & recuperationem uirium, & filij
mortem, & quæcunq; talia in somnijs seu uisi seu dilati, seu postea in Senatu expositi tem-
pus incidisse. quid enim prohibet quocunq; tempore fieri, quod omni tempore fieri potest?
noua tamen res fateor, eum nūq; mirabilis, & ad fallendum efficax.

C. G R A C C H V S.

Neq; enim est prætereundum, quid in eadem historia scriptū est, C. Gracchus quæstus
re candidatus, uidere per somnium Tiberiū Gracchum germanum suum, qui pridē
gladio perierat uisus est, & audire dicentem: Quantumlibet differret ac traheret, idem illi
tandē q; sibi præparatū mortis genus. hoc ex ipso C. Graccho, prius q̄ tribunatū plebis, in
quo perijt cōsequēter se audiuisse, & multis renarrasse, ipse scriptor historiæ Cælius testat.

I V L. C A E S A R.

NVnc in augustos ingrediamur thalamos, & quid in stratis aureis somnietur explore-
mus. Diuus Iulius Cæsar, adhuc Romanus eques, uisus erat per quietem, cum ma-
tre misceri nihil est equidem, quod nõ & possit & soleat somniantibus occurrere, & quæ
nunquam cogitarunt, & quæ cogitatu horrida, & quæ secundum rerum naturam impos-
sibilia inauditaq; sunt uident. Ipse tam foedo somnio grauer turbatus, rem ad interpretes
retulit, illi eum spe non modica repleuerunt, promissum orbis imperium asserentes, quo-
niam mater cui incubuisset terra esset communis eius & cunctorum genitrix. non dubito
multos iam idem somniasse, nõ eodem successu. Cæterum ut ea uera interpretata uiderentur,
singularis uiri uirtus & fortuna præstitit.

I D E M.

NEc segnior mortis, quam imperij præuicius sibi somnus accidit, nocte quidem, quæ
dies uitæ nouissimus insecutus est, uidet se à terris ablatum supra nubes uolitare, &
interdū dexterā cū Ioue coniungere. q; quāuis ad coniectorē relatū nõ legamus, tamen ut
res docuit, & insitās à rebus humanis digressus, & relatio eius inter Deos significari potuit.

C A L P H V R N I A.

ALiquantò tamē clarius Calphurniæ uxoris somniū, quæ eadem illa nocte cædis præ-
uia tectum palatij collapsum, uirumq; in gremio transfixum suo uidit in somnijs.
quod cum Cæsari narrasset, multis cum precibus ac lachrymis obtestans, ne luce proxima
in Capitolium ascenderet. ipse collatis somnijs, simul & aduersa tentus ualitudine, parum
per hæsitauit, utrum pergeret, an se domi contineret, his quæ nunc agere destinauerat in tē-
pus a iud dilatis, atq; ita substitit, donec ille trux et inhumanus proditor, qui sub eo tam glo-
riose militiam & tot amplissimos honores gesserat, frequētem Senatū adesse, & expecta-
re ait, & ut moras rumperet egit, tū siue insita urbanitate uictus, ne tot illustriū uirorū expe-
ctationē frustraret, siue ut Valerio placet ne foeminea uisione territus uideret, siue ut ego
arbitror, quia fatalis eū reposcebat dies, uentūq; erat ad terminū, quem præterire non lice-
bat, paruit, & circiter quintam diei horam, eò profectus, unde non redijt.

A C T O R I V S.

HOc forsan exēplo monitus diuus Augustus, huius cædis magnificus uindex, nequa-
quam contemptor somniorum fuit, eaq; sibi quodam tempore salutaris obseruatio
fuisse legitur. Dum enim interfectores patris iusto stimulante odio profectus, fortuna q̄
Thestalicā areā, uentilandis ciuilibus bellis egerat, in cāpis Philippicis, adhuc penè Roma-
no sanguine fumantibus, Romanos iterū contraxit exercitus. instabat autē pugnae dies, cui
Augustus graui tardatus morbo, nullatenus interfuturus uidebatur. nocte igitur cui præ-
litū successit, Actorio medico dormiēti, Mineræ effigies obseruata est, iubēs ne ægrotū suū
ob infirmitatē pateret plio abesse. q; ut agnouit Cæsar, animi uirib. fragile corpus adiuuās,
lectica

lecticæ sese impositum educi aduersus hostem imperauit, initoq; certamine, dum mirabili constantia & morbi simul & armorum profertur imperum, tertium utroque maius periculum euasit. eodem enim tempore quo acies confligebant, Brutus in castris remansisse illi raturus, in tentorium eius irrupit, cubiculumq; in quo facere putabatur innumeris gladijs cupide laniatum atq; discerptum est. Sapiens igitur uel in somnio Minterua dixerit quispian, quæ ægri curam non sibi sed Medico commisit: & apparenti morbo intentum abdita pestis admonuit: quo consilio succursum est, ne ad supremum fortunæ fastigium uenturus adulescens, primis gradibus excideret, quem inter homines descensura diuinitas, terrarum tunc futurum præsidem præuiderat ab æterno & lege sanxerat inuolabili.

OCTAVIUS.

Ire igitur magnus & incomparabilis uir clarus Augustus, sub quo Deum nec nasci potuit nec describi, cuius futuram magnitudinem genitrix, claritatem genitor, si quæ somnijs fides est, per quietem uidit antequam nasceretur. Acta quidem mater prægnans, uidit uiscera sua ad coelum tolli, & inde per omnem terrarum atq; ætheris circuitum diffundi, pater autem Octavius, iubar solis alio uxor emergere, quid his uisus illustrius? quid certius? Octavius idem post partum coniugis, cum per deserta Thraciæ ducens exercitum Romanum, & in templo Liberi patris more barbarico sacrificans, interrogansq; de filio tempore a sacerdotibus accepisset. Eum de quo quæreret futurum mundi Dominum, nocte proxima filium uidere ipsum existimauit, augustiorem effigie humana, fulmine ac sceptro, & Iouis exuuijs uerendum, nec non & radiata corona laureatis curribus insidentem, duobus equi niue candidioribus agi. & hæc ostensa parentibus, quibus minor inest admiratio, propter illa quæ de eodem somniauerunt alij.

QUINTUS CATULUS.

Quintus Catulus, dedicato Capitolio, prima nocte uidit Iouem ex multis adolescentulis, circa aram colludentibus, uni seorsum abducto, in sinum recondisse Reipublicæ signum quod in manibus habebat. nocte altera eundem illum puerum in gremio Iouis ipsius cernens, ac religione tactus, amouere cupiens, uocem Iouis audire uisus est uetantis ac dicentis: Puerum illum ad Reipublicam præsidium nutrire. Die autem postero puerum Augustum incognitum sibi casu obtulit, in quem uehementi admiratione defigens oculos, per similem asseruit, ei quem bis dormiens audiuisset.

M. T. CICERO.

Marcus autem Tullius, Jul. Cæsarem mane in Capitolium secutus est, somnium nocturnum inter domesticos recensabat. Visum sibi puerum uultu ingenuo & modesto de coelo in terras cæna aurea, demissum, eiq; cum ante limen Capitolij uestigia præfuisset, flagellum à Ioue traditum, inter hos sermones Augustum superuenit, quem paucis adhuc notum, auunculus & mox pater, ut sacris afforet adduci iusserat. Hunc ex inopinato contemplatus Cicero, esse quem per somnium uidisset asseruit. Et quoniam Tullium Cæsaris inferuit casus, aliud eiusdem & ab ipso scriptis editum somnium referendum est. Exul patria quod exilium gloriosum sibi calamitosum patriæ dixit, nec mentitur & in uilla quadam moram trahens, cum post multam noctis obdormisset, somniauit in comitatu sibi ac moesto, & desertis locis erranti, occurrisset C. Marii laurea & insignibus consularibus ornatum, ac sollicitè percontatum, quid in ea solitudine tam tristis ageret: audita causa, cognitaq; ciuium iniuria, qui eum immeritum expulissent, familiariter consolantem, arripuisse eius dextram, & lictori proximo tradidisse perducendum in monumentum suum, illic spem fortunæ melioris illi sitam. eaq; se uisione per quietem delectatū scribit, id & euentu comprobatū somnium fatetur, quod in Marii monumento, hoc est in æde Iouis Mariana, de suo reditu magnificentissimū S. C. factū sit, & quia uiri doctissimi, de imperatore mitissimo somnium attigi, quid aliter uir peritus de imperio ac feroci principe somniauerit attingam.

L. AN. SENECA.

Anneus Seneca iam tunc Senator Rom. à Claudio principe, ad magistratū Neronis ad huc pueri, et quæ bonæ indolis spem dabat assuptus, nocte statim proxima somniasse dicitur C. Caligulam, cuius prædæ famosissima crudelitas dignū exitū inuenerat, se discipulū habere, potuit

Potuit experectus admirari. At non multo post, mutati seu uerius detecti Neronis mores, & omnis humanitatis expertus animus, admirationem substulerunt, quin tam Caligulæ similis euasit Nero, non alter, sed ille idem, quodammodo reuersus ab inferis uideretur. hinc ad imperatorum somnia reuertor.

VESPASIANUS.

Vespasianum somniasse ferunt, stateram in medio uestibulo palatii pari libramine appensam, & in lance altera Claudium & Neronem, in altera sese ac Titum & Domitianum filios suos stantes animaduertisse. quod non prius intelligi potuit quam omnibus diem functis, annotatum est eodem numero armorum, illos duos, & hos tres imperitasse. idem multo ante nullam principatus spem in peregrinationem Achaicā Neronem profectus, per noctem audire uisus erat, tum sibi ac suis fecundioris fortunæ primordium fore, cum primum Neroni dens erutus fuisset. quod cum secum recogitans in atrium exiret, obuius habuit medicū, dentem in manibus habentem, quem tunc erterat Neroni, atq; ultro ostentantem sibi somnium fortuna ratum fecit. Per eosdem enim dies ad compescendam Iudææ rebellantis insolentiam, Vespasianus quo nullius aptior tantæ rei uidebatur, cum exercitu missus est, isq; sibi & suis haud dubie primus ad imperium gradus fuit.

GALBA IMP.

Galba quidem Tusculanæ Fortunæ templum superstitiosè colere consuetus, ad ornatum eius monile margaritis ac gemis pretiosissimis intertextū, ex omnibus thesauris suis extruxerat: mox mutato consilio, Capitolinæ Veneris celebrioribus aris imposuit dedicauitq;. secuta noctis quies imaginem sibi Fortunæ turbatoris obtulit statuto, se frustratam munere lamētantis minalque restantis, se quoq; cum suis muneribus abituram. quo ille tremefactus somnio, & si placare minas sacris frustra nisus, paucis diebus interiectis, uita & imperio spoliatus, abeunte tenere non potuit Fortunam.

OTTHO CÆSAR.

Hunc successor eius Ottho grauitè urgentem, & insequentem, hostiliter per noctem uidere uisus traditur, eaq; specie tam territus, ut flens largiter, & e cubiculo in terram prolapsus, adhuc dormiens à cubicularijs inuentus sit. at ne etiam huius terror uanus uideretur, hic quoq; sacris nec ne quicquam placare conatus, offensi prædecessoris animam, paucis post diebus & uita & solio præceps, dignum illi supplicium rependit.

CASSIUS PARMENSIS.

Aeq; tristis ac terrificæ, nec lætioris exitus Cassij Parmensis quies, post bellū Asiaticū, uictio cui anxie seruierat Antonio, Anconæ, quo desperatis rebus se cōtulerat, per noctem dormiens, quandā immensi corporis & Aethiopicæ nigrioris insuetæq; prorsus deformitatis hominē, in cubiculo suo ingredientē cernere uisus est, & stupefactus, aspectu ex eodē, Quisnam foret inquirere. Ille autē nescio quid horronū Græco murmure respondit se, quo metu somnum frangente trepidantem, seruos suos exciuit, quis ea specie thalamum irrupisset interrogas; quibus aperte negantibus, quempiā intrasse, curis æger rursus somno succubuit. & eadem uisione iterum experectus & territus, illato lumine seruos lectum circumstare præcepit. nocturno pauri diurnus successit dolor, per eosdem enim dies ab Aug. Cæsare, quem communi insectatione non contentus, nominatim grauibus maledictis irritauerat, capite mulctatus est.

ARTERIUS RUFUS.

Hic subnectam Arterij Rufi equitis Romani somnium, quo nullum certius, hic dicitur forte ludus gladiatorius fieret, Syraculis habitans, à quodam se somniauit interfici. Id somnium dum amicis luce proxima in confessu spectaculi recitaret: unum par in septa ludorum immisum est. quod ut conspexit Arterius dirigit, & alterum ex his esse, de quo somniauerat testatus, abire se uelle ait: amici credulitatem pauoremq; irridentes, ut maneret coegerunt. Ecce autem confertis illi manibus, in extremam circi partem urgendo ac nitendo peruenerant, ubi tunc is ipse qui timebatur, summa uic correptum aduersarium strauit humi, ac superincumbens dum in omnes partes se uersanti & icū declinanti, mucronē

nititur adigere, Arterium iuxta sedentem, & inter globos hominum affurgere non ualentem, ferrum regente fortuna fatali uulnere confecit.

I N N O M I N A T V S.

Simile quiddam uel legi uel audiri somniasse quædam morderi se à leone marmoreo, ex his qui in templorum uestibulis cerni solent, & morsum peruenire mortiferum, die autem postero, cum templi fores casu præteriret, leone inspecto, non sine risu, somnium suum inter comites renarrantem, & manu in apertum os illius protinus iniecta, dicentem: En nocturnus hostis meus: scorpionem qui in imis faucibus leonis delitescerat, letaliter pupugisse Sed domi iam satis somniatum est.

E X T E R N I.
C R O E S V S

Croesus Rex, adolescentem filium generosæ indolis, quem regni successorem animo præelegerat, ferro peremptum somniavit, nunquam postea securus, summum studium adhibuit, quo in faultæ uisionis minas effugeret. non suffecit filium ad omnium bellorum consuetudine reuocasse, ferri & armorum usum interdixit, neque id satis comitibus custodiisque præceptum, ut qui gladijs uterentur semper longius abessent. Aper ferocissimus interea uicinas Olympi regiones inuaserat, quam plurimisque mortalium fulmineo dente consumptis, coegerat ut ruricularum plebs malis exterrita, suppelleæ ad opem regiam confugeret. Hic amore laudis inardescens, anxium patrem multis precibus aggressus, euicit tandem ut permittente eo ad mactandam feram ipse proficisceretur, præsertim quia nullum inde ferri periculum timeretur: eò cum peruentum esset, omnes immanem mactatorum uelut hostem conglobati circumstant in eoturbine ab altero à suis socijs, cui potissimum nati custodiam infelix genitor commiserat, elapsum spiculum dum aprum petit in adolescentem incidit, præuisum in somnijs & ineluctabile (ut aiunt) ferens fatum.

A S T Y A G E S.

Non discedam à regibus, quorum euentibus iuxta se positis, cuius latus appareat, quantus sit labor fortunæ iugum, & adamantinas catenas, quibus humanum illa genus alligat excutere. Astyages Medorum rex, uirum filie Mandanes, cunctos Asiæ populos inundantem cum dormiens uidisset, id ad nasciturum nepotis magnitudinem pertinere arbitratus, eamque iam causam suspectam habens, quæ nulla erat, natam licet unicam sibi nec ex Medis oriundo, nec suæ fortis uiro (ne partus forte uel patria uel sanguine superbiat) sed procul in Persis, gente tunc humili & ignota, Cambysi fortunæ mediocri homini uxor rem dedit. Uisus est item cernere uitam ex eiusdem genitalibus exortam, tam mirabilis incrementi, ut omnes regni sui angulos adumbraret, sed enim metu supra metum addito, natum nepotum iussit exponi, ut ait Valerius, ut Iustinus, interfici, utrumlibet frustra fuit: Hic enim puer ille Cyrus est, qui Asiam omnem & inundare coegit sanguine, & imperio preffit, defectoque armis auo, Medorum regnum trāstulit in Persas, regum primus & maximus.

A L E X A N D E R M A G N V S.

Alexandro Macedoni, iuuenis incognitus per somnium uisus erat, uoluntas manus uel que in interitum inferret: is postea cum ad uigilantem ex Macedonia uenisset, recordatus Rex somnijs. Qui nam esset interrogauit: auditoque quod Cassander foret, filius Antipatris: somniorum ueritatem Græco carmine delulit, quasi nefas ratus de tali amico suspicari, atque illius dextera oblatum uenenum nihil minus metuens accepit. Aliud eiusdem regis mirificum somnium refertur. Familiaris illi Ptolemæus uenenata aspide faucibus, uehementerissimo cruciatu moriens afflictabatur, miseratus Alexander forte dum per noctem assidet, in grabati spondam somno suo repente procubuit, confestim draco quem genitrix Olympias in delicijs habebat obseruari uisus est, radicem ore gerens, & humano more formatis uerbis, locum castris proximum signare quo illa nasceretur, & asserere futurum ut eius ope languens amicus curaretur. Rex inter hæc euigilans, uisione palam recitata, misit qui ostensam quæreret radicem, qua inuenta, & Ptolemæum & alios multos eadem peste liberatos ferunt, ridet tamen hoc somnium Cicero eo præsertim, quod ore radicem tenens loquitur draco,

tur draco, quod non posset etiam uir disertus. & reuera, quis hoc audiens, non uel Medicum serpentem uel serpentium rideat Oratorem: quid enim magis in Demosthene miramur, quam dum pleno lapillis ore perorantem legimus: ueruntamen nihil non facile somniant. A Regijs ad ducum somnia transeamus, mox uisuri quid Philosophi somniant, quid Poëta, Non in Parnasso (illa enim altior cura est) sed in lectulis suis sobrie ac driter somnum capientes. inde ad plebeiorum uisa uertemus stilum, ne quod forte genus hominum relinquamus. at ne quis forsitan miretur, quod in re quam uariam & fallacem diximus, & dicturi sumus tam diligenter insistimus, sciat quod apud egregios auctores sparsim omnia, sed apud somniorum irrisorem Tullium, præterquam quæ de somnijs Cæsaris diximus, magna pars & præcedentium & sequentium scripta est. non inutile prætere, nec superuacuum arbitramur, illustribus exemplis rem cognoscere, unde prius effectum est, ut etiam doctos homines interdum somnia conturbent. neque etiam ulla tam demens aut superstitiosa anicula usquam terrarum uiuit, quæ hac uanitate moueretur, si semper falsa & nunquam fortuito casu uera somnia deprehendisset, obseruatio humana. Nunc paucis uerbis persuasum est, ut omnibus crederetur, cum potius ex multis falsis persuaderi debuerit ne cui fides esset. Mira res dictum, cum in reliquis actibus mortalium, unicum mendacium multis ueris suspicionem falsitatis afferat, somnus solus est, cuius unum idque temerarium atque fortuitum uerum, innumeris mendacijs fidem quærit, eoque mirabilior, quia ad hoc ipsum rarum, uerum inter crebra mendacia internoscendum, nulla fert uia, nulla nota est, nisi post euentum. sed de hoc satis ab initio dictum est. Ad ordinem reuertor, quod superest uerorum somniorum coniecturis.

A M I L C A R.

Dvæ Carthaginis Amilcar, Syracusas obsidens, in somnijs audire uisus erat, se post die intra obsessæ urbis moenia coenaturum. ea re ad uictoriæ spem reflexa, mane alacris ad oppugnandam urbem instruebat aciem. talia uolenti ac molienti, quod sæpe fit, grauis tumultus in castris exortus est, Carthaginensibus ac Siculis inter se dissidentibus: oppidani occasione freti, repente portas egrediuntur, & suis hostibus, uictores, ducem turbaris suorum ordinibus succurrere cupientem, atque ideo negligentem sui, intercipiunt, & sic in urbem ductus, & in compedibus coenans intellexit, quam falsus interpret ueri somnijs fuisset, huius quidem Agathocles historicus auctor est, At sequentis Cælius.

H A N N I B A L.

Hannibal & ipse dux Carthaginensium, in templo Iunonis Lucinæ repertam columnam auream asportare decreuerat, incertus autem an solida ex auro, an superficite. nus inaurata esset, terebrando temptauit, & certior factus esse auream totam, in proposito rapiendi firmatus erat: cui inter somnum Iunonis species adesse uisa, ut avaris & sacrilegis coeptis absteret monuit, minata si pergeret, rebus eum suis spoliare, se quoque illum uno quo solum uideret lumine priuaturum. quo somnio dux alioquin ferox, & cui nullus Dei metus, nulla religio (ut de eo scriptum est) motus tamen traditur, nec miror: quid enim monoculo terribilius, quam oculi superstantis amissio? itaque minas timuit, & euentum experiri uoluit, nihil loco mouere ausus, ex eo ipso auro quod ex foramine dum temptaretur exciderat, bucculam fieri, & suprema columnæ parte reposuit. Quod sequitur eiusdem ducis somnium, apud Silenum est Græcum historicum, & res ipsius exactissime pertractantem, quem Cælius & multi ex nostris scriptoribus sequuntur, præsertim quoniam de Hannibale sermo incidit. est enim huiusmodi: Hannibal uicto Sagunto, Romana bella iam meditantem, inter quietem uisus est, imperio Iouis in Deorum consilium admissus, de inferendo. Italiam bello mandatum accepisse ab ipso Ioue, quin & unum ex eo numero sibi ducem deputatum, quem sequi iuberetur cum exercitu, neque retrospicere. cum ijs digrediens commissis nequiuisset locum (quem de non respiciendo iussus erat) obseruare, itaque uidendi ausus, in tergum deflexis oculis uidisse terribilem & immanem belluam, acris serpentibus obuolutam, homines, animalia, urbes, pomos, atque arbuta, & obuia quælibet prosternentem, atque calcantem. qui spectantem ducem suum interrogasse: Quid illud monstri esset? ducem

uerò dixisse: Hæc est Italiæ uastitas, tu uerò præceptorum Memor & uoluntati deorū perge obsequens, & quid retrò fiat ne labores. Huiusmodi quidem uisio, seu uera seu uicta est Italiæ miserabilis strages, quam tot per annos illo sub hoste pertulit, ut uera fuisse uideatur & inter ueras referatur impetrat.

DIONYSII TYRANNI MATER.

IN Siciliam uenio, Dionysij mater, hunc ipsum gerens utero, secundum quietem Satyri. Scū parere uisa rem ad coniectores detulit, qui Galeotæ à Siculis uocabantur. hi sic interpretati sunt ut ex ea nasciturum præclarum ac diuina gratia omnium fortunatissimum prædicerent, cuius rei Philistus (homo ut ait Cicero doctus & diligens) testis est.

MVLIER QVAEDAM.

Huius autem matri claritas atq; fortuna, sed crudelitas Hymere cuidam haud ignobilis (ut aiunt) sceminæ præmonstrata est. quæ quondam dormiens, uisa sibi quodam iter ostendente, in cælum scādere, & cuncta contemplans, subter scabellum & sub ipsius Iouis uestigijs, iacentem ac uinculis innexum ualidus cernere robustum fuluumq; & lentiginosum hominem. quo conspecto sciscitari ducem suum: Quis ille hominum, quid uic illic uinctus ageret; responsum est. Siciliæ Italiæq; pestē fore, cōfestim ut ex ea custodia erupisset, defœuituram late per populos. Eam uisionem tūc inter pares notam fecit uulgauitq;, inter lecto tempore, dum Dionysius, qui ad eam diem obscuri nominis ac fortunæ fuerat, laxatus tandem cœlestis prouidentie compedibus, tyrannidem inuasisset: mulier eadem illico ut oculis suis oblatas est, illum esse quem sub Iouis pedibus uidisset, asseruit. quæ asseueratio, ut effectu uerax, sic sibi properatæ mortis causa fuit.

PHALARIS.

AT Phalaridis mater, Mercuriū (cuius simulachrū paterā manu tenēs, inter Deorum effigies domi suæ colebat) in somnijs uidit, ex ea patera sanguinē humi spargere, pauimētoq; illisum rebullire, donec sensim domum omnē fastigio tenus inundaret. quod in una uisum, in multis domibus uerū fecit cruenta nati sæuitia. huius quidem uisionis auctor est Ponticus Heraclides, doctus uir, ut ait Tullius, & discipulus Platonis. at sequentis: eodem ipso Tullio uetustiorē testem non inuenio.

ALCIBIADES.

Alcibiades paulo prius quā ē rebus humanis repellere, se amicæ suæ ueste cōtectum somniauerat, alias fortassis sperare licuit illecebras amāti. sed enim breui post occisus, & nullo miserate insepultus iacens, amicæ obuolutus amiculo est. non differā philosophos.

SOCRATES.

Socrates dum carcere clauderetur, Erichthoni familiari suo narrauit, excellētis formæ mulierem ad se in somnijs accessisse, & nomine appellatam uersum Homericum ex quo tertia sibi luce moriēdū illa cōiceret recitauit. atq; ita accidit. fatis locupletes testes rerum etiā grauiorū. huius enim somnijs Platonē auctorē affert Cicero, sequentis Aristotelē.

EVDEMIUS CYPRIUS.

Cuius familiaris Eudemius Cyprius, in Macedoniam proficiscens, Pheras Thessaliæ urbem opulentam & egregiam, sed Alexandri cuiusdam inhumana tyrānide pessumdaturam uenit, illic morbo corruptus est, tam graui, ut de uita eius desperarent medici. sic afflicto iuuenis elegantis spem per noctem adesse uisus, tria denunciauit euentura. Ut æger mox sanitati restitueretur. ut eius urbis tyrānus intra paucos dies mortē obiret. ut ipse post quinquēniū remearet in patriā. Et prima quidē duo clare ut annunciata erāt euenere, nā ipse præter spē conualuit, & tyrannus ab uxoris suæ fratrib. trucidatus est, tertiū uerē parūper obscurius. Quinti enim sub anni finē, dū Eudemius ē Sicilia, ubi tūc degebat, in Cyprū reditū expectaret, ad Syracusas bello interceptus est. cōiectores uero sic somniū excusasse legimus, ut dicerent hominem tuū demū, cū ē corporeis uinculis euaserit in patriam reuertī.

SIMONI.

SIMONIDES.

Sequitur somnos illustrare uatum, Simonides proiectum ac desertū in littore cadauerē sepeliuit, & cum mox nauigaturus obdormisset, uidit illius humani speciem, monentē ne nauim si naufragio perire nollet, ascenderēt. paruit & cæteris profectis, subsistit solus in columis. reliquos enim sub oculis suis rabies uentorum & uis tempestatis absorbuuit. fefellit hic uulgare prouerbium, perdi beneficia que defunctis sunt, itaque hūc tam gratum & tam uilis busti, tam benē memorem, nobiliore monumento poetā egregius, immortalī cū poemate amplexus honestauit.

SOPHOCLES.

Sophocles autem Tragœdiarum scriptor, cum ex Herculis templo, patera aurea magni pōderis furto sublata esset, ab ipso Hercule per quietē, Quis nam id fecisse edoctus traditur. q; cū homo perstudiosus, & uel illi periculū afferre metuens, uel somnio parū credens, sæpius neglexisset, reuertente per singulas noctes imagine, coactus tandem ad Areopagitas uisionem detulit: captus ex indicio ac tortus, furtum falsus, pateram restituit, ex eoque tempore Herculis indicis cognomen templo aditum.

ARCADES DVO.

Speruacuum uideri potest somniū attingere quod atate Ciceronis creberrimum (ut Siple ait) apud Stoicos, hodie etiā in uulgus effusum est, de duobus Arcadibus, qui simul itinerantes cū Megaram uenissent, ita disiuncti sunt, ut eorū alter apud cauponem in taberna, alter apud hospite maneret. nocturno autem tempore, is qui ad hospitium diuerterat, socium uidit in somnijs orantem, ut sibi cui a perfido caupone mors præparabatur opē ferat, posse enim si celeret in tempore subueniri, eo somno motus surrexit, auxiliū laturus supplici amico. mox excussa somnijs imagine, irritis propositum suum, & in cubiculū regresso, eadē affuit imago, miserabilius obsecrās, ut ex quo salutis suæ propugnator esse neglexerat, ultor saltem mortis existeret, & cadauer suū ab extrema ignominia uendicaret. Se enim a caupone iugulatū, & plaustro superimpositum, opertum simo aufferri, quo circa ad oppidi portam occurreret plaustrumq; corripere. enim uero secunda uisione permotus, neq; iam nihil pendendam ratus, ē cubili prosiliit, repertoq; ubi monebatur plaustro, bubulcū, quid nam ueheret scrupulosius sciscitari cœperat. illo trepidē fugiente, corpus eductum, & reuelata scena nocturni flagitij, caupo ad supplicium adactus est.

QUIDAM.

Pauca & breuia quæ restant, ascripti libris qui de somnijs accuratissime tractant, excerpta partim risus excitandi gratia, partim detegendæ interpretū fallaciæ, nequaquam prætereunda iudicauī. Somniauerat quidam ouū ex lectulo pēdere, narrauit interpreti, respondit thesaurū esse sub lectulo, fodit ille, & aurum argento circumuolutum repperit, argentiq; particulam indici suo misit. At ille facetissimus nugator: Nihil ne, inquit, de uitello: ex priori euentu secundum eliciens, ut nō tantum ouo thesaurus, sed ouo simillimus thesaurus uideretur offensus. En fabellas in quibus & Philosophorum conteruntur ingenia, quam multi ouum sine thesauro somniauerunt.

CURSOR QUIDAM.

Cursor iturus ad Olympiā, per noctem æstimauit curru quadrijūgo uehi, Primo mane adijti interpretem. & ille, Vinctas, ait, id enim agilitas equorum & robur indicat. Item somnium ad Antiphonem retulit, quem ex Graijs somniorum coniectores in primis celebratum uideo. at ille: Vinceris, inquit, haud dubiē. Nō animaduertisti te a quatuor præuentum esse, dum curreres.

ALIVS CURSOR.

Alter cursor transformatum se in Aquilam somniauit. cōsuluī coniectore. Ille uictoris inquit. hæc enim uolucris uolatu cūctas supergreditur. Antiphonis acumē experiri statuit. Ille respondit: Quæso amice, nō ne te uicendū iā sentis: auis enim hæc, alias omnes dū fugat ac sequit, semper est ultima. I, nūc lector, & somnijs quaterē, & interpretib. crede.

11 3 MVLIER

M V L I E R Q V A E D A M.

Matrona pariendi auida, sed an grauida esset incerta, uisa est in somnijs sigillata gentalia habere. alter ex coniectoribus, minimè prægnantem aut parituram asseruit, fore enim præclusum partus iter, alter contrà. ea enim duntaxat claudi & cõsignari solere, quæ plena sint. his & horum similibus quid de hac interpretum arte (si qui tamen adhuc illam profitentur) sentiendum sperandumq; sit, eruditi homines intelligant, uulgius quod tenuit non relinquat. & de naturali quidem diuinatione satis dictum est.

D E V A T I C I N I I S, Cap. V.

Qui Furētum uaticinijs fidem præbent, ipsi paulominus furere uidentur, quis enim sanus existimet eos, qui & præsentium notitiam, & præteritorum memoriam perdididerint, futuri præscientiam inuenisse non tollatur tamen à uobis iudicij libertas, nec opinionum uarietas extirpetur. liceat opinari furere, solitos quosdam & liberos animis ferre motus, quibus à corporibus abstracti, & diuino (ut ipsi uolunt) spiritu concitati, uentura præuideant: liceat hoc ipsum irridere, ut quæ sapiens non uidet, insanus (quod eleganter ait Cicerō) & is qui humanos sensus amiserat, diuinos sit affectus, nobis autem eatenus modestus Academiæ mos placeat, ut risimilia sequi, ubi ultra nō attingimus, nihil temerè damnare, nihil impudenter asserere, Veritas ergo suis locis maneat, nos ad exēpla pergamus.

R E M E X R H O D I V S.

Affertur in primis uaticinium remigis cuiusdam classis Rhodiæ, quem non tam respectu habito uilis & obscuri hominis, quam rei ipsius inter domestica exempla commemoro. Hic igitur repente alienatus, testari clara uoce coepit, ante diem tricesimū, futuras in Græcia strages maximas, rapinasq; apud Dyrrachium & incendium & fugam: classē uero ipsam, domum esse redituram, id cum. Cn. Pompeius, qui prætor classi præerat audisset, narrassetq; tribus, Ciceroni, Varroniq; & Catoni (deus bonè quantis & quàm illustribus uiris qui bello ciuili tunc fortè aberant) omnes moti, quidam uerò etiam ualde perterriti dicuntur. Paucorum autē dierum interiecto spatio, Labienus fugiens ex acie Thessalica, stragem legionum & ingenti prælio fusas Pompeij copias nunciauit, enim uerò confestim raptum ex horreis publicum frumentum, tota quæ ciuitate conspersum, qui illic erant fuga præcipiti digressi, & à Rhodijs destituti, nolentes quæ sequi naues incensæ sunt. sic omnia quæ furens ille uociferatus fuerat, euenerunt. hoc sanè uaticiniū coloratissimè Tullius extenuat. Ait enim illo tempore fuisse in Thessalia castra castris admota, omnes qui Dyrrachij erant timuisse grauius, iminentis prælij fortunam, quod in partibus Cæsarei exercitus, & dux animosior uideretur. ueruntamen eum metum, qui constantes & Romanos uiros urgebat, Græculum hominem prostrasse, facilimè & à sensu proprio deiecit. minimè mirandum igitur, si quod omnes taciti uerebantur, quodq; idem ille ualde pertimuerat, furēs deposito pudore prædicaret. alioquin quid agerent Diij infano potius remigi, q̄ memoratis supra tribus tam claris uiris, ut prætori etiam prudenti uiro, & egregio instans Reipub. periculum reuelarent.

C O R N E L I V S.

Sed quid de Cornelio dicam, qui & sanguine nobilis & sacerdotio uenerandus, & (ut aiunt) castitate uitæ sanctus, Parauit in transpadana Italia degens, hanc ipsam pugnam, nō triginta dierum spatio circūscripsit, sed eo ipso die, & dū in Thessalia gerebatur expressit: subito enim furore correptus, murmurare orsus est. uidere se de longinquo prælium grauisimum, & modò hos fugere, modò illos insequi, modò prælium instaurari, & uulnera & mortes & gemitus cadentium & clangorem tubarum, & equorum strepitum & fragorem arborum, & sagittas & spicula, cœlum tegentia, & stragem immensam, ceu præfens omnibus quæ gerebantur interforet. Ad postremum exclamans, ait: Vicit Cæsar. & his dictis conticuit. Ea res primum risui atq; contemptui, post autem miraculo est habita, quando uenientibus nuncijs ex Thessalia, non modò pugnae tempus euentumque nouissimum, sed singulas quoque uariantis fortunæ uicissitudine, cum illius dictis & gestibus conuenisse com-

se compertum est. digna rerum paritas, ut bellū q̄ (ut uera dicam) à furentibus gerebatur, non nisi à furentibus spectaretur. Sed hæc hæcenus. Hic uero mirari posse aliquos præclare uideo, ubi nam Martios dimittam fratres apud uetustissimos Romanorum hoc in genere celebratos; sed de his fareor nihil præter nomen habeo. ubi præterea Cassandram uirginē Priami regis filiam, cuius illustris admodum & magnæ rei nuncius furor: ubi Polibum Corinthum, de quo est apud Homerum, quod multis Achiuorum Troiam petentibus, & in primis filio suo (an furore an aliter incertum) mortem prænunciauit. ego autem omne quod uel fabula est, uel fabulam sapit, sciens uolens quæ prætereo. Tolerabilior ut cunq; dici potest illorum opinio, qui futura prænoscere morientes putant, si enim dum hic sumus obruti, mole corporea transmittere oculos in longinqua non possumus, ex his autē uinculis egressi, sicut Philosophis placet, libetiore fruimur obtuitu, non à uero quidem uideatur abhorrere, ut tanquam e domo tenebroso discedens, ubi ad lumen appropinquat uideri, aliquid longius incipit sic morituro, & iam exituro præsagium aliquod posteritatis occurrat. ad hoc persuadendum asserunt mortis propinquantēs animas multo diuiniore effici, & intensius studium ueræ laudis assumere, eosq; qui benè uixerunt alacriter pergere, uelut iam hinc lætiora præuideant, qui autem contrà, tum maxime dolere & præteritorū actuum poenitere. quod uerbum ex ore gentilium lætus & admirans audio. Adhuc & mortē ipsam præsagire, & occurrantes atq; obuias (ut ita dixerim) imagines mortuorum cernere, ex his concludunt, inesse quidem animis nostris quandam uim perspectam & capacem rerū, quod nemo dubitat, sed caligine mortalitatis obsitam, post mortem demum plenam atque perfectam, sed iam quiddam insueti luminis habentem, ideo quæ nonnunquam futura præuidentem. Hinc prouenire, ut quidam in eo statu multa prædicerent, quæ & alios laterēt, & eos ipsos hæcenus latuissent, quin hoc ipsum, & ad furorem trahere nituntur, & ad somnia. Vnde enim furētēs uaticinari solitos aiūt, nisi quia in eis animis solutus ac liber, stimulis suis impulsus, nullo cohibente & habenas corporeas spernit, & membrorum uincula transgreditur: unde quoq; multa consopitis apparere, quæ uigilantes lateant, nisi quia tum maxime uideatur animus à corpore relaxari, seq; uelut incustodito carcere licentius educere, ad præuidendās res: ut non immeritò inter somnum & mortem quædam uideatur esse cognatio. Hinc et à Philosophis & à Poëtis somnus imago mortis dicitur, & à Virgilio cōsanguiueus læti sopor. nos autem & de furore modò diximus, & de somnijs mox dicemus. De hac autem diuinatione morientiu quàm uera, quàm uèe credibilis sit, diuinus Poëta uiderit Homerus: apud quem Hector moriens, instantem obitum uaticinatur interfectori suo. Uiderit & Posidonius Philosophus, sua ætate clarissimus. apud quem Rhodius quidam moriens, breui post se morituros sex ex coëqueuis suis nominat, & ordinem adijcit moriendi. nos in hac re, in quæ alijs ad hunc modum additis, opinari possumus, certi aliquid scire qui possumus in expertis: ubi quidem poëtice ludis libertate, nostra nequaquam uti prohibemur. hoc autem loco (quod sine temeritate arrogantiæ quæ licet) aliquot exempla profereamus, ex illustribus historicis.

C A E S. A V G V S T V S.

Primum omnium memoriæ proditum est, & si Tranquillus opinari aliquid aliud maluit, Augustum Cæsarem, dum spiritus reliquias agit digrediente Tiberio, cum quo loquū, & arcanū sermonem habuerat: Miserū P. R. qui sub tam lætis maxillis erit. Id uerbū à cubicularijs auditū, & per manus (ut aiunt) in uulgius effusum est. atqui nequaquam, usq; ad id tempus Tiberius ignaui principis spem dabat, sed siue semper prouidentissimus Imperator, siue tunc mortis etiā uicinitate prouidentior, non superficialitatenus enim ut cæteri, sed introrsus inspiciens, miseram P. R. urbanè quidem, ut reliqua uaticinatus est. uerū us enim dixisset: Miserrimum terrarum orbem, qui sub tam fero & immani pecore seruaturus est. & de hoc quidem aliās uirtutes enim sceleribus miscere fas non est.

II 4 CLAV.

CLAVDIUS AVGVSTVS.

Claudius princeps, paulo ante mortem, cum Coss. designaret, mensẽ illis quo moriturum se præfagebat metam statuit. consilioq; nouissimo, filios suos ut unanimiter fraterneq; uiuerent multis monitis obtestatus, tandem piẽ admodum Senatui commendaui, deniq; pro tribunali sedens, licet abhorrentibus qui aderant, & lætiora precantibus, sese ad mortalitatis terminum peruenisse, iterum iterumque professus est. Et hic quidem sibi tantum, nec ultra uicinæ mortis tẽpus. qui sequitur uerò lōgius atq; alijs fuerūt uates.

E X T E R N I.

THERAMENES ATHENIENSIS.

Theramenes Athenis in carcere triginta tyrannorum imperio, uenenum non trepidẽ, sed quasi sitibundus hauriens, exiguũ quod in imo patere substiterat sic effudit, ut in terram cadendo sonitum redderet. at quẽ exhilaratus arridensq;, Propino, inquit, pulchro Critiæ, is erat unus è grege tyrannorum, qui ex cunctis seuitus inexorabiliusq; se in eum gesserat. Græcis autem conuiuiorum mos erat, nominatim designare, cui poculum dare uellent. Mortem igitur habens in uisceribus, uir fortissimus, iocatur simul & uaticinatur, siquidem Critias & ipse non multò post, prænunciata morte ueneni subtrahitur.

CALANVS INDVS.

Sed quid Romanos principes Graiosq; philosophos commemoro, cum in eadem re, Shorridos & agrestes barbaros liceat admirari? Calanus Indus indoctus, in radicibus Caucaſi natus (ut ait Cicero) cum ex animi sui sententia, nullo cogente ad interitum pergeret, Alexander Macedo, qui spectaculi nouitate aderat, & in corpore ualidus, & uictor & iuuenis, illum iam sese cupide flammis ingerentem, orauit, Vt si quid post se fieri uellet. ediceret, ille autem spernens, Nihil, inquit, opus est: celeriter te uidebo. nempe per eosdem dies, apud Babylonem Alexander obiit.

R E C E N T I O R E S.

ADELHEIDIS DE ROMANO.

Exemplum quod a uorũ utilitas cõmemorare libet, sed an hic, an inter mathematicos parũper hæsitauit, utroq; enim licet. Fama est & quidam scriptores asserunt Ezzelinũ de Romano, & Albricum fratres, cruentos et immanes homines, matrẽ habuisse Adelheidã ex nobili Tuscorũ sanguine foeminam, alti ingenij consiliq; & tam astrorum cœliq; studio, quàm magicis artibus supra fidem uenturi præsciam. hæc cum sæpẽ multa tam uiro quàm natũ, tum præcipue euidens unũ, circa diem suæ mortis, oraculi more tribus uersiculis pronunciasse dicitur. In quibus quidẽ & filiorũ potentiam, & exitum, & utriq; suæ mortis locum ita cecinit, ut ipsis euentibus, nihil ex uaticinio demeretur, quinetiam ut Albricum sileam, cum Ezzelinus ipse monitus Cassanum cauere, ignobilis uici nescius, Cassanum castrũ in Paduanorum ac Hetruscorum sicut finibus fatale ratus, ut de Alexãdro Epeyrensi diximus, omni semper studio uitasset, tandem post septuagesimum ætatis annum, dum summa ut Mediolanum petit, ab omnibus fermẽ Longobardis, quibus trux & insolens spiritus, odiosum illũ fecerat, circumuentus est. iam pontem adhuc fluminis transierat, illic in extremis sese casibus uidens, loci nomen sciscitatus, ubi Cassanum audiuit, confusionem nominum recognoscens, adacto calcæribus equo in oppositum sese flumen iniecit, Heu fatum ineuitabile, heu materna præſagã, heu arcanum Cassanum horrendo murmure uociferans, ac uix terræ redditus aduersã, ab innumerabili hostiũ exercitu, qui iam pontem & utranq; ripam occupauerat opprimitur.

DE ARVSPICINA, Cap. VI.

Operæ pretium arbitror agnoscere, unde geminus hic error in Italiam sit inuectus, ut de enim desierit, me tacẽte notum est. necesse quidem fuit, & hæc & ceteras errorum umbras terris euanescere, ubi ueritatis sol affulserat. & de origine quidem aruspicij talis narratur

narratur fabula Hetrusco cuidam aranti in agro, ut aiũt Tarquinenti, cum profundius ad actus foret uomer, erupisse Tage quendam nomine, puerili effigie, sapientia senili, & aratorem allo qui cepisse. Illum uerò perterritum exclamasse, ad cuius uocem finitimorum primo concursum factum esse, inde gradatim progressa rei fama, intra dies paucos in eum agrum uniuersam Hetruriam confluxisse. Puerum illum audieribus cunctis, multa dixisse, dicta eius obseruata & scriptis ædita, ex quibus accedente lōga rerũ experientia, omnis aruspicina procefferit, ita tamẽ ut si ad alias serperet nationes, apud Tuscos præcipuũ eius magisteriũ uigeret, sed ò profus erroneũ & infame magisteriũ, me quidem ista renarrantem, ingens subit admiratio, & ineptiarũ tantarum patriæ piget, pudet ac miseret. in solo in quo natus sum, hunc natum uel exaratum potius errorem. Vbi quæso, tibi nũc prudentissima, lumen animi & oculorum aberat; unde cœcitas hæc tam manifesta, tam publica, Deum ne Tagem an hominem extimasti? si enim Deus esset, non ne illud occurrit, à cœlo potius quàm è terræ cauernulis aduẽturum, neq; expectaturum bubulci aratrum, quod aditus doctrinam populis prædicaret; si autem homo terra obrutum uiuere secundũ naturam non posse, noueras, ideoq; fallaci quapiam uisione delusam te nosse poteras, ac digno Dei iudicio factum reor, ut errores tibi terra pareret, nihil tunc cœlesti sapienti. Neq; hæc quæ tibi obijcio, in re incerta, sunt Philosophis & Poëtis & Historicis testata, quin & error hic tuus, proximas nationes cõragio afficit præcipueq; Pop. Rom. apud quem decretum legimus, ut de principum filijs, sex, singulis Hetruriaz populis, in disciplinam traderentur. Et addidit rationem Cicero: Ne ars, inquit, tanta propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem & quæstum. Ars inquit tanta, ò delirationem ridiculam, ò aniles nugas, ò doctorum hominum superstitionem inauditam, hinc præterea sumplisse nomen diceris Tuscia à thure & sacrificijs appellata, inuentrix errorum & portentorum ac fulgurum interpres. quæ cum ita sint, non est tergiversationi locus, fatendum crimen est, idq; dumtaxat respondendum. Sic uero Deo placitum, ut & tu & quæ erroribus tuis imbuta fuit Roma, cuius quid religiosissimum est, in te nunc usque fundatum est, foelici uarietate, & mirabiles futuræ ueri disciplinæ mendaciæ magisteriũ haberetis, uel sic intellecturæ, quid inter lucem ac tenebras intersit.

DE AVGVRIIS, Cap. VII.

Aruspicinæ primum fontem attigi, ad Augurem uenio, piget augures reges meminisse, præcipueq; Romulum, qui pastorũ adhuc quiddã redolens, augur optimus fuisse traditur. Mira rerum dissonantia, immò uerò cõsonantia rerũ maxima: quis enim nisi pastor, incultus atq; horridus, ad has ineptias applicasset animũ? pudor est cogitare urbem Romam omnium urbium ac terrarũ indubitatũ caput, auspicio cõditã, & florentẽ præpotentis populi fortunã, aui. debere maluisse quàm Deo, quin & sub regib. & sub imperio cõsulari, multis quidẽ sæculis, nihil absq; auspicijs domiq; militiæq; fieri solitũ. stupet animus recollens illos uiros tã claros, tam magnificos, qui res humanas ex altissimo despicerent, qui fortunam ipsam pedib. subtriuissent, qui terrarũ orbem inenarrabili uirtute domuissent, aularum uolatu garruiq;, & puerilib. succubuissent fallacijs. Vno quidẽ nos cõsolari possimus, quod qui superiorẽ genuimus, ad alienas transmisiimus, hunc nouũ ab alijs genitum, adoptauimus, imitandoq; nostrum fecimus. Apud Græcos namq; multo antè urbẽ cõditã tam augures floruerãt, tãq; fuerunt in honore, ut Calchas petentibus Ilion Graijs, numerosissimæ clasis præfectus memoretur, ob unã auspicij disciplinã, in ea enim excellebat, in rebus alijs multis inferior. Amphiarus uerò, & Tyresias tam illustres eodẽ artificio feruntur, ut primum pro Deo colerent, & tellus quæ illũ absorbuerat pro oraculis adiretur. securus nõ modò uiuis hominib. præferretur, sed defunctis etiã (Homero dicente) solum apud inferos Tyresia sapere, uagari reliquos umbrarũ more. nec primi p̄terea nostri reges augurio docti fuerunt, regnarãt prius in Græcia Mopsus & Amphilotas famosi augures, deniq; ut est apud Ciceronem, omnino apud ueteres, qui rerũ potiebantur iisdẽ auguria tenebãt, assertorq; rationẽ. Vt enim, inquit, sapere, sic diuinare regale dicebant. Et ut in regibus dixi,

sic nec in populis nostris, hic primū furor admissus est, nam & Athenienses, gens alioquin prudentissima, nunq̄ consilium publicum habuerūt. cui non sacerdotes diuinos adhibuerint, quos, (ut ait Cicero) *μαύτες* puto, quia diuinitio apud eos *μαύτιν* dicitur. Et Lacedæmones, gens inuictissima, augurem in consilio interesse, augurem regi suo adfessorē semper addere uoluerūt. quis ergo miretur, tanto habitā in honore uanitatē, breuī in immensum excreuisse; idem ferme in singulis particulis huiuscemodi rei, quā diuinationē uocant licet intelligere. quis enim nisi diuino uir consilio, non oraculis fidē daret, cum uideret, non modo clarissimos reges, & magnorū populorum nuncios, sed summos etiā Philosophos, & humanæ magistrōs uitæ, certatim apud Delphos & Dodonam, & Hammonē concurrentes; quis sperneret Sybillas, quas S. P. Q. R. in extremis periculis consulerent; quis negligeret somnia, cum sciret (ut reliquos sileam) Lacedæmones ipsos, quos nescio an proximē à Romanis fortissimos omnium & prudentissimos uiros iudicare uelim, usq̄ adeo somniorum curiosos ut scribat Cicero, quod qui eis præerant, non contenti uigilantibus curis in Palsphæ phano, quod est in agro propē urbem, somnandi causa excubabat, quia uera, inquit, quietis oracula dicebant; quis deniq̄ Magos, non suspiceret, sine quorū doctrina, neminem quantumlibet alijs rebus ornatum, ad Persarum regnum prouehi posse cognosceret; sed ad augurium reuertor. initium quidem huius rei ex Arabia primū, Phrygiæq̄ Cilicia ac Pamphylia, ad postremum & ex hac nostra Umbria, quæ Italia pars est, manasse legimus. Rationem huius afferunt (ut reliquorum diuinandi generum) uerissimi lem quidem, quod hæc scilicet prouinciæ arbustis & pastu pecorum abundant, & idcirco qui eas incolunt, per syluas & umbriferos montes assidue uagi, circunuolantes ac circunstrepenētes uolucres sollicitus obseruarunt.

ACTIUS NAUIVS.

Hactenus de extrema augurij origine, quo autem tempore & quā ob causam hæc insania Romæ uehementius inolare cœpit, hinc dicā. Actius Nauius puer, & quod magis rideas pastor, Prisco Tarquinio regnāte, litui usum sibi usurpās, repente quidem ē subulco augur, uulgataq̄ rei fama ad regem euocatus est. quem rex intuens, & ætatem & habitum fortassis irridens, temptauit hoc modo. Vtrum inquit, quod nunc in animo mihi est fieri possit, an non possit interrogor; Nauius cum auguriū peregrisset, fieri posse respondit. Hic uero rex eluisse putans, Atqui, inquit, quod cotem hanc nouacula scinderē meditabar, ille mirabili constantia. Potes ergo, ait, arreptaq̄ nouacula, in conspectu stupentis regis ac populi cotem secuit. Inde sacrum Romanis augurium. quæ res, quanquam & annalibus & historijs omnibus peruulgata sit, Tullius tamen & hanc commentitiā fabulā uocat. hæc igitur geminæ uanitatē origo, hic quibus utraq̄ successibus, uel apud nos, uel apud exterarū gentes aucta sit, paucis expediam exemplis.

SPURINA.

Vnde autē nisi à supremis ordinar; Iulium Cæsare immolantē, Spurina notissimus aruspex non reperto corde in extis, optimi bouis, admonuit uerendum esse, Ne consilium ac uita fatiscerent, quæ ambo à corde prouenirēt. itaq̄ circumspecti oportere, discrimen quod sibi pararetur, nec ultra Idus Martias trahi posset. Mira rerum humanarum nubes, mira fortunæ uolentia, unde hæc uel illi nosse uel huic negligere. Præfixo enim die, cū Cæsaris multis frustra, retemptatis hostijs, curiam ingrederetur, in Spurinam ceu mendacem ita iocatus est, ut diceret Idus aduenisse. is autem nondum præterisse respondit, sic ex integro comminatus, nec fefellit. eodem enim die ac loco cæsus est.

ALIVD.

Cæsari autem Augusto, prius quā ex aluo matris exiret, prodigio pronūciatā magnitudinem affirmant, ad id quasi prodigiū simul, quo quidē respōsum est. Regem populi Romani naturam parturire. eius rei auctor est Tranquillus, testem afferens, Iulium marathum, illud additur miraculo. Senatū responso territū, decreuisse, ne quis illo anno natus educaret, sed quib. prægnantes domi cōiuges, S. C. ne in publicū ueniret obstitisse. Eidem Augusto in obsidione Perusina litare non ualentī, cum instaurari hostias iussisset, oppidani repen-

ni repentino erūpentes impetu, totius sacrificij pompā apparatusq̄ sustulere. quo animaduerso ab aruspibus respōsum fuit, ut omnes deorum minæ, quæ in extis apparuerant, ad eos transirent, quæ illa rapuissent, atq̄ ita contigit. Mors huic quoq̄ principi prænūciata. Sub extremum tempus, tabula in quo nomen eius inscripta fuerat de cælo tacta, & prima nominis litera deiecta est. Hinc respōsum, centum eum dies non amplius uicturum, qui per conuulsam significarentur literam, se uero inter Deos referendum, quod reliquum percussis nominis indicaret, quoniā *AB SARD E V S* diceretur Tuscorum lingua. ex quo simul atque alijs multis similibus elicio, linguarum mutationem, apud gentes plurimas, de quo à me sæpè quaesitum memini, sed non illud præsentis negocij est.

ALIVD.

Tiberius autem cum draconem, quem ferum mansuefactum; & altore suo mitiorem, propria manu pascere consueuerat, formicæ deuorasset: respōsum habuit: Impetum multitudinis prouideret. sed utinam nihil unquam uerius aruspices prædixissent. Tiberius enim non concursu populi, uerum tacita & penē ambigua morte periit.

ALIVD.

At Galbæ in Tarraconensi Hispania sacrificanti, ostentum accidit mirabile. Puer enim qui atrium obseruabat, illic antē oculos cunctorum uisibiliter toto uertice incanuit, quod interpretatum est, mutationē imminere, successurumq̄ senem iuueni. postq̄ ita contigit, in Neronis enim locū Galba successit, Eidē postquā erat imperiū adeptus, Romæ sacrificanti corona ceciderat, pulli euolauerāt, demū die ipso quo cæsus matutinum sacrificium petenti, ab aruspice consultum est, ut quā primū euaderet, quia hora mortis instaret & interfectores eius aduentarent. Quod ille uoluit quidem, sed præuentus est.

ALIVD.

Vespasiani principatus ab ipso uitæ limine prænūciatus est, in agro quidē gentis Flauia, unde sibi origo est, Quercus fuisse traditur ingens ac uetusta, & Marti dedicata. ea per tres Vespasie genitricis partus, totidē nonos ramos edidit, puerorū fortunæ (ut aiūt) certissimus uates. primus gracilis mox aruit, neq̄ partus quoq̄ ægit in rebus humanis, secundus fortis ac procerus fuit, filiusq̄ tunc in lucem editus ad senium peruenit. Tertius uero nato Vespasiano, non tam rami quā ingentis arboris speciem habuit. Quo ostēto Sabinus genitor, aruspibus consultis, respōsum habuit. Illum puerum futurum Cæsarem ac terrarum dominum. quod cum lætior solito matri suæ adhuc superstiti narraret, Nepotem illi Cæsarem natū dicens: nihil illa respondiisse, sed sustulisse risum dicitur, quod se nondum delirantes, is filius tam iunior inciperet.

GERMANVS AVGV R.

Sub Domitiano principe, aruspex in Germania, Reip. mutationem imminere nunciauerat, atq̄ ideo ad dicendam causam Romam missus est. forte accidit: ut princeps mane illum audiens, ob eam ipsam causam condemnaret. Ipse statim postea hora diei quinta interficeretur. Recordari potuit minus iuste se ueridicum condemnasse; sed iam à Cæsarebus diuertamus:

ALIVD.

In illa obsidione longissīma, qua populus Romanus Veios cinxerat, cum alterius partis discrimen, alterius tædium animos inficeret, ex inopinato uincēdi uiam Romanis ostensam fuerunt, cum enim nulli apparerēt causā, repente Albanus lacus, supra fidē excreuisset, quidam seu oppidanus nobilis trāsuga (ut apud Ciceronem) seu Veientiū aruspex (ut est apud Valerium) Romano milite raptus, per castra perlatus, dixit urbem illam capi non posse lacu exundante. Qui si ex collibus inter quos iacet, aliqua arte deductus esset, siquidem sic ad ut mare descēderet, calamitosum, sin ita ut per agros aspergeretur, faustū Pop. Rom. quamobrem multo studio impensaquē, lacus ut ipse monebat eductus est. hoc amplius addidit Valerius consultū Delphis Apollinē, idem respondiisse. quod cum factū esset, licet uictoria Romanorum fuit. At ego iam dudum hæc audiens stomacho, & paulominus

minus raucesco, aduersus hoc sæpius exclamando. non fuit satis hominem Veientem stultum forte naturaliter, & tunc ab accidenti metu abalienatū esse, dementemq; uana loqui, uel fortassis ex industria fallentem, immensi laboris opus hostibus abijcere, nouo quod in ultionis genere, ut Deus etiam Delphicus aut insaniret aut falleret; quid enim ita consulu it, ignorasse mihi uidebatur locorū situm, nam quid uel cum Veijs, uel cum urbe Romana commune habet Albanus lacus, ut uel prodesse ad summam publici status uel obesse ualeat; sed nimis audeo, qui aduersus sapiētia Deū, tam multa protulerim, immo uerò aduersus fallaciarum dæmonem. sic enim ipsemet olim, ut scriptum uideo, quisnam esset interrogatus, ueritatem fortè coactus expressit, se quæ dæmonem clara uoce confessus est: at Romani paruere, quid miri, error erat temporum, oraculis & aruspiciibus obsequi, licet & aliud opinari, Aquam lacuseductam esse, ad utilitatem agri suburbanī, ut bene ait Cicero, non ad arcem urbemq; reuendendam. At uictoria consecuta est. En mirum Apollinis aris dignum, En noua res, Romanos post bilustrem obsidionem uincere, illud potius mirabile, quod tam longo tempore distulerunt, soliti raptim ingentia bella conficere, & transcurrendo uictores terrarū orbis esse. nisi quia dispendante fortuna, prouenisse suspicor, ne Ilia ci laboris effigies deesset Italix: nunc ablurum in aquis Albani calamum, uicinæ urbis mœnibus inferam, aliquot ducum eius exemplā recolligens.

A L I V D.

Sylla in campo Nolano aduersum habes Samnitum exercitum, cum sacrificare cœpisset, repente ab imò aræ serpens exiit. quo uiso Posthumius aruspex, Eia, inquit, quæso dux Romane, tolle omnem cunctationem, & duc in hostē legiones, cui cum Sylla paruisset, castra hostiū opulentissima expugnauit, sed enim ipse Cicero huic sacrificio interfuit, & erumpentem anguem se uidisse testatur, & illius plij euentū fuisse prosperū affirmat, at non aruspici sed imperatoris consilio. Eleganter id quidem ac magnifice.

A L I V D.

In tota autē hac re nullus notior Flamini, illū dico, qui ad Crotonam infœliciter aduersus Hannibalem pugnauit, omnis hunc habet historia, & cōcentibus ac successibus unus uiri pleni sunt annales. Sed historiarum pace mihi liceat, & in hoc & in reliquis, narrationes rerum ab eis, irrisiones superstitionum uel à Philosophis uel à ratione mutuari. Itaque C. Flaminius, Iustrato (ut aiunt) exercitu, castra uersus Aretium moturus, hoc primum desistendi signum habuit, quod nulla causa interueniente, antè signum Iouis, & quod ad terrorem augmentum adijciunt Statoris Iouis, cum equo cui insiderat, in unum tumulum corruens prouolutus est. quid hic quæso miraculi est, si equus armis & fessore pressus intercedat; quid peccauit igitur, qui ad hoc subsistere monitus contempsit? sed enim cum ad hostem accessisset, & ex more maiorū auspicijs operam daret, uisus est proferre diem pugnae; quod pulli nequaquam pascerebantur, quod pestilēs apud augures signum erat, Id Flaminius spernens, sciscitatus est, si nec die postero pascerebantur quid agendum? responsum, & quietum: Enim uero (inquit illudens) magnifica auspiciorum disciplina, si pullis esurientibus, ardua quælibet aggredi permittitur, eisdem saturis cogimur ferari. meo quidem iudicio, uel ob hoc unum dignus, qui fœlicius pugnasset, sed apud eos capitale est, magisque ob hoc quam ob infœstū exitum infamis dux habetur, illud eiusdem, immo suis erroribus accumulānt, cum neglectis aruspicijs moueri castra iussisset, seque confestim sequi signifer diu obluclatatus, multis etiam auxiliantibus uexillum educere non poterat: quid hic rursus ostenti est? Trepidè fortassis eruebatur, quod audacter insertum humi fuerat, debuit ne ideo ducis animus terreri? contempsit hoc auspiciū & aruspiciū & religionum omnium contemptor, quid egit nunc? Aduersantibus dijs pugnauit, cecidit ipse cum exercitu, & in signis tunc Reipublicæ clades temeritate ducis illata, hoc præsertim exemplo fidunt, ac nituntur auspiciorum assertores: Ego autem sicut temeritatem in Romano duce non excuso, sic contemptum huiuscemodi nugarum non excuso, Flamini quoque compatiōr, iniquissimis uso tam iudicibus quam fortuna. calliditas quidem Hannibalis nota est, qua cum sæpè alias; tum illo præsertim die uictoriam quæsiuit.

Ea uobis

Ea uobis mihi credite Romani potius quā auspiciorum contemptus, aut stomachulus pullo- rum obfuit. Quid enim oro, Cornelius Scipio apud Ticinum? quid Sempronius apud Trebiam paulo ante meruerant, ab eodem hoste superati? Quid autem anno post Paulus Aemilius, is qui cognomen sumpsit, ab interitu, qui auspicijs diligentissime seruatis, ipse quoque cum toto exercitu Romano aliquantopere maiore strage Reip. pari fraude circumuentus, apud Cannas periit? Quod non immerito penè ultimum imperij uulnus ab historicis dictum est.

A L I V D.

Longus hic Romanorum ducum ordo subtexitur, eodem bello punico C. illic Gracchorum omnium clarissimo, in Lucania exercitum habenti, inter sacrificandum contigit, ut è proxima cauernula geminis serpentibus elapsis, extra corrumperentur. Idq; non semel tantum sed bis terq; reintegratis sacris accidit, nec prohiberi potuit, quo ostēto moti aruspices, ut uitæ periculum dux caueret monuere. Vtile consilium, fateor, homini præsertim tam grauiā bella tractanti: uerum non tam propter famelicos angues intestina bo- uis inuadentes, quam propter uicinum hostem Romani sanguinis sitientem, sileat autem aruspici nomen consilia sana laudentur. Tamen ipse non cauit, sed ab hospite prodit, in fidijs Carthaginensium incautus opperijt.

A L I V D.

Marcus Cl. Marcellus uir fortissimus, eodem bello simili casu periit in Brutijs, nempe ei post sacrificiū mœstior aruspex retulit extra mirantia & ut cautè ageret exhortatus est. Hic quoq; sapiens cōsultor & dux æquè incautus, qui rem gerēs cum hoste tam infidioso, non omnia circumspiceret, sed elatus memoria uictoriarum suarū, & exagitatus cupiditate, sæpius uincendi penè solus pergeret, ubi ab exercitu Pœnorum circumclusus & oppressus, non minorem lugendi causam patriæ daret, tam puerili errore, tam probati ducis, & iam sexagesimum tertium annum supergressi, quam interitu.

A L I V D.

Bello autem Numatino Hostilius Mancinus his territus prodigijs, fertur sacrificium instituenti, pulli educti in syluā proximam fugerūt. monstrū horrendū ingens, pullos in syluam fugere; mouissēs forte animū aruspex, si uel in undas uel in ignes euolasset, nūc uerò naturam secuti sunt quid miraris? at sedulo quæsi: nec reperti sunt. alas credo caueæ odium, & libertatis amor addiderat. sed audite quod sequitur. Cū terrestri itinere ad portum Herculis peruenisset, nauem ascensuro, sine auctore: uox audita est: Mancine mane: uox quidem sine auctore nulla est, sed auctorem illic præsertim perfacile latitare. Cauerno sus enim ac syluestris locus ille est, mihiq; notus optimè, nusquam in me magis ausis tempestatibus semel & iterum illic in terram eiectus, multos in littore dies egi. Non minus iuste (nisi fallor) territus, cum procellis obruerer. & mortē antè oculos haberem, quam audita uoce Mancinus, qui usq; adeo pauefactus scribitur, ut alio cœptum iter flecteret. sed quod oro prodigium tertium narratis? Cum iam, inquit, uenisset & scapham esset ingressus, anguis eximia magnitudinis uisus mox euanuit. ò ridiculam historiam, ergo prodigiorum numerum calamitatibus æquaturus: Mancinus malè pugnauit, fœdum fœdus inuit, turpiter se dedit: quid dicturi fueratis si uixisset? Vulgare enim est, ut infœstis rerum euentibus, reprehensorum copia non desit.

A L I V D.

Sed ut ab occasu ad orientem despiciam, M. Crassus bello Parthico, ne manum cum hoste consereret, quantis & quam claris prodigijs reuocatus est. moturus aciem, cum paludamentum posceret, quo bellorum duces candido aut purpureo uti consueuerunt, pullum ei allatum est. non puto suspicemini, per anum illum sensum erroris habuisse, notum eò uestrarum religionum processit insania, neq; enim nigrescere diceretis sed pallescere. uerum quod in tali re usu euenit, trepidatio ministri paludamenta permiscuit. An hoc ipsum prodigium nuncupatis? detur sane (quādo error hominum sic habet) etiam illustrum nomen hoc uocari: sed nunquā tantam habet uim, ut alio quin iuste susceptum bellum, uel deserere cogeret, uel differre. quid quod aquilarum altera uix à primipilo conuelli potuit,

potuit, altera egerrimè conuulsa, in contrariam partē seipsam conuertit; nihil hic mirabile (ne dicam stupendum) præter stuporem hominum doctorum, tam manifestè delirantium. Enimuerò moestum inter milites silentiū fuit, quos antiquo more lætos exultantesq; conuenire, ducemq; & signa circumstare dicebat. Mouistis animum, fateor, hoc uno, uerum nullo hic aruspice, sed arte & prouidētia imperatoria opus erat. itaq; nolite mihi hoc prodigium narrare, uocate res proprijs nominibus, pauorem tristitiamq; dicite. sed quis exitus? Dux oppressus, egregio adolescente filio, antè oculos patris interfecto, legiones uestræ ad fatietatem cruentissimi hostis cæcæ, signa Romana Babylonis postibus affixa, disposita in mœnibus truncata capita, & in formi limo obruta, & fluminibus iactata cadauera, latius honos & omnis flos militiæ superbo pede calcatus, denique clades, quanta raro unquam aliās ab externo hoste P. R. inuēctā, quis hæc nescit? quis autem inter hæc aruspiciæ iocus? turbatus hoc loco Valerius. Vellem quidem (inquit) placidius, sed quod relatu uerum est, sic deorum præmonitus excandescunt, sic humana consilia castigantur, ubi celestibus se præferunt. Optimè, inquā, si non cōmutati paludamenti, uel auersæ aquilæ prodigium spretum, sed auaritiæ consilium castigari putas, dolesq; in qua urbe non multis antè sæculis, oblati ultrò muneribus, nullum usquam patuit receptaculum, in ea tam multum auaritiæ licuisse, ut tanto cum ludibrio cæcorum, tantoq; cum discrimine superstitum Romanū imperium nutaret. Quid enim (si uerū fateri uolumus) nisi infatigabilis Parthici aurisitis, Crassum trans Euphratem impulit, & in id bellū compulit, fractis fœderibus, unde harum tot & tantarum miseriarum processit occasio. Ab externis ad ciuilia bella conuertar C. enim Octauus Coss. cum aduersus L. Cinnam collegam suum arma sumpisset, & mortē dignissimum in exilium pepulisset, de fine rerum tali ostento monitus narratur. Ab Apollinis enim simulachro sponte delapsum caput est, & in terram tam altè descēdit, ut effodī non posset, donec Cinna uictore, Octauus in multo ciuium sanguine uita priuatus est: mirum quod Apollini cōmune cum Octauo, potius quā cum eius aduersario? Aut quo diffugerant fossores omnes, ut tanto tempore tantillum saxum erui non possent? Credo ciuili tumultu excesserant. Altero autem ciuili bello, omnium sœuissimū & maximo, quo totius cum strage urbis & imperij & cum uniuersi orbis magnis motibus. Cn. Pompeius magnus, aduersus rerum dominum Iulium Cæsarem conflixit, euentum prælij euidentissimis prodigijs prænotatum fuerunt, primum omnium Dyrrachio Thessaliā uersus iter arripiens, infœlix dux, multo tonitru crebrisq; fulminibus exceptus est. En prodigia æstius præsertim mensibus: poterat quidem subsistere dilato profectiois die, Hannibal cautiissimi ducis exemplo, quem mœnia Romanæ urbis aggressurum, bis terq; repulsum tempestate nouimus, & profectio arbitrator, si dux illi exercitui fuisset Augustus, qui alteri non multis annis postea dux, in eisdem campis fuit, retrocessisset, utiq; quæ semper & ubiq; (ut Tranquillus ait) pellē uitulimarinī, circumferre, pro remedio atq; omnem maioris tempestatē suspicionem, in abditum & cauernarum locum se recipere solitum accepimus, at Pompeius quia fulmina minutiora non timuit, aduersus maximum & uolentissimum fulmen Cæsaris pugnaturus, religiones & deorum portenta neglexisse reprehenditur, nam quod apum examina circum signa uolitarunt, quid nisi mellis & cæræ copiam, quod sonus tympanorum Pergamī in penetralibus templorū auditus est, quid nisi lætitan portendebat? de fuga quidem hostiarū ab altaribus, idē sentio, quod de pullorum fuga sub Mantino, eoq; magis quia pulli pastū illic, hic hostiæ mortem fugiebāt, quod insitū est, cunctis animantibus. Piget singula prosequi & irrisoris cognomen uereor incurrere, id sane quod inter prodigia numerat, repētino mœrore ac nocturno patore obtorpuisse acies, signum fateor pestiferū, sed ut sub Crasso dixi, imperatori prouidendū nō aruspici, qui si in partē cōsiliij uocandus erat, poterat & Crassus primo, & mox Pompeius & Cæsar nouissimè bono animo esse, nihil lætū & magnificum sperare, omnib. enim ut qui rebus ipsis interfuit, meminit Cicero, promissum à Chaldeis eos nō nisi in senectute, nisi domi, nisi cum claritate & summa gloria moriturus. O' pmissorū fides, & nimirū in alterutro deliradū fuit, honestior (ut ita dixerim) insanā est, ex stellatis cœli motu, quā ex cruentis extorum fibris.

bris, fortunam suam explorasse, quanquam Pompeius ipse, qui ut scriptum est, sese credidulum rerum talium præberet. sæpè etiam ab aruspibus lusus erat, multaq; sibi in Græciam transuecto ab urbe Romana nunciata fuerāt, quæ uel nullos uel aduersos exitus habuerunt. Itaq; quid amplius crederet non habebat, Cæsarem uerò collegis suis iungerem, nisi eum primo loco in domo Cæsarea collocassem.

A L I V D.

Hæc & horum similia confirmandis auspicijs, & id genus erroribus afferuntur, tam inepta, tam friuola, ut mihi quidem Marcelli illius quinquies Consulis cōsiliū probetur, qui cum esset imperator & augur optimus, totum hoc omisit (ut ait Cic.) sed quod sequitur, sine risu non possum meminisse: Si quādo inquit, rem agere uellet, ne impediret aruspicijs, lectica operta se iter facere solebat. ò radicato errores. uir fortis & sapiēs desperabat posse inhærentē osibus opinionem, aperta fronte discutere, ideoq; uultum obtegebat.

A L I V D.

Inter duces & reges, histrionum Rex locabitur Roscius, quem Cic. amorem ac delitias suas appellare non erubuit, cum in campo Selonio nutrireretur essetq; infans, in cunabulis assurgēs pernoctem nutrix uidit eum consopitum, circumflexum angue nodis horrificis implicitum, quo aspecto exanimis exclamauit: Pater autem pueri de hac re aruspices consuluit, atq; si in histrionica claritas hominis sit, uel cōsistit, nihil mentiti sunt, sed ò peritæ inepia, diuinitus ergo futuram histrionum claritatem præostensam uultis, cum Aphricanus tantus & uir & dux, nullum tale meruerit ostentū, nam quod in cunis anguis inuentus est, nec mihi quidem mirum uidetur, nec Ciceroni præsertim, in Selonio ubi ad forum nundinari angues solent, ut eleganter ait idem.

E X T E R N A.

A L I V D.

Ad dunt domesticis externa, risu non minore prosequenda. Deiotarum regē in primis, nihil unquam nisi auspicio gerere consuetum, quem Valerius non solum inter externos primum, sed uelut immemor moris sui ante omnes etiam Romanos, in hoc ordine locauit: hic ergo ut memorant uolatu aquilæ pergere quo cœperat prohibitus, cū multorum iam dierū iter exegisset, rediit atq; ita mortem euasit, cōclauit scilicet in quo pernoctem iaciturus fuerat, sub idē tempus corruente. Sed cur, quæso, Val. Maxime, q; sequitur siluisti: an quia dum breuis esse laboras, obscurus fieri, ne dicam imperfectus & mēdax elegisti? an quia Ciceronis libros unde ista sumebas, in manus posteriorum nequaquam peruenturos credidisti? neque non lecturos quibus uerbis hic Deiotari auspiciū à Cicerone refellitur? At id neq; si fatum fuerat effugisset, inquit, nec si non fuerat, in eum incidisset. auctoris tui & mei uerba recognosce, nihil immuto, sed sicut in tractatu somniorum dixi, nescio quomodo uoluisse mihi uisus es, superstitionibus prægrauare animos, quos potius exonerare debueras, eoq; magis miror, ubi nam aliud eiusdem regis auspiciū reliquisti, bello autem ciuili uir sapiens, sine auium consilio nihil agens, prosperis hortantibus auspicijs perrexit ad Pompeium. Vbi quā multis & periculis & incommodis affectus est, bello Pharsalico uictus ac fugatus, tātō distractus ab amico & quo fideliter amantibus nihil est amarius, plenus abiit graui mœrore rerum præsentium, & uenturi spe deterrima, itaque mox & illius miserabilem audiuit mortem, & superbum hostem suscepit hospitio: à quo digrediente nouum hospitalitatis pretium, & Armenia & Gallogræcia spoliatus & Thracia, nec longè post in discrimen capitis adductus, ab hospite meliori, hoc est ab ipso Cicerone defensus est. Hæc fides auspicijs, læta cuncta promiserant, eius artis peritissimū, mœsta omnia prouenerunt, nam quod eū postea dicere solitum accepimus. Auēs quibus ducibus in bellum isset, bene sibi consuluisse, quia officij ac fidē adimpleisset, & Romanā libertatē armis defendisse. quisquis eū casus exciperet, omnibus regnis & diuitijs anteferet, uel auspicijs pertinaciā id quidē, uel magnanimitatē regis indicat, potius quā auspicijs ueritatē, nisi forte Philosophatēs etiā uolucres somniāt, nō in fortuna, sed in uirtute foelicitatem hominis collocatēs. Cur aut uereatur omnia magna uolucris, dare, quarū uti consilij

non

non pudet, uel cur apud eos inopinabile uideatur, sapientiam quidem ab eorū animis longè exulantem, in alijs animantibus habitare, sed hæc haftenus.

A L I V D.

Platonis apes adijciunt, & formicas Midæ, sed de Platone cum de eloquētia loquebamur diximus, Midas uero Phryx infans dormiens inuentus est, formicis in os eius tritici grana congerentibus. Ditissimum futurum aruspices responderunt, ego potius edacissimum respondissem, sed responsum illud fortunæ comprobauit exitus, ut scriptoribus rerum placet.

A L I V D.

Quis illa non rideat, quæ bello inter Lacedæmones & Thebanos orto, ultrò citroq̄ nunciata referuntur. Et si enim successibus asserta sunt, nihil tamen ridiculosius dici potest. Cum enim apud Theb., per Bœotios uates sacrificium fieret, Gallos Gallinacios in eo loco sic canere cœpisse aiunt, ut nulla esset intermissio: Augures autem pronunciaſſe Thebanos haud dubitè uictores, ratione addita, quam consultus siluissent: Quod ea scilicet uolucris, per naturam uicta sileat, uictrix canat, quis iam dubitet, in horū uaticinijs spem habere? & citatur huiuscemodī uanitatis, testis Callisthenes, haud ignobilis Philosophus & auditor.

A L I V D.

Ex aduersò multa Lacedæmonijs ostenta grauiā atq̄ terrificā, sed omiſſis alijs unum referam, quod historici Graiorum maximum ac moestissimum affirmant, cum enim de uictoria consultores legatos ad Dodonensem Iouem destinassent, & hi oraculum operientes, uasculum cum sortibus certò posuissent, Molossorum regis simia, sortes ipsas huc illuc sparsit confunditq̄, insuetum rarumq̄ prodigium, prodigiosum potius, si foedum illud & inquietum & importunum animal, notū quicquid usquam reperiret effunderet. At illis aliter uisum, itaq̄ responsum est, Lacedæmonijs nō de uictoria, sed de salute cogitandum, & hunc tantum terrorem, has deorum immortalium, an simiæ regiæ tantas minas, se quæ mox fortuna declarauit, famosa illa pugna Leuctrica Lacedæmonijs ad interuentionem deleris oppressisq̄. Sed de hac re satis multa diximus. & si quid dicendū superest, proximo tractatu reliquias prosequamur.

D E O M I N I B V S,

Cap. VIII.

Iam nisi fallor bona pars horum expedita est, quid enim agunt alijs aruspices, nisi circa interpretationem mirabiliter contra naturam, ut ipsi uolunt contingentiam, ex quibus uenturi præciam pollicentur: quod enim (ut eleganter ait Cicero) ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, mōstra, prodigia, à maioribus dicta sunt, multisq̄ uerbis una res appellata, cui nos unicum portentū nomen ascripsimus, pauca deinceps, sine aruspices interpretationibus complexuri, quæ restant ex historijs, de quibus in primis hic tenendum, nihil contra naturam fieri, licet aliqua uideantur ignorantibus causas rerum & nouitate percussis, itaq̄ uerè, & si quod est, hic esse permaximum, quod in animis hominum, tam benè institutis à natura, tam uarij errores pullularunt, & in regno rationis, tot aniles ineptiæ, & tot inanes superstitiones regnant, ultimumq̄ illic ipsa locum tenet, per quam distinguī à cæteris animalibus poteramus. Verum hic longior est querela, egenſq̄ uerborum plurimum. igitur ad inceptum rediens, quicquid factum est fieri potuisse, non dubito, si fieri potuit, non esse mirabile, nisi quia raritas admirationis mater est, neq̄ enim ignorantia sola causarum uideri portentum cogit, eadem namq̄ in quotidianis actibus interuenit, testante admiratione, exemplo utar quo & Cicero utitur, & omnis plena est historia. Portentum putant Mulam peperisse, itaq̄ in animalibus relatum est, cur quæſor an quia uulgo ratio eius partus ignota est: nihil equini partus notior, uerum iste frequentior. raritas igitur, frequentiaq̄ uarietatem pariunt. quod si ita est, dicam quod à doctis uiris dictum uideo, quoniam quod raro accidit portentum, dicitur, sapiens sicubi reperiatur grande portentū est, & mulæ partu (nisi fallor) rarius, quanquā quod de hoc partu dicunt

propè

propè ridiculum uideatur. In conceptione enim, esto si quid est miraculi, partus enim ipse non modò non portentuosus, sed innaturalis, & quodammodo uolentus est; iam miraculorum eadem ratio, nihil namq̄ miraculosum, nisi quia rarum, illa autem dico miracula, quæ nil portendere iudicantur, sed admiratione simplici suspendunt animos mortalium, ideoque de his alibi. Nūc q̄ instat, quoniam quidem longè dispar uis est, in his enim neq̄ portendens, neque mirabile quicquam inest, nisi quatenus humana iustitia, quibusdam mota successibus, & fineretur ad principium relato, præostensum aliquid cœpit opinari, non prius ab initio intellectum, quam exitus comprobasset, & se tractu temporū, eò peruentum, & ipsis etiam primordijs, uel rerum uel uerborum mortalīs curiositas inhiaret: error hinc omnium ortus est, qui magnos homines inuoluit.

O M E N.

Ex hoc genere est, ut iam ad exempla ueniam, post captam à Senonibus Gallis, ex Eustamq̄ urbem Romanam, hæsitantibus an relicto natali solo, sedes imperij transferrent, an uero patriæ ruinas erigerent. dum hæc res fortè in Senatu alternantibus consilijs agitatur, contigit, ut Centurio cohortis è præsidio redeuntis, alta uoce signiferum compellans diceret: Statue signum, hic optimè manebimus. non dubitant huic uoci stabilitatem imperij acceptam referre. qua quidem ad Senatus aures perlata, accipere se omen ait, ita tot diffidentium patrum sententiæ, uno militaris uiri, uero nescienter iacto, confestim quieuerunt, nullo non manendū consilium amplectente.

A L I V D.

Quo minus miror apud Ciceronem, omen notum legens, unius clarum, sed & constantem animum. L. Aemilius Paulus, aduersus Perſen Macedoniæ regem bellū acturus, eodem die, quo provinciam fortitus erat, serò sese domum referens, filiulam suam cui Tertia nomen erat, exosculans, tristitorem solito perpendit, Et quid, inquit, causa est mea Tertia, ut moesta sis? respondit illa uoce querula. Mi pater Perſa periit, decesserat autem huius nominis catella. Pater puellam uulnis circumplectens, Accipio, inquit, omen filia. nec piguit talem uirum, tali omine lætorem ad tantum bellum proficisci, unde mox & Macedonico cognomine, & triumpho celeberrimo redijt ornatus, uictos in capitolium Reges agens.

A L I V D.

Multo etiam minus miror, hæc à foeminis obseruari: Cæcilia Metelli, cum de neptis coniugio rogaret, quæ sibi ex sorore superat, omnis capiendi gratia, quod illis temporibus quotidianum erat, solam secum uirginem eduxerat. Vbi cum puella stante, matrona sedens tacita, & aliquid operiens, quod ad omen traheret diutius mansisset, defessa rupit tandem uirgo silentium, Orans materteram, ut sibi paululum quiescendi copiam faceret. Et illa confurgens. Immo uerò, inquit, filia, libens tibi concedo meas sedes. Id responsum defuncta mox Cæcilia uirgine, uiro eius nupta, confirmatū commemorant.

A L I V D.

His illa conueniunt, Petilius cum Liguribus Lætum montem, qui hostium præsidio tenebatur adortus, pertinacius obnitiuit, suosq̄ in præliū accendit. Hodie, ait, ego utiq̄ Lætum capiam. id confestim Læto eius consecuto, æquiuocum omeni apparuit.

A L I V D.

CRassus dum Rhodijs Deorum simulachra cupidè subtraheret, & illi humiliter precarentur, ne omnia subriperet: Solem se relinquere, ait. iocatus in eorum religiones, apud quos Sol per studiosè colebatur. nec multò post prælio uictus, & uitam & Solem linquere compulsus est. Infinita sunt eiusmodi, quæ appellant omina, puta ex eo moti, quia cum reliqua diuinandi genera, uel per ipsos Deos, uel per extorum respectiōnem, uel per

m m uisiones

uisiones nocturnas, uel per stellarum signa perciperent, hoc genus, per ipsos, quibus cum uidebant homines percipi arbitrantur, quorum fortuitas etiam, immo uerò non nisi fortuitas uoces ad consequentiam trahebant, & sicut omnis error suis non contentus finibus, facilis est serpere latius quæ se fundere, à uocibus ad actus ac gestus quoslibet hominum primo, deinde etiam reliquorum animantium ac rerum cæterarum decursum est, quo ex genere illa sunt.

A L I V D.

FVrius Camillus expugnatis Veijs uictor, dum amantissimus immeritæ patriæ uir, Deos precatur, ut si Romana prosperitas inuidiosa esset, quælibet in Remp. calumnia calamitas, in caput ipsius uerteretur: atq; ita cœlestia placaretur inuidia, repente concidit, id ad casum exiliij, quo post damnatus urbe, quam ornauerat caruit, relatum est.

A L I V D.

CAius autem Martus, in Minturnorum custodia delitescens, hostis iam patriæ pronuntiatus, a sellum forte considerauit, oblatum pabulum spernentem, ad aquam properare. Id ad se uir talium doctissimus reflexit, & ostensam sibi cœlitus salutis uiam arbitratus est. turba quæ ad auxiliandum conuenerat, orauit hoc unum auxiliij genus exhiberet ut ad mare comitaretur. quo facto, parua superimpositus carinæ, minas Sullæ uictoris euasit. Et huius omnis obseruationem, sibi proculdubio saluti fuisse Valerius ait. prudentem igitur a sellum, quo consultore ac duce, ille dux tantus usus est, quem uel formidatus olim austris & aquilonis domitor. auctorem fugæ, & salutis habuit. At hæc quidē uanitas, ut scriptum uideo, à Pythagoreis ortum habet, qui omnia superaddentes oraculis, à diuinis ad humanas uoces obseruandas animum conuerterunt, cæterum more morbi contagiosi, breui & in populum Romanum, & in omnes effusa radices egit. hæc ergo cum cæteris extirpanda est (crede mihi lector) si erroribus semel aditum dederis, frustra deinceps oblectaberis. actum est, irrupent undique, quicquid uel audies uel uidebis, huc referres. Vicinorum te aliud agentium sermunculi, lætum ac mœstum, ociosum ac sollicitum tenebunt, & mustelarum occurfus, & leporum timebis, & dextera cornix & sinister coruus annotabitur, & nocturnæ Strygis gemitum, & mane sternutantis secundum numerum obseruabis, & transuersam togam, & commutatum calceum, neque enim tu maior aut sapiētior Augusto, de quo legimus, quod læuum pro dextro calceo indui, durū omen, rorem uerò sub ingressum longioris uix sceleris & celeris uotiuicq; reditus putabat. unde hoc tibi princeps prudentissimè quid uiatori ros nocturnus afferre potest, nisi iter lubricum & madens, nempe opinio inueterata praua uergerat.

A L I V D.

TRiumphali tempestate, cum Augustus idem atque ambo collegæ, cum omnibus copijs Bononiæ conuenissent, omen clarissimum uisum, & ab uniuerso exercitu annotatum est. Aquila tentorio eius insiderat, eam gemini corui dextra læuacq; perstringere ceperunt, illa resistens utrunq; prostrauit, confecitq; mira res dictū, tot hominum millia, in id spectaculum conuersa, unum & idem sensisse perhibentur, inter tres scilicet Duces, q; tunc unanimes uiderentur, dissensionem emerfuram, & collegarum finem qui post fuit, uictum enim Lepidum, relegauit Augustus, mori coëgit Antonium.

A L I V D.

Luia nondum Augusta, Tiberium aluo gerens, ac muliebri ingenio, quem sexum paritura esset anxia, ouum super incubanti gallinæ subtractum, tam per se, quam per ancillas tamdiu manu sinuq; uicissim tepfecit, donec erumpente pullo, insigniter cristato ad spem maris erecta est.

A L I V D.

SAnè si denunciata rei magnitudine, magnum omen dicitur, quod ex omnibus unq; seculis usquam terrarum malus, quam quo Cæsareæ domus occasus ac finis ostensus est. Eidē Luiæ, Augusto primū matrimonio dignate, ferūt contigisse, ut dū rus peteret, cædida gallina uirentis lauri ramusculū rostro gerens, in gremiū miratis, ab alto caderet, aquila prædam

prædam ut sustulerat ultrò relaxante. Nouitate rei motam Luiam, iussisse & ali uoluerē, & ramusculum inseri. cū id factum foret, utriusque breui tam magnificum incrementum consecutum, ut & pullorum copia ad gallinas duceretur, & ex frequenti laureto, quod tã tenuis planta pepererat, laureæ triumphaturis Cæsaribus uellerentur. Obseruato, ut quicquæ Cæsarum eo loco nouam laurum sereret. longo denique usu agitatam, unamquamq; arborum illarum, circa satoris sui mortem solitam arefcere. ultimo autem Neronis tempore, subito simul omnes radicitus aruisse. Gallinas quoque omnes ad unam perisse. Accessit & illud haud obscurius, quod sub idem tempus, in æde Cæsareæ, capita simul omnibus Cæsarum statuis, uno ictu fulminis corruerunt, quibus omnibus cœlestim Neronis mors, & in eo deficientis familiæ successit interitus.

A L I V D.

CVm aduersus hunc ipsam Neronis, obscœnitatis & inhumanitatis merito, nō P. R. tantum, sed uno propè tempore omnes, qui usquam erant exercitus, quibuscūq; duobus conspirassent, caput rerum Galba denotaretur: qui tūc Hispanijs præerat, is tamen si uel cupidine imperij ardens, uel gelidus mortis metu, ut qui occidi sese iussum à Nerone nouerat, & uitæ & dignitati audendo consulturus uideretur, nec uoluntas deforet, tamen & senio pigrescens animus, & desperatione successuum exterritus, hærebat usque ad eod, ut consalutatus Imperator, S. P. Q. R. se legatum testaretur. sic cunctanti geminum omen accidit. Nam dum castellum ualidum, & nouis motibus opportunum armat, ab efforsibus inuentus est annulus peruetusti artificij, insculptam cum tropheo Victoriæ habens: accessitq; Alexandrina nauis, plena armis, hominibus uacua, nec ullo cursum dirigente, ad id litus ubi Galba tunc erat appulit, cunctis interpretantibus alterum suscipiendi belli omen, alterum sperandæ uictoriæ.

A L I V D.

Vespasiano autem aliquot principatus signa contigisse ferunt. Cæs. Caligula inferius, ædilitatem tunc agenti, occasionem nactus, quod uias purgari neglexisset, cœno illum præcepit impleri. cui cum milites obsequentes, in sinum litum terramq; congererent, in omen tractum à quibusdam interpretantibus, futurum ut terra patriæ, omnisq; res pub. moribus ciuilibus scœdata ac permixta, tandem se in Vespasiani custodiam reconderet, quod quanquam dilatum fuerit, accidit tamen. Eidem prædenti, canis externus ex publico in cœnaculum introgressus, manum hominis, quam mordicus gestabat ad pedes deiecit, sed quid amputata manus ad Imperium; caput saltem hominis attulisset, aliquantulo igitur propius bo uis omen, qui iugi ac soliti domitoris impatiens, cum se in libertatem eripuisset, in locum ubi forte Vespasianus tunc cœnabat, magno cum fragore irruens, ministrantibus metu sparsis fugatisq; ubi ad ipsum uenit compresso impetu, ante pedes eius adorantis in mortem procubuit, & uelut dominum fassus, caput humi posuit.

DE PORTENTIS, Cap. IX.

Hinc iam pauca de portentis. nã si historias percurrã (quod laboriosum magis quã gloriosum fuerit) facile profecto ex hac re una, librū complecti contigerit. quæ enim historia sine portentis est; quæ à Cicerone recollecta, neque illa tamen uniuersa complectar. Duos soles simul uisos, ac tres lunas. Solem quoque per noctem, & ardentem cœlo faces, & auditum ex alto fremitum ingentem, uocesq; minitantes, & fluuuium sanguine fluxisse, imbrem uerò modò faxeum, modò sanguineum, modò terreum, modò lacteū descendisse. Sudasse sapius & interdum cruento sudore effigies deorum. Postremò quod sine risu narrare non possum, bello Marfico Lauinij inter multa, monstrum horribile & inauditum, clypeos à muribus esse corrosos, idq; doctis interpretibus uisum esse tristissimum. hæc & horum simillima per facile refelluntur: nam & plures seu soles seu lunas uideri, non aliter euenire potest, quam duas lucernas apparere, ubi non amplius quã una est. similiter & auditus sæpe fallitur, nec ullus (ut Phisicis placet) pigrior in nobis sensus est. Flammæ autem, uel conglobatæ, uel sparsæ, cœlo interdum uolitare, possunt naturaliter.

m m 2 Solem

Solem uerò per noctem apparere, prorsus impossibile, cum præsentia solis ubique est; diem secum uehat. Fluuios fluxisse sanguineos, æs sudasse, uel ebur, & quicquid eiusmodi est, uideri quidem potest, uerum esse non potest. quod sanguis & sudor non nisi ex ueris corporibus emanare queat, solet tamen udus paries, præsertim marmoreus, notho flante sudori simillimum humorem fundere, quod uulgò sudare creditur. potest & ex aduentitia causa rubere. humor ille, & sanguinis speciem præbere. in omni autem sermone, tali meminisse oportebit, eius quod est apud Ciceronem, qui hæc omnia ficta & falsa putat. Hæc, inquit, in bello plura uidentur & finguntur liberius, & creduntur facilius. Iam uerò, quod de muribus affertur, quantumlibet triste mirandum certe nullatenus. crates enim rodere frequens murium cibus est, nisi quia clypeis affixæ erant, parci forsitan putastis à muribus, præclare dignoscentibus instrumentum bellicum, & formidatum gentibus signum P. R. quod fortè in illis cratibus pictum erat, contingere non ausuris, mihi credite, nullum hic monstrum, nisi stupor uester & admiratio tam communis rei. quod si mures à clypeis roderentur, illud planè mirum dicerem, sicut in re simili, respondisse portentorum interpreti scribitur, qui cum confuleretur, quid sibi uellet ostentum, quod quidam domi suæ repererat, anguem uecti ferreo circumuolutum? Enim uerò, inquit, si uectis angui circumuolutus esset, tunc mirari poteras: festinè grauius quæ. Quo responso (ut ait idem Cicero) satis apertè declarauit, nihil habendum esse, quod fieri posset ostentum.

A L I V D.

Eiusdem generis illa referuntur. Bis bouem humanis uocibus locutum. Semel. C. Volumnio, & Seruio Sulpitio Cos. usque ad horrorem astantium. sed quid eo sermone dixerit, non produnt, nescio an ut secretum esset orauerit. Iterum bello Punico secundo admonuit. Caue tibi Roma, fortè, quia mutus aruspex, mutis aruspibus, spirantia uiuorum animarum exta loquebatur. illa quoque terrificæ. Pluisse laceratas carnes. Puerum in foro Boario editum elephantini capitis mole mirabilem. Apud Antium messores cruentas spicas collegisse. & quod penè murium portentum exæquauerit, in Gallia lupum uigili cuidam, è uagina gladium extulisse. certè si hoc monstrum est, fuerant aruspices consulendi, dum canis olim meus me spectante, ensẽ aggressori suo non è uagina, sed è manibus eripuit. id què quo similis monstrum fiat, in Galliis accidit, & quoniam canis meus quod non putaueram, ad ætatem nostram stylũ deduxit, aliquot huius temporis adijciam.

R E C E N T I O R A.

A L I V D.

Obsidente Brixiam Heinrico septimo, in Galliis solis ac lunæ simul eclipsum, & minacem insueti syderis faciem uisam, lunæ quoque tergemina speciem, species uarias, & arcuos etiam cœlo sparsos, crucis imaginem continentes, & in Italia deflagrantes poli partes, ac sine ullis fulguribus, aut nubibus, & (ut dici solet) ignaro Ioue horrendũ cecinisse aiunt. nos enim, & si iam in lucem editi, nullam tamen eius temporis certam memoriam habemus. super hæc, in finibus Patauorum equam nouem pedibus editam, per rura Galliarum Cisalpinæ insuetas uolucrum formas apparuisse, pluma, ut ferunt cineritia, sanguineis maculis, cristato uertice, nec alias ea specie in his regionibus memoria hominum unquam uisas, nisi temporibus Federici principis, maiores natu affirmabant.

A L I V D.

Per idẽ tẽpus, Mediolani intra Maphei Vicecomitis uestibulũ, cõspectũ memõrat, nõ mediocri pdigiũ, uirũ scilicet ingẽtis speciei, & humana angustioris, insedentẽ equo, naturalẽ quoq; modũ supgresso. eundẽq; cũ circa primæ lucis tẽpus plũstẽs, horæ unius spacio multis uiuẽtib. stuporẽ attulisset, raptim ex oculis ablatũ, triduo aut interiecto, eodẽ loco ac tẽpore duos uisõs, ac ipso habitu & pari mole corporũ cõsertis manib. horribilẽ pugnã miscuisse, atq; hora una, ex his motib. exacta, stupentibus q aderant, itidẽ euanuisse & horũ quidem Musatus Patauinus historicus, nouarũ rerũ satis anxius cõquisitor testis est.

ALL

A L I V D.

Nam affert, circa idem tempus, quo ad montem Attinũ, collatis Florentinorum & Pisanorum signis decertatum est, monstrum in agro Veronensi æditum, ex equa quadrupedem, fœtum, humano capite, ad cuius murmur & uagitum, & confusum humanæ uocis sonum, occurrens ruris illius acola, & nouo attonitus spectaculo, exectum ingenti gladio monstri caput, præter callem acuto baculo suffixit, quam ob causam ad iudicium tractus, & de monstriuosi partus origine, & de occidendi causis interrogatus, horrore atq; abominatione rei rantum se fecisse respõdit, de cæteris nihil omnino, & rusticitas hominis, & publicatio facinoris, quod occultari potuerat, suspitionem omnem ademerunt.

A L I V D.

Num eiusdem temporis adijciam. In agro Florentino, puerum bicorpori effigie, geminis capitibus, quaternis manibus, circa gentales partes connexum, sic, quod non amplius, quàm in geminos pedes desineret, uiderunt illic omnes. Ad nos autem, qui tunc in Galliis degebamus, per amicos ciues imago picta transmissa est, ingensq; solius ad spectaculum picturæ cõcursum hominum fuit, septimum ætatis annum agens, genitorem meum uidi tabellam eiusmodi in manibus habentem. Sciscitatus quid esset: rem omnem eomõstrante didici, & aure cõuulsa, meminisse iussus, enarraturus filijs, ut ipse dicebat meis: ego autem & nepotibus renarro. Et hic quidem partus diebus (ut perhibent paucis uixit. Eiusdem tamen monstri effigies Florentiæ in hospitali ad scalas exsculpta, Epigramma sequens inscriptum habet:

Hæc Petrus Paulusq; uno sub corpore bini,
Fabrica nature mira, iacemus humo.
Cuiq; suum fuit & manuum, fuit oris opusq;
Vesicæ, a si unum uentris opusq; fuit.
Iunxere, extrema partes nos corporis, ambos
Quas neuter simul, & dicat uterq; suas.
Neutra ex parte pedes, capita ex uiraq; fuerunt
Bina, sed è medio corpore planta fuit.
Bina fuit medio, quæ corpore planta deorsum
Pendebat, sursum quinta erat, una manus.
Non uerò nobis unus somnusq; cibuscq;
Nec risus nobis, fletus & unus erat:
Somno membra dabat unus, ridebat & alter,
Sugebatq; unus flens quoq; & alter erat.
In Florentina natos, nos fluminis Arni
Valle, dedit patriæ, nos pia cura patris.
Inde alii, & sacro pariter de fonte leuati,
Viximus ambo decem bis totidemq; dies.
Quid nunc Neptunum, quid nunc Ianumq; bifrontem,
Miraris? stygiæ terna quid ora canis?
Et quid Geryonis tria corpora? scilicet unum
Nos corpus, binas nos animasq; lege.

A L I V D.

Apud Venetias autem qui quadraginta dies, absq; ullo cibo uiuat, idq; anniuersarium celebret ieiunium, adhuc superesse perhibetur: plurimos noui qui eum se uicisse, atq; rem ita esse testantur. Nam quod in inferiore Germania audiui, mulierem apud eos esse, quæ tricesimum ætatis annum, nihil unquam cibi sumens transegisset, mirum magis quàm credibile est. sed horum & simillium una est doctrina, Tullio dicente, In re noua atque admirabili, inuestigato si potes, si nullam reperies causam, illud tamen exploratum habeto, nihil potuisse fieri sine causa, eumq; errorem quem tibi rei nouitas attulerit, naturæ ratione depellito, hoc ille.

m m ; ALL

A L I V D.

AT quoniam prima pars tractatus huius, erat de omnibus, attingam, quod cum Bononiæ adolescens in studijs uersarer audiebam. Azzo Vicecomes, qui post Mediolani dominium obtinuit, iuuenis nempe uictoriosus, antequam podagris uinceretur, iussu patris profectus, cum exercitu Apenninum transijt. et uictis omnibus apud Altipassum, duce quidem hostium Castratio, sed egregia opera eius adiuto, ad uincendum Bononienses, pari impetu fortunaque se conuertit. In ea expeditione, cum forte equo descendens requiescit, ingens uipera, nullo comite aduertente, in galeam iuxta positam irrepsit. quâ cum mox capiti reponeret, fumoso quidem & horribili, sed prorsus innocuo lapsu, per decoras interriti ducis genas illa descendit, eam à nemine lædi passus, animosus adolescens, ad omne geminæ uictoriæ traxit, hinc præcipue quod ipse pro signo bellico uipera uteretur. ego autem huic sermoni, in hac cladum domesticarum memoria, finem statuo, labores nostros miseratus, finiat ipse qui potest.

DE MODESTIA, Cap. x.

ADmiraberis Lector, nec immerito, ego enim ipse, dum huc peruenisse, admirans substiti, quoniam calamum casus impelleret, ut de Modestia locuturus, ab homine petulantissimo sumerem exordium: sed apud te primum quaeso, deinde per te, apud alios excuser, neque enim uiros hic illustres prosequor, quod alio uolumine feci, quin potius (quod ipse titulus operis testatur) memorandarum rerum congeriem amplector, fieri autem potest, ut ex animo fœdo, decorum quippiam factum dictumue prodeat, casu aliquo rationis uices occupante, quod ipsum memoratu dignum sit, ubi de huiusmodi rebus agitur, quamuis eum à quo prodijt, non idcirco dignum statim cognomine claritatis efficiat. Quia ut eleganter ait, Cicero, non ex singulis uocibus Philosophi expectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. Profecto cum aliquandiu fluctuassent, an aliunde potius ordier, quod & temporum series, & uirorum splendor suggererebat, ipso miraculo, ne ab incoepro diuenterem retentus sum. Siquidem memoranda recensenti, quid memorabilius uideri debet, quam obscœnorum & infamium uoces, aut actus egregij, et hæc tanta uitæ morumque repugnantia, qua monemur, non splendore aliquo confestim capti, de quoquam quod bonus & sapiens uir sit præcipitare sententiam. sed de hoc aliàs, nunc ad rem uenio, quam temeraturum lector admonui.

C L. T I B E R I V S N E R O C A E S.

Intermulta Tiberij Cæsaris flagitia, pauca melioris animi signa circa primordia principatus, uelut rara luminaria inter densissimas tenebras effulgent, ex immensis ac innumeris honoribus ultrò oblati, plurimos ac maiores respuit. natalem suum profusius celebrari non sustinuit, templa & quicquid diuini cultus Cæsaribus exhiberi consueuerat, spreuit. statuarum & imaginum insolentiam compescuit, inter Deorum simulachra collocari uentit, sed in ornatu domestico haberi permisit, idque non aliter quam se consulto. Iuramenta in ipsius acta, mensis appellationem de nomine suo, prænomen imperatoris, & patris patriæ cognomen, & ciuicam coronam, & cætera uana et leuia, quibus ad illud diem fortuna Cæsari, uelut oblita hominem, cum cœlo de sublimitate cõtenderat, à se quam longissimè reiecit, adulatorib. acriter infestus (quo nescio an quicquam præsertim in principe laudabilius esse queat) actus aut uerba, quibus ullum adulationis uestigiū inesset, execrabat atque oderat. Consularem uirtutem ad genua procubentem, indignatus effugit, tanto impetu ut illum in assurgendo resupinum sterneret. Colloquia uel familiaria, uel publica interrumpere, & uestigio emendare solitus, si quid gloriosius de se cõtineret. Dominum quidam uocauerat, edixit, Ne deinceps eum per cõtumeliã appellaret. alter occupationes eius sacras, alter eo auctore Senatū se adijisse memorabat, utrumque redarguit, & per auctore suorum, per sacris laboriosum dicere uoluit. De me Tiberij nomē, nonne modestissimi & nihil secundis rebus elati principis acta celeberrime præsidib. pergrauadas tributorum mole, puincias suggerentibus, rescripsit. Boni pastoris esse tondere pecus non deglutire. Finge parē in relijs, quod factius aut melius respondisset Augustus.

FRAN-

FRANCISCI PETRAR- CHÆ V. C. VITARVM VIRORVM illustrium, Epitome.

AD IMAGINIBVS VIRTVTI-
BUSQ. ORNATISS. VIRVM FRAN.
Carrariensem, principem Patavinum.

R O M V L V S.



Hic adolescens materno auo in regnum Albanum restituto, ipse sibi Palatino in monte urbem condidit, suoque de nomine Romam dixit, primusque ibi regnauit, assumptoque habitu regio, Maiestatem sibi, Centum partibus electis in consilium Reip. apertoque asylo, paræ urbi, ciuium multitudinem procurauit. rebus bene ceptis, perpetuitas deesse uidebatur, quod uirilis tantum sexus, non nisi unius populi ætatem sponderet, petita igitur à finitimis nuptiæ, quibus admodum negatis, occultato interim dolore, simulati tandem Iudi equestres, inuitati ad spectaculum proximi, his & ludorum & uidendæ nouæ urbis desiderio, ad statutum diem concurrentibus, signo inter ludos dato, raptæ uirgines, in matrimonium abductæ. Hic bella undique, hic bellorum ordo, uicti primum Ceninenses, rexque illorum cæsus à Romulo, regis spolia templo Iouis illata ad idipsum instituto, quod primo templorum omnium Romæ fuit. Victi dehinc Antemnates, captumque oppidum, uicti Crustumini, uicti demum & Sabini bello graui & ancipiti, sed raptarum interuentu & lachrymis conciliati generi, fœderi, inque urbem recepti, Tarpeij sedem montis acceperunt, & communicato regno ac nomine duplicata urbs. Victi ad ultimum Fidenates & Veientes, his peractis, Romulus cum annis septem & triginta regnasset, & in fine semper bellicis curis intentus, ad Capræ paludem, in campis exercitum recenseret, subdita solis eclipsis, horribilisque tempestas auribus atque oculis stupefactis, exercitui conspectum sui regis abstulerunt.

N V M A P O M P I L I V S.

Hic secundus Romæ regnauit, in Sabinis ortus, & fama iustitiæ atque eximie sapientitiæ, peregrinus ad regnum uenit, magno Patrum ac Populi consensu. hic quasi aspectus corporis, habitum animi sequeretur, à prima ætate canus fuit, uir cõsultissimus, tranquillitate ingenita paci studens, bellis abstinens, sacris deditus, templum Iani erexit pacis ac belli signum, quod pace clausum, bello esset apertum, id cum primum ipse clausisset, raro deinceps à posteris claudendum. Totum animum ad religionem, qualis illorum temporum esse poterat, & ad iustitiam & ad quietem publicam conuertens, primas Romæ leges sanxit. annum in menses duodecim, primis duobus additis diuisit. Pontifices, sacerdotes, uirginesque Vestales, aras ac sacra constituit, quæcunque ageret, se diuino monitu alloquioque edoctum dicens, & commento fides habita. Sic inuiolata pace, summo ciuium amore, summa reuerentia uicinarum gentium, annis tribus & quadraginta in regno actis, tranquillum quietem uitæ finem habuit.

T V L L V S H O S T I L I V S.

Tertius iste regum fuit, secundo dissimillimus, fortior primo, uerum bella quoque primus impetu quodam & feruore animi gesserat. hic bellicis artibus & ratione uirtuti addita plura foeliciter gessit, dictus hinc artifex militiæ. primum ei cum Albanis bellum fuit, cognata gente, ac ab eisdem orta primordijs, quod miror quidem ac penè incruento

m m 4 Marte

Martè tranfactum est. Trîgeminis hinc illinc utriusq; Reip. fratribus pacta subeuntibus, quorum eventu, uictoria & imperium Romanis celsit, Proximum cum Fidenatibus & Veientibus bellum gessit, in quo etiam uictor, proditorem Metium, dictatorem Albanum, qui auxiliator euocatus, ex foedere, spectator euaserat, quadrigis in diuersum actis, acri potius quàm iusto iudicio discerpi iusserit, Albam dirui, populumq; Romam transfuehi, & in Celsio monte considere, ubi & ipse sibi regiam sedem elegit. Deinde autem cum Sabinis pugnans, his qui in patrijs finibus subsisterant, atroci prælio uictor fuit, ad extremum cum in regno duos ac triginta annos exegisset, uniuersa cum domo sua fulmine ictus interiit.

A N C V S M A R T I V S.

Quartum hic Romanis in regibus locum tenet, Numæ nepos ex filia, moderato ex priorum moribus animo, nec belli metuens, nec pacis impatiens, quem cum finitimi auo persimilem, hoc est non bellatorem, sed sacrificum rati, spernerent, ipse re animaduersa, commissaq; alijs sacrorum cura, toto animo in bellum uersus, plurima cum Latinis prælia prosperis gessit eventibus, quorum tandem potentia uario Marte perdomita, multisq; oppidis expugnatis, multis hostium millibus captis, & in urbe traductis, Auentino illos in monte constituit, quem (cum turbæ nouorum ciuium esset angustus) necesse habuit laxare, adeò spatium omni quod Auentinum & Palatinum colles interiacet, Ianiculū quoque trans Tyberim urbi additum muro cinxit, fossaq; permaxima, qua Ianiculum ipsum amplexus urbi iungeret, & primum omnium pontem sublitium fuit. Salinæ insuper ab hoc ipso regè factæ, usq; ad nostram ætatem urbi utiles, factumque Feretrii Iouis templum, prolatati finès, sylua Mælia præcepta Veientibus, extructusq; carcer primus reis, ipsa cum Vrbe crescentibus, inque ipso maris fluminisq; confinio, Hostia urbs fundata, quodam quasi prælagio magnitudinis, ut (quod aut Florus) totius mundi opes & cōmeatus, illò, ueluti maritimo urbis reciperentur hospicio. Obijt quatuor & uiginti annis actis in regno.

I V N. B R V T V S.

Hic fundator libertatis, uindex pudicitie, ob illatū Lucretiæ insigni foemitiæ, per uim stuprum, à Sexto Tarquino Romanorum regis filio, cum ipsa quidem intemperantia ac dolore facinoris, coram suis quæstā sese propria peremisset manu, cæteris in lachrymas & querelas uersis, indignitate rei regum perodio accensus, quanquam regia sorore progenitus, ingenioque & animo (quem metu tyrannidis propter interfectum à rege fratrem suum celauerat) patefacto, principem se publicæ ultionis exhibuit, magnumque opus, sed fauente iustitia ac populo aggressus, Tarquiniū Superbum, suosque omnes Roma expulit. quo merito primus Consul, nobilissimos adolescentulos filios, quod consilij reducendorum in urbe regum participes fuissent, seruiliter uirgis cæfos, securi percuti occidiq; iussit, ac maiore patriæ quàm sanguinis pietate tristi spectaculo seuerus Pater interfuit. cumq; rex exul, obstructū sibi fraudis iter ad reditum intelligens, ad apertam uim atque Hetruscorum confugisset auxilia, & his fretus, magno exercitu in Romanos gens irumperet, profectumq; obuiam Brutum armis, filius regis, consularibus fulgentem insignibus conspexisset, acerrimo dolore præcepti regni memoria excitus atque impulsus, equo calcaribus adacto, ruit in Consulem, quod ille aduertens, non minori animo in hostē ferē, tātōq; impetu & tā nulla supplicij protegendi, sed sola hostis ferendi cogitatione concursus est, ut alternis confixi, hostes ambo pariter consternerentur, superq; occisum sua manu Aruntem, Brutus ipse mutuo uulnere expiraret, ut Florus uerbo, quasi Consul adulterum (ut ille ait) seu uerius adulteri fratrem, regno pulsum uita pelleret, & ad inferos sequeretur. Funus Consuli præclarū rebus omnibus factum, sed nulla re magis, quod eum matronæ communes ut parentem anno integro luxerunt.

DE

H O R A T I V S C O C L E S.

De hoc uiro nil aliud occurrit nunc, nisi illa mirabilis & uix credibilis pugna, defensusque pons sublitius, per hunc uirum contra omnem exercitum Hetruscorum, donec à tergo fractus pons præclususq; hostibus aditus, indignante rege ac stupente exercitu, quod uir unus, isq; monoculus, ut qui iam alio in prælio alterum oculum amisisset, tantum contra tot armata hominum millia ausus fuisset, fracto ponte ipso, ut erat armatus, ex alto in Tyberim se proiecit, ad suos sospesque enauit, nisi quod in casu ipse (ut quidam tradidit) sagitta femur traiectus claudus euasit. q; cum sibi post tempus, ut (perhibent) in petitione honoris obiectum esset ut uitium, Magnifica prorsus & facta par responsio. Per singulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei, huic tantæ uirtuti non ingrata ciuitas fuit, statua illi in Comitio posita, & de publico donatus ager terræ, quantum uno die circumducto aratro posset amplecti, sic honore simul & commodo auctus in præsens, at in posterum, rei fama miratores repertura quàm credulos.

L. Q V I N T. C I N C I N A T V S.

Hic origine nobilis Patricia de gente, & filiorum fortium uirorum turba ornatus, integerrimus ac fortissimus uir fuit, sed cum unus ex filijs accusatus, graui summa pecuniæ cōdemnatus est. Quintius ut soluendo filiū liberaret, rebus suis ferē distractis ad inopiam redactus, relicta urbe trans Tyberim habitauit, ruralem ac modicam uitam agens. quo tempore equorum incursum peruastis agris, & legatis Romanorum ad querendum de iniurijs, insolenter à duce hostium contemptis, cum ad ultionem alter consul missus, ad Algidum obsideretur cum exercitu, nec in altero sat uirum esset, ad collegam liberandum, attonita ac turbata urbe, ad extrema remedia recursus est, summi omnium magistratus, consensuq; omnium ciuium. Quintus Cincinatus dictator factus, atq; in agro solus, incertum cui, sed profecto rustico inhians operi, inuentus, audito patriæ statu, & honorem & laborem pium, prono atq; offensarum immemori animo, profectusq; confestim transmissus amne, exceptus à filijs ac senatu & ingenti populi concursu, quanquam populo morum austeritate suspectior, dicto magistro equitum L. Tarquinio itidem nobilissimo ac fortissimo uiro, pariterq; inopi, & collecto exercitu, omnibus ultra nomina dantibus, spectata sub tali duce uincendi. disposito rerum statu, die proximo sub noctem Roma egressus, alacritate mirabili, mediaque ad hostem nocte perueniens, & Cos. & exercitum obsidione liberauit, & duces & legiones hostium magno prælio uictos, ut agris ritus in castra transfueheret, primus omnium sub iugum, quasi totidem hostium misit, direptis castris, & præda inter eos milites diuisa, receptisque oppidis, quæ ab hostibus tenebantur, hisque omnibus inextimabili celeritate confectis, Romam rediens, militaribus insignibus & duabus hostibus ante currum actis, prosequente exercitu uictore, præda onusto, solēnter triumphauit, & mox Dictaturam quam semestrem acceperat, quia non iam amplius Reip. necessariam uidebat, die sextodecimo deposuit, & ad agrum suum redijt, dux præclarus ac insignis agricola. Idem post octogesimum uitæ annum, cum Spurius Melius profusis largitionibus, ad regnum respiraret, neq; Coss. quamuis clari uiri & fortes, auderent se libertate publica tantis moribus opponere, multum licet excusata ætate, tandem consensu ciuium coactus, afferentium plus in illo sene, quàm in omnibus alijs uel iuuenibus uel senibus esse opis atq; consilij, Dictatorq; iterum factus, & Melium oppressit, & ruinæ proximam sustinuit libertatem.

M. F V R I V S C A M I L L V S.

Hic feruenti Romanorū ac Veiorū bello ter tribunus militum, cōsulari potestate, propter discordiam, quæ tunc domi militieque ingens fuit, prohibitus qui uir esset ostendere, ad extremum crescentibus indies & domesticis & externis malis, terrore publico Dictator dictus, ad inimicæ urbis obsidionem tanta omnium profectus fiducia, ut cum imperatore immutata fortuna Reip. uideret. Capenates in primis ac Phaliscos, qui cū hostibus coniurauerāt, Nepetinis in finibus uicit, obuius prælio, hinc ad illam, quam dico longam

m m s obsidionem

obsidionem ac difficilem perueniens, mira constantia ac uirtute, anno tandem decimo Veios cœpit, qui dies multa hostium cæde transactus est, donec à dictatore esset edictum, ut inermibus parceretur. quibus capti in prædam uersi omnes, cui nullius ad eam diem hostis præda par fuerat. hinc uictoriæ Romæ gaudium ingens, & quadridui supplicatione, quæ tamen nunquam antea, Dictator insolito honore triumphauit, & supra humanum habitum Capitolium ascendit, currum aureum equis quatuor unico candore trahentibus, ipse quidem per solutis uotis, deposuit Dictaturam, uir armis & animi moderatione clarissimus. Sed nulla claritas uacat inuidia, alienati à Camillo plebis animi quærentibus passim ciuibus, hostilem prædam in uoto dispersam, & Tribunis plebem, de more turbantibus, pendente tamen inuidia, quarto Tribunus militum factus est, commissumque illi bellum Phaliscum, hinc exortum, quod cum Veientibus Phalisci coniurassent, quos cum prælio uicisset, & directis castris hostibus, prædam omnem ad Quæstores publicos reiecit, magisque alienauit sibi animos militum per uirtutem uiri rigidum simul oderant & stupebant, inde cum obsidio præualidæ ac minutæ urbis, nihilo breuior futura uideretur, quam Veientium fuisset ducis uirtus ac fortuna incruentæ, honestissimæque uictoriæ uiam fecit. Magistro nobilium puerorum, quorum patres primi erant in populo, qui per spem solatijs illos in castra Romana, & ad tætorium ducis adduxerat, uincto nudoque illis tradito, & uirgis adhibitis, quibus agerent. cuius admiratione uirtutis, fracti animi urbs dedita, ipse summa cum gloria, sine triumpho tamen (quia res sine armis acta erat) Romam rediit. Nec tunc quidem uiri gloria & res gestæ inuidiam oppressere. Accusatus à Tribuno plebis Apuleio, Intercurrere per eos dies adolescentis morte filij, hinc publico, hinc priuato affectus incommodo, in exilium abiit. sed parabatur egregio uiro laus, non ex prosperis modo, sed aduersus patriæ rebus. cum itaque per id tempus Gallorum primo, postea Germanorum populi, nouissimi omnium Senones Galli, frugum omnes uinique dulcedinem (quæ adhuc eos hic detinet in Italia) irruentes, infinito cum exercitu fudissent bello Hetruscos, ea tempestate magnam partem Italiæ possidentes, deinde Appeninum transgressi Clusiumque aggressi, dehinc Romani exercitum Romanum apud Asiam fluuium prælio fudissent, unoque impetu inde fensam urbem cœpissent, atque incēdissent Senatu impie trucidato, & flammis hostilibus intactum solum saxum Capitolij remansisset, necessitate ultima, Camillus absens iterum dictus Dictator, recollectit laceras Romani exercitus reliquias, & turpi redemptione turbata, in ipsa primum urbe, mox extra urbem, cum hostibus fortiter feliciterque pugnat, quo in prælio nec fugientium captiuitas, sed sola hostium strages fuit, nec nuncio tantæ cædis superstitite. Victor Camillus & secundus Romæ urbis dictus ædior, seruatam in patriam insigni rediit triumpho, multa præterea bella gessit, multas uictorias, multos honores, multos habuit triumphos, quos breuitas ipsa non capit.

M. VAL. CORVINVS.

Hic adolescens bello Gallico, quod in agro Pontino gestum est, duce L. Fur. Camillo, Magni Camilli filio, Gallo quodam insueta mole corporis, & armorum specie metuendo, Romanorum aliquem prouocante, cum permissu sui ducis singulare certamen iniisset, in medio duorum exercituum, subito ei coruus in galea sterit, ita ut quotiens Valerius gladio atque umbone, totiens coruus in faciem hostis impetum rostro & unguibus faceret, donec undique tremefactum, Romanus Gallum humi sterneret maceraretque, hinc exortum corui nomen, mox eidem tres & uiginti annos nato, Consulatus primus ante tempus, uirtute uiri, & populij gratia, dispensante obtigit. dehinc anno uno nec amplius interiecto, Cos. iterum Volscos ad Satricum prælio uicit, oppidum euertit, prædam omnem inter milites partitur, inde quatuor militibus deditur, ante currum actis triumphauit. quarto post anno Cos. III. sub initium belli Samnitici, positus ad Gaurum montem castris, primus Romanorum ducum, nouis hostibus bello conflixit asperrimo, sic ut Romani faterentur, nunquam se cum duriore hoste certasse. & Samnites à suis interrogati. Quid ita cum tam diu fortiter pugnassent, subito in fugam uersi essent? Responderunt. Vifos

Vifos sibi ardere oculos Romanorum, hinc se terros terga uertisse. Alia cum eiusdem Samnitibus ad Satriculam pugna Valerij & uictoria ingens fuit, capta hostium castra ac direpta, & præda omnis data militibus, & in castris & in acie cædes magna, denique tanta hostium trepidatio fuit, ut quamuis non tantus esset numerus cætorum, ad quadraginta tamen millia scutorum, ad Cos. referrentur, & centum septuaginta signa militaria. cuius fama uictoriæ, non uicinos modo populos terruit, sed maria quoque transiit. Igitur & ab ipsa Carthagine, unde mox tanti motus instabant legati Romam gratulatum missi, coronam auream attulere, Valerius uictor bis, semel de Samnitibus triumphauit. nec multo post grauissima illa militum seditione, qui aduersus patriam arma conuerterent, dictator Valerius, motum omnem sapientia sua & notissima militum erga se pietate ac familiaritate compescuit, qua nulli ducem celsisse eum constat. Post hoc Aufonibus bellamouentibus, Valerius III. Cos. hostes fregit, de illis triumphauit. Cos. V. suffectus, Manlio Torquato, & in Hetruriam profectus, hostes morte Cos. elatos, & deos ipsos pro se bellum gessisse iactantes, solo sui aduentus sic terrore compescuit, ut quamuis omnia circum ferro atque igne uastaret, illi tamen ut obsessi, obstinata damnorum patientia, mœnibus tenuerunt. Vixit integris corporis ac animi uiribus, & Reipub. & rei familiaris muneribus implendis idoneus, usque post centesimum ætatis annum.

T. MANLIVS TORQUATVS.

Hic à patre Lucio Manlio imperioso, uiro asperioris ingenij, propter linguæ tarditatem ex urbe quodammodo relegatus, & rure iussus habitare, cum audisset patrem à Tribuno plebis Pomponio accusatum, eique inter cætera crimini datam, malam filij tractationem, memor non iniuriæ sed pietatis, diluculo ad Tribunal uenit, opinantem illum aliquid consilij noui afferre, ad criminationem, male de se meriti patris, hac spe submotis astutibus, solus admissus, stricto raptum supra tribuni caput gladio, tremebundum in re subita & ferri acie micantis, impetuosi adolescentis uiribus ferociaque perterritum, iurare compulit, se ab accusatione desiturum, ita durum patrem, pius filius liberauit. Idem mox cum Gallorum exercitus, super ripas Anienis castra depoluisset, Romanique obuiam exissent, & Gallus magnitudine insolita, ponte occupato prouocaret ad prælium, si quis esset uir fortis Romanorum, hesitantibus alijs, Dictatorem suum adiit, & obtemperanti pugnantem extra ordinem licentia, hostem, exultantem more gentis, & armis aureis gloriantem, fortis ipse magis quam ornatus miles, & utilibus magis, quam fulgentibus armis instructus, repetito iulnere, confixum strauit, cui exanimi nihil amplius intulit ludibrii, sed torquem unum aureum duntaxat illi ereptum, collo suo ut erat cruentus aptauit. hinc militari suorum gaudio ac fauore, ortum Torquati nomen, coronam præter hoc auream, Dictator illi dono dedit, ob insigne uirtutis, tantum denique momenti, in hoc duello fuit, ut nocte proxima, clam Gallorum exercitus abscederet, uir hic magnus in primis, ut ait Cicerone, & qui perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium, quem quod contra Cos. edictum prouocatus cum hoste pugnas, quamuis uictorem iussit interfici, bello Latino, quod eius consulatu III. ad Vesperim gestum est, quo fusi cæsi que adeo Latini fuerunt, ut uix pars quarta superfuerit, ubi ea Cos. uirtus fuit, ut constat, quacunque in parte dux fuisset, eo inclinatura fuisset uictoria, his peractis, cum post dies paucos Latini stultis consilijs instigati, in aciem rediissent, idem Cos. ad Triphanum illis obuius, tanta hostes strage deleuit, ut Latini omnes & Campani extemplo secuti sese dedere, ipse gemina clarus uictoria domum rediit, patribus charus, iuuentuti autem & tunc & semper inuisus. Et siue hæc siue alia est causa, has uictorias uiri lego, triumphum non inuenio. Demum IIII. Cos. cum Hetruscum simul & Gallicum bellum iniisset, & fortè cum alijs equestri exercitio experiretur, cursu præcipiti prolapsus, post triduum expirauit. ita sæpe uirorum illustrium casus finit.

Hic bello Samnitico Tribunus militum, exercitum Romanū in angustias coactum, & ab hostibus circumseptum, sua uirtute liberauit. petto enim à Cos. modico præsidio electorū militum, in uicinum collem castris hostium impendentem, tacitus & improuisus ascendit, percussis hostibus nouitate rei, occasione Cos dedit, ex iniquis locis euadēdi, quo facto, ipse præsentissimo trepidis in rebus animo, nocte media, suos pro tempore magnifice adhortatus, & quasi inter aliud non esset, per media hostiū castra penetrauit, ac multis uigilum, quos armorū fragor excitauerat trucidatis, ad castra Cos. peruenit incolumis, nec ingressus, cū iam in tuto essent, substitit donec illucesceret, ne tām nox atra uirtutem. luce prima ingressus, & inextimabili suorum gaudio exceptus, Cos. uiri meritas laudes inchoanti auctor fuit, aliud potius agendi, & nocturno pauore territas legiones, Samnitū inuadendi, quo consilio fretus Cos. ad hostes secutus, Decium euolauit, suisq; illis inopinatio impetu, castris insuper captis atq; direptis, ac triginta millia hostium, qui in castra cōfugerant occisis, in sua castra reuersus, corona aurea Decium donat, omniq; genere laudum ac honore benemeritum, tām Cos. quām exercitus omnis accumulans. hic Decio non urbanus, sed castrensis (ut sic dixerim) triumphus. Itaq; Val. Coruinum, & Corn. Cossum simul de Samnitibus triumphantes prosecutus, non minore uisus est hominum fauore quām Cos. Quarto post anno Cos. Decius, cum Manlio Terquato, acerrimo Latinorum bello interfuit, cum ad Vesperim castra firmassent, fertur utriq; Coss. aduersa imago in somnis angustior humana, admonens altera ex parte ducem, exercitum ex altera terræ & dijs manibus deberi, proinde cuius partis imperator, & seipsum simul & legiones hostium deuoueret, ipsum quidem periturum, ceterum partis exercitum uictorem; haud dubie euasurum, his uisus inter se collatis, & responso confirmatis aruspicum, Coss. Legatis & Tribunis militum ad consilium uocatis, ne rerum inscī, inopinatis turbarentur euentibus, deorū monitis exponit, atq; ita decernunt, ut cuius acies uinci cœpisset, eius dux ad uoluntariā mortē, sic enim unius mortē uitæ et salutis omnium fore. hoc qd dico omnes asserunt historici, apud Ciceronē uerò, nō hoc deorū imperio, sed ductū consilio gestū legimus (& quorum ducum, plus profectō Remp. quām seipos amantium, atq; ultrō animas suas pro patriæ suæ gloria ac defensione donantium) cogitarunt enim si iniecta suis spe uictoria, dux deuotus morti, in aciem hostium irruisset, exercitum secuturum. Atq; ita accidit, siquidem cum in prælium uentum esset, ditq; acriter utrinq; certatum, læuo tandem cornu quod Decius agebat, ferre impetum non ualente, Decius per pontificem solennibus uerbis dictis, missosq; ad Collegam, qui se, quod inter eos conuenerat peregrisse nunciaret, sese dijs manibus ac Telluri, secumque & legiones hostium deuouit, & succinctus habitu Gabino, equo quē insidens, armatos in confertissimos hostes ruit, & quasi à suis in illos omnem pauorem, atque omne secum periculum transfulisset, sic ardentem, secuti quē sui pleni spei, territi quē hostes horrore mirabili, cum aliquandiu tunc etiam restitissent, sic ad ultimum cæsi sunt, ut uix quarta pars prælio superesset. ipse Decius super hostes in medios cursu inuectus, & cōfixus telis innumeris, nouo & insolito genere mortis occubuit. sic non equis aut curribus, sed tribunus uirtute impigra, Cos. non morte mirifica triumphauit. quæ quidem mors (quod Cicero idem ait alibi) ita gloriosum fuit, ut eandem cōcupisceret, & filius, ipseq; Publius Decius, & morte & nomine patri par, superior & factis & gloria:

L. P A P Y R I V S C V R S O R.

Hic ducum seuerissimus uehementisq; uir imperij, atq; in primis malleus Samnitum fuit, quorum iste duriciem, & post eum filius eiusdem nominis, magnis fregit insultibus. aduersus hos igitur dictator primum dictus, Q. F. Max. Rutilianum, nobilissimum & præclaræ indolis adolescentem, magistrum quē equitū dixit, quod se in urbe reuerso, ad auspicia reperenda, aduersus edictum suum, occasione bene gerendæ rei usus, & prudenter licet & fortiter, ac foeliciter cum hoste pugnasset, securi uictorem uoluit ferire, & fecisset, nisi legatorum consilio, ac instantis metu seditionis, magnoperè dissuadentium, nec tumultuantium

tumultuantium nimis legionū, nec auctoritati Senatus, nec precibus patris ac lachrymis, nec tribunitio cessisset auxilio, celsit precibus Populi, Iuuenem Rutilianum non superbia, sed errore lapsum, sibi donari flagitantis: q̄ seueritas totius exercitus animos à Dictatore auertit, ut proximo cum Samnitibus prælio, hostis debellari potuerit, nisi milites duci suo gloria inuidentes, uincere nolissent. quod ubi dux prudentissimus intellexit, per seipsum uulneratos uisitando, consolando, curamq; legatis singulorum Tribunisq; ac præfectis committendo, reconciliandis placandisque militum animis, tām efficaciter institit, ut sequenti prælio sic Samnites funderet, & in acie cæsis hostibus, & uastatis latè finibus, ut non amplius contra ipsum Dictatorem ausi arma retemptare, pacem cum Romanis, & ad hoc Dictatoris interuentionem ac misericordiam implorarent, ipse legatis hostium prosequētib; Romam rediens, de Samnitibus triumphauit, cum quē Dictaturam deposuisset, illi, quasi non potentiam P. R. sed illius uiri uirtutē solam metuentes, illicò rebellauerunt, ita ut non multo post, memorabilē ac famosam illam ignominiam ad Caud. Romanis infligerent, utroq; Coss. legionibus exarmatis, cum singulis uestimentis sub iugum missis, cuius ad iniuriæ ultionem Papyrius idem cursor, & Pulius Philo simul Coss. ad Luceriam cōiunctis exercitibus, Samnites usq; ad satietatem, nullo discrimine, conditionis aut ætatis, urgente ira & recēti acceptæ cladis memoria, protriuerunt, ipse Papyrius digressō collega, Luceriam fame uicit, & septem millia militum, Pontiumq; imperatorem Samnitum, qui Caudinæ in Romanos infamiae fuerat auctor exarmatos, eum itidem, uestimentis sub iugum misit, recepta quoque ibi arma & signa, quæ ad Caudum amissa erant, recepti & sexcenti equites Romani, qui tunc obsides Samnitibus dati erat, atq; in illa urbe repositi, quod maximè uictoriæ gaudium auxit. his atque alijs in consulatu actis, de Samnitibus iterum triumphauit. post Dictator iterum, incultis ac fortibus factus ipse militibus, cum eisdem, qui armis aureis & argenteis fulgentibus, ac uestibus sericis, & omni exquisito ornatu compari in bella redierant, magno prælio conflixit, fregitq; eos, & castra eorum cœpit, atque incendit, & de his tertio triumphauit.

M. C V R I V S D E N T A T V S.

Hic fortissimus, & continentissimus ducum, & paupertatis amator & uirtutis, cuius Hab obseruantia & recto uitæ calle, nec metu nec cupiditate aliqua flecti posset, Samnites quiescere non ualentes, magna Cos. strage deleuit, & Sabinos rebellantes uicit, uictosq; in deditiōne accepit, eiusq; uictoriæ tantus impetus fuit, ut non modò Sabinam, sed usq; ad mare Adriaticum ferro omnia flammisq; uastaret, tātā rerum atq; hominum præda, ut eam animo uictor ipse uix caperet, quibus rebus, bis intra unius anni spatium, de duabus potentissimis gentibus triumphauit. Huic ad focum sedenti, & frugalissimè cœnanti, Samnites fortē, ut eum à quo ferro uicti erant, auro uincerent, magnum auri pondus attulerunt, orantes ne id publicum gentis suæ munus recusaret, eoq; quod libenter offerebatur, æquanimiter uti uellet. risit ille, & ite ait, charum uobis, mihi superuacuum metallum, in patriam reportare, neq; enim aurum habere magni extimo, sed aurum habentibus imperare. Lucanos quoq; perdomuit, & de illis in urbē ouans redijt. Idem contra Tarentinos ac Pyrrhum, qui auxilio illis aduenerat, magnificè foeliciterq; pugnauit, & nobilissimum Græciæ regem, bis Italia uictum expulit, ac de illo etiam triumphauit. Interceptæ publicæ pecuniæ reus factus, uasculum ligneum quo sacris utebatur (nondum enim usque ad aras deorum avaritio hominum peruenerat) eum in medium perduxisset, iurauit ex omni præda hostium, quæ ex Sabinis (ut diximus) & præsertim ex regia uictoria ingens fuit, suam in domum nil se aliud intulisse.

L V C I V S F A B R I C I V S .

Hic cum uirtute & frugalitate par Curio, rebus gestis inferior, uulgari autem fama, ne scio quomodo non par modo, sed superior inuenitur, sic omnibus ditissima uiri paupertas accepta est, propter quam, paruo quæ potentem Fabricium, Maro ait. Hic & Curij coætaneus & laudum eius atque operum censor fuit, & ipse contra Samnites contraque Pyrrhum bella gessit, contra opulentissimum populum ac regem, cuius ipse pauperimus. Hic Censor Cor. Rufinum, qui dictator & bis Cos. fuerat, & utrobique bene laudabiliter se gesserat, Senatu amouit, hanc unicam ob causam, quod decem pondus laborati argenti habere esset inuentus, quanta temporum talis uiri mutatio, iudicio intolerandum, superbix ac luxurix datū esse, quod mox omnes in eadem urbe importunæ tribuerent egestati. Hinc eundem Cos. cum Pyrrho cominus bellantem, quidam regius minister noctu clam adijt, pollicitus se ueneno Regem interempturum, ut quæ nam sibi peragendæ rei facultas esset ostendens, & præmium exposcens tanti muneris: eum Fabricium captum, cum indicio, quamuis alij aliter renarrēt, ad Pyrrhum remisit, idque eius factum, ut ait Cicerō, laudatum à Senatu est: ad quem Regem Fabricius legatus, aliquando missus à patribus, atque ab eo de patria deserenda promissis ingentibus oblata, etiam regni parte temptatus, preces & suggestus regio alto animo despexit. quibus namque pollicitis moueretur, qui non modo pretiū impietatis, qua non uacant patriæ desertores, sed contractæ munus amicitix, æs argentū, seruos ultrò à Samnitibus transmissos, libera uoce & immota fronte respueret; neque enim aut pecunia ut ditior esset, aut seruis ut comitator indigebat, qui uirtutum incomparabili thesauro ac pulcherrimo comitatu semper afflueret, sic ut nulli regum suas opes, suamque familiam inuideret, quo certè si quis contigerit, ille demum uniformis & constans sibi, unoque semper uultu & animo tranquillo, placidam uitam degit, quum turbidam & nutantem incertamque propositi, quid aliud, quam cupiditas inexplera, & inquieta facit æmulatio: his atque alijs motus dixisse fertur Pyrrhus. Facilius Solem à suo cursu, quam Fabricium intentione diuertere.

L O B A R D V S S I R I C H I -

V S P A T A V I E N . F R A N . C A R .

R A R I E N S I P R I N C I P I , S .



Entio quàm grande opus ex præcepto nobilissimæ Clemætiæ tuæ, gloriosissimæ urbis Patavinæ Princeps, sollicitus aggrediar: insisti enim multa, & maxima quorundam uirorum illustrium facta, prius quodam Epitomate, neque prolixo neque arctato, sed mediocri stylo declarari, nunc quodammodo (ut ita dixerim) eadem stipare compendiosius imperas, ut cognitioni tradantur, quæ sic abscesso calamo repressa mandare literis, impar uiribus pondus meis esse profiteor, hoc enim idem & celeberrimo Petrarchæ commiseras, inuicissimè eloquentiæ uiro, qui cum desiderio tuis satisfacere lucubraret, terris clatus euauit, rediturus ad astra, mihi æternum & lachrymabile funus, cuius gloriosissimi præceptoris imitari uestigia quod iubes, supra me arduum equidem aggrauat onus. Cum huic rei, ingenio, literatura, & rerum notitia opus esse intelligam, quibus cum ex toto priuatus uidear, inexpertus, suspensus existo, quod præstantiæ tue insinatum uelim, cum de ingenio inscitix meæ, forte confidens, altius iudices, quàm effectus deposcat. At demum, cum nil aliud quàm tibi obnixè parere perquiram, correctioni eruditissimorum me commissurus, progrediar, quæ memores sciant magnitudine rerum cognita, ardua quædam, quàm plurima & uaria dependere, quæ in conspicuo ponenda, compendij uel propositi necessitas præmittere cogit, cum ad impossibile protendat, amplissimam angusto in amplexu strictum coartare, & obscura clare, quod caliginosa breuitas facit. Itaque rei designabo imaginem, non pingam, ut liniamentorum qualitas siue idolis speciem considerare possis. quare qui ad hec intelligenda uenerint, plura existimare quàm legere discant.

L O B A R D I

L O B A R D I S I R I -

C H I I V I R I D O C T I S S . E P I T O

m a t i s V i t a r u m i l l u s t r i u m

u i r o r u m S u p p l e m e n t u m .

A L E X A N D E R M A C E D O N V M R E X .



Amplissima Regis Alexandri Macedonis gesta, ut cognosci possint, in arcto locare difficile est, is uigesimo ætatis anno Macedonum Rex declaratus, interempti parentis eius Philippi, ad tumulum parricidas tantæ facinoris pœnas primò dare coëgit, subinde uir ad bella paratus, ubi Græciam Macedoniamque ordine composuisset, ultra Hellepontum in Asiam transgressus, in campis Adrastris, primo Dariū Persarum maximum regem expugnat, mox Phrygia & Paphlagonia in ditionem redactis, per angustarupium dubiosque aditus Ciliciam intrat, quæ ex improviso exterrita uictori paruit. Darius interea quingentorum millium armatorum instaurato exercitu, inter arctas rupium fauces Ciliciæ commisso certamine uictus ac fugatus, terga celeri studio uertit, septuaginta millibus Persarum cæsis, quadraginta millibus captis, direptis castris, cum regia matre, uxore ac sobole tota, uictor insignis, ad deditiōem Damasci profectus. E proximis nationibus legati uenere se suaque & urbes dedentes. Syria, Phœnices, & Sidō cum maritimis insulis uictori obtemperarunt, Tyrū fortiter expugnatam, & uirtus & fortuna obtinendam dedit, aliquandiu obfessam. Tenedos regi paruit, centum sexaginta nauium classe deuicta, Gaza decem millibus hostium cæsis expugnata est, uictoricibus armis celsit Aegyptus & Cyrene ceruicem flexere, ad Iouis Hammonis, quem sibi patrem sinxerat, genitum dominator, per arida & solis adusta tendit iter, unde remeans diuina stirpe se natum uoluit credi, haud mortali patre contentus. reuersus urbem condidit, quam ex se Alexandriam appellat, hic aduersus Dariū, qui Albelam ingenti armatorum copia uenerat, de integro arma conuertit, & hic quoque uictor, orientis sibi limen aperuit, ita ut proximæ gentes Persides & Babylonij paterentur imperia, per difficiles aditus æthereaque iuga ad septentrionem conuersus, Parthos, Hyrcanosque fregit, Caucasum montem ad mortis extremam cum suis labore deductus, mareque Caspium cuncta sternendo subegit, ad flumen Tanais & Scythas circumtulit signa, & in finibus Asiæ partem tenuit Europæ, ad flumen Indum cuncta pacando, mox produxerat agmē, & ad Hydaspem amnem, Porum Indorum maximum regem, quia armis contradicere ausus, terribili prælio uicit, quem honoribus auctum regnare permisit. Multa præterea, cum aliquot regibus exterisque gentibus, per Indorum longissimos tractatus prælia gesta, maximis illustrata uictorijs, quæ obliterare succincta breuitas cogit: Mox per fluentes Gangis fluminis aquas, aduerso sole oceanum pergit adire, & in extremis solitudinum orbis, ubi ulterius ire prohibet ipsa natura, Imperij sui fines conterminat, urbes condidit Barcen, & Nearchum suorum monumenta laborum, unde siquid restabat uincendum conculcans, limen orientis emensus, Babyloniam redijt. Adhæsit fato foelix, sed demum fallax eius fortuna: & in ipso iuuentæ ac uictoriarum prosperrimo flore, Antipatris opera tertio & trigesimo ætatis anno ueneno moritur, clarissimus Regum, qui ut ait Iustinus, cum nullo hostium nunquam congressus est quem non uicerit, nullam urbem ob-

sedit, quàm non expugnauerit, nullam gentem adijt, quam non calcauerit.

P Y R .

PYRRHUS illustri progenie ortus, ab Achille Æacidarū originem trahens, rex inclutus Epiri, magnitudine potēs, & animo grandis, militaris industriz, omnium potissimus fuit, qui & natura & uetustæ generis gloria insignis ac bellicosissimus. Tarentinorum precibus, qui cum Romanis tunc temporis armis dissidebant, uiribus suis in Italiam transiretat, inuadendi Romanos occasionem adeptus, q̄ pridē maioris imperij cupidine flagrarat, ad Heracleam igitur urbem Lyrinq; Campaniæ flumen, Val. Leuino Cos. atrox certamē cōmittit, & mutua cæde pugnatū, ita ut diū in ambiguo res esset, donec elephātes quos Rex ipse secum primus in Italiam traduxerat, à frōte interrupti agminis Epirotarū ocuis constituti, regi uictoriam dedissent, rex suorum maxima strage uictoria potitus, Romanos terra prostratos, omnia in pectoribus, nulla in tergo uulnera conspicatus, & in frōte animo sitatē cū ipsa morte uigēre. O quàm facile, inquit, erat orbis imperiū occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me rege Romanis. hic non modò animosior sed efferotior, miserabili præda, igne & ferro cuncta prosteruens, totam populatus Campaniam, ad usq; Prenesten signa longē lateq; circumlata deduxit, ita ut à uigesimo lapide, fumo & puluere in Vrbe oculi trepidantiū caligarēt. proinde animi magnitudine usus, ac libertate sua, captiuos quosdam egregios penes se comiter habitos, sine ulla redemptione Romam ire permisit, Fabricioq; qui ad hoc legatus uenerat, quartam regni partem pollicitus, secum manere rogauit, sed id frustra. nam ille uir utiq; magnus, sua sorte contentus, ut qui uirtuti satisfacere longē, didicerat, Romā redijt. post hæc ex integro pugnatum, & ipse iterū uictor Rex. fuit quoq; tertio sub Curio Fabricioq; Coss. penes Asculum Apuliæ decertatū, sed neutram in partē uictoria declinarat, cū nox diuturnum diremisset bellum, nouissimē in Lucania, sub eisdē ducibus, quarto concurritur Marte, & elephantorum ordine interrupto, Rex ipse humero sautius, uigintitrium, & ut alij uolunt, quadraginta milium suorum strage uictus abire maturauit. postremò reintegratis copijs, per Siculorum legatos euocatus, aduersus Carthaginenses, qui armorum feruore insulam fatigarant, bellum in Sicilia transtulit, ibiq; rex insulæ declaratus, aliquot horrida prælia, non modò animosē, sed prosperē gessit, ita ut Pœnū hostem fuga discedere compulisset, mox ad Italiam conuersus, uictus à Curio Dentato iterum & fugatus, patrium regnum repetit, uerum ut qui stare non poterat, ad arma natus, Antigonum tunc Macedonum regem aggreditur bello, quem prælio uictū & regno pulsum, Argos petere compulit. Hic Lacedæmones adortus uincitur, postremò clade suorū atrocior factus, Argos inuadit, & oppugnaturus urbē, dū animosē ad mœnia contendit, ictu saxi percussus Rex bellicis artibus insignis, occubuit, magnitudine equidē laudandus.

HANNIBAL PŌENVS.

In nouem annorum puer, coram Amilcare patre, ad aras iureiurando affirmauerat, perennem se Romanis futurum hostem, quod uotum non aliorum, quàm ad destinatū propositum, pertinacissimo & implacabili retendit odio. namq; ubi primum facultas affuit, in Hispania Saguntum aggressus, urbem Romanis amicissimam, obsidione deleuit, mox per Pyreneos saltus & Galliam traductus, uelut fulmen quæque obstantia prosteruens, aduertendam Italiam deuastandamq; festinauit, & alpibus Gallorum prohibentibus transitum duro Marte depulsis, igne & ferro diruptis rupibus, per inuia pandit, ac sternit iter, cui ad Ticinum P. Cor. Scipio Cos. obuiam fuit, qui ingenti Romanorum clade uictus ac uulneratus, uirtute filij tunc adolescentis euasit. uictor Hannibal ultra procedens, cum Sempromio altero Cos. ad flumen Trebiam haud procul à Placentia conflixit, & hic Romanorū strages altera fuit. His prosperis uictorijs elatus Hannibal, sui fiducia plenus, ad spem propositi armauit animum, & ad transitum in Hetruiam, per inuia & aspera Apennini iuga, extrema temporum, alterum ex oculis ipsa, difficultate itineris amiserat. C. Flaminius Cos. ardētioris spiritus uir quàm res postularet, apud Trasumenum Hetruriz lacum, uiginti quinque millibus Romanorum cæsis, traiectis hasta lætali uulnere occubuit, & hæc

& hæc tertia Reipub. pestis. Hic ad Cannas Apuliæ uicum Varro aliter Cos. committēdi prælium temerarius auctor, in faulste conflixit, qua memoranda clade, ad quadraginta duo milia Romanorū, cū altero Cos. Paulo Aemilio uiro innocentissimo, ad fatietatē trucidauit, Hannibal equidem plus insidijs quàm uirtute, astu quàm fortitudine adiutus sua, qui desiderij finem attingere poterat, si recto calle, cruore Cannarum aspersus ut erat, illic urbem Romam adire maturasset: sed uictoria contentus Capuam tenuit, & in delitijs luxu ac malitia languescere cœpit, austeritas illa ardorq; pugnandi, ita ut illud propriè dictum sit Capuanam Hannibali Cannas fuisse. Interea (ut ita loquar) uelut ab inferorū manib. reuiuiscere potuere Romani, & ad arma respirare, ac defendere patriā, cū ille sero tandē, ad tertium lapidē Anienēq; flumē posuisset castra, & dū ad urbē dimicaturus accessisset, Gn. Fuluius & Sulpitius Coss. in armis pugnatū, extra portā, Capuanā affuere & in acie utriusq; deductis copijs, illic grādo cœli fragore dimissa, è summa Capitolij rupe, maximo turbine uictorū in aduersa hostium ora se inuexerat. cumq; uiolentia imbrū Hannibalē in castra se recipere cogeret, extēplo serenitas fluxit, quod postquā bis accidisset, eū attonitū dixisse aiunt: Nunc animum, nunc fortunam, obtinendi urbem sibi deesse. His illaq; ad Castitatem Italiæ sedecim annorum tempus sic gestis, Scipio ille Africanus superior, dum clades patriæ, cladibus in Africa uindicaret, ex Italia reuocare potuit Hannibalem, & acerrimum uincere hostem, quia patria profugus, ad Antiochium primo, inde Prusiam Bithyniæ regem perrexit & per Quintum Flaminiū S. P. Q. R. petitus à rege tradendus erat, cum ille hausto ueneno, ultrò morte præoccuparet Libysam sepultus.

Q. FAB. MAXIMVS CUNCTATOR.

Pincipio belli Punici secundi Q. Fab. Maximus Romanorum legatus, cum in Carthagenensium curia eleganter exposceret, utrum eorum consensu, aduersus fœdera in Hispaniam per Iberum flumen arma milite traiectus Hannibal, Saguntum urbem, arctissimo beniuolentiæ nexu Romanis unita hostiliter deleuisset, illi tergiversantibus & uasfre respondentibus, uir ardentissimi spiritus, extemplo subfarcinata ueste, Hoc in gremio inquit, pacem bellumq; ferro, utrum placet eligite. ad hoc ubi insolenter retulissent. Vtrum mallet relinqueret & eligeret. ille accensus animo ferox, & perhorrendus, explicito sinu, & in diuersum excusso. Bellum, inquit, habetote: obstupescere tunc potuere, quibus hoc contigerat audire grauisissimi uiri auctoritate, qui tam ingenti sui suorumque fiducia, è sinu suo, in illorum gremia bellum cruentis cladibus utrobique perniciosissimum, non modò effuderit, sed & disseminauerit. proinde graui Romanorum iactura, ad Trasumenum uictore Hannibale, ipsis afflictis in rebus, is Dictator creatus, per ardua montium iugatissimos, que saltus, quotidie se Hannibali opponendo ac detrectando certamen, cunctatur, potuit modo deludere, sed ante id tempus inauditum expugnatum reddere hostem. Hic spes prima respirantis imperij, ac superandi Pœnorum uictorias emicuit, unde illi Cunctatoris cognomen fuit, ut illud Comicum Ennii carmen:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Post hoc ad Cannas multorum mortalium cede absumptis, Romanis exercitibus Fabius III. Cos. (nam pridem ante Dictaturam duos cōsulatus gesserat, ac de Liguribus triumpharat) aduersus Hannibalem iterum missus, aliquot Campaniæ urbes, quæ ad Pœnos defece- rant, ui & armis contusas obtinuit IIII. Cos. cum Cl. Marcello, celeri studio in Campaniam profectus, Casilinum obsidione circumtentum, Romano restituit imperio, nec moratus igne & ferro uastato Samnio, nonnullis urbibus captis uiginti quinque milibus hostium deletis, uictor insignis redijt. Idem V. Cos. circumuenit Tarentum, & irritatis Hannibalis conatibus, qui ad succursum gentis obsessæ citato agmine festinauit, industriz suæ præsidio urbe potitus est. quod cum Hannibal intellexisset, cum doloris stimulo agitarum procla-

nn masse

masse ferunt, Et suum Hannibalem Romanos habere. Triginta millia hominum, præter auri & argenti pondera recuperatæ urbis præda fuit, & cum de redimendis quibusdam captiuis Romanorum, ea auctoritate qua uti poterat cum Hannibale pepigisset, Fabius à Senatu re improbat, ubi statutum pretium nequaquam mitti intellexisset, patrimonij sui prædium uendidit, & obligatæ fidei debitum, si non publica, saltè priuata pecunia adimpleret, se patrimonij (ut ait Valerius) quàm patriam fidei inopem esse maluit.

M. C. L. MARCELLVS.

M. C. L. Marcelli sui temporis omnium bellacissimi uiri gloria, notissimis uictoriarum exemplis maximè claruit. qui aduersus Viridomarium Insubrū Gallorum Regem, ad Padiripam Cos. celeri occursum profectus, ampliori multitudine quàm extimari poterat, hostem subito aduentu obuam habuit, quo discrimine inopinatæ rei interceptus, cum neque alter, neque alio periculum diuertere posset, solertissimi sui ingenij studio adiutus, fluminis instar, in Viridomarium ocium impetu facto, obrucatum regem illic strauit terræ, quo tam repentino, ac terribili casu obstupefacti Gallorum exercitus, non fuit resistendi locus, quin profunda suorum clade uicti recessissent. Inde aliquot oppidis Insubrum captis, transpadanum tunc primum exercitum Romano deducto, Mediolanum eius regionis eminentissimum caput expugnat, Romam triumphator insignis reuersus, quæ regi subtraxerat hosti, tertius à Romulo optima spolia Ioui Ferentio in Capitolio suspendit. Idem ad Nolam cum Hannibale congressus, duobus milibus Pœnorum caesis, fufum fugatum quæ hostem coegit abire, & uastatis Hirpinorum & Samnitum agris, à populatione, prius non destitit, quam circumstantes populi miserè Hannibalis subsidium implorarent, quocirca iterum manibus cõsertis certatum est. & in primo statim impetu decem millia Astorum terribili strage deleuit, uictus Hannibal, cruento gradu tergo caesus retrocessit. Sequenti anno 111. Cos. Marcellus, dein regro ad Nolam duobus milibus Pœnorum trucidatis, Hannibali animum ita fregit, ut postera die ille non ausus esset certare, interea ad compescentes turbulentissimos Siciliæ motus, quæ fermè uel ad se uel ad Pœnos tota defecerat, eo ipso duce Marcello opus fuit, qui in Insula traductus, quæ militari disciplina, quouè consilio & administrandarum rerum uigilantia urbes expugnauerit, Syracusas triennio obsessam deleuerit, totamque insulam pacauerit, scribere longum ac laboriosum esset, cum mirabile fermè rebus gestis sit tot unius sufficisse industriam, qui Romam regressus auctoritate sua (quod antea inusitatum fuerat in monte Albano, triumphare uoluit, mox sequenti luce ingenti præda onustus, ouans introiuit urbem. Inter cætera octo Elephantes ante se præferens, in documentum ut non tantum de Sicilia, sed & de Punica uictoria ouaret. post 111. Cos. in Lucania inuasit Hannibalem, quem iterum prælio uictum, silentio in castris se tenere coërcuit. at dum in conspectu explicitis in prælia signis continuo in campum profiluisset, Hannibalem conquæstum ferunt, nullum respirandi sibi tempus dari, solem in cælo quotidie & Marcellum in armis esse. quocirca ille indignationis stimulis agitated, in Apulia tanta ferocitate in prælia prorupit, ut Romanorum clade in castra uictor ipse rediret, at Marcellus nec ob hoc deterritus, ubi primū illuxit animatis ad pugnam militibus in agmine apparuit, quod cum Hannibal sensisset admiratus, inquit: En uir, nullius fortis impatiens, uictor in uictos, uictus in uictores audacius resultat. confestim quæ utrinque in aciem deductis copijs ita dimicatum tradunt, ut uictor Romanus

& octomillium Pœnorum sanguine cruentus fugientium terga repressisset in castra. itaque Marcellus tot uictoriarum gloria, Cænarum clarissimus ultor effecit, ut ille turbo, qui tot tonitruum motibus Italiam fulminarat, euanescente uideretur.

CL. NERO

NERO ET LIVIVS SALINATOR.

H. Orum duorum Cl. Neronis & Liuij Salinatoris facta, separatim diuidere, præcipue rei gestæ conditio non sinit, cum iam eadem laude non modo uniti, sed & conuictissimè ita uideri possint, ut eorum gloria unico exemplo, in conspicuo se offerat contemplanda. Liuius à se Proconsule bello pacata Macedonia, postquam magnificè triumpharat, infestissimos inuidiæ fluctus euitare non potuit, quin inundatione popularium motuum concussus, tam ignominiosè quàm iniuste damnatus esset, quem inopis ruris incolam & rubor & dolor fecere. Tunc temporis res Romana maximo in discrimine erat, cū hinc Hannibal in Lucania, inde frater eius Hasdrubal in ipsa Gallia cisalpina diuerso tractu distincti permouent Italiam, Liuium Salinatorem collegam dare consultissimum uidebatur, sed duo rei impedimento erant, primum quod Salinator ciues exosus, fieri Cos. recusabat, proximum quod cum Nerone implacabili & inueterano odio uehementer dissidebat, ueruntamen uniuersi Senatus labore & precibus fatigatus, patriæ uerecundiæ cedens, ad utrumque grauissimum curis tandem flexit animum. Itaque insignes uiri sincera fide pacati, concordem tenuere prouincias, Claudius in Lucanos aduersus Hannibalem, in transpadanam regionem Hasdrubali occursum Salinator concesserat. Nero apud Grumentum oppidum alsiduis occursum Hannibalem infestarat, quem districto tandem prælio adortus octomillibus Astorum caesis, in fugam uertit, & cum à quibusdam captiuis intellexisset, ducem Pœnorum sententia esse, ut in Umbria ipsi se cõiungeret, illic ut huic periculo obstaretur, cum parte copiarum collegam festinandum esse coëcepit nec differendum, ideoque Legato probissimo uiro commendatis castris, occulto tramite noctu clam abiens, celerius quàm cogitari possit, maximam Italiæ partem emensus, in castra Salinatoris, qui ad Metaurum flumen apud Senam Hadriatici maris littus hosti se obiecerat peruenit, ita ut ne ab Hannibale unde discesserat, neque ab Hasdrubale ubi uenerat, sentiretur, proxima luce utrobique ad pugnam collatis signis Hasdrubal certo indicio & alterum Cos. adesse intellexit, qua re admiratus retrocedens, substitit ad noctem, & ipsis in tenebris festinauit discedere, quem insecuti Cos. quinquaginta sex milia Pœnorum cum ipso duce cruento Marte erucaere. captiuorum quinquaginta milium numerus fuerit. Nero uictoria parta, antequam sciret cædes, festino recursum, uelox ad suos properauit, ita ut nec prius quàm tanta celeritate profectum erat, ab Hannibale cognitum sit, quæ abscissum Hasdrubalis caput, quod secum detulerat, Cos. intra eius uallum proiectum, ipse conspexisset. quo tam calamitose spectaculo obstupescenti similis: En (inquit) agnosco infelicitatē Carthaginis. Cos. Romam ingressi, ob tam clarissimam uictoriam insignemque hostium cedem, Salinator (quia in eius prouincia res gesta erat) curru triumphauit, quem Nero eques, more ouantis non miriori gloria comitatus est, cuius rei ipse præcipuus auctor fuerat.

P. V. B. S. C. I. P. C. O. R. A. F. R. I. C. A. N. V. S. M. A. I. O. R.

S. Cipionis Africani maioris, quem uirtutum suarum gloria immortalē fermè uoluit, strictum subtexere gesta, quidē labor est is adolescens, uix dū puerilē ætatē egressus, P. Scipionem eius parentem propè Ticinum, aduersus Hannibalem quodam conflictu profundo uulnere fautum, mira quadam, & animositate uirili, ab imminenti periculo mortis liberauit. apud Cannas ipsis rebus profligatis, qui eo prælio euaserant, cum de relinquenda Italia duce Cecilio Metello consilia uersarentur, re cognita Scipio, tunc Tribunus, in sequentibus paucis in eorum tecta ut fulgor irrupit, & in caput cuiusque eorum, qui aderant uibrato ense, iurare coegit, se nunquam Italiam deserturos. haud multo post adulationem patris patruique uigesimali & quartum attingens annum, ad Hispaniam traductus, primo & statim impetu Hispanicam Carthaginem, ui & armis expugnatam obtinuit, maioris Carthaginis omen infaustum. Hinc ad Betulam cum Hasdrubale Hannibalis fratre insigne prælium fuit. Victor Scipio, octo millibus Pœnorum caesis, decem millibus captis, ad extrema Oceani insecutus fugientem, Gadibus se condere compulit, quo successu

nn 2 uincendi,

vincendi, Magonem tertium ab Hannibale fratrem expugnat, hinc Hispania armis uiribusque ferrox, depulsis Pœnorum præsijs, Scipionis armorum demum gloriæ celsit, & te gatis recommissa prouincia, uictor ad Italiam redijt. Non multo post Cos. creatus, Siciliam prouinciam tenuit, simul & transitum in Africam si uideretur expediens, & dum in Brutijs Locros adiret, recuperandi urbis gratia, insigni strage Hannibale deleto uorum obtinuit, ideoque in Sicilia rebus inde pacatis, ad transitum Africæ uela direxit: at ubi ad Pulchrū promō torium terram legisset, trucidato Hannone gentium duce, quem obuium habuerat, cuncta populatus, nil non uastatum reliquit. uenerat tunc in armis ex aduerso alter sibi Hannon frater Hannibal (nam affluebat hoc nomen in Africa) quem cum tribus millibus equitū obruncatum ferro cōminuit inde secuta ad deditioem urbes & oppida, ac non nulla præ lia prospera gesta, Syphax Numidarum & Maurorum Rex multitudīne gentium metuen dus, qui Carthaginensibus adiunctus Scipionis amicitiam excluderat, incredibili Mauro rum & Numidarum strage Rex prælio uictus, miser demum capitur: Romam missus, Al bx in uinculis moriturus. hoc interuerso, Carthaginem reuolutis signis moenia Scipio ter rore pulsarat, ita ut tremefacta Byrsa præcipua Carthaginis arce, trepido nuncio ex Italia reuocaretur Hānibal, ut qui sedecim annorum tempus, Romanorum uexarat imperiū, rui turam defenderet patriam. Instabat tūc omnium maximum, & ante id tempus incompara bile prælium, quo terrarum orbis imperium decernendum erat, igitur duces omnium ma ximi ac gloriosissimi Scipio & Hānibal, inter se mutua admiratione colloquio habito, post quam de pace minimè conuenerant, ad ultimum discrimen ex templo contēdere opus fuit, ideoque pugnatum est, summa utriusque ducis militari industria, & cruento atque ancipiti martis cōgressu. postremo uictore Romano, quadraginta hostium milia caesa & capta refe runtur, his itaque gestis uictoriosissime, Carthaginensibus miseranda erroris confessione suppliciter implorantibus, pacem, Scipio dedit, humanitatis suæ digniorem, quam illorum perfidia. Hinc terra marique pace parta, uictor insignis ad Italiam ex Africa traiectus, intra urbis moenia eo gloriosissimo triumpho inuectus est, quem omnis memoriæ clarissimum uoluit, cui ex nomine à se gentis deuictæ, æternum Africani cognomen fuit.

M. P O R. C A T O. C E N S.

Marci Por. Catonis Censorij, quē humanæ sapiētiae & uirtutū inuictissimū specimen, nō solū uulgaris fama promulgat, sed & maximi ingenij auctores describere, facta aut dicta referre, grande aliquid esset, si amplioris marginis spatium daretur. quis enim, quanta in eo fuerit prudentia, temperantia, rectitudo animi, perseverantia, sic arcato cala mo comprehenderit, in quo quidem omne genus uirtutis, sic insitum esse constat, ut si quis per omnem honestatis gradum exempla requisierit, optimarum rerum fertilissimum monumentum Catonē intelligeret: nec minor dux militiæ qui prudentiæ fuit, & Reip. unicus administrator, quapropter ab ipsis ingenuæ præstatiæ uiris optimis, Imperator optimus, ora tor optimus, optimus Senator iudicatus est. cuius maximæ profunditatis ingenium, ad hoc usque processerit, ut cum iam senex latinæ literas didicisset, auditor Ennij, & Græcis instrui uoluit literis. denique iuriconsultus potissimus apparuit, quater enim & quadragies ab æ mulis accusatus, sine alieno patrocinio, causam ipse suam magnificè defendit, & una quaque uice ingenti gloria, uir non modò constantis & ferrei pectoris absolutus euasit. qui ad decre pitam progressus ætatem, nonagesimum ferme annum attingens, capitalis discrimine, sui ip se defensor propriam causam fecundissimo impetu, & oratione fecunda protexit, ita, ut nullo momento uel uoce deficere aut tarditate mentis hæsitare uisus est, tanta prosperitas a nimi ipso in senili corpore uigere potuit, uir indomitæ uirtutis atque naturæ, sed ad eius mili tiæ gesta progrediar, sub maiore Africano, secundi belli Punicij tempore Quæstor, in ar mis egregius Tarētum missus, mox Sardiniam ut rigidissimus Prætor, non modò uicit, sed & administrauit. Proinde Cos. Hispaniam tenuit, & rebellantium uires adortus, quæ dam

quædam strenuissima prælia longe lateque sic prosperè gessit, ut summo labore, uir solertissi mus confluentium motus ipse compesceret, & ad deditioem populos ma gnopere cōcitaret, quare demum liberè & expedite pacata prouincia, Romæ uictoriæ cō ferendum, gloriosum duxit triumphum. post hoc Acilio Glabrione Cos. dum ad Thermo pylarum saltus, intra confragosa rupium Antiochus rex maximus Asia, aduersus impetū Romanorum tutaretur, ita ut locorū difficultati haud facile uinci possit, hic uir per inuia æ thereaque iuga perplexo itinere, laboriosè traductus, à tergo hostium ex prouiso descendit, & regem nihil tale metuentem, qui aduersus Cos. insultum intrētus obstabat, quadraginta milia Asianorum strage captare fugam coëgit. Bello quoque secundo Macedonico, quod cum Perseo rege Paul. Aemilius Cos. gessit, dum utriusque in prælia descendunt, Cato in tra confertissimos aggressus, illic uulnerato equo, pedester à multitudīne circumuentus, nudo ense, ubi in quendam procerum sibi infestissimum resulcasset, uibrato ictu, gladius procul è manu decidit, quem inter tot equitum peditumque globos iaculis obrutus, quadā animositate miranda sibi restituit, & præ se cæcorum aggere congesto, hostili suoque cruore perfusus, non sine admiratione spectantium in tutum se redegit. postremo Censor factus, ita aduersus improbos ciuium mores unice ac rigidissime se gessit, ut inter multos Censo res qui antea & post fuere, ipse æternum Censorij cognomen assequeretur.

C O R. S C I P. N A S I C A.

Cum in Asia Romanorum legati ad matrem Ideam, quoddam sacrum, è Phrygia Romam deuehendum, nauigarent, ex itinere Delphos declinant, quidnam acturi essent oraculo percepturi: quibus responsum. cum Romam rediret, deam in manus eius, qui uir optimus iudicatus esset, in ædem Victoriæ deferendam, tradere curarent. quo pacto P. Cor. Scip. Nasica, totius Senatus iudicio uir optimus dictus; ad sacri ministerij officium, inter tot cetera millia Romanorum delectus est. Is Prætor per idem tempus, ul teriorem Hispaniam aggressus, prosperrimo successu, quæque occurrētia prosternens, ultra quinquaginta hostium oppida & castella breui subiugauit. Cum Lusitanis apud Litabrū urbem acerrimo prælio conflixit, quo cōgressu, duodecim millia hostiū oppressa signa, mi litaria centum quinquaginta referuntur arrepta. Cos. exinde creatus, aduersus Boios Itali am prouinciam sortitus, in hostium agros impetu facto, districto prælio, manus cum ho ste conseruit, & insigni obstantium clade uictoria parta. nam uox in ipso feruore pugnandi incerta emissa hostes fugam captare, quam minimè attemptassent, effecit, ut abiectis ar mis aufugerent, quapropter ad unum cæsi uiginti quinque millia fuere. uictor ubi Romam rediret, quibusdam ei triumphum negantibus, elegantissimam orationem habuit, quæ in ter cætera protulit, haud se triumphum tantoperè flagitare, qui modeste acquiesceret, nisi exercitus suorum laborum & uirtutis merita exposceret: nam quantum ad se, nil ultra po stulare, quam quod ea die sibi datum constat, quo ipse uir optimus iudicatus sit, cum nil ma ius, nil admirabilius splendori gloriæ suæ dari possit. cui talia disserenti, demum triumphare permissum, quo sacratissimo tropheo, inter cætera ornamenta & hostiū spolia mille quadringentos aureos torques, è ceruicibus nobilium peremptorum hostium ereptos, gloriosissi mum tantæ uictoriæ spectaculum, ante currum detulit. iterumque Cos. in Illyria, Dalmatas à se deuictos ad internitionem calcauit, ac ferocissimæ genti ita fugam imposuit, ut deinceps submissius paterentur imperia, obque magnificè gesta Triumphum ei oblatum, sua uirtu te contentus insigniter recusauit. Ea quidem tempestate Semp. Gracchus Tribunitia po testate plebi fauendo, seditionem facere perperam acceperat, palam dicere ausus, interem pto Senatu, plebem imperio dominari debere. At Nasica, cū huic periculo, quod ad Reip. excidium tendebat, neminem Romanorum procerum obflare, neque Mutium Scæuolam Cos. quicquam contra audere perpendisset, merito ardore flammatus. Qui Rempu blicam saluam esse uolunt, inquit me secuturi, arma compellant: quo duce cōcursu nobili

um è rostris, plebe tunc concionante atrociter depulsa, Gracchus tanti facinoris mortis supplicio poenas dare coactus est. Tertij belli punici inter hunc uirum & Catonem orta contentio erat, Cato hostilem & diutius inimicissimam funditus diruendam esse Carthaginem assererat, contra Nasica, eam integram, reseruandam, ne Respub. assiduo infestissimoque terrore soluta, in desidia & odio putresceret, luxu referta, sua foelicitate peritura.

T. Q. FLAMINIUS.

Bello primo Macedonico, T. Q. Flaminius Cos. traiectus in Graciam, ex templo in ipsis præruptis montium faucibus Epiri, Philippeum Macedonum Regem adortus, uictor tandem, hostem attritum poscere Thessaliam fuga coercuit. hinc in Epirum explicitis signis, eius regionis populi arma Romana uerentes, proni ad imperia fuere. Post in Thessaliam cursum tenuit, quæ uiribus annorū cōcussa, ducis imperiū egerrimè tulit, Phaleria urbs bellico fragore oppressa, incendio traditur, quo circa proximiores gentes exteriti, mandata peragunt, à Metropoli & Pira legati uenere, se suaq; dedentes: Adrangem, Phocidem, & Erethriam, Anticyram, Ambraciam, & Carystum & Elatiam cæterasq; urbes & oppida uel in deditiōnem partim acceperit uel & armis, partim expugnat. Philippus Interea undiq; exercitu congesto, ad locum quem Cynocephalas uocant, sedē belli statuerat, cui instaurato robore Cos. obuiam factus, ubi difficili & ancipiti pugna, ingenti quæ hominum strage & uulnerum copia decertatum esset, superato rege, ergo cæsos Macedones in fugam uertit, hostium tredecim millia perempta & capta quidam uolunt, alij uiginti duo millia trucidata describunt, Regi sic infœliciter absumpto, & arbitrio pax data est, qui domino totius Græciæ priuatus, in solis Macedoniæ finibus depressus est: cum quæ omnis Græcia liberè & expedite obtenta esset, multitudinē gentium, modico terra compressa spatio, Cos. per præconem declarari iussit, omnes Græciæ urbes, quæ sub Philippo rege fuerant liberæ & immunes esse. quibus auditis (ut Valerius ait) tanta cœli clamoris alacritate complerunt homines, ut certò constet, aures quæ superuolabant attonitas pauentesq; decidisse, igitur libertati reddita uideri poterat Græcia. nisi Nabis Lacedæmoniorum tyrānus uideretur obstarè: quare Flaminius terra marisq; circumquaq; reuolutis signis, quibusdam oppidis captis, post aliquot cruentissima prælia, Lacedæmonum mœnia statuit aggredi: quod ubi strenuè fecisset, tyrānus omnia in pugna, prospiciens, nil respiramenti inesse, attonitus se suaq; arbitrio Romani ducis committit. his itaq; gestis apud Actæos, totius Græciæ in dicto consilio, inter cætera eos Romanos postulauit Cos. quos ipsi gerendæ seruitutis gratia ab Hannibale emptos haberēt. adijciens nequaquā licere, eosdē seruitio tenere, à quibus liberati essent. cui illic obtemperatum est. quorum ciuium Romanorum numerus duorum millium fuit. sic uniuersa Græcia beneficio tanti uiri libertatis munere donata, Flaminius inde discedens, urbem Romanam tenuit, qui eo gloriosissimo curru ad Capitolium usq; deuectus est, quo inter confertissima hostium spolia, triduo plausu & admiratione circumspectus, præstantia sui omnium oculos in se conuerterat.

L. SCIP. AFRICANVS.

Coss. Romæ creati L. Scip. Africani frater, & C. Lælius, intuēribus cūctis ad finendum bellum cum Antiocho Asiæ rege potentis: Vterq; eam sibi prouintiam flagitabat, ubi plus negotij ac gloriæ inesse uidebat. Lælius multū in Senatu poterat, à quo Coss. fortiri aut comparare prouincias iussi, sed res iudicio patrum quam forti comitti elegantius uisum. Cum igitur expectatio certaminis Senatum erexisset obtulit Africanus, si Græcia prouincia Lucio fratri daretur, se cum eo legatum iturum, quare L. Scip. Græcia, Lælio Italia mandata est. Cos. Africano comite in Graciam traiectus, hostilibus quæ armis extemplo concernerat, ita ut Atheniensium legati uenirent obuiam, pro Aetholis intercessuri, quorum instinctu hoc formidabile bellum inchoatum erat, quibus inducijs datis, ne ad maiora protraheretur mora, ad Helleponti transitum, dux Romanus, confestim se conuerterat, in Asiatico littore, Romanorum primis castra metatus est. inde

est, inde ultra progressus, Dardanū & Droceum oppida, mox reliquias Troiæ Pergamæ & Ilion teneri placuit, tunc temporis Africanus infirma ualitudine correptus, Eleam deuectus erat, quod expediens Romani ducis gloriæ fuit, immineri namq; prælio nisi fuisset Africanus tanti uiri præstantia, Cos. splendor poterat obscurari. Rex cum septuaginta armatorum copia, ultra Phrygium amnem, penes Magnesium urbem sese castris tenebat non ausus certare, Cos. ultra progressus, cum de se pugnandi aperte copiam fecisset, intra munimina rex se continuerat, & in procinctu pro uallo steterat: quod animaduertens dux Romanus, Regem in certamen haud concitari posse, intra uallum eundem statuit aggredi, quo circa undiq; collatis signis, tanto impetu feruoreq; pugnandi Romani instinctu consulis animati, in campum certatim profiliere, ut non cum armatis uiris, sed cum tot incinctis mulieribus dimicaturi uiderentur. Antiochus uerò hoc tanto dedecore motus, certaturus extulit signa, & falcatis curribus ante positis, sui suorumq; maxima clade concursum est. quippe Romanorū industria, attoniti equi, falcatos currus, in suos reflexerunt, & conternatione multorum mortalium, interruptis agminum ordinibus, præparatum inter introgressi, Romani fortiter dimicando obtinere uictoriam, Asianorum ultra quinquaginta millia eo prælio occidisse describunt. quo bello, inter cæteros gētium duces, Hannibalem atrociter decertasse constat, & cum cæteris in fugam uersum, quod gloriæ Cos. traditur accommodatum: inde oppugnatis ac direptis castris, captiuorum turba maxima fuit, cum opulentissima præda, qua nulla maior prior fuit. idcirco supplici rege, his conditionibus pax data est, ut Europa omnisq; Asia cis Taurum montem (quem Turchiam uulgo nuncupamus) excederet, talenta quindecim millia exolueret, filium obsidem daret, aliosq; uiginti, quos eligere placuisset. his itaque gestis, L. Scipio domitor Asiæ, Romam profectus, ingenti gloria, orientis spolijs onustus triumphauit, Asiatici cognomen affecutus.

P. AEMYLIUS MACEDONICVS.

Paulus Aemilius uir continentissimæ uitæ, in Hispania Prætor, cum Lusitanis cruenta pugna primo conflixit, quos ita prostrauit ut ipso pro horrendo armorum feruore, omnis Hispania terribiliter concussa, submissa redderet arma, ipse Romam uictor rediens, ouans introiit urbem. Cos. proinde legatus in Liguria, postquam aliquot bella gessisset prospera, fraude hostium ex improviso à multitudine obsessus, cum inferior numero maxime esset, non fuerat ausus extra uallum signa conferre, tandem uiribus animi firmatus, statuit pugnare, quippe hostes iam Romanæ uirtutis contēptores, uagos indies undiq; palantes annotauerat. igit subita eruptione, hostē nil tale metuentē aggressus, quindecim millibus Ligurū trucidatus & duobus millibus & quingētis captis, ita gentē ad extrema delinuit, ut supplices seuictos fateretur, et ipse insigni curru triumpharet. Mox secūdo bello Macedonico iterū Cos. aduersus Persem Macedonū regē, in Græciā traiecerat, rex tūc in finibus Macedoniæ intra deuiā rupium, prærupta saxa, se suos quæ turabatur. Sed Paulus aliò per alpiū ita ga, incognitos quæ saltus à tergo hostium cuncta prosternens, in Macedoniam descendit, quo inopinato turbine, rex attonitus, nec ausus expectare aduenientem discedens, suis arma committit, pugnatum est utrobisq; maximo cum discrimine, postremò uictore Romano, Macedones uiginti quinque millibus eorum trucidatis fugæ pectora uoluntarunt: Rex ipse, cū duobus filijs & ex Samothracia, Aegæi maris insula (ubi præoccupata fuga concesserat) captus ducitur ad Cos. Paulus obuiam progressus, regiæ maiestati compatiens, uir humanissimi ingenij fleuit, & ad genua inclinantem sustinuit, uel iam procliuium comiter erexit, in ditionem populi Romani tum primū Macedonia uenerat, & à Paulo legibus acceptis, in formam Prouinciæ reducta est. Victor Cos. remeans, per Epirum traductus, septuaginta inter urbes & oppida, quæ his motibus uel ad Regem uel ad se defecerint, simul & omnem Illyriam in pristinum statum redegit, Romæ plaudentibus S. P. Q. R. triumphauit, Macedonici cognomen adeptus. Si quidem eo tam publico gaudio miserabilem dolendi causam, uictoriosissimo Cos. dedit fortuna, duorum clarissimorū filiorum

morte, igitur quantū constantiæ & animi roboris, in ipso suo inuictissimæ uirtutis pectore, uir clarissimus foueret, his uerbis (ut Valerius refert) ad populum grauissima oratione declarauit. Cū maximo in prouectu felicitatis uestre Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam & Mineruam precatus sum, ut si quid aduersi P. R. immineret, totum in meam domum conuerteretur, quapropter bene habet, annuēdo enim uotis meis id egerūt, ut uos potius meū casum doleratis, quam ego uestrum agnoscerem. huius uiri frugalitas & continentia tanta fuit, ut cum ex ipsis prouincijs à se deuictis, auro & argento publicum ærarium cumulasset, eo defuncto omnibus eius bonis uenundatis, dos uxoris uix recuperari potuit.

CECILIVS METELLVS MACEDONICVS.

Macedonia uix prælio deuicta, cum libertatem à Paulo Aemylia concessam, infelix, pati nequireret, Andrisum Persei regis filium, ex pellice ortum, quem Pseudo Philippū nuncupari uoluit, eius perfidia, uano errore cōcitata, primo regnare, inde in Romanos arma hostiliter captare permisit. ideoq; Cecilio Metello Cos. hoc bellū quod tertium Macedonicū fuit, traditur exequendū, qui ferox medio Macedoniae confidēs, aduersus ignauū hostem prælium committit, & uiginti millibus Macedonum cæsis, ingenti suorum strage, ipsum regem expugnat. quo memorando prælio, Macedonia ita duriter attrita uideri potuit, ut ab infestissimo seruitutis iugo resilire deinceps minime ausa sit, & ipse uictor Macedonicus, cognominari meruisset: triumphantis Metelli curram Andrisus summo spectantium plausu subsecutus, grauissimis sui erroris pœnas, æterno mœrore in uinculis perpeti coactus est. per idem ferme tempus, Achiui potentissima gens, armorum terrore in Græcia, aduersus fœdera iusq; gentium, socias Romanorum urbes, assiduis moribus, hostiliter infestant, legatosq; qui à Senatu missi fuerant uolare præsumperāt. idcirco arma ad ultionem ferendam Metello traduntur Achiui, duce Critolao, ante uictoriam de præda cogitantes, uelut cum Romanis sibi nihil rei esset, temere gestientes, uehementia ad hostium spolia deferenda, in campum secum detulerunt. sed id breue gaudium, nam & ipsi acie deuicti, duo & uiginti millia cecidere. hæc uictoria digna triumpho erat, at cum sub alterius Cos. aduentu ferme res peracta esset, alienam ille gloriamq; Metelli occupauit, nam dum ad oppugnandum Corynthum Achzorū ualidissimā urbem, obstrepentibus machinis, ipse Metellus fortiter instaret, proximæ uictoriæ munus accesserat, sub cuius auspicio, sed prioris ducis industria, urbs omnium Græcorum florentissima capta, flammis correpta in cinerem euauit. ad Hispaniam proinde Celtiberos oppressurus, uir infatigabilis missus, Cantabricam urbem humanitate, quam armis, clementia quam terrore insigniter expugnatam obtinuit. Contrebiæ gentis unicum præsidium, quam cum obsidione debellare nequierat, uir solertissimus miro captauit ingenio, & ad cæteras regionis urbes conuersus, ita inuictum se hoc bello gessit, ut Florus ait, qui Macedonicus dici meruerat & Celtibericus cognominari potuit. cumq; is audisset Scipionem Aemilianū peremptum, cum quo ipse dum ille uiueret grauiter dissidendo, ad iniuriam motus crebro concesserat, mœrore lachrymis aspersus publicè conclamauit: Mœnia urbis corruisse. inde Scipionis cadaveri efferendo, filios subdere ceruices hortatus est, asseuerans, Nulli tãto uirosimile ministerium deinceps exhibituros. quo tam digno tamq; honestissimo officio, qualis conciuis esset ingenuè declarauit.

COR. SCIP. AEMILIANVS AFRICANVS POSTERIOR.

Cor. Scip. Aemilianus Paulo Aemylia Macedonico progenitus, à P. Scip. superioris Africani filio, ab Aemylia in Corneliam familiam iure adoptionis translatus, utriusque gentis unicum lumen fuit. is admodum adolescens aduersus Celtiberorum hostilia, qui per aliquot annos Rempub. sic profligarant, nemo Romanorum ducum contra uaderet capescere arma, in Hispaniam se obrulit militaturum, & Tribunus militum in prouinciam traductus, primo statim impetu, gentis ferociam duro Marte calcauit.

uit, neq; eius militiæ contentus, Vaceos uicit & Cantabros, cum aliquot uicinis populis, qui obistere præsumperant, & à quodam strenuè magnitudinis barbaro, corporis uiribus perhorrendo, in singulare certamen accitus, acerrimo impetu ocyus sternit ac trucidat hostem. mox ad ingressum Interactie urbis obsessæ, uir & armis muri culmen obtinuit, & propugnatoribus depulsis, urbs cruore ciuium aspersa, uirtute unius se uinci fateri potuit. hoc inter tertio Bello Punico incepto, & explicitis in Hispania rebus, quartæ Legionis tribunus, ad excidium Carthaginis in Africam traiecit, hoc scilicet fato, ut quod ait Florus, quam urbem concusserat auus, nepos eius euerteret, qui in rebus agendis, ita unice ac uiriliter se gessit, ut uirtute animi & factis cæteros superaret, quæ ab eò magnificè gesta, adeo mouere animos, ut Pop. Rom. quanquam per ætatem fieri non liceret, eum Cos. iuberet. sub cuius imperio non modo cū ipsis uiris armatis, sed & cum ipsis mœnibus diu & ancipiti Marte terra marique pugnatum est. Postremo uirtute & industria fortissimi ducis, urbs quondam florentissima, unicum Africæ decus, flammis correpta euauit, Carthago, anno septingentesimo postquam condita fuerat: de Africa iterum Pop. Rom. pulcherrimū spectauit triumphum, clarissimæ uictoriæ haud dubiè conferendum. Per idem tempus supererat Numantiam ad interitum deleri, quæ rem Romanam, in Hispania per continuos quatuordecim annos sic profligarat, ut Romanis solo cōspectu hostium attoniti, & formidine torpescerent, quod superiorum ducum uitio magis constat accidisse. Igitur ad Scipionem Rempub. conuersa, ad hoc bellum Cos. creat, qui eodem profectus, prius cum exercitu Romano, quam cum hoste decertandum fuit, quem luxu & ocio eneruatum adeo corruptum repererat, ut aliquantisper ad eum reformandum superedere opus esset. Itaq; in pristinum statum redactis militibus, structa acie dimicatus extulit signa, cuius militaris industria tantum potuit, ut obsessi in urbe oppugnati. item & altero prælio circumduerethostem, Numantini intra mœnia inclusi, ad extrema redacti, desperata rabie decreuerunt mori, & apposito undiq; igne, postquā flammis ad æthera conspexere, ferro & ueneno sese peremerunt, quorum honoratissimi funeris rogos, tota urbs incensa & flammis consumpta fuit, ita ut præter cineres, ex ea nil reperiri posset, quod ad gloriæ spectaculum, in triumpho Cos. ostentaretur.

C. MARIVS.

CAius Marius fortunæ suæ fauorem demum assecutus, Cos. aduersus Iugurtham Numidarum regem Africam prouinciam obtinuerat, quare Iugurtha cum Boccho Getulorum & Maurorum rege ac socero suo, unā coniunctis copijs in campum extulerat signa. conferta pugna, Marius uincere conatus, illic reges ingenti eorum strage fuga dispersit, qua uictoria usus, ferme totam populatus Numidiam, aliquot urbes & oppida, uel ui uel pactione in potestatem redegit. Interea reges reparato exercitu, in aciem progressos, præliator insignis Marius, ad interitionem uno & altero prælio uigilantē cura deleuit, & cæde nongentorum millium Numidarum & Maurorum hostium, uires ita funditus oppressit, præsertim Bocchus afflictus in rebus, absterritus, impetræ pacis gratia, Iugurtham uictum, proditor, uel fraude interemptū Romano se traditurum, ut ultro polliceretur. quare ex toto subacta Numidia, Romam regressus Marius, Iugurtham cathenis obstrictū, ante currū præferēs, exultantibus cunctis admirabilem triumphū egit. Tunc temporis Theutonum & Cymbrorū furor terrore omnia compleuerat, qui Gallie populi atq; Germaniæ, armis diffusæ palantes, urbes & oppida in itinere occurrentia, tumultuoso agmine, uastare præsumperant, quod excidium è Gallia & Hispania pulsum, ad Italiam procedi uidebatur, cū ad obstandū mitteretur Marius, qui iterū Cos. & in hostem profectus quodam in colle ad Aquas Sextias supra Rhodani flumen castra metatus, cum Theutonibus pugnare statuit. nam Cymbri ad transitum Italiæ aliò declinarant. Romani aquæ penuriā habebant, cum hostes fluminis ripas tenerent, quod inaduerrentiæ ducis imputarant, cōquesti, quibus Marius: Quid enim rei est, inquit, en sub oculis flumē habetis, si uiri estis, armis sedada sitis, quæ uox animos ducis adeo mouit animos, ut milites in prælia,

ocyus adolarent, quo circa biduo ad summum truculentissimæ hostium cladis & inundatione cruoris pugnatum est. Ita ut (quod ait Florus) uictor Romanus de cruento flumine, non plus aquæ biberit, quam sanguinis. Theutonum namque ducenta millia captare feruntur. Interea Cymbri longo itinere circumducti, per Tridentinorum iuga in Italiam transfecerant, ac in ipsa Venetiarum planitie, non sine ingenti uastatione agrorum, sese diffuderant: igitur Marius iam quinto Cos. in excidium tantorum hostium progressus, illico cum Barbaris manus conseruit, & ubi ad extrema pugnatum uariè esset Cymbri ingenti suorum consternatione, Romanæ uirtuti tandem celsere, quorum centum quadraginta millia capta, itaque Marius fortunæ ac uirtutis suæ fulgore admirabilis, Romam profectus, è duobus triumphis ultrò oblati, uno contentus, intra urbem splendidissimo curru inuectus, ad Capitolium profusa omnium alacritatè, uiridanti laurea coronatus usque deuenit.

GN. MAGNVS POMPEIVS.

GNei Pompeij omnium clarissimi ducis, uictoricium armorum admirabile culmen, dignoscere arduum sublimis uiri gloria facit. Is admodum adolescens, aduersus Marianorum partes in armis Syllæ obtemperaturus, Gn. Carbonem Cos. insecutus, cum uniuerso exercitu in Siciliam pessundedit, in Africa Gn. Domitium Aenobarbum cum octo millibus armatorum, apud Vticam obruncatum prostrauit. Hæbarum Numidiarum regem, quia auxilia Domitio tulerant, expugnatum peremit. Africa quæ bis ciuili bello, tum motibus rebellarat, in pristinum statum redacta, Romam profectus, adhuc eques uigesimalium & quartum agens annu (quod primum nulli contigerat) de Africa triumphum egit. Aduersus Sertorium eiusdem Marianum ultus præcipuum robur, cum Lucio Pio Merello proconsul in Hispaniam missus, post aliquot truculentissima prælia, utrinque uallo euentu peracta, à suis obruncato Sertorio, Perpennam huius belli successorem, cum reliquo exercitu, ad interuentionem deleuit, quare Hispania pacata, uictorem de se triumphare permisit. Cum Cilicis post hoc memorabile bellum fuit, hinc namque in festinatione pyratice omnia populando, æquora intricarant, ita ut nulla nauigatio tuta esset, quos lacerata classe, toto mari dispersos, Pompeius simpliciter abiectis armis in ditionem recepit. Quid primum mireris in hac uictoria ait Florus, uelocitatem, quod quadragesima die parta est, antero perpetuitatem, quod amplius Piratæ non fuere. Inde illud quoque ad orientem contra Mithridatem Asiæ ferocissimum regem formidabile bellum, ipse adeptus, in minori Armenia, noctu hostem adortus quadraginta millibus Asianorum cæsis atque captis, cum paucis regem attonitum fuga abire coegit, eumque per exterarum gentes insecutus, ita eneruatim affectit, ut ultrò ueniendum compelleret, & ad reliqua potentis Asiæ conuersus, Tigranem maioris Armeniæ regem, quia supplex obuiam uenerat regnare permisit. Inde ad septentrionem reuolutis signis, Orodem Cholcorum sub ipso Caucaſo uicit, Artahoces Iberiæ, & ipse uulnera sensit ac mandata peregit, munera Albani miserè, sine cruore pacati, ad Propontidem Bosphorum, & quicquid Pontum spectat litus, ipse in potestate redegit, fœdera quam arma maluerat Parthi, inde reflexo itinere per Lybani iuga transgressus in Syriam, Damascum & quicquid Euphrates & Tygris inundant, obseruare præcepta edicta iussit. Ad Arabes mareque Rubrum, cuncta uincendo usque peruenit. Hierosolymam frustra defendere tentauere Iudæi, quorum XII. millibus cæsis iugum ipsis imposuit, sed quid per singula, à Propontide in mare rubrum, quo terræ spatium duos & uiginti Reges sceptris gestasse describunt, sub alijs Pompeiana tenuere signa. Et his omnibus tot & maximis uictoriarum tropheis, unicum P. R. spectauit triumphum, simul & clarissimum ducem ornatissimo residentem curru: cui eius inclita gesta, summo omnium fauore Magni cognomen insigni dedere.

C. I V L. C A E S A R:

CAij Iul. Cæsaris clarissima, hoc loco, præcipua cura, strictum commemoranda traduntur. Cuius primum & mirabile negotium fuit, pyratas crucibus affigere, quibus quidem

quidem cum Rhodum peteret, ipse maritima præda fuit, quinquaginta talentis redemptus. Mox prætor in Hispania ita magnificè rem gessit, ut quanquam non triumpharet, dignus triumpho tamen uideretur. Proinde in Gallia Cos. Helueticorum gentem, ad flumen Arar duobus cruentissimis prælijs ita funditus deleuit, ut ad centum triginta millia depositis armis, ditionem facerent. Hic Arrioustum Germanorum insolentissimum ducem, uno prælio uicit ac expulit Gallia. Belgarum populus, unà cum Germanorum auxilijs, ad ducenta octoginta millia, summa quidem arte obstando, ita disperit, ut ad sua remeare quosque compulisset. cum Neruis & Atrebatibus subsequenter cruentior pugna fuit, ita ut quinquaginta millibus Gallorum cæsis, reliquos terga tertere coegisset. hinc ditiones urbium, ad extremos usque Oceani terminos consecuta. Aurici eodem impetu fortunæ fugati, ad quatuor millia cæsa, quinquaginta tria millia uenundata. cum Venetis qui ad Oceanum terras incolerant, nauale prælium & memorabile fuit, & hi quoque uicti, & armis superatæ Sequanorum ad decem millia obruncata, qui castra Romana circumsederant Aduaticorum qui ad defectionem cum finitimis cõiurauerant, ad triginta sex millia ferro prostrata. Germanorum gens, quadringentorum millium agmine traiecerat in Gallias, quos prælio uictos Cæsar ad ripas, pontem cõiunxit, Rheni & cruore & flumine incesit. Inde confluentis Rheni, bis diuinctissimas ripas, ponte coniunxit, & primus Romanorum armis Germaniam inuasit, uerum barbari syluas petere procurarunt ac paludes, non ausi certare, quod pro uictoria fuit. Post hoc, terminis Oceani non contentus, in Britanniam bellum transtulit, quæ tandem expugnata, cum regibus suis flexit uictoris iugo ceruicem. Vercingetorigem qui rebellantium Gallorum instinctu Rex declaratus, uniuerso agmine in medio Gallia cõfederat, post aliquod horrida certamina, hinc inde, & præsertim ad Gorgouiam uario discrimine & magnificè gesta, in Alexia oppido, uallo undecim millibus passuum circumdato, mirabile, sed Cæsaris opus, circumcluserat, donec ducentorum quadraginta octo millium armatorum exercitu congesto, auxilio regis ferme tota Gallia surrexisset, & hi quoque cæsi, fusi, qui potuere ad sua remearunt, Rex ipse deposito fastu, supplex ante Cæsaris genua abiectis armis. Et habet, inquit, fortem uirum fortissime uicisti. & hæc nouem annorum in Gallia Britanniaque Cæsaris gesta. Deuicta Gallia non fuit resistendi locus, quin ad iniurias Pompeij ceterorumque amulantium transitu Rubicone, Ariminum Cæsar adolaret, quare obterritus Pompeius, omnem Senatam trahens in Campaniam primo, mox Brundisium uenit, ubi à Cæsare obsessus, ruptis obstaculis, per Adriaticum mare in Græciam Dyrrachium tenuit fuga, Cæsar ut reuiceret Romam retrocesserat, & exhausto arario, in Hispania traductus, apud Ilerdam Petreium & Afranium Pompeianos duces, ferro & fame consumptos, supplices ad se uenire coegit, & ex tota pacata Hispania urbem reposebat, insecutus Pompeium, quem apud Dyrrachium sedecim millibus passuum cõducto uallo circumcluserat, inde digressio Pompeio, ambo tenere Theſſaliam, ibique uictus atque fugatus Pompeius, in Aegyptum nauigat, ubi dolo regis Ptolemæi decollatus occubuit. Cæsar eodem properarat, & hic quoque cum Alexandrinis tera marique ingens bellorum negotium fuit, demum assumpto fluctibus rege, uictor Cæsar, Cleopatram gentis reginam relinquens, per Syriam profectus, restituito in regnum minoris Armeniæ Deiotaro, Pharnacem bello uictum, Ponti regno priuat, inde tenuit Africam, & post aliquot clarissima prælia, tres duces aduersæ partis prostrauit. Scipionem, Iubam regem, & Labienum, Cato Vticæ ultrò repetitum gladio pectus transfixit, uictor ad Italiam rediit, mox ad Hispanias conuersus, apud Mundam anticipati euentu Cn. & Sextum Magni filios expugnat, triginta millibus Pompeianorum cæsis, in fuga obruncato Cn. Hinc domitor gentium Romam regressus, quinquies triumphauit. de Gallia atque Britannia primus triumphus, de Aegypto secundus, de Pharnace & Ponto tertius, quartus de Iuba & Africa, de Hispania quintus fuit.

DIUVS

Divus Augustus Cæsar Octavianus, certissimum Romani Imperij columnen, xvi. ætatis anno, cum Hirtio & Pansa Coss. aduersus M. Antonium, D. Brutum, tunc Mutine obsidentem, pro prætoris missus, primo conflictu parum prospere pugnatum est, interempto Pansa, secundo prælio exanimato Hirtio, ferox iuuenis superstes, devictum fugavit Roma Antonium. Reversus se inuisum Senatui sensit, quare aduersus ingratisimos ciues, cum Lepido & Antonio foedere se iunxerat, & Cos. creatus, in urbe relicto Lepido cum M. Antonio, interfectores Cæsaris Cassium & Brutum insecutus, in Græcia tenuit Æmathiam. postremo uir & armis superati, parricida Cassius ceruicem, Brutus latera ultrò proximior ferro obtulerunt. His itaq; gestis inter triumuiros tripartito imperio, Asiam tenuit Antonius, Lepidus Africam, Octavianus Europam. Hæc inter L. Antonius Cos. M. Antonij frater, urbem hostiliter inuaserat, imperio suum iuuenem oppressurus, quem prælio uictum ac fugatum, & Perusij obsessum, impellente fame, uiribus suis Octavianus succumbere coëgit. Inde Sext. Pompeium, Magni F. qui infestatione pyratice undiq; maria terrore impulerat, tercentarum nauium classe, toto mari dispersa expugnatum reddidit, in fugam uersum, eodemq; successu cum Lepido, qui ex Africa multitudinem armorum uenerat, occasione data, in Siciliam confugere properauit. & hic quoq; uictor, miseram uitam imploranti remisit. Ad Adriaticum littus profectus, Illyricos, Liburnos, Dalmatas, uincere maturauit, ad Actium proinde Græciæ promotoriū, ubi cum regina Cleopatra ducentarum nauium classe, M. uenerat Antonius, armis petiturus Italiam, ad summum cladis terrestri naualique prælio certatum est. denique uictore Octauiano, Antonius, cum regina in Ægyptum inuisa uela dedere, Octavianus hostem insecutus, penes ipsum Pharium prælio deleuit Antonium, qui in Alexandrina urbe obsidione reclusus, in se gladio usus interiit, quem regina imitari conata, ultrò ad motis serpētib; uenis paulatim decessit. Victor ad Italiam prouectus, de Illyriaq; de Actiaca uictoria, de Ægypto triplici triumpho introiit urbem, & clauso Iano, pacis indicio, quia rem Romanam auxerat, ab augendo Augustus cognominatus est. Sed diutius quiescere non potuit, rebellionē gentium concitatus: igitur recluso Iano, ad Hispanias extrema Oceani littora traductus, Cantabros & Astures, & totam peruagatus prouinciam, terrore armatorum docuit seruare mandata. Scythæ, Sarmatæ simul & Parthi, qui intra Septentrionem & ortum solis terras incolunt, ad Augustum se ad obsequia paratos miserunt. Tigranē in Syria à Caio Augusti legato uictum, poenituit defecisse. Bosphorum & Propontidem submissis se gerere docuit Agrippa, itaque ad orientem per legatos, omnibus peractis, ex occiduo littore Romam reuectus Augustus, Ianum de integro clausit, quem paulopost referare opportunum fuit, in arcticum polum ire coactus, ubi ferocissimæ gentes aulae erant contrafacere. ideoque Vespertes, Morinos, Brennos, Vindelicos, Salafios, Germanos, Marcomannos, Cherufcos, Sueuos, Sycambros, Dacos, Melios, & quicquid citra ultraque Rhenum & Danubium barbaries effera spectat, sic perdomuit, ut omnixè paterentur imperia. Ad meridiem Cossus missus, Getulos uicit, Garamantas & Marmaridas, & quicquid ad Austrum pacadum restabat composuit. itaque Asia, Africa, demum & Europa subactis, nil uincere supererat, quare Augustus Romam regressus, tertio integra pace Ianum firmavit, & ingenia sic florescere uisa sunt, ut ipsius sæculi ætas, qua *CHRISTVS* noster ac Deus ex uirgine natus est, nullique antè uel postea fuerit, morum celebritate, literis ac militia sic conferenda.

FL. VESPASIANVS.

Vespasiani gloriosissimi atque omnium clarissimi principis arma uictoria, hoc loco arcta relatione, laudum suarum notitiam persequuntur. is sub Claudio Tyberio, ab Augusto quarto imperatore, in Germaniam prius, mox in Britanniam missus, plerunque sulis ac fugatis, ac caesis hostibus, aliquot ualidissimas urbes, & oppida uiginti numero in imperij potestatem redegit. Post imperante Nerone, ad ultionem

caesi

caesi exercitus Romanorum, Cos. in Iudæam cum Tito filio eius legato missus, primo statim aduentu, in Gallilæa cuncta flammis ferroq; populatus, urbes & oppida tumultuoso armorum terrore conculsit, Iosephumq; uirum utiq; literis & militia clarum, qui multitudinem gentium obuia processerat, sola nominis fama in fugam uertit, & Iorapatam & munitissimas urbes, dura more prostrauit, quibus incendio datis, peremptorum numerus & captorum ad quadraginta milia fuit. Africa xii. milibus oppidanorum caesis scalis superata ac dirupta circa radices montis Garizij. Samaritanorum duodecim milia & sexcenti obruncata, Iopen turissimum Palestinæ oppidum, ad quatuor milia ciuium trucidata, ruina eius permiscuit. Tyberia, quia pacifice tenuit arma, integra stetit. Tarichea urbs, summa quidem Titi Vespasiani uirtute obtenta est, Iudæorum lex milibus quingentis caesis, triginta millibus iure belli uenundatis, electissimis iuuenibus mille Neroni transmissis. Gamela uario discrimine oppugnata, & miserabili obstantium clade sic deleta, & quinque millibus Iudæorum ac coniugibus & filijs è moenibus sese præcipitantibus, ex toto desolaretur. Gifcala armis obtenta, duobus millibus qui aufugerant in itinere trucidatis, matronæ cum infantibus ad tria milia captæ. Iamnia & Azotum uictoribus illico cessere armis, Gadara subito impetu capta & direpta, fugientium supra Iordanem, ad tredecim milia ferro necata, ultro duomilia capta Gallilææ regio, quia rebellarat, & iterum arma in se acrius conuerterat, quare miserabili populatione undiq; uagatus Cos. omnia uastatū ire permisit, subactis Lydda & Iamnia. Inde ultrò progressus Metropolim obsidione circumdat. Toparchiam & Bethlepton aliaque oppida cepit. In Idumeorum prouincia Bethabram & Caphartophan gentis munimina, quia obstiterant, Iudæorum decem milibus trucidatis, mille captis pessundati sunt. Gerasim oppidum expugnatum & flammis recommitsum, mille qui restiterant obruncatis. hinc per diuersa Iudææ reuolutis signis cæde, ferro & igne in urbes & oppida uictoria strepuere arma Tarichea & Arpha cum ipsis ciuib; oppressis, euerse. Hierosolymam proinde cecinare signa, ut fumo & puluere uerbis obfuscarerent moenia. Dum ad Orientem hæc geruntur, Nero, mox Galba, postremo Ottho occiderant imperatores, & Vitellius omnium sceleratissimus, iam imperare ceperat, quare exercitus, qui sub clarissimo duce in Iudæa armis elaborabant, indignati tam ineptissimum principem, rem Romanam inuasisse Vespasianum summæ rei Imperatorem creant, hæc inter, Roma Vitellius, gladio ilico perfossus, in Tyberim distractus, quare Vespasianus quicquid belli Iudaici supererat agendum, Tito filio committens, ad Italiam rediit, & urbem summa omnium alacritate ingressus, primo ueneratus sacra, pro rebus prosperæ gestis dijs humanissimè gratias egit.

T. FL. VESP. CAESAR.

Titus Fl. Cæsar, clarissimæ indolis iuuenis, ac rarissimum uirtutis ornamentum, se inter serenissimos principum dignè numerandum tradit. is admodum adolescens, sub genitore militans, in Iudæa, inter cætera per eum strenuissimè gesta, quodam acerrimo conflictu, duodecim ex hostibus, qui aduersus se irrumpant, duodecim sagittarum ictibus, lætali uulnere prostrauit. Postremo Hierosolymam, æternum iuuenis decus, uincere superat, quæ à patre concussa, à filio dirigenda poscebatur, ideoque post aliquot prælia, antè urbis conspectum uario utriusque discrimine magnificè gesta, bellicis instrumentis pulsatis moenibus, per hiatum ruinæ, urbis angulum Romanus obtulit, & dum ad secundum muri fragmenta præstanter & ocyus Titus contendit, cum Iudæis admirabile negotium fuit, ita ut uota Romana pari clade assequerentur. Tertia moenia uincenda restabant, quæ summo tandem labore & machinis concussa ac dilapsa, noctu clam interfectis custodibus, ingrediendi aditum dedere, subinde acrius fuit cum ipso phano, quæ cum urbe pugnare, & maiora intestina quàm exteriora certamina. namq; circa Templum eminentissimum, Salomonis opus, cum Iudæis ingens, & cruenta indes eruptio pugnae fuit, & plerunque strage multorum retrocedere coacti sunt Romani. sed desiderio uincendi, magis ac magis flammatus animosissimus iuuenis, suos in agmen restaurauerat, & hic quoq;

quoque infauste depulsi Romani, uincuntur, nec ob hoc remisit animū uir fortissimus, qui uirtute cuncta relegerat, ideoque de integro in hostem atrocius inuectus ardua Phani scallis, & ui armorum adortus, telis saxisque potitus, cum resistere non posset, strage suorum retrocedere coactus est. At ille indefessus & laboris patiens, uirtute suae obtemperaturus, ad certamen animatis suis, in praelia reuersus aduolat, & multo acrius inter militem & imperatorem uincere dimicauit, ita ut hostes caesi cruenti secessissent. At ubi post triduum in agmen ipse rediret, a quodam Romanorum intra fenestrā ad penetralia templi tendentem iniecta face, ex templo ad ardua concrepuit flamma, quare illud grande perfidiae gentis sanctuarium fama percelebre, anno millesimo trecentesimo trigesimo, postquam a Salomone conditum fuerat, incendio consumptum iacuit solo. haec inter tanta Iudaeorum strages fuit, ut miseranda Hierosolyma, suorum cruore undique affluenter manaret, at ubi flammis demum omnia commissa essent, urbs obstinatissima cineri illico celsit. Iudaeorum igne, ferro & fame peremptorum, per omne bellorum tempus, sub Patre ac Filio undecies centena millia fuisse Iosephus affirmat clarissimus historicus, ac Iudaeos reliquos uenundatos, ac toto orbe terrarum dispersos, septem & nonaginta millia declarat. ita quod omnibus explicitis summa, omnium alacritate inuictissimus iuuenis, ab uniuerso exercitu Caesar cognominatus est, & ad Italiam prouectus S. P. Q. R. occurrentibus, summo & a patre ingenti apparatus susceptus, introiit urbem. proinde pater & filius uno residentes curru, de Iudaea speciosissimum duxere triumphum, quem inter trecentos & uiginti triumphos ab urbe condita, clarissimum fuisse describunt.

V L P. T R A I A N V S.

Labor, ingenium, uirtutis gloriosissimum, iustitiae & pietatis exemplum, Vlpus Traianus, breui representatione hoc loco referendus erit. cuius arma, & si ampliori loquendi stilo prosequenda erant, necessitati credere patiantur. is primo ubi imperare cepisset, reintegrandi Imperij, quod priorum principum ignauia iam penē absumptum & uiribus exhaustū uidebatur, alto animo cōstat agitalse consilia, nec mora fuit ad arcton primo conuersus, in Germanorum ferociam, qui defectione assidue rebellarant, ualidissimo impetu signa commouit, quos post multa & horrida praelia, ita conflictos subegit, ut ipsi attriti & ferme funditus oppressi, Romanae uirtuti submissius succumberent. Nec prius inde discessit, quam ceteras nationes inuaderet armis, & superatis, qui contrafacere ausi, non modo clarissimus, sed & cruentissimus ultor ad orientem transmeare aequoreum festinauit, ibi quae Armenia, Parthis erepta, Syros quoque assiduo Marte calcauit, ad Propontidem signa reflectens, Bosphorum adortus, omne Ponti regnum superat. Inde perdomuit Albanos, uicit & feroces Sauromatas, quibus seruitutis frenum imposuit, ad Colchos & Scythas Hircanosque cuncta uincendo usque progressus, ita, ut Tanais limen, quo primū ab Europa dirimitur Asia, sub ipso gelido situ, abstineret armis, mox indagine quodam circumdato exercitu, horrifono armorum terrore pristinum relegens iter, Seleuciam Ctesiphontem, urbes ac Babylonem inuasit, contremuere & Arabes parere coacti, nec Persides euadere potuerunt, quin uictoris praeccepta seruarent. Hinc ultra montis Tauri iuga, cuncta pacando, oblique transuersus mare rubrum inspexit, quo onusta classe depressio, remigauit ad Indos, ut illis pridem ignotis Romana ostenderet arma. Vnde uictor temeans, Tygridē & Euphraten postremo superare conatus, toto oriente auro uibrantia circumtulit signa, ut gloriosior suam reuideret Italiam. qui urbi Romae restitutus, in clyto curru triumphans, uti quoddam numen coeleste receptus, magnitudine rerum equidem, unice cōtemplandus fuit, cum nemo alter felicitior Augusto melior Traiano, assidue sit conclamatum. Et quia Rempub. non modo uiribus agendo, uerum etiam ruinis depressam urbem, restaurando, in pristinum decus reformauerat, uelut alter Romanae urbis conditor, cum Romulo aequari uoluerunt, cuius strenuissima gesta, aerea imagine celata, unicum posteris exemplar, foro posita sunt, uir generosi spiritus, cumulatissimis laudibus, ad tydera sublimandus.

BENE-

575

BENEVENUTI DE RAMBALDIS IN LIBRVM Augustalem suum, Praefatio.

AD ORIGINIBVS PIE TATEQ. INSIGNEM VIRVM NICOLAVM ATESTEN- sem, Principem.



PTAS Clarissimè Marchio, Heroicarum cultor uirtutum, posse faciliter & citò internotescere bona & mala principum Romanorum, ut utrorumque sine notato, cautior fias, eminenti in speculo exemplorum. Parebo libens, & calculantis more, remagnam breui ratione summabo. quia non modicum confert commoditatis, ad cognitionem rerum gestarum, praesertim postquam uenit tempus gratiae, quo Rex uniuersi & urbem & orbem totum ad unam uoluit redigi Monarchiam, nosse annos, quibus quisque principum imperauit, non per modum narratis, sed potius numeratis, singulorum tempora breuiter, immò transcurrenter perstringam, lucido cum sermone. Est autem utiliter praesciendum, quod omnes historiarum descriptores, catholici, siue in obsequium fidei, siue ob aliam causam, sicut Orosius in Ormesta mundi, & alij plures, incipiunt descriptiones à Caesare Augusto, quia sub eo CHRISTVS nasci dignatus est, à quo incepit primitiua Ecclesia, uel quia diutius imperauit, & salubrius Rempub. gubernauit. unde uidetur uelle, quod C. Iul. Caesar fuerit potius quidam praecursor imperij, sicut Baptista fuit praecursor Domini. omnes uero gentiles historici, incipiunt à Iul. Caesare, sicut Suetonius & alij multi, quos magis sequi intendendo, quia non aliud, quam ueritatem tradere potesteros curauerunt.

BENEVENUTI DE RAM BALDIS ORATORIS, POETAE, ET HISTORIOGRAPHI. C. Liber Augustalis.

C. IULI CAESAR.



Primus igitur qui Romanorum arripuit imperium, fuit Iulius Caesar, Lucij F. ualentissimus omnium principum, qui in uigore animi, non habuit parem, nec ante se nec post se: hic uixit annis quinquaginta & sex. Imperauit autem post finem bellorum suorum annis tribus, & septem mensibus. Interfectus est in medio Senatus, uiginti tribus uulneribus.

C A E S. O C T. A U G V S T V S.

CAes. Augustus, dictus Octavianus, à natiuitate pronepos Caes. & filius adoptatiuus, successit illi in Imperio. hic fuit felicissimus omnium principum priorum & posteriorum, nam

nam alta providentiâ sua, imperavit prudenter & laudabiliter, tot annis quod Cæsar uixit, scilicet *LVI.* de quibus regnavit *xii.* cum Antonio & Lepido *iii.* uir, reliquum solus, cum magna pace & tranquillitate orbis, clauso templo Iani, & uixit annis *Lxxv.* minus *xxv.* diebus. Mortuus est foeliciter apud Nolam ciuitatem campaniæ.

TYBERIVS NERO.

Tiberius præignus Augusti, ex Liuiâ, adoptatus ab eo, hæres fuit imperij, hicut ait Plinius, fuit tristissimus hominum, senex foedissimus, omni turpitudine luxuriarum & ebrietatum, fuit tamen strenuus uictor in iuuentute, de quo dicit Orosius, quod ex manuetissimo principe, conuersus est in foelissimam bestiam, cum non impetrasset in Senatu quod ipse pro Deo haberet. mortuus est graui morbo uel ueneno. Vixit annis *Lxxviii.* imperauitq; *xxiii.*

C. CAES. CALIGULA.

Caius Caligula, pronepos Tyberij, natus ex Germanico, filio Drusi, qui fuerat frater ipsius Tyberij, hic fuit iuuenis pessimus omnium, excepto Nerone, omni scelere contaminatus, qui uixit annis uiginti & octo, imperauitq; annis tribus, mensibus decem, diebus octo. Interfectus coniuratione suorum, triginta uulneribus, & turpiter tractatus.

CLAUDIUS CAESAR.

Claudius nepos Tyberij, natus ex Druso, patruus C. Caligulae, indifferens fuit & uariis multum, qui à prima ætate fuit semper infirmus, uilis, & tristis. unde cum debuit succedere Tyberio in imperio, Caius fuit sibi prælatus, fuit tamen satis utilis, sed infortunatus in uxoribus, de quarum una Messalina, scribit Corn. Tacitus, & Iuuenalis dicentes:

Et lassata uiris nondum satiata recessit.

Alterâ uero Agrippina mater Neronis, quæ ipsum Claudium uenerauit in fungis. Claudius uixit annis sexaginta quatuor, imperauitq; quatuordecim.

DOMITIUS NERO.

Nero de gente Domitia priuignus Claudij, & gener eius, adoptatus fraude Agrippinae, hic fuit nequissimus omnium hostis humani generis, & ideo iudicatus est hostis à Senatu. interfecit se pugione, quarto miliario longè ab urbe, cum imperasset annis paulominus quatuordecim. uixitq; annis triginta duo, & familia Cæsarum in Nerone defecit.

SERGIUS GALBA.

Galba senex, de nobili stirpe Sulpitorum, septimus post Neronem, uir uitiosus, commisit se totum regendum uitiosissimis seruis, unde omnibus odiosus, occisus est in foro à militibus Otthonis, cum imperasset mensib. septem, uixitq; annis septuaginta trib.

M. SALUIVS OTTHO.

Ottho octauus imperator, fuit nobilis homo, natus ex equite Romano, non poterat esse bonus, quia fuerat familiarissimus Neroni, fuit tamen militibus dilectissimus, qui uictus à Vitellio, se occidit pugione, cum imperasset nonaginta diebus, anno ætatis suæ *Lvii.*

VITELLIVS.

Vitellius nobilis, de gente Vitelliorum, uir profundæ gulæ & crudelis, qui à pueritia fuit educatus inter meretrices Tyberij, uituperatissime occisus in furore populi, inter omnia ludibria & tormenta. regnavit mensib. octo, uixitq; annis *Lvii.* & nota quod Orosius Otthonem & Vitellium abijcit de numero principum Romanorum.

VESPASIANVS.

Vespasianus nobilis, de gente Flauia, successit decimus in imperio Vitellio, cum esset dux belli Iudaici pro Nerone. hic fuit sapiens, senex & utilis Reip. qui uixit annis sexaginta nouem, mensibus tribus & diebus septem. imperauit annis decem, & mortuus ex fluxu uentris.

TITVS VESPASIANVS.

Titus Vespasiani filius, clarissimus omni uirtute, gloriosissimum triumphum duxit de Iudæis simul cum patre, quia simul ambo imperauerunt, ut dicit Plinius optimus testis, qui

testis, qui ascribit Vespasiano. & hic amore omnium tenuit imperium solus annis duobus, mensibus duobus, & diebus xx. uixitq; annis *xlii.* & mortuus est febre, cum magno planctu omnium.

DOMITIANVS.

Domitianus filius Vespasiani, frater Titi, hostis uirtutū, patris & fratris, crudelis, sanguinarius, persecutor muscarum, & Christianorum & Iudæorum, qui uixit annis *xlv.* imperauit annis quindecim, occisus à suis in camera.

COCCEIUS NERVA.

Nerua senex satis nobilis, honestus et modestus, contrarius Domitiano, factus est Imperator, opera occisorum eius, qui adoptauit Traianum in filium, propter egregiam eius uirtutem. uixit annis septuaginta duobus, imperauit anno uno, & mortuus est morte naturali.

VLPIVS TRAIANVS.

Traianus ortus Romæ, cuius antiqui fuerunt Hispani, optimus fuit omnium Augustorum, summæ iustitiæ, clementiæ & ciuilitatis, qui uir diuinus, mirabili uirtute & foelicitate Romanum imperium satis infirmatum magnifice amplauit. hic uixit annis sexaginta octo, mensibus octo, & quatuor diebus, imperauitq; annis octodecim, mensibus sex, & mortuus est ex fluxu uentris.

AELIUS ADRIANVS.

Adrianus, ut scribit Spartianus, natus ex cōsobrino Traiani filius adoptiuus eius, cuius fuerunt maiores in Italia, temporib. Scipionum, uir magnæ scientiæ, maximæ eloquentiæ, nunc crudelis, nunc clemens, quod plus percurrit prouincias Romani imperij, quam aliquis alius Imperator. Adrianus uitæ rædio afflictus petebat occidi, & mortuus est anno ætatis *Lxxii.* mense quinto, cum imperasset annis *xxi.* mensibus undecim.

ANTONINVS PIVS.

Antoninus Pius, gener Adriani, & filius adoptiuus, uir formâ pulcher, insignis ingenio & eloquio, magnæ literaturæ, moderatissimus & benignissimus, qui Romanum imperium plus studuit conseruare quam ampliare, habes illud in ore Scipionis: Malo unum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. Antoninus perijt anno septuagesimo, imperauit annis uiginti tribus, mortuus est ex febre, quasi dormiens.

ANTONINVS VERVS.

Antoninus Verus gener Pij, successit ei in imperio, cum Lucio fratre suo, isti duo fratres primi simul uocati sunt Augusti. Iste Verus sapientissime celauit & supportauit uitia fratris, qui regnavit secum annis undecim. Fuit enim magnus Philosophus, sanctitate uitæ omnibus uitæ præponendus, nunquam mutans uultum, qui uir tantæ uirtutis poterat dici foelix, si uxorem Faustinae & filium Commodum non habuisset. Imperauit annis octodecim, uixit *Lxi.* & mortuus est ex morbo.

ANTONINVS COMMODVS.

Antoninus Commodus, filius Veri, paternarum uirtutum hostis, crudelis, luxuriosus, qui à pueritia fuit toto corpore, omni turpitudine foedatus, trecentas meretrices, & totidem pulchros pueros habens in palatio, infamator omnium, ac omnibus incommodus cum imperasset tredecim annis strangulatus fuit, cum magno commodo omnium.

HELVIVS PERTINAX.

Pertinax factus imperator, mandato Senatus, fuit genere ignobilis, ex patre libertino sed moribus nobilis, senex uenerabilis, temperatus, contrarius Commodi. reputatus est auarus, dilectus populo, & militibus odiosus, à quibus occisus est in domo sua, opera Iuliani, uixitq; annis sexaginta & mensibus sex & uiginti quinque diebus.

IULIANVS DIDIVS.

Iulianus Didius post Pertinacem assumpsit imperium, qui fuit nepos Iuliani magni Iurisconsulti, quod magis nobilitauit eum. cuius antiqui fuerunt de Mediolano. Iulianus fuit parcissimus hominū, miserrimè uiuens, unde odiosus populo, desertus ab omnibus, priuatus est imperio, auctoritate Senatus, & in palatio occisus, uixitq; annis quadraginta sex, & mensibus quatuor. Imperauit duobus mensibus & diebus quinq;.

SEPTIMIUS SEVERVS.

Seuerus solus in numero principum fuit ex Africa, qui uir fortis, magna bella gessit, terribilis S. P. Q. R. sed militibus amabilis, qui maius stipendium dedit, quam aliquis Imperator. hic tantum annonæ reliquit in morte, quod sufficere poterat urbi VII. annis, dando LXXXV. milia modiorum in die. de quo dixit Senatus: Quod nunquam debuisset nasci, uel nunquam mori. uixit annis LXXXIX. mortuus est in Britannia cum imperasset annis XVIII.

ANTONINVS CARACALLA BASSIANVS.

Bassianus filius Seueri, dictus Antoninus Caracalla successit patri in imperio, asperior eo, luxuriosus multum, qui Papinianum magnum Iurisconsultum, trucidari fecit, quia reprehendebat eum, quod duxerat Iuliam nouercam suam in uxorem. hic imperauit annis quasi sex, & occisus est apud Charras, insidijs Macrini perfecti, anno ætatis suæ XLIII.

OPILIUS MACRINVS.

Macrinus occiso Bassiano, arripuit imperium, homo omnium uitiorum, uilissimè natus, & uilissimus seruus sub Commodio, fuit crudelis, sanguinarius, inuentor nouarum mortium, sed post annum sui imperij fuit occisus, apud Antiochia ab Heliogabalo.

VARIUS HELIOGABALVS.

Varius Heliogabalus, reputatus filius superscripti Bassiani, ex Semirama uulgatissima meretrice, ad cuius uoluntatem fecit omnia turpia, impurius omni bestia, occisus est coniuratione militum, & deiectus in cloacam stercoreariam, & mater cum eo dignissima tali filio luxurioso, prodigo, cœnoso, qui non est nominandus homo, sed upupa credissima, imperauit annis tribus.

ALEXANDER SEVERVS.

Alexander filius Varij Heliogabali, natus ex Mammea Christianissima muliere, accepit imperium ad remedium generis humani, qui iuuenis uirtuosissimus, purgatis sordibus Heliogabali, Remp. salubriter gubernauit consilio Ulpiani, qui fuit legalis scientiæ princeps. Habuit iste Alexander omnes dotes naturæ, & fortunæ, & uitam bonorum principum metricè scripsit: uixit annis triginta nouem, mensibus tribus, diebus duodecim. imperauit annis tredecim. occisus est in Gallia, à militibus opera Maximini, quod indignissimum uisum est. nam omnes boni principes, ut plurimum bene mortui sunt, & mali male.

MAXIMINVS.

Maximinus natus de regione Thraciæ, ex patre & matre Barbaris, sine auctoritate Senatus, à militibus appellatus est Augustus, qui fuit magnus ut gigas, fortissimus, ferus, asper & superbus, nullum animal eo crudelius fuit in terris, unde milites in Africa fecerunt imperatorem Gordianum senem grauissimum, sed Maximinus occiso Gordiano & filio eius iuuenem, ueniebat contra Romam fulminans. Senatus uerò territus, fecit tres imperatores contra eum, scilicet Pupienum, Albinum, & Gordianum paruulum nepotem Gordiani senis interfecti. Maximinus uerò apud Aquileiam occisus est à militibus, cum filio suo, cum imperasset annis tribus.

GOR-

GORDIANVS.

Gordianus tertius, qui appellatus fuerat Augustus à senatu, cum Pupieno & Albinus. illis occisis fraude militum, qui iam imperauerant duobus annis, solus tenuit, imperium ualde puer. cui nihil deficiebat nisi ætas, amabilis & graciosus, hic cum bella feliciter gereret in oriente, consilio Mithrioceri sui uiri prudentissimi, occisus fuit à militibus fraude Philippi Arabis, dicentis: Quod puer nesciebat regere imperium. Imperauit annis sex.

PHILIPPVS.

Philippus de Arabia, post Gordianum factus imperator, Philippum filium fecit participem regni, qui de uili genere natus, superbe imperauit annis septem, nihil laudabile fecit, nisi quod fuit primus imperator Christianus, & ambo in tumultu militari interfecti sunt, fraude Decij, pater Veronæ, filius Romæ. & hic nota quod omnis Augustus est Cæsar. sed non è conuerso: nam Cæsar est electus à principe uel exercitu, Augustus uerò confirmatus à Senatu.

DECIVS.

Decius de Pannonia natus, uir industria militari strenuus, occisus Philippis, inuasit imperium, quod tenuit annis tribus, & ipse cum filio, quem Cæsar em fecerat occisus est, in medio Barbarorum, cum bellum pararet contra Aemilianum, qui in Mæsia rebellauerat. crudelis fuit contra Christianos.

GALLVS HOSTILIANVS.

Gallus Hostilianus, post mortem Decij successit in imperio, cum filio suo Volusiano, quod tenuit annis uix duobus, quo tempore persecutionem fecerunt in Christianos, & pestis generaliter fuit ubique.

LICINIUS VALERIANVS.

Valerianus ab exercitu appellatus Augustus, uolente populo & gaudente Senatu, quia fuit uir nobilis sanguine, scientia clarus, gloriosus eloquentia, & hic uerificatur dictum Aristotelis, ubi plurimum de uirtute, ibi minimum de fortuna & è conuerso. sed infelicitissimus fuit omnium. nam captus à rege Persarum, in misera seruitute consenuit, sustinens semper in tergo regem cum ascenderet equum. hic uixit annis LXX. imperauitque annis sex.

GALLIENVS.

Gallienus filius Valeriani, qui iam erat Cæsar, factus est Augustus à Senatu loco patris, qui luxuriosus marcens ocio, se totum dedit uoluptatibus, neglecto patre & imperio. Vnde & XXX. tyranni inuasert imperium, fuit tamen Poëta clarus, unde cum semel celebraret nuptias, tenens sponsum & sponsam per manus, dixit istos mirabiles uersus:

*Itè ò pueri pariter sudate medullis
Omnibus inter uos, non murmura uestra columbæ
Brachia non hederæ non uincant oscula conchæ.*

imperauitque annis XI.

CLAUDIUS.

Claudius secundus, imperator factus, de uoluntate Senatus, dicitur habuisse in se bona omnium principum, sicut uirtutem Traiani, pietatem Antonini, prouidentiam Augusti. hic uictis feliciter Gotthis, mortuus est ex infirmitate familiari, uirtutibus suis cœlum petijt, cum imperasset quasi duobus annis. quo mortuo Quintilianus frater eius, uir optimus imperium tenuit solum XVII. diebus & occisus est.

AVRELIANVS.

Avrelianus natus ex paruis parentibus Barbaris, fuit uir fortissimus, & in omni genere armorum exercitatus, à pueritia, qui magna bella gessit in oriente, & muros urbis plus ampliavit, quam aliquis alius antè uel post. sed clementiam non habuit, quæ est

00 2 prima

prima uirtus principum. triumphus eius fuit gloriosissimus. Nam Zenobiam magnanimam mulierem, quæ magnificè uendicauerat sibi Syriam, duxit ante currum triumphalem, ligatam multis catenis aureis. Imperauit annis quinque, mensibus VII. occisus fraude notarij sui apud Byzantium.

TACITVS.

Tacitus V. Cons. senex & grauis, factus est imperator cum summa concordia & longa deliberatione militum, Senatus, & populi, spatio sex mensium, temperatus, sobrius, lectione librorum delectatus, non fecit magnifica propter temporis breuitatem, quia tantum sex mensibus imperauit, morbo periit.

FLORIANVS.

Florianus frater eius sibi similis, imperium tenuit duobus mensibus, & occisus est insidijs militum.

PROBUS DE PANNONIA.

Probus de Pannonia oriundus, de ciuitate Syrmienfi, nobiliore matre, qui uerè probus iudicio omnium bonorum, factus imperator, Remp. quietissimam & securissimam reddidit, nobilissimis uirtutibus clarus, sub magnis ducibus Valeriano, Aureliano & Claudio, multa bella gessit, foeliciter & probiter, terror Barbarorum. ideo finaliter occisus est apud Syrmium, quia nimis eos grauabat plijs et laboribus, anno imperij sui quinto.

CARVS.

Carus Romanus uel Mediolanensis, uisus est militibus dignus imperio, post mortem Probi, & tamen medius fuit inter principes bonos & malos. hic capta ciuitate Carrarum in Persia, longius procedendo cum exercitu, fulminatus est, cum imperasset annis duobus. Carus habuit duos filios Cæsares, quorum minor Numerianus, magnus Orator & Poëta, sine pari tempore suo, occisus est prodicione Apri foceri sui, qui uolebat occupare imperium, maior autem nomine Carus contaminatissimus omnium, uictus & occisus est à Diocletiano.

DIOCLETIANVS.

Diocletianus, cum bonus princeps quæreretur, occiso Numeriano, consensu omnium appellatus est Augustus, uir magnanimus, prudens, alti consilij, qui dicebat, bonus, cautus, optimus uenditur imperator. cum autem solus liberè imperaret, subito ortis magnis bellis, Diocletianus fecit Augustum Maximianum, quem à principio fecerat Cæsarem, & elegit Cæsares Constantium patrem Magni Constantini & Galerium. post multas uictorias bellorum, Diocletianus senex reduxit se primum ad uitam priuatam, apud Salonas ciuitatem Dalmatiae patriam suam, & Maximianus coactus ab eo, idem fecit apud Mediolanum, & Diocletianus in oriente, & Maximianus in occidente crudelius persecuti sunt Christianos quàm Valerianus & Decius, Aurelianus & cæteri. Diocletianus uenenum bibit Anno ætatis LXVIII. cum imperasset annis decem.

CONSTANTIVS.

Constantius & Galerius Cæsares, facti Augusti, diuiserunt imperium inter se. nam Constantius contentus Gallia & Hispania, cæteras prouincias collegæ celsit. Constantius ex patre Eutropio nobili Romano, fuit uir optimæ constantiæ & ciuilitatis, omnibus amabilis & uenerabilis, qui mortuus est in Britannia, anno imperij sui XIII. relicto Constantino filio ex Helena.

GALERIVS.

Galerius cum imperasset Illyrico, milites prætoriani Romæ fecerunt imperatorē Maxentium, filium Maximiani, contra quem Galerius misit quendam Seuerum, qui cum

cum incredibili multitudine obsedit Romam, & tamen prodicione suorum à Maxentio fugiens occisus est, & Maxentius confirmatus in imperio, factus est seuerissimus tyrannus. Galerius uerò post multa mala quæ fecerat in Christianos, dum putaret uenire in Italiam, morbo fastidendo putrefactus, cum uermes incessabiliter emitteret de corpore, cruciatus impatiens, manu sua se interfecit Anno imperij sui X. Imperauit solus annis duobus.

M. FLAVIVS CONSTANTINVS MAGNVS.

Constantinus Magnus, Constantij filius, omni uirtute refulgēs, optimis principib. cōpā Crādus, rogatus à S. P. Q. R. ut ciues suos liberaret à seruitute crudelissimæ bestiae Maxentij, cōuocatoq; Licinio q; imperabat in Hispania, cū magno apparatu belli uenit cōtra Maxentiū quē magno plio uicit, et Maxentiū fugiēs suffocatus est in Tyberi. Constantinus cum magna gloria intrauit urbem. postea Licinium sibi rebellem, sæpè uictum, tandem occidi fecit. Constantinus itaque omnium uictor, Ecclesiam Romanam reformauit, fidem Christianam confirmauit, sedem imperij transtulit in Græciam, ubi fecit secundam Romam. Constantinus cum magna uirtute & fortuna prosperrima imperauit XXX. annis, mensibus X. diebus XI. uixit quæ annis LXVI. & mortuus est foeliciter.

CONSTANS.

Constans & Constantinus filij Constantini occiso fratre eorum Constantio, tenuerunt ambo imperium. Constans prauus Arrianus persecutus est Catholicos, sed post multa prælia gesta contra Persas, factus omnibus intollerabilis, occisus est anno imperij eius XIX. ætatis uero anno XXX.

CONSTANTIVS.

Constantius post fratrem solus tenuit imperium annis sex, temperans & placidus, quamuis Arrianus, hic Iulianum consanguineum suum fecit Cæsarem, & sororium suum, & misit in Gallias, qui elatus uictoria inuasit imperium in Italia, Constantio occupato bellis Parthorum. Constantius uerò rediens contra eum mortuus est in uia, anno ætatis suæ XLV.

IULIANVS.

Iulianus successit solus in imperio, uir liberalis, literatus, eloquens, memoriosus, cupidus gloriæ, fuit tamen ingratus contra Constantium & perfidus contra fidem, unde uocatus est Apostata, quia solus post Constantinum recessit à fide Christiana, & Christianos odio habuit, quibus interdixit officia & studia scientiarum. Iulianus uixit annis XXXII. imperauit anno uno, mensibus VIII. transfixus telo in deserto Parthiæ, ab uno milite ignoto.

IOVINIANVS.

Iouinianus de Pannonia oriundus, electus est imperator ab exercitu Iuliani, qui corpore pulcher, lætus animo, exercitum quem Iulianus fecerat paganum, fecit Christianū, & reduxit saluum ex periculo magno, mortuus octauo mense imperij ætatis eius XXXIII.

VALENTINIANVS.

Valentinianus de Pannonia, qui recesserat à Iuliano, quia uerus Christianus erat, factus est imperator à militibus nolens, uir pulcher, prudens, probus, similis Hadriano & Aureliano, quia fratrem suum Valentem, & Gratianum filium fecit Augustos. hic uir perfectus, post multa bella mortuus est, subita sanguinis effusione, anno imperij XI. ætatis uerò LV. quo mortuo Valens tenuit imperium in oriente, Gratianus in occidente.

VALENS.

Valens imperator in oriente, tanquam Arrianus, persecutus est catholicos Christianos, unde præcepit ut monachi militarent, sed infelicissime bellum gerens cum

Gotthis, perditto exercitu, ipse uulneratus sagitta, fugiens in uilem casam, uiuus crematus est igne, cum imperasset quasi annis *III*.

G R A T I A N V S.

Gratianus post mortem patris imperauit annis *VI*. qui iuuenis gratus, catholicus & fidelis, contra Alemanos feliciter pugnavit, sub quo Italia tota recessit à perfidia Arrianorum. Gratianus uidens multas gentes infestas Romano imperio, elegit in imperatorem orientis Theodosium nobilissimum Hispanum, qui uir *XXXIII*. annorum, Tartaros terribiles debellauit, & cæteris hostibus conciliatis, gloriosus fuit apud Constantinopolim.

V A L E N T I N I A N V S S E C V N D V S.

Valentinianus secundus, frater Gratiani imperauit in occidente Theodosio imperante in oriente, iste uir bonus, expulsus de Gallia à Maximo tyranno, Theodosius tyrannum potentem, cum paruo apparatu feliciter uicit, apud Aquileiam & captum decapitauit, Valentinianus ergo restitutus in regno occidentis, cum in pace regnaret, stragulatus est apud Viennam, fraude Arbogasti comitis sui, cum imperasset annis *VIII*.

T H E O D O S I V S M A G N V S.

Theodosius magnus, cum iam imperasset *XIII*. annis cum Gratiano & Valentiniano fratribus, solus remansit in imperio annis tribus, in oriente & occidente. Iste fuit optimus imperator Christianorum, similis Traiano, à quo originem traxit, de quo mirabiles laudes fecit Ambrosius, cuius auxilio expulit Arrianos de Mediolano, Theodosius contra Eugenium qui usurpabat imperium in Gallijs, confidens uirtute *CHRISTI*, illius auxilio suppliciter inuocato, in alpibus ruit in prælium, & subito orta uentorum, cum crudeli tempestate contra hostes Theodosius uictor, cum parua cæde suorum, Eugenium captum interfecit, de qua re memoriam facit Claudianus Florentinus poeta paganus, ut refert Augustinus de ciuitate Dei. Theodosius anno ætatis quinquagesimo, feliciter mortuus est apud Mediolanum, relictis duobus Augustis filijs suis Arcadio & Honorio.

A R C A D I V S.

Arcadius successit patri Theodosio in imperio orientis, & Honorius in imperio occidentis, ambo uiri boni, non degenerantes à patre. Anno uero imperij Rhadagafus rex Gotthorum, cum infinita multitudine Barbarorum miserabiliter uictus à Romanis, fame & frigore occisus est, Romæ, suis more pecudum uenditis. Arcadius uero anno imperij eius *XIII*. mortuus est, apud Constantinopolim, relicto filio suo Theodosio in imperio orientis.

H O N O R I V S.

Honorius qui iam *XIII*. annis imperauerat cum fratre suo, postea imperauit cum Theodosio minore annis *XV*. sub quorum imperio, Alaricus rex Gotthorum cepit Romam cum furore, & spoliavit, parcens tamen fugientibus ad templa sanctorum. Sub isto Honorio multa bella ciuilia & externa terminata sunt in occidente, cum immodico sanguine, ipse uero occisus est Romæ sine filijs.

T H E O D O S I V S M I N O R.

Theodosius minor filius Arcadij, mortuo Honorio regnauit in oriente annis *XXVII*. cum iam post mortem patris regnasset annis *XIII*. & cum patre uiuente annis octo. Hic Valentinianum consobrinum suum fecit Augustum, & generum suum qui in occidente regnauit *XXV*. tempore huius Theodosij, Carthago crudelius capta est à Genferico rege Vuandalorum, quæ Roma ab Alarico, quia Genfericus non pepercit ecclesijs. Theodosius mortuus est apud Constantinopolim, & sepultus cum patre suo Arcadio.

VALEN-

V A L E N T I N I A N V S I I I.

Valentinianus tertius in occidentem tenuit imperium quinque annis, post mortem Theodosij, cum quo imperauerat annis uiginti quinque, & Martianus successit Theodosio, tempore isto quo Attila ille potens & terribilis, cum multis regibus et gentibus barbaris, de Pannonia ueniens Italiam, crudeliter affixit, Venetamque provinciam & Lombardiam Aquileia primo euerfa. Tunc autem facta est ciuitas Venetiarum à fugientibus scuitiam Attilæ. Valentinianus autem timore uel inuidia occidit Elitum, ducem bellicosissimum Romani exercitus in Gallia, qui solus erat uictor Attilæ, cuius morte ruit imperium & salus occidentis. ipse quoque Valentinianus anno sequenti occisus est Romæ, ab uno milite Elij cum iam annis uiginti quinque rexisset imperium.

F L. V A L E R I V S M A R T I A N V S.

Martianus qui iam quinque annis imperauerat, cum Valentiniano, post mortem eius imperauit annis duobus, quo tempore Genfericus rex Vuandalorum ueniens ex Africa cum Mauris, cepit Romam, & eam rapaciter spoliavit, similiter Capuam & Campaniam. Martianus uero anno septimo sui imperij, occisus est coniuratione suorum apud Constantinopolim.

L E O.

Leo in Constantinopoli inuasit imperium, qui Leonem filium suum regni orientis fecit consortem, quo tempore imperium occidentis à multis laceratum est, nam quidam Maiorianus inuasit imperium apud Rauennam, & ita alij multi. Rauenna enim eo tempore Gotthorum potentissima erat, Leo uero anno imperij sui decimo septimo mortuus est in oriente.

Z E N O.

Zeno imperator Leonis gener, successit illi in imperio, quo tempore Odonacer ueniens cum forti exercitu, de ultimis finibus Pannoniæ, obtinuit regnum Romæ cum tota Italia, quod cum tenuisset quatuordecim annis, Theodoricus rex Gotthorum ueniens de Græcia, cum auctoritate Zenonis, uir strenuissimus, uicto Odoacro obtinuit Romam, cum tota Italia. Zeno uero in Græcia cum imperasset annis sexdecim mortuus est, similis Papyrio Cursori in uelocitate pedum.

F L. V A L E R I V S A N A S T A S I V S D I C O R O S.

Anastastius post Zenonem adeptus est imperium, qui factus hæreticus pertinax, cum non possit reuocari ad fidem sanctam, iusto iudicio Dei fulmine percussus perijt, anno imperij sui decimo septimo, quo tempore Theodoricus gloriose regnauit in Italia circa annos quadraginta.

I V S T I N V S M A I O R.

Iustinus maior successit Anastasio, qui uir catholicus & pius, in partibus orientis, omnino studio nomen Arrianorum quærebat extinguere, sed Theodoricus minatus est ei, quod nisi restitueret Arrianos, ipse in Italia omnes populos gladio necaret. Iustinus uero ex compassionem Arrianos dimisit in pace, ipse uero Iustinus cum imperasset annis undecim, in pace quiescit Constantinopoli.

I V S T I N I A N V S.

Iustinianus Iustini sororis filius successit illi in imperio, qui iustissimus princeps, Romanum imperium armis & legibus reparauit. Nam per Bellisariū uirum bellicosissimum debellauit Persas, qui inuaserant fines Romanos, Africam liberauit de manibus Vuandalorum, atque Italiam de manibus Gotthorum, ubi Neapolim receptantem Gotthos crudelissime exterminauit, nulli parcens, postea Narses Eunuchus iterum Romam liberauit de manibus Totilæ regis Gotthorum, quem interfecit. Iustinianus uero leges Romanas mirabili breuitate reformauit, qui mortuus est feliciter, cum imperasset annis triginta octo.

IVSTINVS MINOR.

Iustinus minor, nepos Iustini, successit in imperio, qui fuit homo avarus, rapax, impius & hæreticus, propter quod Narses qui per inuidiam fuerat illi falso accusatus, odio & timore Augustæ, quæ minabatur reducere eum inter mulieres, fecit uenire Longobardos de Pannonia in Italiam, qui ceperunt Mediolanum, Papiam, & quasi totam Lombardiam. Iustinus cum imperasset annis undecim, alienatus mente mortuus est, relicto Tyberio Cæsare.

TYBERIVS II.

Tyberius secundus successit in imperio Iustino, qui fuit rectè contrarius illi, uir largus in pauperes, Christianus, perfectus, sapiens, & iustus, qui thesauros Iustini malè acquisitos, pauperibus erogauit, & de Persis magnam prædam habuit. Iste Tyberius moriens, reliquit hæredem imperij Mauricium, data sibi filia in uxorem cum imperasset septem annis.

MAVRICIVS.

Mauricius gener Tyberij, primus ex Græcis habuit imperium, uir utilis Reip. cuius tempore magnum diluuiū fuit in Italia, apud Urbem & Veronam. Mauricius uerò anno septimo imperij sui occisus fuit, cum duobus filijs suis à Phoca.

PHOCAS.

Phocas occisor Mauricij & filiorum, obtinuit imperium, qui primus obtinuit, quod Romana ecclesia esset caput omnium ecclesiarū, cum prius Constantinopolitana supremam se nominaret. Phocas uerò, cum imperasset quinque annis, priuatus simul uita & imperio ab Heraclio qui Africam regebat.

HERACLIVS.

Heraclius successit Phocæ in imperio cum filijs suis, Constante & Constantino secundo ex illa familia. quo tempore Mahometus pestilentissimus draco in Arabia fecit sectam suam, ab oriente in occidentem uenenum suum disseminans, cum pessima desolatione fidei christianæ. iste Heraclius factus hydropticus, mortuus est anno imperij sui xxxi.

CONSTANTINVS II.

Constantinus secundus cū fratre Constante iura suscepit imperij, qui crudelis raptor, ueniens in Italiam, Romam spoliavit omnibus ornamentis suis, deinde in Siciliam fecit inauditas crudelitates, & rapinas. ibi tandem occisus est à suis in balneo, cum regnasset annis uiginti octo.

CONSTANTINVS POGONATVS III.

Constantinus tertius superioris filius, successit illi in imperio, qui uir bonus & catholicus, multum confirmauit fidem Christianam contra hæreticos, & mortuus est in pace cum regnasset annis uiginti septem.

IVSTINIANVS II.

Iustinianus secundus, filius Constantini tertij, de familia Heracliorum, successit in imperio, qui liberauit Africam de manibus Sarracenorum. Fuit tamen schismaticus & infestus P. R. Imperauit quoque annis decem. Et hic nota, quod omnes principes post mortem Heraclij usque ad Carolum Magnum, fuerunt de stirpe eius.

LEONTIVS.

Leontius expulit Iustinianum prædictum de regno, quem relegauit in Pontum, imperauit annis tribus, deinde regnum perdidit ut statim dicitur.

TYBERIVS III.

Tyberius tertius insurgens contra Leontium, *ABSIMARVS TYBERIVS* arripuit regnū, eumque tenuit in custodia toto tempore sui imperij, qui regnauit annis septem.

IVSTI.

IVSTINIANVS II.

Iustinianus secundus prædictus, qui relegatus fuerat à Leontio secundo, recuperauit Imperium, & continuo iugulari fecit in publico Leontium qui expulerat eum, & Tyberium qui inuaserat imperium Leontij. Iste quidem multa magnifice fecit, sed contra eum quidam Philippicus relegatus ab eo, creatus imperator ab exercitu, apud Constantinopolim uicit & occidit ipsum Iustinianum. cum imperasset annis sex cum filio suo Tyberio.

PHILIPPICVS BARDANES.

Philippicus dictus Bardanes, succedens Iustiniano à se occiso, priuatus est regno & oculis ab Anastasio, cū imperasset anno uno, & mensibus sex, qui fautor fuit hæreticorū.

ARTEMIVS QUI ET ANASTASIVS.

Anastadius secundus dictus Artemius priuato uita Philippo, tenuit imperiū, sed exercitus eius elegit Theodosium imperatorem, licet inuitum, anno tertio imperij eius cum esset fautor Catholicorum.

THEODOSIVS ATRAMITENVS.

Theodosius tertius factus imperator à militibus, Anastasium graui prælio uicit, quem captū fieri fecit sacerdotē, ipse uero Catholicorum amicus, anno imperauit uno.

LEO ISAVRVS SEV CONO.

Leo tertius successit Theodosio, in imperio quoque Constantinū filium suū fecit regni cōsortē, quo tempore fuit Constantinopolis longa obsidione miserabiliter afflictā à Sarracenis. hic Leo prauus fuit, qui imagines Mariæ & sanctorum in publico fecit igne cremari, & tamen imperauit annis uiginti quinque.

CONSTANTINVS COPRONYMVS.

Constantinus quintus prædictus Leonis filius peior patre, dictus est persecutor Ecclesie, qui multos religiosos & uerè Catholicos occidit, uacās impiè magicis artibus, attamen regnauit annis uiginti quinque. quo tempore Pipinus pater Caroli Magni uicit in Italia Astulphum regem Longobardorum.

LEO.

Leo quartus filius Constantini quinti, imperauit in oriente post eum annis quinque, dignus patre suo succedere in uitijs.

CONSTANTINVS, ET HIRENE MATER.

Constantinus sextus Leonis filius imperauit cum matre Hirene, qui postea matre priuata regnauit solus annis quinque. Mater uerò cæcauit filium, & sola regnauit quinque annis. & tunc imperium Romanum quod fuerat in oriente, à primo Constantino usque ad istum ultimum terminatum est, nam facta est diuisio imperij ut imperium occidentale solum diceretur Romanorum, & orientale diceretur Græcorum, & tunc imperium Romanorum transiuit ad Francos.

CAROLVS MAGNVS.

Carolus Magnus Pipini filius, uictor Desiderio rege Longobardorum in Italia apud Papiam, ueniens Romam, electus est Imperator à S. P. Q. R. & confirmatus à summo pontifice, quia adiutor erat Ecclesie. hic fuit optimus princeps Christianorum, qui terram sanctam occupatam à Sarracenis, & imperiū in oriente recuperauit, ubi tunc foemina parua Hyrena regnabat in oriente, totam Hispaniam liberauit, maximus R. E. pugil, & protector fidei Christianæ. Carolus uixit annis lxxi. & mortuus est foeliciter cū regnasset annis xlvii. & imperasset annis xiiii.

LVDOVICVS PIVS.

Ludouicus Pius Caroli Magni filius, successit patri Imperio, superatis duobus fratribus suis. hic fuit uir inuictus, sed plus clemens, sobrius & temperatus, ultra

oo s omnes

omnes patiens, nullis uincibilis malis, qui & uiuente patre, cum regnaret, & post mortem cum imperaret, magnifica multa gessit. deuotissimus Christianus, non dissimilis patri. Vixit annis sexaginta quatuor, & imperauit annis *xv*.

L O T H A R I V S.

Lotharius Ludouici Pij filius imperium arripuit, non faciens partem regni fratribus suis, secundum ordinatam diuisionem patris, unde contractis uiribus inaudita strage Francorum, pace fracta, Lotharius imperauit in Italia: hic anno quinto decimo imperij sui diuisio filijs regno factus est monachus, & mortuus est foeliciter, q̄ fuerat uolētus in uita.

L V D O U I C V S II.

Ludouicus secundus Lotharij mortachi filius, imperauit annis *xxi*. qui siue tristis siue in foelix bellum habuit cum Carolo fratre suo, crudeliter regnante super Francos, turpiter uictus est, & nihil magnificum gerens, mortuus est in Italia, & in Mediolano uidetur sepultus, dicitur quoque quod Italiam sapienter & pacifice rexit.

C A R O L V S II. C A L V V S.

Carolus secundus dictus Caluus, filius Ludouici Pij, & patruus Ludouici secundi, & frater Lotharij, successit Ludouico secundo in imperio, uir lepore timidior, fugere quā fugare paratior, dictus est grossus uel simplex, qui multa monasteria fabricari fecit, ac etiam dotauit Venetio uero extinctus cum imperasset anno uno & mensibus nouem.

C A R O L V S C R A S S V S III.

Carolus minor nomine tertius, Ludouici Germanorum regis filius, & nepos eiusdem Caroli Calui, Imperium in Italia tenuit, Galliam & Germaniam possedit pacifice, Robertum ducem Normandiae uictum, de sacro fonte leuauit, & filiam suam dedit illi in uxorem. hic anno imperij duodecimo deficiens animo & corpore, repudiatus est à magnatibus regni Arnulpho facto imperatore, anno uero sequenti, idem Carolus mortuus est.

A R N V L P H V S

Arnulphus ex Carolorū progenie, hic Normandos mirabili cede deleuit, Romam coepit, tandem longa aegritudine dissolutus à pediculis rosus est, sic foelix praelio, in foelix morbo periit, anno imperij sui *xi*.

L V D O U I C V S III.

Ludouicus tertius Arnulphi filius, successit patri in imperio, quod tenuit annis *x*. non foelicio patre, nam sub eo defecit imperium de progenie Carolorum. cum non iuuaret Ecclesiam more maiorum suorum, contra Longobardos infestantes Ecclesiam, & tunc diuisum est imperium, quia aliqui imperauerant in Italia, sicut quatuor Berengarij in Alemannia, sicut Conradus & Henricus usque ad Otthonem *i*. qui utrobique imperauit. Ludouicus persecutus est Berengarium in Italia, captus apud Veronam, caecatus dicitur cum imperasset annis *x*.

B E R E N G A R I V S I.

Berengarius *i*. imperante Ludouico tertio imperauit in Italia, tantum quatuor annis. hic fuit uir prudens, & strenuus in armis, qui & bellum cum Romanis gessit.

C O N R A D V S.

Conradus Alemanus, successit Ludouico tertio in imperio, sed nec ipse puenit ad benedictionem in Italia, ideo non ponitur inter principes, uir tamen sapiens, fortis & uictor fuit, hic imperauit annis septem, & moriens coram principibus regni, designauit regem Henricum, filium Otthonis ducem Saxonum.

B E R E N G A R I V S II.

Berengarius secundus, imperauit annis nouem in Italia, cui pauca memoranda ascribuntur.

HEINRL

H E I N R I C V S.

Henricus post Conradum imperauit in Alemannia, annis *xviii*. uir bonus & simplex qui genuit Otthonem primum. & iste Henricus non computatur inter imperatores, quia non regnauit in Italia, nec operam dedit ut Italiam de manibus tyrannorum liberaret.

B E R E N G A R I V S III.

Berengarius *iii*. tempore praefati Henrici imperauit Italicis, annis *vii*. sub quo magnum schisma fuit in Italia: nam Vgo rex Burgundionum, inuitatus ab Italicis, pugnauit cum Berengario, & uictor regnum Italiae tenuit tribus annis, & relicto Lothario filio redijt in Galliam.

L O T H A R I V S V G O N I S.

Lotharius Vgonis Burgundionis filius, imperauit in Italia annis duobus, de quo pauca scribuntur.

B E R E N G A R I V S.

Berengarius *iiii*. post Lotharium regnauit annis. *xii*. cum Alberto filio suo apud Mediolanum, iste uir ferox nimium tyrannice premebat Italiam, sed finaliter uictus ab Otthone primo, mortuus est miserè in exilio in Alemannia, & Albertus miserime in Corsica, & nota quod omnes à Berengario primo, usq̄ ad istum ultimum, non uidentur posse dici uere nec proprie imperatores.

O T T H O I.

Ottho *i*. Henrici filius, ex Germanorum gente, primus ex Theutonicis solus obtinuit imperium occidentis, & post eum soli Theutonici imperauerunt usq̄ ad praesens tempus. Hic uir probus & potens, foeliciter reformauit Italiam, spiritaliter & temporaliter, liberando ecclesiam à manibus Ioanis papae *xii*. qui turpiter tractabat eam. & Italiam traxit de manibus Berengarij *iiii*. qui impie premebat eam. Ottho uero imperauit annis *xxxv*. secundum Sigisbertum, & secundum alios annis *xii*. & mortuus est senex ualde relicto eiusdem nominis filio.

O T T H O II.

Ottho secundus filius primi, successit patri in imperio & uirtute, qui uir acer in armis, sagax ingenio, imperium foeliciter confirmauit. nam Romanos proceres, saepe rebelles uocatos ad conuiuium cinxit armatis, & nocuos securi percussit, reliquas epulari conuiuio iussit, imperauit quoque annis *ix*.

O T T H O III.

Ottho tertius filius secundi, successit patri in imperio. de quo dictum est:

Ottho, post Ottho, regnauit tertius Ottho.

Hic fuit uir iustus & constans, qui Crescentium potentem Romanum in castello sancti angeli obsessum, diu tandem post multa tormeta fecit decollari, & Antipapam introductum per eum ludibriosè tractauit, ipse etiam uxorem suam uitam facit igne cremari, quia falso accusauerat militem innocentem imperauitq̄ annis *ix* & mortuus est sine liberis. Et imperatores ex post per electionem & non per successionem creati sunt.

H E I N R I C V S I.

Henricus primus accepit Imperium post Otthonem tertium, Bauariae dux, filius Henrici ducis, qui fuit natus ex Henrico fratre primi Otthonis, hic uir honestissimus, multa bella in Germania prosperè gessit, & in Italia contra Ardonium qui electus erat rex à Longobardis, & Stephanum regem Hungariae fecit Christianum cum gente sua, opera sororis suae quam dedit illi in uxorem, imperauitq̄ annis *xxi*, licet aliqui dicant *xli*. aliqui etiam uocant istum Henricum secundum, quia habent respectum ad Henricum superiorum, sed quo ad Theutonicos denominatur primus. hic siquidem finem suum sanctè & foeliciter fecit.

CONRA.

CONRADVS I.

Conradus 1. nobilis ex gente Francorum uir, nepos superioris Heinrici, peruenit ad imperium auctoritate ipsius Heinrici, & electorum opera, qui uir strenuus, ueniens in Italiam coronatus est apud Mediolanū & Romā, & siluit terra in conspectu eius, sed tandem indignatus contra archiepiscopum, dum impugnaret Mediolanum, mortuus est anno x v. imperij sui. alij tamen dicunt quod imperauit annis xx.

HEINRICVS II.

Heinricus 11. gener Conradi predicti & filius adoptiuus fuit, hæres patrimonij & imperij, potius fato quam a proposito. hic fuit uir aptus imperio, iucundus, lætus, bellator, qui Vuandalos subegit conterminos Sueuis, Hungaros uicit. Pādolphū principē Capuanū cepit, multa dabat pauperibus, expulsis ioculatoribus à curia sua. qui charus omnibus cū floreret imperio, migravit à seculo anno x v 11. imperij relicto filio par uulo sui nominis.

HEINRICVS III.

Heinricus 111. secūdi filius successit patri in imperio, uir impius q̄ imperauit annis quinquaginta, inuidens gloriæ proborum uirorum, Ecclesiæ hostis, & propter multa mala gesta eius, fuit electus Rodolphus dux Saxonum contra eum, quem tamen Heinricus atrocissimo bello uicit, sed infelicem finem habuit, nam filius eius assumpta corona, imperij, insurgens contra eum inuasit ipsum bello, & peter Leodij latens & pauper mortuus est & excommunicatus.

HEINRICVS IIII.

Heinricus 1111. tertij filius, arripuit patri imperium, sub colore succurendi ecclesiæ & imperio contra iura naturæ & hominum, & tamen & ipse fuit hostis Ecclesiæ, licet reconciliatus, quo tempore claruit in clyta Comitissa Maifildis in Lombardia, & Robertus Guiscardus in Sicilia. hic Heinricus mortuus est sine liberis, cum regnasset annis x v.

LOTHARIVS III.

Lotharius 111. qui & Lutarius dictus est cum magno consensu & consilio electus est imperator, hic dux Saxonum, sapiens & industrius, fuit amicus & deuotus ecclesiæ, pollens diuitijs & uictorijs magnis, imperauit feliciter annis x L.

CONRADVS II.

Conradus secundus, nepos Heinrici quarti ex sorore, qui imperium affectauerat ante Lotharium, successit illi in imperio. Hic uir optimus passagium fecit, collecta magna multitudinē crucisignatorum, & postquam aliqua prospere gesta, uirtute magna, tandem incōsultē pressus inopia uictulum, multa millia suorum amisit, & reuersus in regnū, obiit cum imperasset annis x v.

FREDERICVS I.

Fredericus 1. nepos Conradi secūdi, defuncto patre suo, Romanum suscepit imperium, qui de nobilissima domo Sueuicæ uocatus est Barbarussa. hic uir strenuissimus Mediolanam ciuitatem florentissimam, cum auxilio Papiensium & multorum Lombardorum euertit, sæpē fuit infestus ecclesiæ, & Alexandrum Papam persecutus est, apud Venetias, uictus pacem fecit, tamen cum iuisset in subsidium Terræ sanctæ, suffocatus est in quodam flumine. Imperauit magnifice annis xxv 11.

HEINRICVS V.

Heinricus v. filius Barbarusse imperauit post patrem, qui fuit maritus Constantiæ monachæ, filix Guillelmi optimi regis Siciliæ, sub cuius titulo insulam cepit. Fuit strenuus & asper more patris, & aliquando infestus Ecclesiæ. Mortuus est in Sicilia, & sepultus apud Panhormum, relicto Frederico filio infantulo, & Philippo fratre suo, ad gubernationem regni, cum imperasset annis 11. & mensib. v.

OTTHO

OTTHO III.

Ottho quartus dux Saxonix, defuncto Heinrico electus et coronatus est Imperator cum magno fauore Lombardorum, sed continuo contra iuramentum iura Ecclesiæ occupauit, contra quem electus est Fredericus secundus iuuenis, cum auxilio Philippi tertij Regis Francorum, a quo tandem debellatus mortuus est Ottho miserè, cum imperasset annis duobus: idè non ponitur inter principes.

FREDERICVS II.

Fredericus II. natus ex Heinrico quinto, & Constantia monacha uetula, fuit potentissimus imperator Italiæ, Siciliæ, Sardinia, Hierusalem & Sueuicæ, quo nullus magnificentior tenuit Romanum imperium, a Carolo magno citra. Fuit armorum strenuus, linguarum peritus, rigorosus, luxuriosus, Epicurus, nihil curans uel credens nisi temporale. fuit malleus Romanæ Ecclesiæ, cum multis pontificibus bellum habuit, præcipuè cū Gregorio nono, tandem uirtute Innocentij quarti Ianuensis excommunicatus, uictus & fugatus est, de Lombardia, nec sibi proficere potuit potentia. Vixit annis LVII. imperauit annis xxx. Male mortuus est in regno Apuliæ in oppido Ferentino, præsentem solo Manfredi ex filijs suis. post cuius mortem uacauit imperium circa annos xx 1111.

CONRADVS.

Conradus filius Frederici secūdi, electus ad huc uiuente patre, post mortem eius regnauit annis quasi duobus, sed Manfredus frater eius naturalis uenenato Conrado, tenuit regnum Siciliæ magnificè annis x 111. & Carolus senior uictor Manfredi & Conradi nepotis eius regnauit, annis xv 1. hic Conradus caruit imperiali benedictione, idè non dicitur imperator.

RODOLPHVS.

Rodolphus comes de Auensperg, genere Germanus, post longam uacationem imperij electus est rex Romanorum, & confirmatus est a Gregorio x. in fauorem Terræ sanctæ. Hic fuit uir prudens in agendis, in armis strenuus, iustus, deum timens, ciuilis & parcus, & tamen licet regnauerat xx. annis, nunquam uisitauit Italiam ut minabatur, implicitus multis agendis in regno Alamanniæ. nam regem Bohemiæ diuitem & potentem, dedignantem obedire sibi durissimo prælio uicit, quo occiso dedit filio pacem, & filiam suam in uxorem.

ADULPHVS.

Adolphus comes de Nassau genere Germanus, in Romanorum regē electus est, sed nō benedictionem nec coronationem recepit in Italia, hic fuit uir magnanimus, contra quem Albertus, Rodulphi predicti filius insurgens, ipsum bello uicit. nam Adolphus magis uiribus quam consilio utens occisus est, cum regnasset annis. 1111.

ALBERTVS.

Albertus dux Austriæ, Rodulphi filius, uicto & occiso Adulpho, electus est in Romanorum regē ab electoribus, & a Bonifacio Papa famoso, petijt uenire ad benedictionem & coronationem. cui Bonifacius magnanimus tyrānus sacerdotum respondit, Ipsum indignum imperio, quia occiderat proditorem dominum suum Adulphum in prælio, & tenens coronam in capite & spatam ad latus dixit. Ego sum Cæsar. tamen postea orta grauissima discordia inter Philippum regem Franciæ & se, confirmauit Albertum, & uocauerat eum. hic Albertus cum regnasset annis x. interfectus est ab uno nepote filio fratris.

HEINRICVS.

Heinricus hoc nomine sextus genere Germanus, paruus Comes de Lutzenburgo, factus est imperator, & ueniens in Italiam, coronatus est Romæ, cum difficultate, obsistente sibi sapientissimo rege Roberto, hic uir prudens, iustus, honestus, catholicus,

catholicus, dilectus omnibus, omnibus sedatis sollicitè discordijs Alamanniæ, alto animo disponebat reformare potentem Italiam, ut sic facilius redimeret Terram sanctam, si fata permisissent, & sperabatur dominus omnium in breui, cum magno fauore Lombardorum & Tuscorum, sed Bononia & Florentia, cum quibusdam alijs obuiauerunt sibi, unde opera Florentinorum ut in fama fuit, uenenatus apud Bonconuentum, castellum Senarum, optimus imperator, cum imperasset annis. *IIII.* mēlibus *VIII.* & diebus *XVIII.* nunquam elatus prosperitate, nunquam defectus aduersitate, anno domini *M. CCC. XIII.* mortuus est.

CAROLVS. IIII.

Carolus *IIII.* de Luzemburgo nepos suprascripti magni Heinrici, ex Ioāne Bohemix rege factus imperator, coronatus est Romæ sine resistantia. hic fuit uir peritus literarū & multarū linguarū, astutus & sagax, qui regnū Bohemix optimè reformauit, sed in Italia uictrices Harpyias præ se ferens, loco aquilarū, & Baccho immolans, nihil memorabile gessit, nam cum maximo potentatu ueniens, opera & fauore Urbani quinti, terribilis omnibus primo apparuit, sed citò cum magna pecunia, sed maiore infamia reuersus est ad patriam. humilis imperator mortuus est senex, cum imperasset annis uiginti.

VENEZSLAVS CAROLI FILIVS.

Venezslaus suprascripti Caroli filius, uiuente adhuc patre electus est imperator, hodie regnat. hic iuuenis, robustus uenator, quid facturis sit ignoro, cum minatur se uenturum ad Italiam, sed non uenias precamur te, si non uincis laudè genitorem tuum, quanquam aliud in te speramus, cum præsentia primi Cæsaris uix sufficeret ad compefcendam mala, quibus misera undiq; lacessitur Italia temporibus tuis, sed imperium orbis cœlum uersat, & illud quondam potens, ueneratum gentibus & regibus Romanum imperium præfiguratum in tibijs ferreis, cui nihil olim defuit, nisi modicum orientis, nūc prohdolor, nihil possideat nisi modicum occidentis.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE PACIFICANDA Italia, Exhortatio.

AD MAIESTATE SACRO SANCTVM PRINCEPTEM CAROLVM IIII.

PEM CAROLVM IIII.

Rom. Imperatorem.



Recipitum horret epistola, serenissimè Cæsar, auctoris sibi conscia, dum cogitat unde digrediens, quo uentura sit, in tenebris enim orta, quid mirū si in clarissimi tui nominis splendore confunditur: sed quoniam omnem pauorem amor excutit, in lucem ueniet, & si nihil aliud, at saltem fidelis affectus mei nuncia perlege, oro, decus nostrum perlege, ne uas odiosas tibi ac molestas adeo ex me blanditijs uerearis, publicam Regum pestem, ars ea procul à moribus meis abest, lamentis potius aurem para, nō tam blanda quam querula oratione pulsaberis. Quid enim nostri, & si dici phas est, immò tui ipsius immemor factus es, quoniam abiit Italiae tuæ cura: nos equidem sperabamur te, cœlitus nobis missum, libertatis nostræ promptissimū assertorem, tū refugis, & ubi factis opus est, longissimis consultationibus tempus trahis. uide Cæsar, quam fiducialiter tecum ago, homo

homo pusillus & incognitus. tu quæso ne libertati meæ succenseas, sed naturæ moribusq; tuis gratulare, qui hanc mihi fiduciam subministrant. quid enim (ut ceceptum sequar) quasi uenturi certus, tempus in consilijs expendis: nescis in quam breui spatio, maximarum rerum momenta uersentur: quæ multis elaborata sunt sæculis, sæpe dies unus conficit. crede mihi, si famam propriam, si Reip. statum cernis, uidebis tuas iridem res, nec nostras dilationibus non egere. quid quod ambigua & fugacissima uita est, & quamuis integerrima ætas tua sit, est tamen instabilis, assidueq; uolat ac rapitur. itaq; non sentientem omniste in senium dies trudit, dum circūspicis, dum cunctaris, improuisa furtim aderit canities. An forte dubitas, ne ante tempus incoeperis, ad quod peragendum, uix humanæ uitæ longissimum tempus, intelligis suffecturum: neq; enim uulgaris aut mediocris negocij tibi cura est, Romanum Imperium, multis diu factatum tempestatibus, sæpe delusam & penè iam proiectā, spè salutis, in tua tandè uirtute reponit, & per innumeros casus, sub umbraculo tui nominis utrunq; respirat, sed sola iā spe diutius pasci nequit. sentis quantam, & quam piā curarum sarcinam suscepisti, perfer ad exitum precamur, id quæ quam primum facito pretiosissima, immò uerò inextimabilis res est tempus, & cuius solius auaritiā, doctorum omnium commendat auctoritas. Pelle moras igitur, & quod grande aliquid aggressis ultimum est, singulos dies, magni extima, ea te cogitatio parcum temporis efficiet, ea te coget ut uenias, & inter diuersitatem nubila desideratus, nobis augustissimæ tuæ frontis lumen ostendas. non te transalpinarum sollicitudo rerum, non te natalis soli dulcedo detineat, quotiens in Germaniam inspexeris, Italiam cogita, illic natus, hic nutritus, illic regnū hic & regnum habes & imperium, et quod nationum ac terrarum omnium pace dixerim, cum ubiq; membra, hic ipsum caput inuenies Monarchiæ. nullus igitur ignauix locus est, ut ad nutum cuncta succedant, magnum fuerit tantarum rerum fragmenta colligere. Sentio quidem nouitatem rerum omnium esse suspectam, sed ad noua non traheris, neque tibi aliter Italia, quam Germania nota est, ab infamia enim tua, nobis diuinitate propitia re promissus, altum Inlyci patris, Iter miræ indole profecutus, sub eo & Italicas urbes, & mores hominum, & terrarum situs, & gloriosa rudimenta didicisti. quinetiam adhuc puer, quod plusquam humanæ uirtutis fuerit, præclaras hic sæpe uictorias meruisti, sub quibus, & si magna erant, quæ gerebas, maiora tamen puerilis expeditionis ministerio uelabantur, ne scilicet eam patriam uir timeres, quæ tibi puer o, tantarum uictoriarum misericordiam præbisset, & quid hic sperare debeas Imperator primæ uir tyrocinij auspicio prouideres, adde quod nūquam ullius externi principis aduentum lætius expectauit Italia, utque nec aliunde remedium uulneribus suis sperat, nec tuum tanquam alienigenæ iugum timet, hoc singulare si nescis, habet apud nos maiestas tua: quid enim uerear loqui quod sentio, & quod te iudica probari confido: miro quidem Dei fauore nunc primum, in te nobis post tot secula mos patrius & Augustus noster est redditus. te enim ut liber sibi Germani uendicent, nos te Italicum arbitramur, prope igitur, quod sæpe iam dixi, & sapius est dicendum, prope ra. Scio actus tibi placere Cæsareos, nec immeritò Cæsar es, atqui primus opifex Imperij, tantæ celeritatis fuisse dicitur, ut ipse sæpe aduentus sui nuncios præueniret, idē fac, & quæ titulis æquasti, rebus æquare fatage. noli amplius benè meritā Italiam, tui desiderio fatigari, noli ardorē nostrorū nuncijs & expectatione restringere, te unū poscimus, tui syderei uultus intuitum postulamus. Si uirtutis amicus es, si gloriæ studiosus, cuius (sic ego Carolum nostrum alloquar, sicut Iulium Cæsarem M. Tullius alloquitur, auidissimum te, quamuis sis sapiens, non negabis, noli obsecro laborem fugere, nam qui laborem fugit, & gloriam & uirtutem, ad quas nunquam nisi arduo & laborioso calle pertingitur. Tu uerò quæ & honesti laboris, & ueræ laudis appetentissimum scimus, surge, age, & æquus magnorū ponderum distributor, grauiora quælibet ætati præualidæ & fortioribus humeris impone, iuuentus labori acta, ocio senectus, profecto autem ex omnibus optimis ac sanctissimis curis tuis, nulla grauior, quam ut Italicum orbem, tranquilla pace componas, ea sarcina huius æui par est, cætera leuiora, q̄ ut tantū & generosum animū occupare, hoc igitur primū fac, reliqua suū tempus inueniet, quæ placata, ad plenū & cōposita Italia, nihil aut modicū putem

putem negotij supererit. Finge nunc animo, aliam te Romanæ urbis effigiem uidere, cogita matronam æuo grauem, sparsa canicte, amictu lacero, pallore miserabili, sed infracto animo, & excellæ pristinæ immemorem maiestatis, ita tecum loqui: Ego Cæsar, ne despexeris iratus me, multa olim potui, multa gessi, ego leges condidi, ego annum paritæ sum, ego docui militiæ disciplinam, ego quingentis annis in Italia consumptis, ducentibus ordine sequentibus (cuius rei fide dignissimi testes sunt) Asiam, Africam, Europam, totum denique orbem terrarum, bellis & uictorijs peragraui, multo sudore, multo sanguine, multo que consilio, surgentis imperij fundamenta communiens. Ego primum libertatis auctorem Brutum, dum mihi obsequitur, interfectis filijs superbo hosti, mutuis commorientem uulneribus aspexi. ego natantes uirum armatum & inermem puellam stupui, ego pium Camilli exilium, & Curtoris laboriosam militiam, & incomptum Curtij caput, & electum ab aratro consulem, & ruricolam Dictatorem & regiam Fabricij paupertatem, & publicolæ elatum funus & insolitam uiuentis Curtij sepulturam, & gloriosum carcerem Attilij, & insigni deuotionis habitu præcumbentis, Decios, & Coruini spectabile duellum, & mitem patri durum filio Torquatū, & profusum una Fabiorū sanguine, & attonitū Porcennā, & fumantē generosam Mutij dextrā uidi. Ego Senonū flamas, & Pyrrhi elephantas, & opes Antiochi & pertinaciam Mithridatis & Siphacis amentiam, & Ligurū difficultates, & bella Samnitica, & Cymbrorū motus, & Macedonum minas, & Punicas fraudes pertuli. Ego Carthas, Aegyptum, Persidem, Arabiam, Pontū, & utraq; Armeniam, & Galatiam, Cappadociam, Thraciam, & Phariū littus, Aethiopicas arenas, ego Libyæ campos, & Hispaniæ ego aquas Sextias, Ticinum, Trebiā, Thrasumenū, Cannas, & Ochiclaras pretio Thermopylas. ego Danubium & Rhenum, Indum & Hydaspem, Rhodanum & Iberū, Euphratem, Tygrim, Gangem, Halim, & Hæbrum, Tanaim & Harapsen, ego Taurum & Olympum, ego Caucasum & Actalenta, ego Ionium & Aegeum, Scythiū atq; Carpathium mare. ego Helleponticum sinum, & Euboicas arenas. ego Hadriaticum & Tyrrenum, denique perdomitum nostris classibus Oceanum, hostium simul & ratorū sanguine cruentaui, ut tantum scilicet bellorum semen pax æterna sequeretur, & per multorum manus ad te uerurum stabiliretur imperium. Nec mea me sefellit intentio, uoti cōpos, omnia sub pedibus meis uidi, inde sensim nescio quo nam modo, nec quia mortalium opera decet esse immortalia, in labore meū irrepit segnities, & ne lachrymabilem ordiar historiam, quorsum res redegerit uides. Tu mihi propè iam desperanti diuinitus, destinatus, quod cessas? quid cogitas? quid expectas? sanè nunquam aut tu egentior, aut tu ad opem ferendam aptior, aut Romanus Pontifex clementior, aut fauor Dei & hominum propensior, aut illustrior res, agenda differes? inimica semper magnis mora principijs. Moueant, moueant animum tuum exempla clarissima, quorum qui nihil in senium differentes, oblatam semel occasionem impigerrimè rapuerūt. Alexander Macedo ea ætate qua nunc es, oriente pererrato, Indorum regna pulsabat, aliena rapturus, tu tuum repetens, deuoram tibi non intrabis Italiæ eadem hac ætate tua, Scipio Africanus in Africam transgressus, senū quamuis retrahente sententia, nutanti iam, & ruinam minanti imperio, pias adhibuit manus. itaq; incredibili uirtute impediens, mihi fugum Carthaginense discussit. magna res in primis, & periculi nouitate memorabilis, nostris ardentibus, hostium fines inuadere, & Hannibalem Italiæ tunc, Gallicarumq; & Hispaniæ uictorē, ac iam totius orbis imperium timenda mente uersantem, hinc uide decretum: illic armis uincere, tibi nulla quidem transeunda sunt maria, nullus Hannibal uincendus, prouum iter, plana & apta sunt omnia, quæ enim obdurata quidam putant, presentis tuæ tonitruū patefcent, ingens nisi respuis, nouæ tibi gloriæ campus ostenditur. Ingredere fortiter, intrepidè, iustorum comes, & adiutor, principio Deus aderit, aderunt armatæ bonorum acies, duce te, libertatem perditam reposcentes. Possem te nunc exemplis sollicitare contrarijs, eorum qui gloriosa primordia, seu mortis seu insignis cuiuspiam impedimenti obice, nequaquam ad exitum perduxerūt. Sed ubi domestica supetūt, extrema non quærimus. unde tibi non procul, non ex annalibus quæredis, unus tibi pro omnib. satis erit Heinricus VII. æternæ memoriæ serenissim⁹ auus tuus,

tuus, cui si ad explenda, quæ sacra mente conceperat, uitæ spatium suffecisset, uersa rerum sorte & afflictos hostes, & me regnantem & liberrimos Italiæ populos ac foelicissimos reliquisset. Expectat nunc ille cœlorum perpetes incolæ, & ab alto considerat gressus tuos, dies computat, horasq; dinumerat, te que mecum increpitans alloquitur. Nepos amantissime, quo superstitè, nec honorum spes, nec ego totus interij, Romam nostram, atq; illius lachrymas precesq; dignissimas amplectere, reformandæq; Reipub. propositūq; mea mors mundo, quam mihi damnosior, peruertit, & inefficacem animi mei zelum pari ardore prosequere, sed foelicius, sed lætius. incipe ne moriaris, & nostri memor, scito te esse mortalem. Teler, & gaudentiū alpiū claustra transcende, Roma sponsū, sospitatorē suum uocat, Italia etiā tuis pedibus tangi cupit. expectant te læti colles ac flumina, expectant urbes & oppida, expectant bonorum agmina, & si te nil aliud urgeret, nisi quod malis nunquam satis distulisse, bonis nunquam nimis festinasse uideberis, sat causæ est, ut his gaudium, illis pœnam uel si respiscere maluerunt ueniam laturus, acceleres. Solus es, cui Deus omnipotens, interrupti consilij mei dilatam gloriam reseruauit.

FRANCISCI PETRAR-
CHÆ, V. C. AD VETERES ROM.
REIP. DEFENSORES, ORATIO.



Quor quia cogor, urget enim pietas, ardentēq; stimulos, anxio figit in pectore, que me tacere non sinunt, & scio me ne cuiquam loqui, neq; Ouidiano releuor solatio, q; scilicet perdere uerba leue est, immo enim nihil grauius, homini silentiū amanti loquor tamē, sed coactus ut dixi, & loquor uobis. quibus? heu nescio o libertatis & impuditiæ ingens ultor Brute, qui Superbos, fœdi seruitij autores solito defecisti, & impuditiæ magistrōs, usq; ad inferos gladio uindictæ insecutus es: Vtinam uiueres. tibi loquerer. o gloriose Camille, qui nostro sanguine despumantem transalpinam rabiem, in ipsis adhuc fumantibus patriæ cineribus extrinxisti, Vtinā uiueres, tecum loquerer. o summe uirorū Scipio, qui Hannibalē septimūdecimū annū iam Italiæ incūberē, hinc uide detractū, in propria patria, uirtute ac fortuna concurrentibus, mirabiliter cōstregisti, Vtinā uiueres, tecū loquerer. O Paulle Aemyli, qui reges Macedonū uetusto imperio elatos, & aduersus Italiam rebellantes, uinctos ante currum in Capitolium egisti, & Romani iugum imperij ferre docuisti, Vtinā uiueres, tecum loquerer. o Mari, ut compatriota ait Cicero, rusticane uir, sed uerè uir, qui Barbaros in Italiam irumpentes, ipsis eorū in sinibus, tanto impetu superasti, ut de cruentis fluminibus, ab exercitu sitiēti, nō plus aquæ quā sanguinis biberetur, quicq; mox ad aliam mundi plagam, mirā celeritate conuersus ita furorē Cimbricum oppressisti. ut uix cadaueribus suis, utrobique uicta barbaries, uix agminibus captiuorum, uictrix Roma sufficeret, Vtinā uiueres, tibi loquerer. o magne Pompei, qui infamen prædonum cateruam, Romanis classibus, Italicisq; littoribus infestā, ac totam iam pelago sæuientē, breuissimo tempore domuisti, atq; in uincula coniecisti, Vtinam uiueres, tibi loquerer, & precarer, ut sicut omnia maria infecta purgasti, ita nunc, non dico omnes terras, sed Italiā saltem tuam, noua prædonum manu miserabiliter inquinatam, solita uirtute purgares. o Iuli Cæsar, qui incurfus hostium nō expectans, raptim superatis alpiibus Rheno, Rhodano, ac Garūna fluminibus impigre trāmissis, incertū an fortunatior, an fortior, uictrici acie, Germaniā, Galliā, Britaniā, atque Hispanias peragrasti, Vtinā uiueres, tibi loquerer. o Cæsar Auguste, qui reges terræ & legationes populorum omnium, ad genua procumbentes, atque ut proprie dicam, ipsum orbem terrarum, supplicem & affusum ex altissimo folio uidisti, & pace terra mariq; composita, bellicum lani templum, foelicissimè conclusisti, Vtinam uiueres tibi loquerer. o insigne

par hominum Vespasiane & Tite, digni alterutro & patre filius, & filio pater, qui uno curru, quod nunquam antea uisum erat, & CHRIS TI gloriosissimam ultionem, & triumphum clarissimum, de Hierosolymis retulisti, Utinam uiueretis, uobis loquerer, & ut CHRIS TI iniurias iterum uindicaretis hortarer. O fortissime uir Traiane, qui frigescentis & iam senis membra imperij, multo spiritus feruore refouisti, ac præter spem iuuenescere coëgisti, nunquam certè, uel tam gelatum atq; decrepitem imperium, uel tam necessarius feruor tuus, Utinam uiueres, tibi loquerer, & rogarem, ut moribundæ patriæ opem ferres, nec ideò, quod in Hispania natus esses Italicæ obliuisceris originis. O bone Theodosi, qui parua hominum manu, sed diuino fultus auxilio, tibi militantis elementis & coniuuantibus tecum uentis, sagittas barbaricas, ex immanibus pharetris aduersum nos eductas, in ipsas frontes atq; exterminum barbarorum, miraculosè & incredibiliter reuorsisti, Utinam uiueres, tibi loquerer, nunc quid agam? & loqui oportet & cui loquar non inuenio: effundam uoces in nubila, si quis forsitan amior spiritus & bonus, fauens, è labijs meis abductus, ad aliquam generosam aurem illas perferat, ubi fructificent, ut cupio, potius quam ut spero: quid enim spei reliquum est? quid agitur summe IESVS? ubi sunt oculi tui, quibus nos ab alto intuens, non modò claros sed inuidiosos mundo feceras? hanc tantam fortunæ uertiginem, hanc tam subitam fati uim, siue quibus alijs uerbis, quod mœstum animu præmit, expediam? uidisti equidem certè præsensq; aderas, quando patrum nostrorum manus exigua nunc sub arcton, nunc sub austrum, nunc sub orientis, nunc sub occidentis solis extrema, stupentibus & attonitis gentibus ac regibus, uictoria late signa circumtulit, hic auitæ frenum stringens, illic tumidam premens insolentiam, hic iracundiæ mitigans truces motus, illic sæuæ libidini iugum ponens, postremò aliquid, ubi libet semper agens, quo magnifici transitus, gloriosa uestigia superessent, & orbis ipse perdomitus, caput tamen uel ueneraretur acceptum, uel delatum silentio suspiraret, quot maiorum nostrorū opera, omnibus terris effulgent, uelut coelo sparsa sidera? quot mirifici actus? quot exempla uirtutum? quantum nomen? quanta memoria gestarum rerum? quot per orbem urbes? quantæq; coloniae? quot trophea minacia, horrifico marmore uictis terris extantia? quis cuncta dinumeret, quæ mundus licet ipse inuitus sentit, indignansq; recordatur? Quid igitur nunc rei est? quid queritur? quid desleam? quid acculem? en parua prædonum manus, ex mille collecta fornicibus, terrarum omnium demonstrandā, atq; uicticem Italiam peruagatur, & prouinciarum omnium reginam, sibi ante alias prouinciam depoposcit, heu, quis nā consulat pudori nostro? quando iam de salute cogitare serum est quis uultibus nostris uelum dissimulationis aut ignorantiae prætendat? quando non est, qui malis nostris auxilium ferat. Liceat saltem uel nescire quæ patimur, uel foetidissimas cicatrices nostrorum uulnorum nō uidere. Volebā te orare suppliciter o uir ingens, quē nominare nō audeo, ut nobis dexteram dares, quod & posse uidebaris, & quā maximè tuum erat, sed ut uideo profusus obscuruisti, itaque postquam nulli hominū loqui iuuat, ad te ultima & maxima spes mortalium preces uerto.

Si tibi creator omnium, beneficijs tuis parum memoriter uisumus, si supercilium altius fortè quā decuit, tanto & tam præsentidiuinitatis fauore subtulimus, & contrario uis ulcisci, rebus faciem muta. tua est enim fortuna, tuæ sunt sortes, tuæ successuum humanarum uices. imperauimus insolenter, seruiuimus humiliter, auerte laetronum iugum, si unquam latronum more regnauimus, si te offendimus, & tibi libertas nostra non placet, at saltem illorum cædes, sacrilegia, rapinæ, furta, adulteria, supra displiceant. obsta tot malis, & te dominum illis ostende, qui dixerunt in corde suo: Non est

Deus, tuosq; pater adiuua fortassis immeritos, sed de te sperantes tuūq; nomen cum lachrymis inuocantes, & ingenuè fatentes: Quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi Deus noster.

FR.

FRANCISCI PETRAR-

CHÆ V. C. AD NIC. LAVREN-

TII, TRIB. P. Q. R. DE CAPES-

senda libertate, hortatoria.



Rimum ne tibi Vir magnanime, pro tantarum rerum gloria, an libertatis partæ ciuibus, pro tuis erga illos meritis, & foelicissimo successu libertatis gratuler, incertus sum: utrisq; pariter gratulor, utroq; simul alloquar, neq; quos tam coniunctos rebus ipsis uideo, sermone disiungam, sed quibus interim uerbis utar; in tam repentino tamq; inopinato gaudio: quibus uotis exultans animi motus explicet; uisitata fordescunt, inuisitata non audeo, furabor me tantisper occupationibus meis, & Homericò stilo dignissimos cogitatus, quod penuria temporis hortatur, tumultuariā complectar orationē. Libertas in medio uestrum est, qua nihil dulcius, nihil optabilius, nunquam certius quā perdedo cognoscitur: hoc tamen grandi bono, & experimento tot annorum cognito; lætè, sobriè, modestè, tranquilleq; frui mini, gratias ageres, talium munerum largitori, Deo qui nō dum sacro sanctissimæ suæ Urbis oblitus est, & eā seruam diutius spectare non potuit, apud quam terrarum orbis imperium collocat. Itaque uiri fortes, & uirorum fortium successores, si cū libertate sana mens redijt, non prius hanc quā uitam deserendam, sibi quisq; p se cogitet, sine qua uita ludibriū est. Præteritā seruitutē ante oculos assidue reuocatē, sic etenim, nisi fallor, erit præsens aliquāto, etiā q̄ uita charior, libertas, ut si alterutro carēdū sit, reperiri ualeat nemo, cui modo superstit q̄quā Romani sanguinis, qui non malit in libertate mori, quā in seruitute uiuere. elapsus hamo piscis, quicquid in undis internatat, metuit, excussa faucibus luporum ouis, glaucos eminus horret canes. explicata uisco uolucris, tuta etiā arbusta formidat. & Vos, mihi credite inelchati hamo falsæ spei blanditijs, & Vos pestiferæ, cōsuetudinis uiscū, & Vos famelici luporū greges obsidet. circūspicite uigilantib; animis & uidete, ut quicqd omnino cogitatis, quicqd agitis, libertatē sapiat, ad hanc unā curæ uigilantib; uestræ, ad hanc omnes omnīū pertineāt actiones, quicquid præter hanc agitur, uel irreparabile iactura tēporis, uel insidias extimat. Amor immeritus, quē ad tyrannos uestros longo usu forsità cōcepistis, et affectionis indignæ memoria omnīs, ex pectoribus uestris excidat, & seruus supbū dominū ad tēpus colit, & clausa possessori suo auis alludit, & ille si liceat cathenas excutiet, et hæc si def exitus, cupido fugiet uolatu. Seruistis clarissimi Ciues quibus omnes nationes seruire cōsueuerant, & quorū sub pedibus reges erant, sub pauco infimū tyrannide iaculistis, quodq; ad dolores cedit & pudoris cumulum, aduentitios & alienigenas dominos habuistis, decoris uestri fortunarūq; raptores; libertatis eueriores di numerate, singulorū origines recēlete, hūc uallis Spoletana, illū Rhenus aut Rhodanus, aut aliquis ignobilis terrarū angulus misit. ille uinctis post tergū manibus, ductus in trisulpho; repētè de captiuo factus est ciuis, immò uerò nō ciuis, sed tyrānus, ut minimè mirādū sit, si talibus urbs Roma, si gloria, si libertas, deniq; si sanguis uester inuisus est, dum antiquā patriam, dum propriè seruitutis ignominia, dum campis effusum sanguinē recordantur. illud potius miror, unde uel nobis tam lōga patientia uiris Romanis & armatis; uel illis tam intolleranda supbia; quid enim præcipuū, cur tantoperè sibi placeāt habentē quib; instantur & efferuntur flatibus uirtutibus ue; quarū nullum genus hominū pauperius usquam est. an ex superabundantibus diuitijs, que sine furtis ac rapinis foedare famem nequeunt; an ingēti potentia quæ mox, ut uos Viri esse coeperitis nulla erit; an claritatē nominis uel sanguinis, & furtiuo forsā, aut precario domicilio gloriarī possunt? quid est autē, cur Romana profapia glorientur? impudentissimè tamen id faciunt, & quia diu se Romanos esse mentiti sunt, ceu mendatio præscripserint, iam Romanos sibi uidentur, quid quē

utrum risu an lachrymis prosequendum sit, nescio, iam Romanorum ciuium uisum nomē. non Romani ciues, sed Romani principes appellantur. Sed minus indignor, dum eos etiā humanitatis oblitos uideo, non enim iam pridem eō uesana peruentum est, ut non homines, sed dominos dici uelint, prōh nephas, in qua urbe diuus Cæs. Augustus, mundi rector ac regnorum omnium moderator, edicto uetuit, sed dominum dici, in ea nunc mendici, fures, graui se iniuria effectos putant, nisi domini uocentur. o miserabilem fortunæ uertiginē, o mutationem temporis inauditam, discutiantur umbræ, pellantur errores, perueniatur ad uerum, utrum homines ij sint totius rationis expertes, uiderint qui diffinitionibus rerū studēt, utrum domini uos, quorū res agitur, uideritis, dū memineritis in eadē Vrbe, illos si mul dominos & nos liberos esse non posse, quod unum diffinire meum est. certē Romani homines non sunt, horū omnīū, quos inani nobilitatis titulo, tam fastidiosos uidebatis, undecunq; uenerint, quolibet infœlici uento delati sunt, quæcunq; illos miserit barbaries, quamuis foro uestro obuersarentur, quamuis stipati satellitum turbis, in capitolium ascenderent, quamuis superbogressu Romanorū illustrium cineribus insultarent, nemo non peregrinus erat, & ut ait Satyricus:

*Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis,
Solatia tanti perdidit roma mali,*

*uerificatumq; est illud alterius Poëtæ:
Nullor admittit reges, sed cui seruire suo.*

Vobis uel illud utinam solamē miseriz cōtigisset, ut uni saltem seu Ciui seu Regi, & nō pluribus simul externis prædonib. seruiretis. sed uerū est quid dixisse tradit ille famosissimus olim Romani generis hostis Hānibal, præterita magis reprehendi posse quā corrigi, idēq; ne amplius urgeam neu transacta uobis exprobem, quā potius, ut aliquid pudori uestro uelamentū prebeam, fuerunt & maiores uestri sub regibus, ijsq; non semper Romanæ, sed nūc Sabinæ, nunc Corynthiæ, quibusdam etiā si credere libeat, seruilis originis. Verū ut prospera sic aduersa fortuna suū finem habet, & illorū & uestræ libertati defensor insperatus affuit, & suū Brutū, utraq; tulit ætas, tres sã hinc ex ordine celebrant. Brutus primus qui Superbū regem expulit, secundus, qui Iul. Cæsarem interfecit, tertius qui nostri tēporis tyrannos, & exilio & morte persequitur. in hoc ambobus similis, q; geminæ laudis materiam, quam inter se alij duo unitam diuidūt, iste totam occupet, priori tamen quadā morum ac ppositi occultatione similior, iuuenis uterq;, lōgē alius ingenio, quā cuius simulationē induerat, ut sub hoc obtētu, liberator ille populū Romani animi latens aperiretur tempore suo. Et illius quidem ueteris Liuius princeps historiz, huius aut, uestri experientia testis est. ille regib. hic tyrannis cōtēptus, primū postea formidabilis, illū legitis, hunc uidistis despectum ab hominibus, quibus æq; iure uiuere cū ciuib. extrema seruitus, quibus nihil nisi iniustū atq; insolens uideretur esse posse magnificū. illi humilitatē uiri huius cōtemnebant atq; calcabant, sub qua tamen magnus animus interim tegebatur. Testis ego sibi sum, semper eum, hoc q; tandem peperit, sub præcordijs habuisse, sed tempus idoneū expectabat, quod ubi affuit, nihilo segnus primo arripuit. Eductum corde Lucretiæ cultrū tenens, nihilo utilius ille concubibus tunc suis, libertatem reddidit, quā iste nūc uobis, hoc interfuit, q; illorum patientia unius in dignitate sceleris, uestra innumerabilibus flagitijs atque inoleuabilibus iniurijs uicta est. pro quibus sanguinem uestrū totiens fudistis, quos uestris patri monijs auulstis, quos publica inopia ad priuatas copias extulistis, ij neq; uos libertate dignos iudicauit. & laceratas Reipub. reliquias, carptim in spelūcis & infandis latrocinij sui penetrantib. cōgesserunt, nec pudor apud gentes uulgandi facinoris aut infœlicis patriæ miseratio pietasq; cōtinuit, quo minus impiē spoliata Dei templa, occupatas arces, opes publicas, regiones urbis atq; honores magistratuuum inter se diuisos, quam una in re turbulētī ac seditiosi homines, & totius reliquæ uitæ cōsilijs, ac ratione discordes, in humani fœderis stupēda societate cōuenerāt in pōtes & moenia, atq; immeritos lapides desuūerēt. deniq; pōst, uel senio collapsa palatia, q; quondā ingētes tenuerūt uiri, post diruptos arcus triūphales, unde maiores horū forsitā corruerūt. de ipsius uetustatis ac ppriz impietatis fragmentib. uilem questū, turpi mercimonio captare non puduit. Itaque nunc, heu dolor, heu scelus, indignum de uestris marmoreis columnis, de liminibus templorū, ad quæ nuper ex toto orbe concursus deuotissimus fiebat, de imaginibus sepulchrorum, sub quibus patrum uestrorum uenerabilis ciuis erat, ut reliquas sileam, desideriosa Neapolis adornatur.

sic

sic paulatim ruinæ ipsæ deficiunt, ingens testimonium magnitudinis antiquorum, & uos tot millia uirorum fortium, coram paucis latrunculis non aliter quā in capta urbe crassantibus, ceu totidem nō tam serui quā pecora, cum publice matris membra discerperēt, si luitis. nimirum enim super uos sortes fecerant; quis huic, quis illi credere in prædam, & qd imbelli ciuitati Athenarum miramur & indignamur obtigisse, cum legimus eam ornamentis suis omnibus & liminibus orbatam, ad triginta tyrannorum arbitrium peruenisse, hoc in Vrbe Roma, domitricē, urbium ac terrarum domina, sublimis adhuc imperij & summi Pontificij titulis illustrata, potuisse contingere. ut non multo plurium forte etiā paucorum tyrannorum libidinibus subiaceret, nemo quidem usq; ad hoc tempus, qui satis indignaretur inuentus est. Quis illorum precor unquam a uobis seruilis aliquo, nisi eodem sordido contentus obsequio fuerit, seruis paulo altioribus ipsiq; iumentis parctur, & si non eorum charitate, & saltem damni metu, uobis quis pepercit unquam; quis non unū quēq; hyeme & nocte mediā, dū ubertim pluit aut fulminat, charæ gremio coniugis auulsum uel in periculū mortis misit, uel niuosis motibus & limosis paludibus, ceu uile mancipiū circumduxit; experrecti eadē, ex tam graui sopore uidemini, idēq; si præteritarum feritātū pudet, ac poenitet, aciem mētis acriter aduersus omnes casus exacuite; ne quis forte luporum rapacium, quos a uestris ouilibus expulstis, & quietiā nunc assidue septa uestra circū strepunt, uulatu ficto, aut spē aliqua blanditiora, unde uolenter exierūt fraudulenter irrumpant. nisi enim hoc prouideritis; quod omen ueni auferant, & quod ne dum cernere, sed excogitare etiam abhorret animus; nolite credere, eadē illos quam pertulerunt famē recreaturos, sed multo rabidiorem & magis magisq; tractu temporis efferatam, æquæ gregis sanguinem sitiunt & pastoris & libertatem uestram, & liberatoris uestri gloriam, miseriam atq; ignominiam suam ducunt. aduersus hos hostes fidenter insurgite, pauci & contēptibiles erūt, si uos unū eritis. Sed multū timeo quia multū diligo; eadēq; ratione multū audeo (amor enim & puidos facit esse securos) scio quidem, in illa tempestate Reipub. cuius si memini, fuisse qui paucorum tyrannidi aduersus libertatem omnium fauerent, quodq; nō ab obscuris, sed a præclarissimis adolescentibus, atq; ipsius liberatoris filijs admittit, quib. & mixti sanguinis nexus & cōsuetudo longior & familiarior cōiunctus obliuicōnē sui ipsius obuexerāt, eos ille tamē orbitate forsan infœlix, sed uirtute animi fœlicissimus pater, morte multauit, sanctius extimās sibi filios eripi, quā patriæ libertatē, idēq; prorsus in hac tempestate permētuo, eōq; magis, quō fragilliora nunc & uolubiliora sunt pectora. permultos arbitramur futuros, quibus uel mixto sanguine, cum tyrannis, uel miserima cōsuetudine seruiendi persuasum sit, dulciore esse seruilem crapulā, quā sobriam libertatē. qui se grande aliquid affecuturos putant; si salutentur in publico, accersante, fatigentur obscœnis imperijs, tandē infames & sordidi parasiti, iniquis mensis assideant tyrannorū, atq; aliquid de reliquis gulæ tā caparis absorbeant; hæc enim profectō non alia miserorū solatia, hæc tantorum discriminum & laborum premia. Tu uerō Vir fortissimē, qui tantā labentis Reipub. molem pns humeris subijsti, nihilo segnus aduersus tales Ciues, quā aduersus crudelissimos hostes armatus inuigila, Junior Brute, senioris imaginem ante oculos semper habe. ille Cos. erat. tu si conferimus dignitates, multa quidem a Coss. aduersus plebem Romanam animosē dicam, multa etiā atrocita facta sunt, cuius TRIBB. cōstitissimos defēsores semper accepimus. quod si Cos. ille studio libertatis filios interemit; quid Trib. tibi agendum sit, in cæteris uide. Si fidele consiliū non respuis, nil sanguini tribues uel amorī, quem libertatis inimicum senseris, scias hunc non amicum tibi esse posse, quam sibi, dum utriq; quod præstantissimum habet tendit eripere. De urbe Roma loquebatur Salustius ubi ait: In tam magna ciuitate, multa & uaria ingenia sunt. quot autē in eadem modo sunt, qui exiguo pretio facile seipos & uniuersam Reipub. atq; omne diuinum humanumq; ius proderent? Bene nobiscum agitur diuinitus, si maiori populū pars unum sentit, si torporem quo premebatur excussit, magnum & formidatum nomen est, quamuis afflictū P. R. magnæ opes, magna præsidia, si consilio gubernentur, abunde per seipsum potest, modo uelle unum incipiat. Incipit autem iam, uult; qui enim contra

pp

;

sentiant,

sentiant non de populi, sed de hostium numero sunt habendi, quibus uelut prauis humoribus exoneratum Reipub. corpus, quò tenuius & expeditius ualidiusq; remanebit. absit prouidentia, nec animus desit, robur quippè non deerit, non modò ad libertatem tuendã, sed etiam ad imperium repetendũ. quantũ uerò confert recordatio uetustatis & mũdo dilecti nominis Maieestas: quis non Romæ ius suum prosequenti proprios optet euentus: tam iustæ causæ patrociniũ Deus hominesq; suspirant. Italia, que cum capite ægrotante languebat, sese iam nũc erexit in cubitum, si perstiteritis incepto, & lætus rumor inualuerit, mox sic spes etiam iucunda consurget, boni omnes qui poterunt auxiliũ ferent. quibus posse negabitur, uotis saltem & precibus adiuuabunt. cõtrã autem proditores patriæ & hinc gladio ultore ferientur, & apud inferos meritas pœnas luent, quas eis non noui tantum doctores, sed etiam ueteres comminãtur. ij sunt enim, quos in acerrimo suppliciorum circulo Maro conclusit:

*Vendidi hic auro patriam dominumq; potentem,
Imposuit, fixit leget, pretio atq; refixit.*

In hoc igitur genere hominum, seu potius belluarum, dicam quid sentio, omnis seueritas pia, misericordia omnis inhumana est. tu quidem tibi uir egregie ad immortalitatem nominis aperuisti aditum, perseuerandum est, si cupis ad terminum peruenire, alio quin scito, quod quanto clarius principium, tanto obscurior finis erit. Hoc autem calle gradienti, multa periculosa, multa perplexa, multa aspera se ostendunt, sed uirtus arduis, patientia difficilibus delectatur. ad laborem gloriosum nascimur, quid ad quietem inertissimam suspiramus: adde, quod multa difficilia primum aggredientibus uisa sunt, quæ longius progressis, apparere facillima, quãquam ego de qualitate rerum disputo, cum multa quidem amicis, plura parentibus, omnia patriæ debeamus. Itaq; & si infestis cupidibus cum sceleratis hostibus concurrendum fuerit, concurre tu prorsus imperterritus, Bruti ipsius exemplo, qui oblatum in acie Superbi regis filium occidit, mutuis ipse uulneribus occumbens, ita, quem Vrbe depulerat, in tartarum usque persecutus est. tu uerò uictor incolumis illis pereuntibus cõsistes, & si utiq; cadendum sit, reddendaq; patriæ uita, illis ad inferna properantibus, cœlum petes, quo tibi uirtus & tuorum charitas uiam strauit, æternæ famæ uestigium hic relinquens. quid aliud sperare licet? Romulus urbem condidit, hic quem sæpe nomino Brutus libertatem, Camillus utraq; restituit, quid ergo, inter hos tecum clarissime uir intererat, nisi quod Romulus urbem exiguam, fragili uallo circumdedit. tu omnium quæ sunt & quæ fuerunt, per maximam ciuitatem ualidissimis muris cingis? Brutus ab uno, tu à multis tyrannis usurpatam libertatem uendicas? Camillus ex nouis & adhuc fumantibus, tu ex iam pridem desperatis ac ueteribus ruinis euerfa restituis? Salte noster Camille, noster Brute, noster Romule, seu quolibet alio nomine dici mauis, salue Romanæ libertatis, Romanæ pacis, Romanæ tranquillitatis auctor. Tibi debet præsens ætas quod in libertate morietur, tibi posteritas, quod nascetur. duo quidem citò dictu leuia, sed effectu saluberrima, nominatim petere, uir illustris, institueram. tu me in altero sponte præueniens efficis, ut alterum petisse satis sit. Sic enim fama de te loquitur, solitum per singulos dies, ex quo ad Reipub. regimen ascendisti, luce prima antequam publici priuatiq; negotij quicquam agas, uenerandum dominici corporis sacramentum, cum multa deuotione, et exactissima tuæ mētis discussione suscipere, hoc nimirũ sapiētis fragilitatē, corporũ & uitæ breuitatem reputantis, & impendentes undiq; casus uarios circumspicantis uiri opus est, seruasset, ut auguror, hunc morem, si ad hæc tempora peruenisset, seruauit quoddã simile, quantum obducta tenebris & ætheræ lucis egens permisit ætas, ille Romanorum ducum longè clarissimus. reliquum est igitur, ut quotiens seu discumbere forte, seu in somnis iacens, seu quid aliud corpori tribuens, aliquid ociosi temporis nactus eris, animo etiã sui generis alimenta ne subtrahas? lege dum uacat, quando id ex commodo non potes, legentes ausculta. habes in huiusmodi rei ducem imitatione dignissimum Augustum, de quo ita scriptum est, quod in lectulum transgressus non amplius quàm septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergi

sereretur

sereretur, si interruptum somnum recuperare ut euenit non posset, lectoribus uel fabulatoribus accersitis, de eodem legitur: quod tam parcus temporis dispensator fuerit, ut inter comedendum bibendumque legeret, aut scriberet. Tibi autem in hoc præcipuere rum statu quid legendum audiendumue sit potius, quàm maiorum tuorum res gestæ, & quorum nulla abundantior urbs est omnis uirtutis exempla domestica, & sanè in libro de illius Censorij Catonis senis, solitos canere ad tubicen, de clarorum hominum uirtutibus, id non exigo (quamuis & hoc interdum scintillare animos, & ad imitanda exardescere faciat) mihi autem satis erit, si coram te crebro Romani annales & historiarum relegendantur, & tecum quid hæctenus? Vos uerò nunc primũ ueri Ciues, hũc uirum cœlitus uobis missum credite, hũc ut rarũ Dei munus colite, pro salute eius animas uestras exponite, licuit & sibi cum reliquis in seruitio degere, & quod tam magnus populus sponte subierat, iugum pati. licuit si id molestum uideretur, procul à conspectu miserimæ urbis effugere, & quod quosdam summos uiros fecisse nouimus, spontaneo exilio suum caput contumelijs eripere, retraxit eũ solus amor patriæ, quã cum in eo statu deserere sacrilegium putaret, in hac sibi uiuendum esse, pro hac moriendum statuit. fortunas uestras miseratus, in quam præcipitem locum uenerit, uidetis, opem ferte ne corruat. cogitate quælo quotiēs uos periculo mortis, pro tyrannis superbissimis, & ingratisissimis obtulistis, dum ferro decernitis, non ubi res uestræ sed illorum sint, hoc est, quis potissimum regnet, quis licentius rapiat, spoliet, laniet, spargat, occidat, ausus pro indignis dominis, & pro obscœna seruitute tam grandia, audere aliquid pro uobis & pro libertate dignum est, pro qua inuentus est, & qui urbe Reges, & qui uita Cæsares spoliarent. Dicite mihi, si Romanorũ regũ & imperatorũ licentiam non tulistis, alienigenarum prædonum tam diũ cruentam rabiẽ, & inexplemam auaritiam perferretis? nõ ita Deum à piorum cõsilijs aduersum reor, uiuere sub illis tristib. quã sine illis mori. audendũ præterea aliquid pro filijs uestris, pro coniugibus, pro parentũ canitie, pro auorũ tumultis, postremo nihil nõ audendũ, pro Repub. cutus charitas Deos coëgit ut deuotis corporibus ad mortem irent. M. Curtium, ut se in horribilem illam terræ uoraginem eques armatus immergeret, Horatium Coclitẽ, ut armis onustũ corpus, quod muri loco legionibus Hetruscis obiecerat, in tyberini amnis uortices, effracto ponte dimitteret. C. Mutiũ Scæuolã ut errãti dexterã inferret, mirãdũ ipsis hostib. formidãdũq; suppliciu. Attiliũ Regulũ, & cũ manere domi posset, ad irati carnificis tormẽta remearet. Duos Scipiones ut in Hispania morientes, iter Carthaginensiu, quãdo aliter non poterãt, corporibus suis & morte præcluderent, horumq; alterius natum, ut inops inglorius mori mallet, quã libertatẽ populũ ulla ex parte concutere. alterius ut priuatus T. Gracchi turbidos motus morte comprimeret, multos itẽ alios, ut aduersis tumultuosos ciues, eodem remedio tererent. M. deniq; recentiorẽ Catonem, qui agnomen à more fortitus est, ut sibi ipse manus ingereret potius, quàm tyranni eiusdem, licet singularis & unici uiri, uultũ & seruiem patriam uideret. singulos enumerare curiosum est, apud illos præsertim, quorum de sanguine non uiri tantũ, sed eiusdẽ unanimis & iuncti propositi illustres etiam fauilla surrexerunt. Cuius rei testis est Cremera, sexq; & trecentorum Fabiorũ clarus simul & miserabilis casus, nec familiæ modò sed legiones, sed exercitus, quib. ruere in mortem p. patria dulce fuit. Ad hoc cum in eo ipso Capitolio, ut auguror, ista relegendã sint, de cuius olim uertice uir acerrimus Manlius, qui eius paulo antè custos fuerat (ob id solum quia libertati cui fauerat insidiari, & egregio cœpto dissimiles exitus spectare uidebatur) præceps impulsus est, idemq; saxum habuit & eximie laudis & supplicij monumentum, exemplarq; reliquit perpetuũ, similia non audedi. Nec sibi uerò, quisquã falso persuadeat, eos qui pro libertate excubant, qui hæctenus desertæ Reipub. partes suscipiunt, alienũ agere negotium, suũ agunt. in hoc enim una reposita sibi omnia norint omnes, securitatem mercator, gloriam miles, utilitatẽ agricola, postremo in eadẽ religiosi cæremonias, otium studio si, requiẽ senes, rudimenta disciplinarũ pueri, nuptias puellæ, pudicitiam matronæ, gaudiũ omnes inuenient. in hoc enim tã publice tamq; priuati, salutare negotiũ, omnia publica & priuata ope Romani ciues intendite. huic uni reliquæ cedant curæ, si hanc omittitis, in quã

pp 4 taliber

calibet occupatione nihil agitis, si huic incumbitis, & si nihil agere uideamini, cumulate tamen & ciuium & uirorum impleuistis officia. deleatur, oro, de medio uestri ciuilibus furoris omne uestigium, incendium quod in nobis tyrannorum flatibus exarserat, liberatoris uestri monitis & munita beniuolentia restinguatur, unum ex omnibus certamen assumite, non uter potentior, sed uter melior, uter patientior, uter patriæ amantior ciuis sit, uter uicinis humilior, uter tyrannis infestior. Certate uicis sim cum Tribuno, an ille ad honesta imperia prudentior, an uos ad obedientiam præptiores, & fortassis amor, quo nihil solet esse ualidius, ad conuictionem animorum, non satis uirum habet, habeat communis utilitas, & si uinculo nexi hærete inuicem, tenaciter atque pacifice, & tradita uobis à patribus uestris, non nisi in hostes publicos, arma conuertite. horum exilio, ægestate, supplicijs, illorum cineri pulcherrimas inferias date. qui hæc si dum aguntur exultabunt, si ante præuidissent, æquanimius expirassent. Sed iam uereor, ne plus æquos in uerbis detineam, hoc præsertim tempore, quo factis potius opus est. quæ quoniam neque professioni, neque fortunæ meæ suppetunt, quod unum auxiliij genus habeo, uerba transmitto. Et primo quidem clarissimis rumoribus excitatus, inuidi fateor honori uestro, fortunæque meam multiplicibus querelis onerari quod me præsentis tanti gaudij fecisset exortem. sed ne exortem fecerit, uenit ad me per terras & maria, mea uirilis portio lætitiæ, Itaque calamum festinabundus arripui, ut in tanto, tam celebri liberatis populi consensu, uox mea de longinquo saltem audiretur. uel sic Romani ciuis officio fungerer. Cæterum quæ soluta oratione nunc attingi, attingam fortasse propè diem, alio dicendi genere, modo mihi quod spero quidē & cupio, gloriosi principij perseverantiam non negetis. Apollinea frōte redimitus, disertum atque altum heliconæ penetrabo, illic Castali ad fontem, Musis ab exilio reuocatis, ad mansuram gloriæ nostræ memoriā sonantius, aliquid canam, quod longius audiet. Vale Vir fortissime, ualete Viri optimi, uel gloriosissima Septicollis.

FRANCISCVS PETRARCHA,

IOAN. BOCCATIO. S.



librum tuum, quem nostro materno eloquio, ut opinor olim iuuenis edidisti, nescio quidem, unde uel qualiter ad me delatum uidi. nam si dicam legi, mentiar. si quidem ipse magnus ualde, ut ad uulgus & soluta scriptus oratione, & occupatio mea maior, & tempus angustum erat. idque ipsum ut nostri, bellicis undique motibus inquietum, à quibus & si animo procul absum, nequeo tamen fluctuante Rep. non moueri. quid ergo? excucurri eum, & festini uisitoris in morem, hinc atque hinc circumspiciens, nec subsistens, animaduerti alicubi librum ipsum canum dentibus laesum, tunc tamen baculo egrè, tuamque uocem defensum. Nec miratus sum. nam & uires ingenij tui noui, & scio expertus, esse hominum genus, & insolens & ignauum, qui quicquid ipsi uel nolunt uel nesciunt, uel non possunt, in alijs reprehendunt, ad hoc unum docti & arguti, sed elingues ad reliqua. Delectatus sum in ipso transitu, & si quid lasciuie liberioris occurreret, excusabat ætas tunc tua, dum id scriberes, stilus, idioma, ipsa quoque rerum leuitas, & eorum qui lecturi talia uidebantur. refert enim largiter, quibus scribas, morumque uarietate stili uarietas excusatur, inter multa sanè iocosa & lenia, quædam pia & graua deprehendi, de quibus tamen diffinitiuè, quid iudicem, non habeo, ut qui nusquam totus in hæserim, at quod uerè accidit, eo more currentibus, curiosius aliquantè quàm cætera, libri principium finemque perspexi, quorum in altero patriæ nostræ statum, illius scilicet pestilentissimi temporis, quod præ omnibus nostra ætas lugubre, ac miserum mudo uidit, meo quidē iudicio, & narraui proprie, & magnificè deplorasti. in altero autem historiā ultimā, & multis præcedentiū longè dissimilè posuisti, quæ ita mihi placuit, meque detinuit, ut inter tot curas, quæ penè me ipsius immemorè fecerunt, illam memoriæ mandare uoluerim, ut & ipse eam animo, quotiens uellem, non sine uoluptate repeterem, & amicis ut sit confabulantibus, renarrarem, si quando aliquid tale incidisset, quod cum breui postmodum fecissem, gratamque audientibus cognouissem, subito talis interloquendum cogitatio superuenit, fieri posse, ut nostri etiam sermonis ignaros, cum dulcis historia delectaret, cum & mihi semper ante multos annos, audita placuisset, & tibi usque adeo placuisse perenderem, ut uulgari eam stilo tuo censueris, non indignam & sine operis, ubi Rhetorum disciplina ualidiora, quælibet collocari iubet. Itaque die quodam, inter uarios cogitatus, animum more solito discerpentes, & illis & mihi, ut sic dixerim iratus, uale omnibus ad tempus dicto, calamum arripens, historiā ipsam tuam scribere sum aggressus, te haud dubiè gauisurum sperans, ultro rerum interpretem me tuarum fore, quod non facile alteri cuiquam præstiterim, egit me tui amor, & historia, ita tamen, ne Horatianum illud poetice artis obliuiscerer:

Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus

Interpres:

Historiam tuam, meis uerbis explicui, immò alicubi aut paucis in ipsa narratione mutatis uerbis, aut additis, quod te non ferente modo, sed fauente fieri credidi, quæ licet à multis & laudata & experta fuerit, ego rem tuam, tibi non alteri dedicandam censui. quam quidem, an mutata ueste deformauerim, an fortassis ornauerim tu iudica, illinc enim orat, illuc redit, notus iudex, nota domus, notum iter, ut unum & tu noris, & quisquis hæc leget, tibi non mihi tuarum rationem esse reddendam. Quisquis ex me queret, an hæc uera sint, hoc est an historiā scripserim, an fabulā, respondebo illud Crispi: Fides penes auctorem, meum scilicet Ioannem sit. hæc præfatus incipio.

FRAN

FRANCISCI PETRARCHÆ
V. C. DE OBEDIENTIA AC
fide uxorâ Mythologia.

ST ad Italiæ latus occidentum Vesulius ex Appenini iugis, mōs unus altissimus, qui uertice nubila superas, liquido sese ingerit ætheri, mōs sua pte nobilis natura, sed Padæ ortu nobilissimus, qui eius è latere fonte lapsus, exiguo oriente cōtra solem fertur, mirisq; mox tumidus incrementis, breui spacio decurso, non tantum maximorum unus animus, sed fluuio rum à Virgilio rex dictus, Liguriam gurgite uiolentus interfecat, dehinc Aemiliam atque Flaminiam, Venetiamque discriminans, multis ad ultimum & ingentibus ostijs, in Adriaticum mare descendit. Cæterum pars illa terrarum de qua primū dixi, quæ & gratia planitie, & interiectis collibus ac montibus circumflexis, aprica pariter ac iucunda est, atque ab eorum quibus subiacet Pedemontium nomen tenet, & ciuitates aliquot, & oppida habet egregia. Inter cætera ad radicem Vesulii, terra Salutarium, uicis & castellis satis frequens, Marchionum arbitrio nobilium, quorundam regitur uirorum, quorum unus primusque omnium & maximus fuisse traditur Gualtherus quidam ad quæ familiæ ac terrarum omnium regimen pertineret, & hic quidem forma uirens atque ætate, nec minus moribus, quæ sanguine nobilis, & ad summam omnium ex parte uir insignis, nisi quæ præsentis sua sorte contentus, incuriosissimus futurorum erat. Itaque uenatu aucupioque deditus, sic illis incubuerat, ut alia penè cuncta negligeret, quoque in primis agrè populi ferebant, ab ipsis quoque coniugij consilijs abhorreret. Id aliquandiu taciti cum tulissent, tandem cateruatim illi adit, quorum unus, cui uel auctoritas maior erat, uel facundia maiorque cum suo duce familiaritas. Tua, inquit, humanitas optime Marchio, hanc nobis præstat audaciam, ut & tecum singuli, quotiens res exposcit deuota fiducia colloquamur, & nunc omnium tacitas uoluntates, mea uox tuis auribus inuehat, non quæ singulare aliquid habeat, ad hæc rem, nisi quod tu me inter alios charum tibi multis indicijs comprobasti. cum merito igitur tua nobis omnia placeant, semperque placueris, ut foelices nos tali domino iudicemus unum est, quod si à te impetrari sinis, teque nobis exorabilem præbes, planè foelicitissimi finitimorum omnium futuri sumus, ut coniugio, scilicet animum applices, collumque non liberum modo, sed imperiosum legitimo subiicias iugo, idque quam primū facias, uolant enim dies rapidi, & quanquam florida sis ætate, cōtinuè tamen hinc florem, tacita senectus insequitur, morsque ipsa omni proxima est ætati. nulli muneris huius immunitas datur, æque omnibus moriendum est, utque id certum, sic illud ambiguum quando eueniat: suscipe igitur oramus eorum preces, qui nullum tuum imperium recusarent, quærendæ autem coniugis studium nobis linque, talē enim tibi procurabimus, quæ te merito digna sit, & tam claris orta parentibus. ut de ea spes optima sit habenda, libera tuos omnes molesta sollicitudine quæsumus, ne quid humanitas tibi forsitan accideret, tu sine tuo successore abeas, ipsi sine notio rectore remaneant. Mouerunt præ preces animum Viri, & cogitis, inquit me amici, ad id quod mihi in animum nunquam uenit, delectabar omnimoda libertate, quæ in coniugio rara est. cæterum subiectorum mihi uoluntatibus, me sponte subiectio, & prudentiæ uestre filius, & si dei, illam uerò quæ offertis quærendæ curam coniugis, remitto, eaque humeris meis ipse subeo, quid unius enim claritas cōfert alteri, sæpè filij dissimillimi sunt parentum. quicquid in homine boni est, non ab alio quàm a Deo est. Illi ergo & status & matrimonij mei sortes sperans de sua solita pietate, cōmiserim, ipse mihi inueniet, quod quieti meæ sit expediens ac saluti. Itaque quando uobis ita placitum est, uxorem ducam, id uobis bona fide polliceor, uestrumque desiderium nec frustrabor equidē, nec morabor, unum uos mihi uerba uice promittite, ac seruate, ut quamcumque coniugem ipse delegero, eam uos summo honore ac ueneratione prosequamini, nec sit ullus inter uos, qui de meo unquam iudicio aut litiget, aut querat. uestrum fuit mei animum quos nouistis liberrimum, iugo subiectisse, coniugij mea sit iugi ipsius electio, quæcumque uxor mea erit illa, ceu Romani principis filia domina uestra sit. Promittunt unanimiter

p p s ac late

ac lætè nihil defuturū, ut quib. uix possibile uideretur, optatū diē cernere nuptiarū, de quib. in diem certū magnificentiſſimè reparandū, domini iubentis edictū alacres ſuſciperent. Ita à colloquio diſceſſum eſt, & ipſe nihilominus eam ipſam nuptiarū curā domesticis ſuis impoſuit, edixitq; diem. Fuit haud procū à palatio uillula paucorū atq; inopū incolarum, quorum unū omnium pauperrimo Ianicole nomen erat, ſed ut pauperum quoq; tuguria non unquam gratia coeleſtis inuiſit, unica illi contigerat Briſeldis nomine, forma corporis ſatis egregia, ſed pulchritudine morū, atq; animi adeo ſpecioſa, ut nihil ſuprà, hæc parco uictu, in ſumma ſemper inopia educata, omnis inſcia uoluptatis, nil molle, nil tenerum cogitare didicerat, ſed uirilīs, ſeniliſq; animus uirgineo latebat in pectore, patris ſeniū inextimabili reſouens charitate, & pauca eius oues paſcebat, & colo interim digitos atterebat, uiciſſimq; domū rediēs, oliſcula & dapes fortunæ cōgruas p̄parabat, durūq; cubiculum ſternebat, & ad ſummā anguſto in ſpatio, totū filialis obediētiae ac pietatis officiū explicabat. In hanc uirgunculā Gualtherus ſæpè illac tranſiēs, quandoq; oculos nō iuuenili laſciua, ſed ſenili grauitate deſixerat, & uirtutē eximiā, ſuprà ſexū ſupràq; ætatē, quā uulgi oculis cōditionis obſcuritas abſcōdebat, acri penetrarat intuitu, unde effectū, ut & uxorem habere, q̄ unq; ante uoluerat, & ſimul hanc unam, nullamq; aliam habere diſponeret. Inſtabat nuptiarū dies, unde aut uentura ſpōſa eſſet nemo nouerat, nemo nō mirabatur, ipſe interim & anuloſ aureos, & coronas & balteos cōquirebat, ueſtes aut̄ p̄tioſas & calceos & eius generis neceſſaria omnia, ad meſuram puellæ alterius, q̄ ſtatuta ſuæ perſimilis erat, p̄parari faciebat, uenerat expectatus dies, & cū nullus ſpōſæ rumor audiretur, admiratio omnium uehemēter excreuerat, hora iam prandij aderat, iamq; apparatu ingenti domus tota feruebat. Tum Gualtherus aduētanti uelut ſpōſæ obuiā profecturus domo egreditur, proſequēte uirorū & matronarū nobilitū caterua, Briſeldis omnium q̄ erga ſe pararetur ignara, peractis quæ agenda domi erant, aquam è lōginquo fonte conuectans, paternū limē intra bat, ut expedita curis alijs, ad uiſendā Domini ſui ſpōſam, cum puellis comitib. properaret, dum Gualtherus cogitabundus incedēs, eāq; cōpellans nomine, Vbi nam pater eius eſſet, interrogauit: quæ cum illū domi eſſe reuerenter atq; humiliter reſpōdiſſet. Iube, inq; ad me ueniat, ueniētē ſeniculū, manu p̄rehenſum, parump̄ abſtraxit, ac ſubmiſſa uoce. Scio ait, me Ianicola carū tibi, teq; hominē fidū noui, & quæcūq; mihi placeant, uelle te arbitror, unū tamen nominatim noſſe uelim. An me quē dominū habes, data mihi hac tua in uxore filia generū ueliſ? Inopino negotio ſtupefactus ſenex obriguit, & uix tandē paucis hiſcēs. Nil, inquit, aut uelle debeo aut nolle, niſi q̄ placitū tibi ſit, qui dominus meus eſt. Ingreſſa mur ſolū ergo, inq; ut ipſam de quibuſdā interrogē te p̄ſente. Ingreſſi igitur, expectante populo, ac mirante puellam cura patris obſequium ſatagentē, & inſolito tanti hoſpitis ad uētū ſtupidam inuenēre, quā iſs uerbis Gualtherus aggreditur. Et patri tuo placet, inquit, & mihi, ut uxor mea ſis. credo idipſum tibi placeat, ſed habeo ex te q̄rere, ubi hoc peractū fuerit, q̄ mox erit, An uolētī animo parata ſis, ut de omnib. tecū mihi cōueniat, ita ut in nulla unq; re à mea uolūtate diſſentiās, & quicquid tecū agere uoluerō, ſine ulla frōtis aut uerbi repugnantia te ex animo uolente mihi liceat. Ad hæc illa miraculo rei tremēs. Ego mi domine, inquit, tanto honore me indignam ſcio, at ſi uolunras tua, ſiſq; ſors mea eſt, nil ego unq; ſciens, ne dū faciam, ſed etiam cogitabo, q̄ cōtra animū tuum ſit, nec tu aliqd facies, & ſi me mori iuſſeris, q̄ moleſtè feram. Satis eſt, inq; ille, ſic in publicum educam populo oſtendens: Hæc, ait, uxor mea, hæc domina noſtra eſt, hanc colite, hanc amate, & ſi me charum habetis, hanc chariſſimam habetote. De hinc, nequid reliquiarū fortunæ ueteris nouā inferret in domum, nudari eam iuſſit, & à calce ad uerticē nouis ueſtibus indui, quod à matronis circumſtantib. ac certatim ſinu illam, gremioq; ſouentib. uerecundæ ac celeriter ad impletū eſt. ſic horridulam uirginē, indutā, lacerāq; comam recollectā manibus cōptamq; p̄to tempore inſignitā gemmis & corona uelut ſubitō transformatam, uix populus recognouit, quā Gualtherus anulo pretioſo, quem ad hunc uſum detulerat, ſolenniter deſponſauit, niueoq; equo impoſitam, ad palatiū deduci fecit, comitantē populo, & gaudēte ad hunc modum nuptiæ celebratæ, dies quē ille lætiſſimus actus eſt. Breui dehinc inopi ſponſæ,

ſponſæ, tantū diuini fauoris aſfulerat, ut nō in caſa illa paſtoria, ſed in aula imp̄ratoria educata atq; edocta uideret, atq; apud omnes ſupra fidē chara & uenerabilis facta eſſet, uixq; his ipſis, qui illā ab origine nouerāt, p̄ſuaderi poſſet Ianicolæ natā eſſe, tantus erat uirtus, tantus morū decor, ea uerborū grauitas, ac dulcedo, quib. omnium animos nexu ſibi magni amoris altrinxerat. iamq; non ſolū intra patrios fines, ſed per finitimas quāſq; prouincias, ſuum nomē celebri p̄conio fama uulgabat, ita ut multi ad illam uiſendā uiri ac matronæ ſtudio feruente concurrerēt. Sic Gualtherus humili quidē, ſed inſigni ac proſpero matrimonio, honeſtatis ſumma domi in pace, extra uerō ſumma cū gratia hominū uiuebat, quodq; eximiam uirtutē, tanta ſub inopia latitantē, tam perſpicaciter deprehēdiſſet, uulgo prudentiſſimus habebat. neq; uerō ſolers ſponſa, muliebria tantum hac domestica, ſed ubi res poſceret, publica etiā obibat officia uiro abſente, lites patriæ nobiliumq; diſcordias dirimens, atq; cōponens, tam grauib. reſpōſis, tātaq; maturitate & iudicij æquitate, ut omnes ad ſalutem publicam demiffam celo ſceminā p̄dicarent. Neq; multū tempus effluxerat, dum grauida affecta, primū ſubditos anxia expectatione ſuſpēdit, de hinc filiā enixa pulcherriſſimam, quāuis filium maluiffent, tamen uotiuā ſcēcunditate, non uirū modō, ſed totam patriam lætā fecit. Cœpit, ut ſit, interim Gualtherū cum iam ablaſcāta eſſet infantula, mirabilis quædā, q̄ laudibilis doctiores iudicēt, cupiditas, ſat expertā charæ fidē cōiugis experiēdi altius, & iterū atq; iterū retērandi, ſolā igitur in thalamū ſe uocatā, turbida fronte ſic alloquitur. Noſti ō Briſeldis, neq; enim p̄ſenti fortuna te p̄teriti tui ſtatus oblitā credo, noſti inq; qualiter in hanc domū ueneris, mihi quidē chara ſatis ac dilecta es, at meis nobilitatib. nō ita, p̄ſertim ex quo parere incepſiſti, qui plebeia Domina ſubefſe animis ferūt iniquiſſimis. mihi ergo, qui cū eis pacē cupio neceſſe eſt, de filia tua nō meo, ſed alieno iudicio obſequi, & id facere, quo nil mihi poſſet eſſe moleſtius. Id enim uerō te ignara nunq; fecerim, uolo aut̄ tuū mihi animū accōmodes, patiētiamq; illā p̄ſtes, quā ab initio noſtri cōiugij promiſiſti. iſs auditis nec uerbo mota nec uultu. Tu inq; noſter es dominus, & ego & hæc parua filia tuæ ſumus, de reb. tuis igitur fac ut liber, nil placere enim tibi poſſet, q̄ mihi diſplceat. nil penitus, uel habere cupio, uel amittere metuo, niſi te hoc ipſo mihi in medio cordis affixi, nunq; inde uel lapſū tēporis, uel morte uellendū, omnia prius fieri poſſunt, q̄ hic animus mutari. Latus ille reſpōſo, ſed diſſimulās uiſu mœſtus abſceſſit, & poſt paululū unū ſuorū ſatellitū fideliſimū ſibi, cuius opera grauiorib. in negocijs uti cōſueuerat, qd̄ agi uellet edoctum, ad uxore miſit, qui ad eā noctu ueniens. Parce, inq; ō domina, neq; mihi imputes q̄ coactus facio. ſcis ſapientiſſima qd̄ eſt eſſe ſub dominis, neq; tali ingenio p̄dictæ quāuis in expertæ dura parēdi neceſſitas eſt ignota, iuſſus ſum hanc infantulā accipere, atq; eā hic ſermone abrupto, quaſi crudele miniſterū ſilētio exprimens ſubticuit, ſuſpecta uiri fama, ſuſpecta facies, ſuſpecta hora, ſuſpecta erat oratio, quib. & ſi clarè occiſum iri dulcē filiā intel ligeret, nec lachrymulā tamē ullā, nec ſuſpiriū dedit, in nutrice quidē, ne dū in matre duriffimum. ſed trāquilla frōte puellulā accipiēs, aliquantulū reſpexit, & ſimul exoſculās, bene dixit, ac ſignū ſanctæ crucis impreſſit, porrexitq; ſatellitī: uade, ait, qd̄q; tibi dominus noſter inuixit exequere, unū q̄ſo, cura ne corpulculū hoc ferè lacerēt aut uolucres, ita tamē, niſi tibi tōtrariū ſit p̄ceptū. Reuerſus ad dominū, cū quid dictū, quid uerū reſpōſum eſſet expoſuiſſet, & ei filiā obtuliſſet uehemēter paterna animū pietas mouit, ſuſceptū tamē rigorem p̄poſiti, nō inſlexit, iuſſitq; ſatellitī obuolutā p̄anis, ciſtæ iniectam, ac iūmēto impoſitā, q̄to omni quāta poſſet diligētia Bononiā deferret, ad ſororē ſuam, q̄ illi Comiti de Panico nupta erat, eāq; ſibi traderet alēdam materno ſtudio, & charis morib. inſtruendā, tāta p̄terea occultandā cura, ut cuius filia eſſet, à nemine poſſet agnoſci. iuit ille illic, & ſollicite q̄ impoſitū ei erat impleuit. Gualtherus interea, ſæpè uultū cōiugis ac uerba cōſiderās, nullum unq; mutati animi p̄pedit indicij, par alacritas atq; ſedulitas, ſolitū obſequiū, idē amor, nulla triſtitia, nulla filia mētio, nunq; ſiue ex p̄poſito ſiue incidenter nomē eius ex ore matris auditū. tranſuerāt hoc in ſtatu anni quatuor, dū ecce grauida, iterū filium elegantiffimum peperit, lætitiā patris ingentē, atq; omnium amicorū, quo nutrice ab urbe poſt biēniū ſubducto, ad curioſitatē ſolitā reuerſus pater, uxore rurfus aſſat. & olim, ait, audiffi populū meum

meum ægrè nostrum ferre connubium, præsertim ex quo te foecundam cognouere. Nunquam tam egregius, quam ex quo marè peperisti, dicunt enim & sæpè ad aures meas murmur hoc puenit, obeunte igitur altero. Ianiculo nepos nostri dominabitur, & tam nobilis patria, tali domino subiacebit. multa quotidie in hanc sententiã factantur, in populis, quibus ego & quietis audis, & ut uerũ fatear, mihi metuẽs permoueor, ut de hoc infante dissonam, quæ de sorore disposui, id tibi prænuncio, ne te inopinũ & subitus dolor turbet. ad hæc illa dixi, ait, & repeto nihil possum, seu uelle, seu nolle nisi quod tu, neque uerò in ijs filiis quicquid habeo præter laborem, tu mei & ipsorum dominus, tuis in rebus iure tuo utere, nec consensum meum quæras, in ipso enim tuæ domus introitu ut pãnos, sic & uoluntates affectusque meos exui, tuos indui, quacumque ergo de re, quicquid tu uis ego etiã uolo, nempe quæ si futuræ tuæ uoluntatis essem præcia, ante etiã quicquid id esset, & uelle & cupere inciperem, quã tu uelles, nunc animũ tuũ, quẽ puenire nõ possum, libẽs sequor: fac sententiã, tibi placere quod moriar, uolẽs moriar, nec res ulla denique, nec mors ipsa nostro fuerit par amori. Admirans foemine constantiã, turbato uultu abiit, cõfestimque satellitẽ olim missum ad eã remisit, qui multũ excusata necessitate parẽdi, multũque petita ueniã, siquid ei molestũ aut fecisset aut faceret, quasi immane scelus acturus poposcit infantẽ. Illa eodẽ quo semp uultu, qualicumque animo filiũ forma corporis atque indole, non matri tantũ sed cunctis amabilem in manus coepit, signansque eũ signo crucis, & benedicens ut filiã fecerat, & diuticulis oculis inhærẽs atque deofculans, nullo penitus signo doloris edito, petẽti obtulit. Et tene, inquit, fac quid iussus es, unũ nunc etiã pcor, ut si fieri potest, hos artus teneros, infantes egregij, protegas à uexatione uolucru acferarũ. cũ ijs mandatis reuersus ad dominũ, animũ eius magis in stuporẽ egit, ut nisi eam nosset amantissimã filiorũ, paulominus suspicari posset, hoc foemineũ robur, quadã ab animi feritate pcedere, sed cum suorũ omnium ualdẽ, nullus erat amantior quẽ uiri. Iussus inde Bononiã proficisci, & illũ tulit, quo sororẽ tulerat. Poterant rigidissimo coniugi, hæc beneuolentiæ & fidei coniugalis experimẽto sufficere, sed sunt, qui ubi semel inceperint nõ desinant, immò incũbant hæreantque proposito, defixis ergo in uxorem oculis, an ulla eius mutatio erga se fieret contẽplabatur assidue, nec ullã penitus inuenire poterat, nisi quod fidelior illi indies, atque obsequentiõ fieret, sic ut duorum nõ nisi unus animus uideretur, illic non cõmunis amorũ, sed uiri dũtaxat unius, uxor enim per se nihil uelle ut dictũ est, nihil nolle firmauerat. Coeperat sensim de Gualtero decolor fama crebrescere, quod uidelicet effera & inhumana duritiẽ, humilis pœnitentia ac pudore cõiugij filios iussisset interfici, nam neque pueri cõparebant, neque ubi nã gentiũ essent uilus audierat, quo se ille uir alioquin clarus, & suis charus, multis infamẽ odiosumque reddiderat, neque ideò trux animus flectebatur, sed in suspecta seueritate experiẽdi que sua dura illa libidine pcedebat, itaque cũ iam ab ortu filie duodecim annus elapsus esset, nuncios Romã misit, qui simulas inde literas apostolicas referent, quibus in populo uulgaretur, datam sibi licentiã à Rom. Pont. ut pro sua & suarũ gentiũ quiete, primo matrimonio reiecto, aliã ducere posset uxorem: nec operosum sanè fuit alpestribus rudibusque animis quilibet psuadere. Quæ fama cum ad Grifeldis notitiã peruenisset, tristis utputo, sed ut quæ semel de se suisque de fortibus statuisset, in cõcussa cõstitit, expectans quid de se ille decerneret, cui se & sua cuncta subiecerat. Miserat iam ille Bononiã, cognatũque rogauerat, ut ad se filios suos adduceret, famã undique diffusa, uirginẽ illam sibi in coniugiũ adduci, quod ille fideliter executurus, puellã iam nubile, excellentẽ forma, præclaroque cõspicuum ornatu, germanũque suũ simul annum iam septimum agentẽ, ducẽs cum eximia nobilium comitiã, statuto die iter arripuit. hæc inter Gualterus solito, ut uxore retentaret, ingenio, doloris ac pudoris ad cumulũ, in publicum adducta coram multis. Satis, inquit, tuo coniugio delectabar, mores tuos non origine respiciens, nunc quoniam, ut uideo, magna omnis fortuna, seruitus magna est, nõ mihi licet, quod cuilibet liceret agricolæ, cogunt mei & Papa consentit, uxorem me alteram habere, iamque uxor in uia est, statimque aderit, esto igitur forti animo, dansque locum alteri, & dotem tuam referens, in antiquam domũ aqua mente reuertere, nulla homini perpetua fors est, contra illa. Ego inquit, mi domine, semper sciui, inter magnitudinẽ tuam & humilitatem

meam

meam nullam esse proportionem, meque nunquam tuo, non dicam coniugio, sed seruitio dignam duxi, inque hac domo, in qua tu me dominam fecisti, Deum testor, animo semper ancilla permansi, de hoc igitur tempore, quo tecum multo cum honore longè supra omne meritum meum fui, Deo & tibi gratias ago, de reliquo, parata sum bono pacatoque animo, paternam domũ repetere, atque ubi pueritiã ægi, senectutẽ agere & mori, foelix semper, atque honorabilis uidua, quæ uiri talis uxor fuerim. Noue cõiugij uolẽs cædo, quæ tibi utinam foelix adueniat, atque hinc ubi iucundissime degebam, quando ira tibi placitum est, nõ inuita discedam, at quid iubes dotẽ meam mecum ut auferã quale sit uideo, neque enim excidit, ut paternæ olim domus in limine spoliata meis, tuis induta uestibus ad te ueni, neque omnino alia mihi dos fuit, quæ fides & nuditas, ecce igitur ut hanc uestẽ exuo anulũque restituo, quæ me subarasti, reliqui anuli & uestes, & ornamenta quibus te donante ad inuidiã aucta eram, in thalamo tuo sunt, nuda è domo patris egressa, nuda itidem reuertar, nisi quod indignũ reor, ut hic uterus, in quo filij fuerunt, quos tu genuisti populo nudus appareat, quamobrẽ si tibi placet, & nõ aliter, oro atque obsecro, ut in pccũ uirginitatis, quæ huc attuli, quæ non refero, unicã mihi camisiã linqui iubeas, earũ quibus tecum uti soleo, qua uentrẽ tuã quõdam uxoris operiam. abudabant uero lachrymæ, ut cõtineri amplius iam nõ posset, itaque faciẽ auertẽs, & camisiã tibi unicã habeto, uerbis tremantibus uix expressit. & sic abiit illachrymans, illa corã cunctis sese exuens, solam sibi retinuit camisiã, qua cõrecta, nudo capite pedibusque nudis corã cunctis egredit, atque ita psequentiõ multis ac flentibus fortunamque culpantibus. sic una oculis, & honesto ueneranda silẽtio, ad paternã domũ remeauit. Senex qui has filie nuptias, semp suspectas habuerat, neque unquam tantam spem mente conceperat, semperque hoc euenturum cogitauerat, ut saterate sponsæ tam humilis exorta domo, illã quandoque uir tantus & more nobilitũ superb. abijceret, tunicã eius hispida, & attritam senio, abditam parue domus in parte seruauerat. audito ergo nõ tam filie tacite redeũtis, quam comitum strepitu occurrit in limine, & seminudã antiqua ueste cooperuit. Mansit illa cum parte paucos dies, æquanimitate atque humanitate mirabili, ita ut nullũ in ea signũ animi tristioris, nullũ uestigiũ fortunæ prosperioris extaret, quippe cum in medijs opibus inops, semper spiritu uixisset, atque humilis. Iã Panicius Comes propinquabat, & de nouis nuptijs fama undique frequẽs erat, pmissis quoque uno ex suis, diem quo Salutias peruerturus esset acceperat, pridie igitur Gualteris ad se Grifeldam euocans, deuotissime uenienti, Cupio ait, ut puella cras huc ad prandiu uentura magnifice excipiat, uirique & matronæ qui secũ sunt, simulque & nostri qui conuiuio intereũt, ita ut locorũ uerborumque honor integer, singulis pro dignitate seruetur, domi tamen foeminas, ad hoc opus idoneas nõ habeo, proinde tu, quamuis ueste inopi, hanc tibi quæ mores meos nosti, optimẽ, suscipiendorũ locandorũque hospitũ curam sumes. Non libẽter modo, inquit illa, sed cupidè & hæc & quæcumque tibi placita sensero faciam semper, neque in hoc unquam fatigabor, aut serescam dum spiritus huius reliquæ uelle supererũt, & cum dicto, seruilia mox instrumẽta corripies, domũ uerrere, mēsas instruere, lectos sternere, hortarique alias coeperat, ancille in modũ fidelissimẽ. proximè lucis hora tertiã, Comes superuenerat, certatimque omnes & puellæ & germani infantis, mores ac pulchritudinẽ mirabant, erant quæ qui dicerẽt prudenter Gualtherũ ac foeliciter permutasse, quod & spõsa hæc tenerior esset & nobilior, & cognatus tam speciosus accederet. sic seruente cõiuij apparatu, ubique p̄sens omniumque sollicita Grifeldis, nec tanto casu defecta animo, nec obsoletæ uestis pudore cõfusa, sed sereno uultu intrantẽ obuia puellæ, flexo poplite seruilẽ in modũ, uultuque demisso reuerenter atque humiliter. Bene uenerit domina mea, inquit, de hinc ceteros dum conuuias læta facie, & uerborum mira suauitate susciperat, & immensam domum multa arte disponeret, ita ut omnes & præsertim aduenz unde ea maiestas morũ, atque ea prudẽtia sub tali habitu, uehementissimẽ mirarentur, atque ipsa in primis puellæ pariter atque infantis laudibus satiari nullo modo posset, sed uicissimẽ modo uirginẽam modo infantisẽ elegantiam prædicaret. Gualtherus eo ipso in tempore, quo assidendum mēsis erat, in eam uersus: clara uoce, coram omnibus, quasi illudens. Quid tibi uidetur, inquit, Grifeldis de hac mea sponsa: satis pulchra atque honesta est: planè, ait illa, nec pulchrior ulla, nec honestior inueniri potest, aut cum nulla unquam, aut cum hac tranquillam agere poteris ac foelicem uitam,

utque

utq; ita sit cupio & spero, unum bona fide te precor ac moneo, ne hanc illis aculeis agites, quibus alteram agitasti: nam quod & iunior & delicatius enutrita est, pati quantum ego auguror non ualeret. talia dicentis alacritatem intuens, atq; constantiam totiens tamq; acriter offensæ mulieris examinans, & indignam sortem non sic meritæ miseratus, ac ferre diutius non ualeris. Satis, inquit, mea Griseldis cogitata, & spectata mihi fides est tua, nec suo cœlo aliquem esse puto, qui tanta conjugalis amoris experimēta perceperit, simul hæc dicens, charam coniugem læto stupore perfusam, & uelut è somno turbido experrectam, cupidis ulnis amplectitur, & tu, ait, sola uxor mea es, aliam nec habui, nec habebo, ista autem quæ tu sponsam meam reris, filia tua est, hic qui cognatus meus credebatur, tuus est filius, quæ diuisim perdita uidebantur, simul omnia recepisti. sciant qui contrarium credidēre me curio sum atq; experientem esse, non impiū, probasse cōiugem, non damnasse, occultasse filios non maculasse, hæc illa audiens penè gaudio exanimis, & pietate amens, iucundissimisque cum lachrymis suorū pignorū in amplexus ruit, fatigatq; osculis, pioq; gemitu madefacit, raptimq; matronæ alacres ac fauētes circumfusæ, uilib. exurā suis, solitis uestib. induit, exornatq; plaususq; lætissimus & fausta omnium uerba circumsonant, multoq; cū gaudio & fletu, ille dies celeberrimus fuit, celebrior quoq; quæ dies fuerat nuptiarū. Multosq; post per annos ingenti pace concordiaq; uiuere, & Gualterus inopē socerū, quæ hactenus neglexisse uisus erat, ne quādo cōceptæ animo obstaret experientia, suam in domū trāslatū in honore habuit, filiam suā magnificis atq; honestis nuptiis collocauit, filiiq; sui domini successorē liquit, & cōiugio lætus & sobole. Hac historiam stilo nunc alio retexere uisum fuit, non tam ideo, ut matronas nostri tēporis ad imitandā huius uxoris patientiā, quæ mihi uix imitabilis, uideatur quā ut legētes ad imitandam salte fœminæ cōstantiā excitare, ut quod hæc uiro suo p̄stitit, hoc præstare Deo nostro audeant, qui licet ut Iacobus ait Apostolus, intemptor sit maiorū, & ipse neminē temptet. probat tamē & sapē nos, multis ac grauib. flagellis exerceri sinit, nō ut animū nostrū sciat quæ sciuit ante quā crearemur, sed ut nobis nostra fragilitas notis ac domesticis indicijs innotescat, abunde ego constantib. uiris ascripserint, quisquis is fuerit, qui pro Deo suo sine murmure patiat, quod pro suo mortali coniuge rusticana hæc muliercula passa est. Vixit amor tui, ut scriberē senex, quod iuuenis uix scripsisset, nescio an res ueras an fictas, quæ iam non historię sed fabellæ sunt, ob hoc unū, quod res tuæ & à te scriptæ erant, quāuis hoc præuidens, fidem rerū penes auctorem, hoc est penes te fore sim præfatus, & dicā tibi, quid de hac historia quam fabulam dixisse malim, mihi cōtingerit: legit eam primū cōmūnis amicus Patavinus uir altissimi ingenij, multipliciq; notitiæ, & cum epistolæ mediū uix tranisset, subito fletu præuentus substitit, post modicum uerò cum in manus eam resumpsisset, firmato animo perlecturus, ecce iterū quasi ad conditam rediens, lecturam gemitus interrūpit. Falsus itaq; se non posse prodesse, eā uni suorum comitū docto satis uiro legendam tradidit. quod accidens, quorsum alij traherent incertum habeo, ego in optimam partem traxi, mitissimumq; uiri animū intellexi, uerè enim homo humanior, quē ego quidē nouerim nullus est. redijt illo flente ac legēte ad memoriam Satyricum illud:

mollissima corda

Humano generi dare se natura fatetur.

Quæ lachrymas dedit, hæc nosti: pars optima sensus.

Post tēpus amicus alter noster Veronēsis, sunt enim nobis ut reliqua, sic amici etiam communes, audito quid alteri inter legendū accidisset, eandē legere oprauit. Gessi morē ingenioso & amico uiro, legit eā totā, nec alicubi substitit, nec frōs obductor, nec uox fractior, nec lachrymæ, nec singultus interuenire, et in finē. Ego etiā, inquit, fletsem, nā & p̄ res & uerba reb. accommodata fletū suadebāt, nec ego duri cordis sum, nisi quod ficta omnia credidi & credo. nam si uera essent, quæ usquā mulier uel Romana uel cuiuslibet gentis hanc Griseldim æquatura sit, ubi quæso tātus amor conjugalis, ubi par fides, ubi tam insignis patientia atq; constantia, ijs tūc ego nil respōdi, ne rem à iocis amicis colloq; festa dulcedine ad acrimoniam disceptationis adducerē: erat autē prona respōsio. Esse nōnullos, qui quæcūq; difficilia eis sint impossibilia omnib. arbitrent, sic mēsurā suā omnia metiētes, ut se omnium

primos locet, cum tamē multa fuerint, fortē, & sint, quib. essent facilia quæ uulgō impossibilia uiderentur. Quis est enim exempli gratia, qui nō Curium ex nostris & Mutium & Decios, ex externis autem Codrum & Phileas fratres, uel quoniam de fœminis sermo erat, quis uel Portiam uel Hipsicrateā uel Alcestim & harum similes non fabulas fictas putet atqui historię ueræ sunt. & sanē, qui pro alio uitam spernit, quod non spernere, quid non pati possit non intelligo. Cæterum & illam, & alteram duas magnas epistolas ad te non peruenisse nunc sentio: sed quid faciam? pati oportet, indignari licet non ulcisci, apparuit ecce per Cisalpinam Glliam tædiosissimum hoc hominū genus, custodes passuū, immo pestis nuntiorum, qui literas apertas introspiciant, & morosissimè contēplentur, quod do minorum forsā iustus excusat, qui sibi omnium conscij, trepida ac superba uita, de se & contra se omnia dici putant atq; omnia nosse uolunt. Illud nihil excusat quod si quid in literis ipsis inueniunt, quod aures asininas mulceat, solebant quidam in trāscribendo tempus terere, & nuncios detinere, nunc crescente licentiā, ut digitis suis parcāt, abire illos iubēt sine literis, quodq; grauiissimū tædij genus est, hic illi maximè faciunt, qui nihil intelligunt, similes ijs, quorum ampla & præceps gula est, & lenta digestio, qui malè ualitudini proximi sint oportet. Importunitatum talium nemo me stomachatior, nullus impatientior, ita ut sæpè me à scribendo diuerterit, sæpè quo scripserim dolore coegerit, quando contra hos prædones, literarum nulla uindictæ alterius patet occasio, turbatis omnibus & Reip. libertate pessundata. Sanē huic tædio accedit ætas & lassitudo rerum penè omnium, scribendiq; non satietas modo sed fastidium, quibus iunctis inducor, ut tibi amice & omnibus quibus scribere soleo, quod ad hunc epistolarem stilum attinet ultimū. Vale dicam, tam ne usq; in finem me, quod diutius iam fecerunt, à meliori studio scripturæ fragiliores impediunt, quam ne ad horum nebulonum manus ineptissimas, scripta nostra perueniāt, quorum sic saltem ab iniurijs tutus ero, si quando uel tecum, uel cum alijs scripto opus sit, sic scribam, ut intelligar non delecter. Promiseram memini, in quadam ordinis huius epistola, me deinceps in epistolis breuius scripserū, declinā iam temporis urgente penuria, promissum implere non ualui, multoq; facilius, ut intelligi datur, silentium cum amicis est, quam breui loquium, tantus est, ubi semel incepimus ardor colloquendi, ut facilius fuerit, non coepisse, quam frenare impetū coepti sermonis, sed promissum, non ne sat promissum implet, qui plus præstateram credo, dum promitterē oblitus Catonis illud apud Ciceronem late notum: Quod natura ipsa loquacior est senectus. Valete amici, ualete epistolæ, inter colles Euganeos 6. idus Iunias 1373.

FRANCISCI PETRAR-

CHÆ, V. C. DE AVARITIA VI

TANDA EIVSQ. MAGISTRIS

atq; instrumentis fugiendis,
Oratio.



Cio tibi magistrum auaritiæ domi esse. Ex diuerso autem te eius artis indocilem spero, non mihi multis hortandus, sed monendus es paucis. mox ut loqui coepi, quo pergam, atque ubi desinere uelim nosti, liberalis ac nobilis animus ad auaritiæ scolam mittitur, additur lateri pedagogus, populus peritissimus artium pessimarum, cui linguæ centū sint, oraq; terrea uox, adamantina mens, obstinatūq; iuditium, & tamē uide quā de te spe gerā, uincet ueritas, succumbet opinio, & discipulus unus, tot ludet ingenia magistrorū. Neq; uerò me præterit, quēnā esse solent auarorum monita ad filios, ad amicos, ad contu-

contubernales suos, cito lucra desinere, sumptus nunquam, quantum sit pecuniæ, tantum est nobilitatis & gloriæ, perditæ pecuniæ, fidem perdit, nihil credi inopi, Et si iuret, suspectum esse peritium. contra autem, diuitum mendaciæ pro ueris accipi, sine opibus nudam esse uirtutem, ut corpus sine amictu, sine uagina gladium, sine pharetra sagittam, pauperis sensum stultitiæ haberi, eloquentiam temeritatem dici, clarum genus esse dedecori, formam impedimento, amicitias oneri, sobolem dolori, coniugium supplicio, uitam ludibrio ac labori, donatæ pecuniæ, uoluptates, honores, imperia, clientelas, familiaritates regum, suffragia populorum, uestem tyriam sericamque suppellectilem, aureas mensas, arborum, ferarumque, uasa corynthia, augusta palatia, cœlestes thalamos, præclara connubia, figere illam leges, atque refigere, tueri quos uelit, & opprimere, quodque est longe maxime boni uiri nomen quærere, pessimum. Nam non iocor, indignetur, ut libet Cicero, & sæpe Socraticam exaggeret ironiam, Viri boni in populo nuncupantur, qui sunt diuites, & si uiribus omnibus inquinati sunt, quod nomen nullam unquam pauper uirtute merebitur. Itaque conuocato bonorum concilio, nunquam hodie nostris in urbibus, iuxta Crassum Curium aut Fabricium sedebit, neque in Graiis iuxta Samium Polycratem Atticus confidet Aristides. Sic uirtutis locum occupauerit diuitiæ, uerumque apparet illi Flacci:

Et genus & uirtus nisi cum re uilior alga est.

Et eiusdem illud:

Omnis enim res uirtus, fama: decus. diuina humanaque pulchris diuitiis parent

Quas qui construxerit, ille clarus erit, fortis, iustus, sapiensque etiam & rex qui quid uolet.

Quæ si uera sunt, quis eundem Poëtam miretur, quocumque stomacho exclamantem:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum.

Virtus post nummos.

Nam quis quæso, non primum quærere studeat, quid optimum opinetur, atque unde sibi, & bona alia prouentura confidat, ne ueni terti parum fidei sit, audi alium: Pecuniæ obediunt omnia: inquit Salomon. & quoniam multos poteram citare, sed res nota est, nec eget testibus.

Aurum per medios ire satellites

Et perumpere amat saxa potentius

Ictu fulmineo.

Audis auri potentiam quanta est: eaque utrunque fulmen atque aurum, nulla uis, nulla queant arcere propagula, ut illud callidi hominis apud Tullium non minus uere quam, faceret dictum sit. Nullum inexpugnabilem locum esse, in quem a fellis auro onustus, possit ascendere, nullus autem fermè est, in quem hodie non possit ascendere, sic omnem foueam, omne uallum complanauit auaritia, eaque uincendis mœnibus, ac turribus euertendis uis est auri. quid multa? omnipotentem dicunt esse pecuniam, quod paulo minus in regno auaritiæ uerum est, & quid restat, nisi ut pecunia Deus quispiam sit, & est haud dubie multorum Deus.

& si funesta pecunia templo

Nondum habitat, nullos nummorum ereximus aras.

Quod licet hijs uerbis à Satyrico dictum constat, tamen siue illum res sefellerat. & erant iam tamen dum id scriberet, ignotæ sibi nummorum aræ, siue postmodum institutæ sunt, certe & Augustinus inter deas gentium pecuniã ponit, & utinam non hodie, quæ non dicam fidelium, sed eorum planè, qui fideles se uideri uolunt, etsi non professione expressa, at cultu tacito dea esset. Hæc sunt auaritiæ præceptorum dogmata, hæc præclara consilia, pecuniam terræ fecem super astra tollentium, quos nimirum notabat Apostolus, ubi auaritiæ feruitutem dixit, esse simulacrorum, quod uitium, cum in cunctis fœdum, tum in senibus inque diuitibus regnantibusque fœdissimum, sed tamen in hijs ipsis, nescio qua nam cœcitate creberrimum est, quod utique, si quid ueræ lucis esset, à nullis mortalibus deberet esse remotius. Cæteri enim necessaria forlasse, hijs certe superuacua concupiscunt & per uitium callem, ad periculi metam tendunt, nempe mortalis opulentia, & sæpe fraudibus ac iniurijs crescit, & cum metam necessitatis excesserit, mox uergere incipit in discrimen. Et de senili quidem auaritia nescio quid efficacius ac breuius dici possit, quam quod ait Cicero. Auaritia

ritia senilis, inquit, quid sibi uelit, non intelligo, potest enim quicquam esse absurdus, quam quo uix minus restat, eò plus uaticini quærere: & profecto illud Senecæ: Nec multo opus nec diu, cum in omni ætate uerum, in senectute uerissimum est. at tamen ut quæramus mali huius, non dico rationem, quæ uitio nulla est, sed causam, hanc fortassis non ineptè dixerim, quam in Rhetoricis scribit Aristoteles. Qui cum de moribus agens iuuenum ac senum, illos magnanimos dixisset, ratione addita, quod à uita nondum humiliati sunt, sed necessariorum inexperti, hos pusillanimes esse ait, ratione contraria, quia humiliati sunt, scilicet à uita, simulque quia propter experientiam sciunt, quod difficile est possidere & facile abijcere. quæ ratio exactiorem in senes custodiam, utrunque forsitan, propter necessitatis difficultatisque memoriam culpa leuet, illam anxiam atque ardentem, utique concupiscentiam, non excusat, ex desperatione nisi fallor senilique ortam metu, quibus omnia sibi defutura permetuunt, cum nil defectui propinquius sit, quam uita, cui illa seruantur, quærenturue. contra diuitum uero cupiditatem, quid acrius, quid grauius, quam illud Flacci, ait enim:

Denique sit finis quærendi cumque habeas plus

Pauperiem time ac minus & finire laborem,

Incipias parto quod auebas.

Sed huius etiam mali causæ alijs fortasse, alitè se obtulerint. Seneca illam, quæ sibi uerissima uisa est, huiusce rei causam scripsit, ego aliam, quæ mihi probabilis uidebatur, adieci, quæ quod alio loco erat, repetere superuacuum duxi. cæterum mali huius una radix est, quæ quæ plura habent pluribus indigent, si Philosophis experientiaque credimus, quodque ait Flaccus idè:

Multa potentibus defunt multa.

Quod ipsum altius, ubi intendas humani animi inexplebilem appetitum arguit, qui post tot experimenta, tanto studio, ad indigentiam defectumque suum nititur, certus nunquam, se egentio rem fore, quam cum multa possederit. Restat de auaritia regum loqui aliquid, quæ omnium indignissima est, nam quid, oro, deformius homine, inter fontes siticuloso atque arido, talis est autem Rex auarus, cui non quæsitæ diuitiæ, non quærenda, sed domina tæ sunt, & quotiens distributæ fuerint renascuntur. In ea fortuna igitur, sitientem ac trepidum pecuniæque sollicitum esse, ultimæ desperatæque miseræ est, huius autem regij ut proprie dicam morbi, inter ea quæ Aristotelis secreta nominantur, tripartita distractio lecta est. Nam regum alius, sibi & subditis auarus, hunc cur bonum regem Indi dixerint, ignoro, alius sibi auarus, subditis largus, hunc minimè uitiosum regem Italici dixerunt, idè nisi fallor, quia auaritia in alios, non damnabilis esse non potest, in se autem potest etiam esse laudabilis, & quasi pars una modestiæ, licet eo casu auaritiæ nomen perdat, & iustius frugalitas nuncupetur. quæ quanquam magnificentiæ aduersa uideatur, temperantiæ est amica. est enim ut Senecæ placet, uoluntaria paupertas, gloriosus status, apud nos maximè, quorum Deus adamauit illam, & laudauit, & probauit. sed nec apud externos inglorius, dicente Flacco:

Quanto sibi quisque plura negauerit, à dijs plura feret.

Hoc ut puto Italos mouit, ne Regem indulgentem alijs, & negantem sibi multa reprehenderent, Licet per se utrisque contrarij regem, qui non & sibi sit largus, & subditis nihil ualere diffiniant. alius autem est auarus subditis, largus sibi, hunc ex omnibus pessimum nemo negauerit, atqui fermè omnes hodie tales sunt, itaque quod ibidem sequitur. Nomen auaritiæ dedecet, multum regem, & disconuenit multum regiæ maiestati, iam quasi uerum in naturam regiam, & maiestatis regiæ, pars quædam ac præcipuum decus auaritia est. Quæ eo sibi magis licitam putant, quo maiores sunt, & sub obtentu regalis prouidentia, pulchro uelo fœdum scelus tegitur. hæc est, hercle, nostrorum Regum gloria, hæc maiestas. Sed sit nobis loquendi aliquis, qui nullus est illis acruandi & quærendi modus, habes ergo de multiplici hominum auaritia, quod occurrit, tu nec senex, nec diues nimium, nec

rex quidē, ex diuerso aut, nec adolefcens certē, nec pauper, nec seruus es, sed medio omnium in statu, unde liberius deformitatem aspicias extremorum, & rideas, quos uel ætas uel diuitiæ in culpam, uel regna præcipitant, de quibus illorum dedecore tuum decus intelligas: Noli obsecro pædagogū publicum, aut quem ille tibi domi substituit, audire, mihi potius sifidis, etsi mereor aurem præbe, neque tam mihi quæ Ecclesiastico sapienti. Auaro, inquit, nihil est scelestius, quid superbis terra & cinis. nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam uenalem habet. quod ut non quidem uerius, sed latius patens scias, Cicero noster in libris Officialibus, uitam formans, Nihil est, inquit, tam angusti animi, tamque parui, quam amare diuitias. nihil honestius, magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas, & si habeas ad beneficiū liberalitatemque conferre, audis en pecuniæ uel contemptū uel usum, atque ut rursus ad scriptores sacros uertar, ut uideas quanta omnium concordia sit ad uerum, In Psalmo ita scriptum est: Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. at ne forte diuitias ultrò oblatas abiiciendas, & non potius auaritiā secludendā crederes, sequitur: Diuitiæ si affluent, nolite cor apponere. quod hic omnibus suadet, tuus tibi iam pridē persuasit animus modò, nō dissuadeat pædagogus. Et miramur si auaritiæ regnū latē patet, si cunctis aurū rebus antepōnitur, cuius in laudem, nō uulgi tantū cupiditas, sed scribentium quoque maximorum hominum conspirasse, uideant ingenia, quæ omneque laudare institunt aureū uocant. namque oro, nō magnū aliquid putet, quæ omnis diuini ac humani cultus præcipuum, ac penè unicum ornamentum. quod omnium laudabilium, optabilium, mirabilium rerū, unum ac perpetuum epitheton audiat. magnū quiddam quicquid id esset, & oprabile, parque uel Heroum laboriosæ perfectioni, uel rudi nauigio temptandis æquoribus, rei ad eundem in expertæ & ancipitis experimenti, uellus aureum uocauere, quasi nulla res alia digna esset, quæ tanto discrimine, tanto mari, tot littoribus Barbarorum, inter gelidos ac turbidos aquilones, inter tumidos & ignotos fluctus, inter scopulos, non tantum proræ obuios, sed in puppim etiam ruituros, apud Colchos & Phasidem, tunc horrida nomina, orbe uelut alio peteretur, contra infomnis excubias draconis, contra flammiosos boues, hostesque terrigenas magicarum ope artium implorata. Nero Cæsar, domum illam suam, magnas urbis partes occupātem, adeo ut de ipsa nō immeritò dictū sit:

*Roma domus fiet, V eos migrare Quirites
Si non & V eos occupat ista domus.*

Si auream dici uoluit, non miror, quod id nomē & impensæ inextimabilis magnitudo, & parietes crustati auro, & stellati gemmis mereantur. id mirabile, quæ & Romæ Georgij martyris, & Ticini Petri Apostoli domus est, illa uel, hæc cœli aurei nocturna cognomen, cum tamen aureum, uel omnino æneum cœlū, neque solibus, neque imbribus, aut roribus utile, & pro maledicto in libris sacris accipi, Ticinensium uicinus, sacer probet Ambrosius, nec auctoritate ualuerit, apud aurei nominis inuentores. Mons est Romæ ad occidentem plagam, secus Vaticanum, & Apollinis olim templum, nunc primam & maximam Petri sedem. alter mons Veronæ est, ad orientem uersus, haud procul à mœnibus, ut utrunque nobilitaret, uterque mons Aureus dictus est. Priscū sæculum, summis laudibus, efferunt, haud certè quantum mihi uideat immeritò, sequentibus. namque collatum sæculis, inueniet & cupiditatis ignarum, & innocentiam amicum, quid uerò omnes eius laudes, ut una uoce comprehenderet, aureum sæculum dixere. qui & illius ducem sæculi aureum, à Virgilio dictum scimus:

Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

idem & comam insignem corporis habitum describens, auream cæsariem, atque auream uestem dixit, & lactea colla, aureis seu uinculis seu uerbis innexuit, neque hominum modò, sed cornipedum idem habitus, quandoquidem

*ostroque insignis & auro
Stat sonipes. atque alibi:
Aurea pectoribus demissa monilia pendunt
Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum.*

quo

Quo minus miri, est si reginalem habitum aureum fecit, unde est ille Didonis celeberrimus progressus:

*Cui phætra ex auro, erines nodantur in aurum
Aurea purpuream subnectit fibula uestem. quid: Panthesilea,
Aurea subnectens exerta cingula mamma. quid: Camilla, ut
Regius ostro Velei honos leues humeros. ut,
Fibula crinem auro internectat.*

Quid autem ille, cuius hæc eadem circumuenta cupidine perijt bellatoris habitus sacerdotis, ut aureus ex humeris sonat arcus, & aurea nati cassis, tamen croceam chlamydem, quæ simusque crepantes:

Carbasseos fuluo in nodum colligerat auro:

Aut ille ludi puerilis ornatus, & pectore summo flexilis obtorti, per collum circulus auri, quanquam quid habitum loquor, qui reuera multis est aureus. Alio idem loco, Didonem ipsam, Circensique alio, pulchram dicere dum trellet, utramque auream dixit, sicut supra Saturnum, pro bono iustoque rege, aureum dictum memorauit, quasi omnis & animi decor, & corporis, non nisi aureus possit intelligi. Iam non dicam:

*Cellataque in auro fortia facta patrum,
Et pallam signis auroque rigentem,
Colloque monile bacatum.
Et duplicem gemmis auroque coronam.
Et leues ocreas electio auroque recocto. non dicam;
Pateram grauem gemmis auroque.
Crateresque auro solido, & pleno se auro proluentem*

Bicina & Iopam aurata cythara personantem, & uictor chlamydem auratam, ac leuibus hamis confertam auro tralicem lorica, &

*Tunicam molli mater quæ nenerat auro. &
Diues quæ mûnera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.*

Aut immania pœdera balthei, quæ colonus Euritides multo celauerat auro. hæc, inquam, & multa similia prætereo, quæ passim apud Virgilium occurrant, nec sequor apud Statium, In Adrastii thalamis ostro tenues, auroque sonantes thoros & auratis uincula lichnis, eiufdemque ad mensas patera signis perfectam auroque nitentem, aureumque in circuitu alitem armatum, inque auro secte Gorgonis ora, Pallentia:

Nec picis exudans uestibus aurum.

Et quæ sunt eiusmodi, infinita apud alios, atque alios, uulgatissima enim sunt omnibus, quæ ferè cõmuns usus auri, in armis, in uestibus, in lectis, in cytharis, in uasis, in fibulis. At quod Carthaginensis regis surgentis laquearibus aureis, quid Troiæ ruentis auratis trabibus, aut quid denique notius, quam barbarico postes auro, spoliisque superbi, non satis est uestiri auro hominem, trabes postesque, utque mox dicam pauimenta, & lapides auro uestiuntur. quid apud Homerum Alcynoi domus, Phæacum regis in limine æneo argentea hostia, ianuarumque aureæ, aureisque quibus traherentur anuli, atque ad custodiam regis domus, à Vulcano mira arte fabricati aurei canes, & argentei, opulentum limen, hinc inde seruantes, non sufficit domum esse auream, nisi aurei sint custodes, & aureæ intus iuuenum statuarum, cædelabrorum uice fungentium. Quis non ferat tamen Homeri etiam ætate, qui ante urbem conditam fuit, aurum uiuis oprabile, cum eodem auctore apud inferos, & Tyresias sceptro aureo sit insignis, & sceptrum aureum tenens Minos, iura det mortuis, aurea quoque corrigia sit, uel arcus uel ensis Herculei simulachri, quod in inferno posuit, mirum dictum, cum ipsum inter superos Deos locet. quæ si de humanis leguntur aut cernuntur habitaculis, quem moueat, quod apud Nafonem:

*Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara miscante auro.*

99 2 quodque

quodq; Phœbi currus aureus, axis erat temo aureus, auream summæ curuatura rotæ. neq; tantum currus aut regia, sed Sol ipse apud Virgilium, utq; alios sileam, apud me ipsum aureus, ne me styli uitio eximam, Solisq; soror, Phœbe aurea, eundem apud Virgilium, atq; alios nescio, an melius aurata esset, aureum illud lumen, aduentitium habens. Apud ipsum quoq; Virgilium, non semel aurea sydera, quin & uerius solis hospes taurus, auratis animum cornibus aperit, & Martis frena aurea, quo minus mirer, si Cupidinis telum, quo uulnus amoris infligitur, ut nobilitent auratum faciunt. Illa de cœlo in terram pendens Homericæ cathena, qua seu nexus elementorum, seu quid aliud grandè quidem occultum què describit, nō aëria, non ignea, se aurea est, undiq; in cœlū graui auro scandēte. hinc & Venerē pulchrā dicere uolēs, ipse aureā dixit Homerus, & Dianæ thronū aureū, atq; harū parēti aureum indumentū scuticamq; auream, & comantes auro equos dedit. ne uē ulla esset inuidia inter fratres, parem penitus habitum & Neptuno tribuit. hinc & apud Homerum ipsum, somno thronus aureus à Iunone promittitur, & collum aureum bis Dianæ describitur uenatricis conforme, ratio caput aureum, collum uerò potius lacteum requirat, nisi quod nihil profus, in rebus auro pulchrius persuasum est, hinc & eidem Dianæ non thronum modò, ut diximus, & collum, sed colum auream dat Homerus. Auream quoque colum Helenæ, atque argenteum calathum, cum haud dubiè & uimīneus calathus & colus arundinea esset habilior, aureum què calicem Curæ, quo miseros transformaret, atque aureos calceos dat Iunoni. Sed hoc minus mirum, propter aëris splendorem, propter quem & thronum aureum dat Auroræ. sed una est omnium ratio, hinc & Ioui Olympio aureum amictum, & auream barbam Aesculapio, aureos crines patri, auratas lances fata tribuunt auro, & Mercurio auream uirgam dant, talaria nectunt aurea, cum tamen uolanti plumis, non auro opus sit. Sed inuat & deorum omnia, & ipsos insuper deos aureos habere, itaque quos colunt, & de quibus sperant, quasi ditiores futuros, atque eam ob rem ad beneficia promptiores, non nisi aureos uolunt, & uetustos habitus mutant, dicentes illud Persij:

Præcipui sunt illis aurea barba.

uerum què est quod sequitur:

*Aurum uasa Numa Saturniq; impulit era
Vestalesq; urnas & Tuscum fœtile mutat.*

neque hæc inter idem Persius auditur clamans:

Dicite Pontifices in sancto quid facit aurum.

Quem gentiliū morem, à nostris usurpatū doleo, contra præceptū Dei dicentis: Nec deos aureos facietis uobis. neutris sanè sat foeliciter cessit, aurea ista diuinitas, ut sic dixerim, nam & illis deos, tu magis propitios fuisse, dum fictiles fuerūt, auctor est Seneca. & nobis **CHRISTVM** Deū nostrū fuisse p̄sentiorē, anteq̄ sibi aureas cuderemus imagines, ut q̄ fide pura ac pietate animi, non auro delectet. nemo usq; pius est q̄ nesciat. Adde, q̄ nō solum amicos apparatu aureo excipiūt, sed hostes quoq; quos honorifica s̄uitia p̄sequunt, com pedibus aureis uinciunt, ut usq; ad ultimas hominum miserias, ambitio descendat uana. q̄ in rege Perfarum Dario, nephandus ille proditor Bossus fecit, & in eodē regno, fratri suo Cyro Artaxerxes rex antè iam fecerat. & in Zenobia longè p̄st, animosa quidem ac bellicifœmina, fecit Aurelianus uictor, quæ auro ac gemmis onusta, in triumpho ducta est, cathenarum patiens, sed caro sapè quæta de pondere. & quid miri est, aurū in captiuitate & in uinculis fulgere, in morte etiam fulget, in feretris, in sepulchris, rerum cultus omnium unus, isq; perpetuus, nec æquæuus modò uitæ hominum, sed superstes. Adde q̄ urbes eximias, laudatū pari præconiū breuitate dicunt aureas, unde & apud Maronem, Capitolia urbis Romæ aurea, & apud Ausonium, aurea Roma est, quo ambitiosi sermonis torrentem, præter cæteros lapsus ipse ego, qui hoc in alijs noto, sed licet accussem cæteros, non me absoluo, quodam Africæ meæ loco, auream Romam dixi, cum tamen hoc nunq̄, adeò improprie dictū est, ut nostra dicitur ætate, quando heu, nō aurū sed ruina est, uerū ad tempus, de quo tunc loquebar aspexi, quodq; tunc ignorabam, dum id dicerem, in sigillo auro Cæsaris huius nostri, pars altera Romam habet, cuius in portis literis aureis scriptū est.

Aurea

Aurea Roma, quasi non ferream potius Romam, auream Babylonem, & Nabuchodonosor regis somnium, & Romanæ iudicent uictoria, paupertasq; uirtutum diues. sed sic aurum cordi est, ut laudari nihil ad plenum putent, nisi aurum sit cognomen. credo si pauperiem laudare uellent, non nisi auream nuncuparent, quod què in alijs auguror in me scio, siquidem idem ipse, nam meminī, auream egestatem in Epistola quadam scripsi. enim uero & copiam laudare, & mediocritatem optimam dicere uolens Flaccus, utramque auream dixit, denique regulam, qua anni festorum què ratio dierum constat, utilissimam, ut ostendant, aureum numerum nostri uocant, uides tandem, ut in cœlo & in terra, cuncta penè sunt aurea, Midæ recidimus in fabellam. sed fortasse dicat aliquis, prophana hæc, de què gentiliū libris eruta, ad scriptores sacros prodeat stilus, ne quem moueat apud gentium scriptores, auream Romam dici, cum apud hos, Hierusalem turres gemmis ædificentur, portæ margaritis niteant, plateæ & muri eius sint ex auro purissimo, neq; tamen hic hæreat, neque in eo, quod uel Hieronymus summā Ciceronianæ facundia laudem exprimens, aureum illud flumen dixit eloquentiæ, quod de Aristotele ipse Cicero iā dixerat, uel Græcorum ille disertissimus, Christianorum aurei oris meminī cognomine, tanquam nihil inueniretur, quo esset eloquiū fulgor aptior, quam si auro esset expressus, ad maiora illa festinet. nam quid faciant homines in terris, ubi aurum foditur tergitur, excuditur, custodit, quando Deus ipse de cœlo alloquens, Moysen deaurari sibi archā iubet, nec ut satis erat, nisi adderet, auro mūdissimo intus & foris. Longū sanè fuerit, cūcta sequi, quæ de hac re Exodi liber continet, ut ibi scilicet & coronam, & circulos aureos, & uectes auro opertos, & propitiatorium & Cherubin aureos, & inauratam mensam, labium què in circuitu aureum, & phialas, & thuribula ac cyathos, & candelabra, & uncinos, & cathenas, & anulos, & tintinabulum, omnia ex auro purissimo fieri, atq; altare ipsum uestiri auro præcipit: quid in libro Numeri, ut obmittam acetabula & phialas argenteas, non ne ibi legitur, altare aureum, inuolutum iacinthino uestimento, & in sanctificatione tabernaculi atq; altaris, oblationes principum Israël, quarum nulla sine mortariolo aureo, facta describitur, ut ad summam, tot sint mortariola quot tribus. quid tubæ ductiles argenteæ, quas fieri ad conuocandam multitudinem dominus imperat Moysi, quasi non sonantiores ænæ essent, quam argenteæ. quid in libris Regum, ac Paralipomenon ædificator templi Salomon, non ne oraculū illud toto orbi sanctissimū uestiuit, domum ante oraculum operuit, atq; altare ipsum textit auro, affixitq; laminas etiam clauis aureis, denique pauimentum domus, intus ac extra, ex auro tectum legimus, ac ne longus simi. Nihil, inquit, erat in templo, quod non auro tegetetur, post hoc paululum procede, & inuenies non auro tectum, sed altare aureum, & mensam auream, & candelabra aurea, & lucernas aureas, & forcipes aureos, & fuscinulas & phyalas, & mortariola, & thuribula, & cardines aureos. quid ducenta scuta, totidem què hastas aureas, eburneum què thronum regis loquar, auro uestitum fuluo, denique scabellum ipsum aureum, & omnia uasa, uniuersamq; supellectilem ex auro purissimo, usque adeò ut in diebus eius, argentum nullius pretij putaretur, tantaq; esset eius abundantia in Hierusalem, quanta lapidū ac lignorum. quid aut sunt enim materialia hæc: Quid, inquam, q̄ in prouerbij idem ait, posside sapientiam, quia auro melior est, & acquire prudentiam, quia p̄ciosior est argento. Et eodē libro: Beatus qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri. & rursus sapientiam loquentem faciens, Melior est, inquit, fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. uides unam eandemq; sententiam quam sapè repetijt. Quis non aurum igitur argentumq; & lapidem pretiosum magni aestimet, cui ab homine sapientissimo, sapientia comparet. nam etsi meliorem illam dicat, nihil tamen auro melius, atq; argento uidetur inuenisse, cui sapientiam anteferet. Quid quod idē sapiens, uerbū, & prolatū in tēpore mala aurea dicit, in lectis argenteis, quæ si nil nouerit auro pretiosius & argenteus, quid quod idem in canticis, Dilecti caput aureū, manusq; aureas facit, quasi è nulla re melius possit: quid iā restat, nisi ut ipse Deus, nobis etiam totus aureus sit, quem ut dixi, aliquid non tam dicunt aureum, q̄ faciunt, idq; non tam religionis studio,

quàm auaritiæ, diuina quoque tentatis & mortalibus triumphantis, in cœlum siliceat
 ascensuræ. neque est, q̄ mirer, in filio, si patris utitur stilo, patrem audierat dicentem. Iu-
 ditia domini uera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum,
 & rursus: Legem oris Dei bonam super millia auri & argenti. Quis uerò aurum gem-
 masque contemneret, cum de martyribus sacris gloriosissimis hominum, atq; fortissimis
 legat, Super caput eorum posuit coronam auream de lapide pretioso: quid quod in Eccle-
 siastico, Pedes firmi, super plantas stabilis mulieris, columnæ aureæ dicuntur, super bases
 argenteas. quid quod aurum *CHRISTO* & offerendum Dauid, ipse atque Esaias præui-
 dent, & Matthæus narrat oblatum: Quid Machabeorū libri, non ne & illi suum altare au-
 reum habent, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & inter medias hostium pressu-
 ras, faciem templi coronis aureis exornatam. Non ne in eisdem libris Antiochus Ionathæ
 scribens, cum eis sacerdotium & præsidatum, super quatuor ciuitates daret, uasa addidit au-
 rea & potestatem tribuit bibendi in auro, & fibulam auream habendi. quis non magna
 reputaret, quibus uti sine licentia regis non liceret. quis præterea non uigilans, uerū aurū,
 magno haberet in pretio, cui per uisiones & somnia pretium cumulet: certè cū à rege Se-
 leuco ad diripiendum templū missus Heliodorus, flente populo, & orante, dirū ministeriū
 exequi, pperaret, subita & horrenda uisione repressus, abstinuit, equitis apparentis ad auxi-
 lium rēpi. Et sequitur: Qui uidebantur arma habere aurea. mirū, q̄ si cœlestis auxiliator, lo-
 cū sanctū nō posset, ab iniuria hominum, armis, nisi aureis uindicare. dehinc cū post omnē
 mortē & ciuilib. & externis malis circūuenta Hierusalem, de rerū sine sollicita atq; suspen-
 sa esset, diebus *XL.* apparuerunt in aère equites uolitantes, & cohortes armatae, sed qui-
 bus quæso armis: nempè aureis & hastilibus aureis induta. Deinde autem cum aduersus
 Timotheū pugnaturus Iudas Machabæus, ipse cū suis cilitijs induti, & terra caput aspersi,
 atq; ante altare prouoluti, diuinum auxilium implorassent, cœpto prælio, apparuerūt auxi-
 liares quinq; uiri, frenis aureis decori, quorū opemagna uictoriam consecuti sunt. Postea
 uerò cū aduersus immensum exercitū Lyfiæ Iudas idem, cū paucis properaret, flentesq;
 & lachrymantes, una uoce dominū exorarent, ut eis bonū angelū mitteret ad salutē Israël,
 apparuit præcedens eos eques armatus, & quibus armis, nempè aureis, quo uiso conforta-
 ti omnes pugnauerunt & uicerunt. Postremo Iudas ipse cū Nicanore bellaturus, pari exer-
 cituum imparitate, quod ille cum innumeris esset, iste cū paucis, anxius de euentu, uidit in
 somnis Hieremiam prophetam, sibi gladium porrigentē. & quem gladiū, profectō aureū
 ac dicentē: Accipe sanctū gladium, munus à Deo in quo desicies aduersarios populi mei
 Israël, quo somnio cū id suis recitasset confirmati omnes uiriliter se gesserunt. & sic accidit,
 ut pmissum erat, pauci plurimos uicerunt, & ex eis *XXVII.* millia occiderunt. Iunc sperne
 aurum, q̄ uisu pulchrū, & scripturis omnibus laudatū, & uisionibus & somnis illustratum
 est, audis Dei munus aureum fuisse, uirumq; fortissimum aureo gladio delectatum, cum
 ferreo uteretur. Quid Apocalypsis liber sacrorum plenus, atque mysteriorum, non ne ibi
 angelo Philadelphie suadet, aurum emere, ignitum & probatum ut locuples fiat. non
 ne ibi etiam cadelabra & phyalas aureas, & angelum stantem ante altare aureum, quod
 est ante thronum Dei, & habentem thuribulum aureum in manu sua. non ne denique
 non modò meretricem illam magnam, cum regibus fornicantem, inauratam auro, & lapi-
 de pretioso & margaritis, & habentem poculū aureū, in manu sua, q̄ non sit mirū talib. de-
 lectari. Sed uiginti quatuor seniores, sedentes in sedib. suis, in cōspectu Dei, coronasq; au-
 reas in capitib. eorū, & septē angelos è tēplo tabernaculi testimoniū exeuntes, circa pecto-
 ra zonis aureis p̄cinctos, & quo altius iri nequit, filiū hominis p̄cinctū ad mamillas zona
 aurea, & eiisdē in capite sedētis in nubib. aureā coronā et ciuitatē sanctam, ac plateas eius,
 ut dictū est. ex auro mūdo, portas ac fundamēta ex lapidib. p̄tiosis, legimus. quinetiam nō
 ex auro fabricatam, sed ciuitatem & plateas eius, aurum mundum dixit, dimensionique
 eius, quod miraberis dedit mensuram, aureæ arundinis, tanquam auro non metiri aurum
 nephas sit. Mille sunt talia, uixque ullus scripturarum angulus auro uacat. quædam uerò
 tam friuola, ut attingere pigeat. quo enim uel in apparitione illa nocturna sanctæ uirginis

Agnētis

Agnētis, ac uirginē illam comitantis exercitus, auro textæ ciclades, tanquam sine auro,
 nec in cœlis posset esse fœlicitas, uel in inuentione corporis beatissimi prothomartyris
 Stephani, ille proceri decoriq; senis, beatum presbyterum Lucianum excitantis, in pallio
 intextæ cruce aureæ, cum crux illa in qua p̄dens *CHRISTVS* nos redemit, certè nō au-
 rea fuerit, sed lignea, ligno perditū, è ligno recuperati sumus, neq; in nostra redemptione, q̄-
 uis captiui, in manibus auarissimi hostis effemus, omnino auri aliquid sed sanguinis inter-
 uenit. Quid eiisdem senis in manu, uirga aurea, in qua sopitum tangeret: nunquid non uel
 nuda manu, uel uirga alia, seu acerna seu faginea tangi posset, sed quod hic est mos, siue
 auro enim, nec expergiscimur, nec dormimus, unde & passim nostrorum diuitum in tha-
 lamis, lecti aurei cernuntur. Et Adraſti in thalamo apud Statiū legunt, ut diximus, & apud
 Virgiliū Dido:

*Aulais iam se regina superbis,
 Aurea composuit sponda mediamq; locauit.*

Quæ omnia, & quæ sunt his similia, & si in literis secularibus, non ex iudicio scribentium,
 sed ex errore legentium, dici atq; illorum infirmitatibus condescendi arbitrer, in sacris au-
 tem sensu mystico, altiore prolata nō dubitē, tamē hic ubiq; aures loquendi modus, ex ore
 doctorum hominum auditus, potest forsitan, nonnunquam uelut auctoritate quadam, ad
 ampliorem auri sitim auaros uulgi animos irritare, ceterum siue externis stimulis, siue in-
 ternis angimur, hoc est, seu aliorū uerbis exemplisq; seu cupiditate quisq; insita, in quæ di-
 scrimina quæue ludibria raptetur humanum genus, auaritia pulsū uides. Non est opus
 ut repetam in auro suo esurientem Midam, in undis sitientem Tantalum, nullis fabulis res
 eget, uerè affluunt historiæ, quanquam nec historijs, aut scriptorū testimonio opus sit,
 omne forum, omnis uicus, omnis domus exemplis scatet, quis non millies auaritia iusiur-
 randū spreū, fractam fidem, elusas amicitias, neglecta iura sanguinis, posthabitiū Dei me-
 tum, omne demū phasq; nephasq; permixtum, uidit, ut probra illa præteream auditu gra-
 uia, uisu foeda, sed iam ubiq; communia, carnem suam uili pretio, & misera mercede uen-
 dentiū, & uel propriam pudicitiam prostituensum, alienæ libidini, uel instar pecudū foro-
 res, cōiuges filiasq; mercantiam. iamq; alia nisi cupiditas dissensionē ferè omnium causa, est,
 quæ raræ seu nullæ essent, si ut proverbiū uetus habet, duohæc pronomina Meū & Tuū
 de medio tollerent. q̄ quia nō sit, uidemus breuē hanc & infœlicē uitā, ob hanc causam ma-
 ximè innumeris æstare discordijs, & audimus Quidium in magni operis primordio
 proclamantem:

Viuitur ex rapto.

En rapina & cupiditas malorum radix, uis autem ramos nosse audi reliqua:

*non hospes ab hospite tutus:
 Non foet à genero, fratrum quoq; gratia rara est.
 Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.
 Lurida terribiles miscent aconita nouerca.
 Filius ante diem, patrios inquit in annot.*

& ut uno uerbo cuncta colligeret addit: *Victa iacet pietas.*
 Ideo uicta pietas, quia cupiditas uictrix. Totā uerò malī summā, fraudes rapinas, homici-
 dium, falsum testimoniū, impietatem, Discordias, fœditates, adulteria, corruptelas, breuius
 strinxit Maro, ubi interrogans & exclamans ait:

*Quid non mortalia pectora eogit.
 Auri sacra fames.*

Profectō nihil malī est, q̄ non & suadeat, persuadeat, & ad extremū cogat, eius de quo
 multa hodie diximus auri fames, tantum oculos, quodq; miserius animū ipsū, ille pallor
 croceus delectat. q̄ nec Apostolum fugit, ubi radicem omnium malorum dixit esse cupidi-
 tatē, quam quidam appetentes inquit, errauerunt à fide, & inseruerunt se dolorib. multis.
 Nam ut uerba transportem. Qui uolūt diuites fieri, incidūt in tentationē, & in laqueū dia-
 boli, & desideria multa, & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perdi-
 tionem. idq; cum in omnibus, tum in his præcipuè uerū uideas, qui citò diuites fieri uo-
 lunt. quod ferè omnium est proprium dicente Satyrico:

q q * nam

*nam qui diues fieri uult
Et citò uult fieri.*

quis uerò præcipitati auaritiæ frenum ponet, atq; ut Satyricus idem ait:

*qua reuerentia legum?
Quis metus aut pudor est unquam, prope rantis auari.*

Mergi autem homines desiderijs multis, ac malis in interitū, si non credis Paulo, Crassum interroga, qui prædiuite Hierosolymorum templo, à quo continentissimus se ducum Magnus Pompeius abstinerat, nephariè spoliato, plenusq; auro, necdum satur, sed adhuc sitiens, adhuc ardens, & auaritiæ furijs actus, in mortem & in Parthiam festinabar, tandem illic miser, fatietatem opratam, sed funereā reperturus, & obstabat illi foedus, cum collega ictum, obstabat iustitia, obstabat pudor, ad ultimum obstabat ira Dei plena minis, plena fulminibus horrendi, sed quæ sola olim Hannibalem arcuerat à mœnibus hostium prodigiola tempestas, ea tot accendentibus obstaculis, Crassum ab amicorum seu foederatorum certè finibus, non retraxit, si quidem contra decorem ac pudorem, contraquæ præsentissimum terrorem, sola miserum flagrantemque animum, urgebat auri fames, seu uerius sitis. non comesturus enim, sed bibiturus aurum ibat, euicitque tot frena, calcar unicum tantum auaritia, odio & crudelitate potentior, inuenta est unde autem hæc rabies, nempe non aliunde, quã reliqua ex opinionum scilicet perversitate. qui bene fons malorū omnium, uidetur mihi Ciceroni uisus esse, nam si qui rectè prorsus opinarentur, idem ut reor & rectè agerent, opinio infecta, actuum inficiendorū radix ac seminarium est. Quæ nam uero ea esset opinio, si queritur illa, nimirum, quæ negabat ullam satis magnam pecuniam esse, ei qui in Rep. princeps uellet esse, cuius fructibus, exercitum alere non posset. cuius quidè in Officialibus libris est mentio. Ita rem P. R. tunc etiam domito licet orbe, difficilem, Romani ciuis auaritas usurpabat, unicus hic hominem, ditissimum omnium: Romanorū, sed qui ditissimus omnium mortalium fieri optaret, nunquamq; nisi egenus & pauper, illo cum animo esse posset, si omnes quas usquam habet orbis terræ diuitias aceruasset, eò trahebat, ut non solum hæreditatem falso delatam testamento dissimulans adiret, & ut iocans ait Cicero, alieni facinoris munusculum non repudiaret, quod alienum facinus, suo cum facinore mixtum erat. sed apertissimis rapinis sacratissimum Dei templum, omnium auro, sequè primum, fide ac iustitia spoliaret, deinde autem ad spoliandum opulentissimum Regem præcepisset, qui eum uita spoliavit, & uitali spiritu exhaustum, auro liquido, ac rutilante compleuit, dignus fateor tantæ finis auaritiæ, contra autem tanti exercitus ruina, tamque infantis nati fors miserabilis, & indigna, sed sæpè unius furor, hominis oppressit innumeros, uerum nimis multa de Crasso, de quo nunquam mihi, ut tot uerba facerem euenturum suspicabar, tulit impetus, tulit auaritiæ odium, uenio ad alios, ne Crassus in his literis solus sit, qui utinam in hominibus solus esset. Et quoniam hac peste laborantium, nullus est numerus, cateruatim agam, sanè quantum possit auaritia, nunquam clarius quam bello patuit Iugurthino. Nota est historia, ut usq; ad Metellū, nemo Cos. nemo miles, non auaritiæ seruus, in exercitu Romano fuerit, quæ res perfidū illū regē, & uiribus diffidentem suis, & parem & sæpè superiorem armis fecit, & si finis tãdem sceleribus moribusq; suis dignus accesserit, quis non in eo bello, Calpurnij nomen noui & Sauri, de quo & primo præclare ait Crispus. Nam in Cos. nostro multæ bonæ artes animi & corporis erant, quas omnes auaritia præpediebat, quis & ducum & totius exercitus impudentissimam auaritiam, non audiuit? sed partius forsitan in excidio Hierusalem eadem pestis hæc sæuijt, ubi non sola iustitia auaritiæ pedibus subiecta, sed uerecundia humanitasque calcata, atque ea flagitia sunt admissa, quæ memoria horret, stilus refugit. Sed quo rarior totus mihi peragrandus est hic orbis, omnis retexenda ætas, omnis historia relegenda, si uelim auaritiæ exempla complecti, reuocanda in medium Euriphylæ, quæ auri cupidine, fidei coniugalis oblita est, ducendum denuò Polydori funus, adulter imbre aureo transformandus, risu atque odio prosequendus auarus, & infamis ille muris uenditor, emptor mortis. qui obsidione Casilini ad extrema miserimæ famis adductus,

adductus, ut pretium licet ingens, infelicis cibi, ac utilissimi animantis pecuniam tamè exiguam, præcupido sinu abderet, & neglexit uitam, & conspicuam perseuerantiam, ac fidè turpi dehonestauit auaritia. Ambierendæ præterea ostiatim urbes, & querendū, quid malorum quidue dedecorum in singulas domus auaritia tristis inuexerit. infinitum opus, recensendi ad ultimū illi tres, simul apud Valerū locati, Calsius, Septimuleius, Prolemæus, quorum primus percussores suos, cum gladijs ad se interficiendum missos, pacto pretio dimisit. Pulchra res, si clementiæ, non auaritiæ consilio acta esset, secundus Gracchi caput occisi, cui familiaris extiterat, amputauit, perque urbem etiam pilo circumtulit, liquato etiam memorant in capitis cauernulis plumbo, quo ponderosus foret, quoniam scilicet auro pensandum, illud consul edixerat, digna ut libet Gracchi mors, Septimij tamen trux atque indigna cupiditas. Tertius cum esset Cyprî rex, & propter opum magnitudinem, uitæ sibi discrimen imminens uideret, consilium coepit sequè diuitijs quæ suis perditis, se ludibrio, prædamque hostibus eripere, atque hoc animo progressus in pelagus, ut illuc peritua nauis, cuncta undis obrueret, ubi ad executionem animosi consilij uentum est, auara mens auro attonita, & operib. suis parcens, quod destinauerat, non impleuit, sed mutato proposito, ad terram redijt, & pretium mortis & iugulum referens interfectoibus suis. execrabilis atque odiosa superiorum auaritia, stulta huius atque ridicula, & ut ipsa Valerij uerba, ponam:

Proculdubio hic non possedit diuitias, sed à diuitijs possessus est.

quod Dauidicæ sententiæ consonat, ubi ait: Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt: omnes uiri diuitiarum in manibus suis, Audis ut non diuitias uirorum, sed uiros diuitiarum signanter dixit ac mordaciter. Sed sit modus: Tu uerò diuitiarum tuarum dominus esto, non seruus, dumq; adhuc inuenire aliquid in manibus tuis potes, ter uocatus, expergiscere.

FRANCISCVS PETRARÆ CHA AMICO SVO, S.



Arò admodum spei nostræ rerum exitus respondent, sæpè præmeditata destitunt, insperata contingunt, neque id mirum cuiquam esse debet, mirum potius si quid aliter accidat. Siquidem ratio principia rerum regit, euentum fortuna moderatur, nihil autem magis aduersum rationi quam fortuna, itaque sæpè telam quam ingeniosè illa ratio quidem ordita erat, hæc fortuna impetuose ante tempus abrumpit, quod probatione utinam egeret. neque his querelis adeò uita hominum plena esset, ut iam ferè nil aliud ingemiscat. Sed ut ad rem nostram ueniam, decreueras quidem me uolentem, fateor optantemq; me comitem habere, nam quæ usquam optabilior aut sanctior uia est, iustiorq; peregrinatio, quam ad sepulchrum, ubi ille iacuit cuius temporalis mors immortalitatem nobis, & æternam uitam peperit? Sepulchrum, ubi, si dici fas est, & uisita mors scilicet, & uisitrix in ea sepulta est. ò beatum iter, & inuidiosum Christiano animo spectaculum, hinc ego nunc nescio, quibus peccatorum uerbis arceor nutisq; detineor. Infans quidem, ut Flaccus ait:

Pudor loqui prohibet.

sed imperiosa ueritas fari iubet, ea ut paream cogit: Cum multæ me detineant causæ, nulla potentior quam pelagi metus, non quod aut uitæ cupidior, aut timidior mortis sim, quam ceteri mortales, aut terrestrem mortem maritimæ preferenda rear, neque enim in loco, sed in animo est, quod felices facit & miseros, & cum ubique moriendum sciam, ubi sit melius mori ignoro. frustra bellum & maria uitamus, frustra labores fugimus, perituroq; parcimus corpufculo. In medias uoluptuosorum latebras, inq; ipsos regum thalamos inuisa mors penetrat, & sæpè quam fortè labor & exercitium distulissent, iners luxus anticipat, semel utique moriendum est, & hanc mortem ut arcescere ueritum, sic euitare uelle dementia est, procrastinare mollities, & æquanimiter expectare, tanquam ubiq; proximam & horis omnibus affuturam, ea uirtus eximia est, uerumq; uiri opus, secundam mortem omni nisu fringere, consilij est. Sed ita res se habet, ad impossibilia studium omne conuersum est, non mori, non ægotare, non laborare, non dolere, non seruire, non egere uolunt omnes, non peccare uult nullus. cum ea uera, & maxima mortis, & ægritudinis, & laboris, & doloris, & seruitutis, & penuriz causa sit. Mihi uerò fortè nunc dicat aliquis, si mortem ergo non metuis, quid metuis? longã mortem & priorem morte nauifam? non de nihilo quidem, sed expertus metuo, quotiens putas illud monstrum retentari, si fortem naturam consuetudo uel uinceret uel leniret, si quid perfererim queris, non metum minui, sed gemina potius cum nauigatione supplicium hoc forsitan animo tiago, & rerum nouarum uisione inexplibili, oculo frenum posuit natura, congressum itaque noti hostis exhorreo, cuius prospectu tamen adeò delector, ut quem tangere abominor, quam cupidè uideam stupor ingens sit. Iste me non metus hic detinet, exoptatum inco-

mitatum tuum inuidet fortuna, an nunquam uerò posthac metum hunc niſura ſit charitas, ſubdifficilis coniectura eſt. Ibis ergo ſine me, & multa cõſpicias, quorum tibi dum uixeris memoria uoluptatem renouet. ego interim dum te redis, quod ut celeriter feliciterq; ſit cupio, Europæ Italiq; finibus contentus agam, nihilominus te animo comitabor, & quoniam iranis, his etiam comitabor ſcriptis, quæ tibi breuis itinerarij loco ſunt. Morem enim ſecutus amantium, cuius præſentia cariturus es, imaginem flagitaſti, qua utcuq; tuam abſentiam ſolareris, non hanc uultus imaginem, cuius indies mutatio multa ſit, ſed ſtabiliorem effigiem animi ingenijq; mei, quæ quantulacunque eſt, profecto pars mei optima eſt, hic tibi ergo, non amici domicilium corpus hoc, quod uidentes quidam rotum ſe hominem uidiffe falſo putant, ſed amicum ipſum terrenis ſpectare luminibus licebit, quoniam ut ait Cicero: Mens cuiuſcunque iſ eſt quiſque, non ea figura, quæ digito monſtrari poteſt. ſed iam nimium te moror, quem ſocij expectant, quem tranquilla ueris facies fauentesq; uocant auræ, quem nos omnes qui ſuſpiramus abeuntem iam iam reducem exoptamus.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. ITINERARIUM SYRIACVM.

IN QVO, QVICQVID PER EUROPA M VEL ASIAM PEREGRINIS HIEROSOLYMITANIS MEMORABILE OCCURRIT, DILIGENTISSIMÈ DESCRIBITUR.



Ofcis ergo uir optime, quoniam me nõ potes, comites has habere literas, in quibus quæ oculis ipſe tuis mox uidebis, ex me qui ea certè nec dum uidi omnia, nec unquam fortè uiſurus ſim, audire expetis, mirum dictum, niſi quia paſſim multa quæ non uidimus ignoramus. Parebo equidem, eoq; promptius, quo iuſtius cupis, primum ſcilicet ut quæ ad ſalutem animæ, dehinc quæ ad notitiã rerum, & ingenij ornamentum, poſtremo quæ ad memoriã exemplorũ excitandumq; animum pertinere uidebantur explicem, iterq; longiſſimum breui ſtilo metiar. Prima, quæ niſi fallor religioſi proſus ac fidelis, alia feruentis ac ſtudioſi, tertia militaris ac magni animi cura eſt, quod uerò non poſſit amor, certius te uiſurum ſperas quæ calamus meus hinc, quàm quæ oculus tibi tuus inde monſtrauerit. Ingrediamur uerò iam tandem iter hoc, & mœnia prætermittentes, quæ aſſidue ſubiecta oculis, inſculcare auribus ſuperuacuum eſt. Nondum tibi uiſam ut aiſ, Ianuam ueniamus. Videbis ergo imperioſam urbem, lapidoſi collis in latere, uirisq; & mœnibus ſuperbam, quam dominam maris illius aſpectus ipſe pronunciat, ſua ſibi potentia, quod multis iam fecit urbibus obſtat atque officiit. Iugis unde materia ciuiſium ſimulatum ſcater, auctorem urbis & nominis Ianum ferunt, primum ut quibusdam placet, Italia regem: quod an ita ſit, an ipſe ſitus urbi nomen dederit, quod noſtri orbis quaſi ianua quædam eſſe uideatur, incertum habeo, & publicis inſculpta monumentis, utrique autem illud obſtat, quod apud ueteres non Ianuæ, ſed Genuæ nomen in uſu eſt, huius ſanè multa recentia & memorabilia dici poſſunt quæ prætereo, nec enim ſcribo nunc hiftoriam, ſed lecta deſcribo, antiqua autem pauçiora, quod non ſemper hoc. Sed quantum intelligere eſt, caput gentis Albigannũ fuerat, ipſa quidem de qua loquar Ianua, tẽporibus Belli Punici ſecundi, à Carthaginenſibus euerſa, à Romanis ducibus reſtituta eſt, in qua tu nũc & populũ habitum, & locorum ſitum, & ædificiorum decus, atque in primis claſſem, quod de Tyro ſcriptum uides, cunctis terribilem, tremendamq; liſtoribus, tu molem pelago obiectam, portumq; mirabere manuſactum, inextimabilis ſumptus, inſinitæ operæ, quem quotidianæ ne quicquam feriunt procellæ. quid multa, cum ſedulò ciuitatem hanc, & dextera læuaq; circumfulum litus ac montes fluctibus impendentes, ad hæc corpora, inopes animos, & uictum gentis aſpexeris, ſcio te uidiffe eotem illam alteram, quæ Romana

Romana uirtutis aciem, lægo exercitio multos olim annos exacuic, quod ſiquid Latio creditur, nulla prouincia magis fecit, ut cū ſcilicet omnia eſſet, q̄ uigile atq; ſollicitũ Romanũ exercitũ haberet, locorũ mōrana durities, hoſtis prompta uelocitas, comēatũ difficultas, inſidiarum opportunitas, communitio caſtellarum, labor iugis, periculi plurimum, prædæ minimum, ocij nihil. Itaq; cum urbibus terrarum, cum ſingulis, hic cum multis difficultatibus, uno tempore pugnandum erat. Hinc tu tamen ſocij properent, & nauæ de littore funem ſoluant, nõ tamen ante diſceſſeris, q̄ pretioſum illud & inſigne uas ſolido è Smaragdo, quo CHRISTVS, cuius te tam procul à patria amor trahit, pro paropſide uſus fertur uideas deuotũ, ſi ſic eſt, alioquin ſuapte ſpecie clarũ opus. Hinc digreſſus ad læuã totũ illũ diẽ, ne oculos à terra dimoueas caueto, multa enim illis occurrent, q̄ multò ſacilius tibi ſit mirari, q̄ cuiquam hominum ſtilo amplecti, Valles amœniſſimas, interlabentes riuiolos, colles, aſperitate gratiſſima & mira fertilitate cõſpicuos, atq; auratas domos, quocunq; te uertaris uidebis ſparſas in littore, & ſtupebis urbem talem decori ſuorũ ruriũ delitijsq; ſuccumbere. uiginti niſi fallor milliã paſſuum emenſus, extentũ in undas promontoriũ, Caput mōris ipſi uocant, obuiũ habebis, & Delphinis, ſiue ut nauæ nuncupant, Alphinũ portum per exiguum, ſed tranquillũ & apricis collibus abditũ. Inde Rapallum ac Sieſtrum, & nomine Veneris inſignem portum, ſecurum uentorum omnium, & omnium quæ ſub cœlo ſunt claſſium capacem, noſtrum propè Erycem, habet enim alterũ Sicilia imminēs mare, opportunus fatigatis puppibus, & hoc quidem litus omne palmiferum atq; cedrifertũ, ut aduerſum Cereri, ſic Baccho gratiſſimum ac Mineruæ. nulli uſquam terrarũ cedere certũ eſt, quo magis id priſcis rerum ſcriptoris, & præfertim uariis prætermiſſum miror, ſed adducor ut extimem, non inuidiam, ſed deſidiam cauſam dediſſe ſilencio, uidelicet quod nondum temptata, ideoq; nondum nota fertilitas locorum erat. Hinc eſt, ut cum claris ſæpe carminibus Maroneũ Falernũq; concelebrēt, terrasq; alias, hanc cunctis hac laude præſtantem, omnes ignotam præterierant, id me mouit, omnium quæ ſcripſerunt, & ingenio & ſtilo & ætate nouiſſimũ, ut in Africae mæx quodam loco, idoneam naçtus occaſionem, loca iſta deſcriberem caractere dicendiq; genere longè alio, qui liber niſi uite breuitas uel ingenij tarditas, uel aliorum librorum unum in tempus cura concidens, uel quorum nullus eſt modus, fortunæ impedimenta uetuerint, aliquando fortè ſub oculos tuos ueniens, in horum te atque aliorum, quæ multa nunc uiſurus es locorum memoria reuocabit. Sed multum uite nobis reſtat, progrediamur ad reliqua, non procul habebis contra extremos Ianueſes Fines, Coruũ famoſũ ſcopulũ, & nomē à colore fortitũ: ac paululũ prouectus Macrae amnis hoſtia, qui maritimos Ligures ab Heruſcis dirimit, ſupraq; litus maris ſiniſtraq; ripa fluuij ruinas Lunæ iacētis aſpicias, ſi famæ fides eſt, aliud enim hac in parte nihil habeo, magnum exemplum fugiendæ libidinis, quæ ſæpe non modo ſingulorum hominum, ſed magnarum urbium, & locupletium populorum, ac regum fortunas peſlunde dit, licet huius rei exemplũ maius, & antiquius Troia ſit. Hinc iã ſenſim cedentibus montibus, aliqua diũ planum & abſque ſcopulis leue litus, portus rari, caſtella procul in collibus, plaga maris inhospita, Sarzanum paulò ſubmotum à littore nouum frequensq; oppidum, inde Lauëtia uicus ignobilis, fluuius deinde re & nomine frigidus, aquis areniſq; perlucidus, ſecus Maſſam amœniſſimam terram, deſcendit ita pelagus: propè oppidum eſt, q̄ Petrã ſanc tam dicunt, cuius auctor & audio conciuis quidam tuus fuit, illius tũc prouinciæ præſes, & uir domi clarus ac nobilis, itaq; familiæ ſuæ nomen tranſtulit in ſuũ opus: ultra iam Piſanorũ duas arces, nihil memorabile, quarum alteram Adulcionem, alterã Viam regiã appellant, nec multò poſt Ferclũ atq; Arniſ fauces ſunt, quorũ alter Lucam præterlabitur, alter patriæ mæx muros, primum tandem Piſas interfluunt & de Luca quidem dubius ſum. Florentiam proſus extra conſpectum later. Piſas autem ex ipſa puppe gubernaculi tibi rector oſtendet, ciuitatem peruetuſtam, ſed decenti, & decora ſpecie, & licet inter plana ſitam, nõ tamē ut magna pars urbiũ paucis turribus, ſed totam ſcilicet eminentiſſimis apparēt, q̄ modo quoq; maris potētiffimam, donec patrũ memoria nõ modo uitres æquoreas, ſed animos

nauigandique propositum magno uicti prælio Ianuensium amisere. Post hæc paucis
 passuum millibus portus, & ipse manufactus, Pisanum uocant, adit, & ferè contiguum
 Liburnum, ubi præualida turris est, cuius in uertice pernox flamma nauigantibus tuti litto-
 ris signū præbet. Hinc si ad dexteram te deflectas, Gorgon atq; Capraria paruz quædam
 Pisanorum insulæ, præsto erunt, necnon turris exigua pelagi medio, quæ Mellora uulgò di-
 citur, Infausta illi populo, qd scilicet illic ipsa cuius paulo ante memini, pugna cõmissa est.
 Si præsius intederis, uidebis et Corsicā inculā insulā, & armentis syluestribus abundantē:
 quinquaginta inde uel non multo amplius passuum millibus Plumbinum insigne oppidū.
 ad læuam fertili sedet in colle, portus subest, nec multarum capax nauium, & securitatis am-
 biguz. ad dexteram exiguo spatio Ilua est insula, inexhaustis chalybū generosa metallis, ut
 Maro ait: perhibent qui longiores ibi traxerunt moras, omnia illic ad uitam optimam per-
 uenire. denique post Sardiniam amissam Pisanarum opum illam præcipuam sedem esse.
 haud pculinde Popolonia, Massa maritima, Grossetur, Thelamonis portus, an ab Aiakis
 patre an unde dictus, profiteor me nescire, inde rursus ad dexteram. Igillium insula uino &
 marmore nobilis, ad læuam sancti Stephani quem dicunt, & mox portus Herculeus. Argē
 tartæ mōs medius post Cornetum, Turritum & spectabile oppidum, gemino cinctum mu-
 ro, & ex alio colle maria longa despiciens. huius in sinibus Tarquinij olim fuerat ciuitas,
 nunc nihil præter nudum nomen ac ruinas, unde qui Romæ regnarunt Tarquini prodide-
 runt. Post hæc illa quæ Ciuitas uetus dicitur, decem nisi fallor passuum millibus sita est, de
 inde quæ Adriani portū uocat, opus inter cuncta mirabile, quod uel inter septem illa famo-
 sissima numeret, nil sibi nisi ætas & factantia Grata defuerit. His exactis Tyberinæ fau-
 ces ad læuam sunt, ad dexterā remanente Sardinia. Supra Tyberis ripā Ostia est, Anci Mar-
 cij colonia, quarti Romanorū regis, quā in ipso maris fluminisq; cõfinito posuit, ut ait Flo-
 rus, iam tamen præfagies uidelicet animo, futurum ut totius mundi opes & cõmeatus illo
 ueluti maritimo urbis hospitio, reciperentur. Illic sanè cum fueris scito te à regina urbium,
 Roma, nō nisi duodecim passuum millibus abesse, de qua si tam paruo spatio loqui uelim,
 intollerandæ nimis audaciæ sim, cuius gestis atque gloriæ, totus orbis terrarum angustus
 est, cuius nomini libri linguæq; omnes non sufficiunt. Post Ostia Tyberina caput Ancij
 apparet, ita enim uocat nauæ, ciuitas ibi Ancij fuit, Volscorū caput, q̄ cū multa olim bella
 cū Romanis gessisset, capta demū, & cum tota gente subacta est, proximè destructa est. In-
 de mōs præaltus cui carminibus Circe nomē imposuisse creditur, ibi enim ut dicunt habi-
 tauit, atq; ibi Vlyxes socios uertit in belluas, quæ transformatio quid misterij uellet nosti,
 locus est aut & fama celebris & scriptorum ingenijs. hic ad dexteram Ponticæ remanent,
 breuis insula & olim carcer illustrium. Progredienti tibi Terracina nunc, olim Anxur pri-
 mum adit, mox Caieta nutricis Aenæ nomen seruans, ubi quo prosperior nauigatio sit,
 sacrum Erasmi tumulum adire ne pigeat, cuius opem multis iam in maritimo discrimine
 profuisse opinio cõstans est, hic flexus littorū & pelagi sinus ingens saltusq; lauriferi, cedri-
 feriq; & odorantū ac sapidū semper late uirentium nemus arbuscularum. In hoc tractu
 Formiæ seu Formiatum & Liternum, dicam uerius, fuerunt: alterum Ciceronis in fan-
 da cæde, alterum Scipionis indigno exilio nobilitatum, & cineribus patriæ negantis, sed
 hæc duo loca, extrimatione magis animi quàm oculis assequeris, alter enim iacet, alter
 & latet, nisi quod apud Formias dux adhuc seu tres magnæ supereminet arena. Ipsa sed
 in oculis erit maxime, quæ se obuiam dabit, insula poëtarum nota præconio, Isclam mo-
 derna uocitant, sub qua à Ioue ob uinctum Typhæum gigantem fama est, fecitque lo-
 cum fabulæ uapor uelut hominis anhelantis, & Aethneo more æstare solitum incendiū.
 Vicina hinc Prochyta est parua insula, sed unde nuper magnus quidā uir surrexit Ioānes,
 ille, qui formidatum Caroli diadema non ueritus, & grauis memor iniuriæ, & maiora sibi
 euisset aufurus, ultionis loco huic regi Siciliā abstulisse, simul & ad læuā cuius colle humili
 Sibyllæ patriā uidebis, ubi Tarquinius Supbus regno pulsus, rādēq; Tuscorū & Latinorū
 de stitutus auxilijs exul obiit: nā hoc Mediolano proximū latio imminēs, alpihus adiacēs
 Comum

Comum est, non Cume. quod ne cum uulgò falleris dixerim. Hinc iam Misenus collis, in
 mare porrigitur, illic humati tubicinis Phrygij nomē habens, cuius rei meminit Virgilius.
 Sunt qui putent Misenum ibi peremptum, ab Aenea dijs inferis sacra facturo, quæ ut asse-
 runt, absq; humana cæde fieri nequeunt, atrocitatemque facinoris Maroneo eloquio ex-
 cusatam, illic sanè sacrificatum ab Aenea narrasse Virgilium, ubi sacrificasse Vlyxem
 Homerus ante narrauerat, pari ritus immanitate. ea autem huiuscemodi sacra apta loca
 quod ibi sint Auernus, atq; Acheron tartarea nomina, ibi Ditis hostia limen irremeabile,
 & ille facilis descensus Auerni, de quo loquitur poëta, quem parentem diebus dixit, ac no-
 ctibus, sed laboriosi atq; operosi reditus, de qua re quia quod scriptum est legisti, siquid ip-
 se præterea uiderim atque audierim sequar, extra propositi metas erit. Hic Sibyllæ Cuma-
 næ domus maxima, super horrentem amnis ripam cernitur, iam senio semitrupta, habitato-
 re quidem nullo, sed uanarum uolucrū nidus frequens, in eodem flexu fontes calidi tepen-
 tesq; insignius quàm in aliqua parte nostri orbis erumpūt, quidā uerò sulphureum ac fer-
 uentem cinerem eructantes, est ubi terra sine igne uisibili, sine aquis, ex se ipsa salubrem ua-
 pore & medentem corporibus, fumum profert: denique iisdem in locis, & humanæ uitæ
 remedium conuenisse dixeris & mortis horrorem. Et sub Miseno quidem semper in
 anchoris Romanorum una classium stabat, ad occurrendū repentinis incurribus, alia equi-
 dem Rauennæ erat, idque alto consilio Augustus Cæsar instituit, ut mare superum atque
 inferū, quibus insulæ instar, Italiæ magnæ pars cingitur, hoc gemino præsidio tuta essent.
 Intra Misenum Baiæ sunt, ab illic sepulto Baio quondam socio Vlyxis appellatæ, situ lon-
 gè amoenissimo, ut non immeritò hybernæ, Romanorum delitiæ uideantur fuisse, quod
 & marmoreæ testudines calidis fontibus superiectæ, & murorum reliquiæ indicat. amplif-
 simæ urbi & satis multæ & scriptorum altipulatur fides. hic Veronianæ piscinæ ingentia
 monstrantur exordia, nam furoris alterius, quo fossam ab Auerno usq; ostiam tanto terra-
 rum spatio, per tot montes non impensa Reip. sed iactura, non labore populorum, sed exi-
 tio, fodiendos destinarat, ut humano uincta studio natura, tuto & liberè tantum iter non
 aperto quidem mari, sed marinis ac nauibus ageretur, nulla nisi in literis uestigia remanse-
 runt. Hic angulus & Lucrinum habet, & undam illam Iuliam, atque æquor indignans,
 quorum & Poëta recordatus est, dum Georgicam scriberet opus à Iulio extractum, ab
 Augusto Cæsare immutatum, & aut memoria frustratur aut mare mortuum appellant, sic
 maris ferociam atque impetum, comprehēdere hominum manus. Contra Misenum & Ba-
 ias, Puteolæ tribus aut quatuor passuum milibus procul apparent, hoc maris interuallum,
 Caius quartus Ro. Imp. pessimus uerò post Neronem, primus per inanem sumptuo-
 samque iactantiam terrestris ponte connexuit, quem ipse idem equestri primum habitu,
 mox triumphantis in morem, magno procerum comitatu fastuque plusquàm Cæsareo,
 permeauit. Non longè à Puteolis Falernus collis attollitur, famoso palmite nobilis, inter
 Falernum & mare mons est saxeus, hominum manibus confossus, quod uulgus insulsum
 à Virgilio magicis cantaminibus factum putat, ita clarorum fama hominum, non ueris cõ-
 tenta laudibus, sæpè etiam fabulis uiam facit, de quo cum me olim Robertus regno clarus,
 sed præclarus ingenio ac literis, quid sentirem multis astantibus percunctatus essem, huma-
 nitate fretus regia, qua non reges modò, sed homines uicit, iocans nusquam me legisse ma-
 gicarium fuisse Virgilium respondi: quod ille seuerissimæ nutu frontis approbans, non il-
 lic magici, sed ferri uestigia confessus est, sunt autem fauces excauati montis angustæ, sed
 longissimæ, atq; atræ tenebrosa inter horrida semper nox, publicum iter in medio, mirum
 & religioni proximum, belli quoque immolatum temporibus, sic uerò populi uox est, &
 nullis unq; latrocinijs at tentatū patet, Criptam neapolitanam dicunt, cuius & in epistolis
 ad Luciliū Seneca mentionē fecit, sub finē fulci tramitis, ubi primo uideri coelū incipit, in ag-
 gere ædito, ipsius Virgilij busta uisunt, puetusti operis, unde hæc forsā ab illo pforati mō-
 tis fluxit opinio, iuxta breue deuotissimū sacellū supra è Cripte exitū. & mox ad radicē
 mōtis, in littore uirginis Matris replū, quo magn⁹ populi alsidue p nauigatiū sit cõcurfus.
 xima in ualle sedet ipsa Neapolis inter urbes littoreas una qd ex paucis, portus hic etiā
 manufactus

manufactus, supra portum regia, ubi si in terra exeat, Capellam regis intrare non obmiseris, in qua conterraneus olim meus pictor, nostri xui princeps, magna reliquit manus & ingenij monumenta. non audeo te hortari ut extantem in colle urbi proximo, Cartulæ domum adeas, scio ut nauigatio fatigationem, & studiū fastidium parit, at claræ uirginis præclarum domicilium, quamuis à littore parumper abscesserit, uidero regi reginæ senioris amplissimum opus, illud nulla festinatio, nullus labor impediatur, quin duos illius urbis uicos, Nidum scilicet & Capuanam, uideas ædificijs supra priuatum modum, ante quæ pestis terræ funditus exhaustisset, uix cuiquam credibile, militiæ numero ac decore memorabiles, militem ad militem, pelagi opus, professioni tuæ debitum, te mitto non studiosum ueritatis ad fabulas, & id credo, castrum omni titulo cognitum eminens aspexisse satis fuerit. Hæc est ciuitas ubi Virgilius noster liberalibus studijs operam dedit, cum iam patria illum tua, Mediolanum, tenerioribus annis discipulum habuisset. hic se carnem Georgicum scripsisse, hic se ignobili studio floruisse iucundissimè memorat, hanc dulcem uocat ille Parthenopem, id enim est aliud de nomine cōditricis ciuitati nomen, demum peregrè moriens inter extrema suspiria, suæ meminit Neapolis, & huc reuehi optauit, ut quas uiuus amaerat, uita fructus incoleret. Hinc tandem digressa biceps adit Veseuus, uulgò Summamōti nomen, & ipse flammas eructuare solitus, ad quod olim spectaculum uisendum, cum experiendi noscendiq; cupidine perrexisset Plinius Secundus, uir scientiæ multiplicis & eloquentiæ floridæ, uento cinerem ac fauillam excitante oppressus est, miserabilis tanti uiri exitus, sic Neapolis, hinc Mantuanum, inde autem Veronenis ciuis ossa custodit. Mons autem est multarum rerum, sed in primis uini ubertate mirabilis, quod Græcum ideo dicitur, quia illa pars Italiæ à Grecis possessa olim magna Græcia dicebatur. Hinc ad dextram Capræ insula linquitur, asperissimis rupibus circūseptæ, secessus infamis senilium Tyberij uoluptatū, & officina sæuitiæ, pulcherrimus terrarū tractus ad læuam Pompeios atq; Herculanæum habuit, celebres olim urbes, nūc inania nomina, quas terramotibus euerfas Seneca inter ceteros teste didicimus. Super est adhuc Surrentum, & ipsum mellifluo, palmite generosum. tota regio Terra laboris hodie, pars olim Campaniæ fuerat, utraque præcipue ubertatis appellatio, quo prætextu, Cereris hic Liberi que certamen incerta uictoria statuere, post hoc gremium maris, moris alius ex ordine panditur, in quo Salernum uidebis & Silerim fuisse hic medicinæ fontem fama est, sed nihil est q; nō senio exarefcatur. hinc utinam tu secundis uentibus, & cursu tam facili proueharis, ut ego ad Italiæ finem facili prouehor stilo. Læua itaq; perpetuo tractu Calabrū littus exēdit, dextra autē lōgè Trinacria & Vulcanus, ac Liparis minoresq; insulæ, & ipsæ fumū flammamq; fundētes, uentrosq; adeo, ut Aeoli uentorū regis hinc regiam fuisse uel fabulosum certè uel historicū sit. Vtrūq; enim lectū est, hinc q; cōuenit Aeolicæ dictæ sunt, ubi angustissima Italia est, Scalā uocant, nescio quā uetus oppidum, sed nomē haud dubiè modernum. Vnde cum ad extremū Italiæ angulū peruenieris, eum scilicet qui ad occasum uergit, hinc Rhegium Calabriæ Metropolitim, hinc Siciliæ Messanæ paruo admodū oculorū flexu & ferè simul aspicias. In medio Farus est, qui Messanæ dicitur, in quo sunt infamia illa portenta multum formidata nauigantibus Sylla & Charibdis. Syllam esse saxum constat, ad læuam, undisonū, procellosum. Charibdim contrā, aquarū magnam quādam rapidamq; uertiginem, neq; te moueat, q; libro tertio poematis locata aliter à Virgilio uideantur, ille enim uenientis, ego autē euntis iter prosequor, Causa uerò tantæ uertiginis apud poetas & historicos una est, ferunt enim hunc nostrum qui nos obit, sic dirimit Apeninum, in Trinacriā pten di solū, donec nullis seculis, duo maria uelut ex condicō, geminum latus montis, hinc illinc sine intermissione tudentia undis succumbere coegerunt, ideoq; illic amoto obice, maria suo impetu aucta concurrere, Apenini autē ultima, sic à toto corpore montis exlecta nomine etiā obmissa, concessisse in nomen mōtis, Siculi Pelori unius scilicet ex his tribus, unde Trinacriæ appellatio sumpta est, quin mons Messanæ proximus est, cui quod nomen ante fuerit incertum habeo, hoc enim à Peloro gubernatore Hannibalis (quem ille siue tota cū classe Italiā linquens, ut Valerio placet, siue ut alij uolūt & uerò quidem simillius, dum patriam

patriam suam peteret nauī unica, Romanos fugiens uictores, dum eminens exitum non uidet, sese delusum, ac studio in eas locorum angustias, ab illo eō delatum ratus, occiderat, ibiq; tandem errore recognito terræ mandauerat accepisse notissimū est. Et Scala quidem digressis, usq; Rhegium ferme reclusus in meridiem est cursus, inde cursus ad orientem, relicta procul à dextris Aethna flammantium principe mōtiū, inde breuiflexus in septentrionem uersus, & Scyllaceis naufragijs infame trāsiens, Crotonem uenies, ciuitatē quondam inter Italiæ populos, & animorum robore, & corporum & forma & opibus ac gloria præcellentem, nunc (quid nō poterit longa dies) uix ipsis Italicis benè notam, hic Iunonis Lacinia templum fuit toto orbe percelebre, inde in intimo quodam pelagi recessu Tarentum tibi monstrabitur, Ennio natalis, Virgilio fatalis locus, quamuis alij Brundisium dicant, magni quæ quos Romanis belli causa, Pyrrho in Italiā accersito, aduectiq; armis ac mœnibus post longum tempus Hannibale, quos hostiliū ducum primos Romanæ historiæ omnibus seculis numebant, iam ad finē orbis Italici peruentum est, in quo ultimum cum promontorium attigeris Leucopetram Ionicum mare habes obuium, Adriaticum æquor emensus, primam insularum ab aduerso littore Corcyram ignobilesq; alias inuenies, donec ad Achaia primū angulum peruenieris. illic equidem optabis, Isthmum quod quidem uenit in mentem esse perfossum, quo cum rector tibi, tamen breuior cursus sit: mons est duo maria dirimens, qui si in loco caderet, in insula esset Achaia, eius in uertice Corynthus est, situm inexpugnabili, & sibi cum à Romanis capta esset, euerfionis præbuit materiam, securioris opportunitate loci, maximè ut ait Cicero, ne possit aliunde ad bellum faciendum, locus ipse adhortari: cum uerò limes æquoreus ille præclusus sit, parendum naturæ, & prætermissa Corynthis, Maleæ flexus ille longior obeundus est. uidentium quod litus Achaia atque urbes in littore Methonum, Corona, & quicquid terrarum mare illud ambit usque ad extremum regionis angulum, ut uerò alter Italiā, sic ille Cretam respicit, nunc possessio Venetorum ut humana omnia uoluuntur, olim Iouis regimen, superstitionum ferè omnium fontem atque principium. habet à dextris Euboxam quam Nigropontum uocant, à sinistris habens inter Cyclades Aegei maris insulas, quæ syderum in morem, pelagus illud illustrent, crebris portibus iter ages. Hic Scyros Achillei amoris atque adolescentiæ prima sedes, unde Vlyxes totum inde illud uenit ad Troiam. Hic Coos Hippocratis, Lesbos, Theophrasti, Samos Pythagoræ patria, qua ille deserta, in has nostras terras uenit, & Italicus Philosophus dici meruit, cū Philosophiæ nomē, q; primus inuenerat, summo studio atq; ingenio exornasset. Sed quid ago nō multo facilius Cyclades omnes quàm coeli stellas enumerem, has ergo nauigans, & procul à tergo linquens, illa duo ad dextram lumina, Lacedæmonem & Athenas, ad læuam uerò Helleponti fauces, Sextonque & Abidon infauftis amoribus notas, & Byzantium atq; Ilion illud, æmulationem Romani imperij. His præteritis famosum malis Græcis tramite Rhodum peres, olim soli, nunc CHRISTO scilicet uerius soli sacram, & militiæ domiciliū. in his iam hinc Asia minor ad læuam iacet, olim prouinciarum mitissima, post Troiæ ruinam Græcis resecta cultoribus, nunc Turchorum ueri hostiū ferox regio. Huius partes ad Austrum uersæ & itineri tuo proximæ sunt Bithynia atque Cilicia, & caput regionis Ysauria, arx olim omnium pyrarum, qui summis tūc uiribus maria cuncta peruerterant, ita ut ipsis quoq; Romanis clausibus aperta acie decertarent, summa tamē Pompeij uirtute ac prudentia superati, abductiq; maritimis latrocinijs, & terræ cultibus restituti, ac ne qua unquam occasio illos ad consueta retraheret, à conspectu maris procul abstracti sunt: exijs inter ceteras Laudem, Coloniam patriæ tuæ proximam, constare, de Pompeij laudibus sumptum nomen, traditur. quæ quidem non tantum à mari, sed à fluminibus etiam longè erat, donec nuper euerfa, dum resurgeret, ut sibi casus ad aliquid profuisse uideretur, translata sedis ripam pulcherrimi amnis obtinuit. sed nondum tempus est, in patriam redeundi, ad ea quæ restant procedamus. Ante Ciliciæ frontem Cyprus est, terra nulla re aliqua quàm inertia ac delitijs nota, quam merito Veneri sacram dixere, & nunc quoque Veneri magis quàm Marti seu Palladi sacra est. Ratio ibi, seu nunquam

nunquam uir aliquis clarus fuit, neque enim in molli agro uoluptatis uirtutum semina rigida coalescunt, libidinem incolarum, cœli terræque fauor indicat, cum enim regiones tractu maximo, soli uiciniores, grata temperie perfuuantur, hæc propè contra naturam intollerandis ardoribus æstuat, quasi hominum complexio animi elementa transierit. Noli ibi multum immorari, non est enim militaris certè neque uiriliter habitatio, Fastus Gallicus, Syria mollities, Græcæ blanditiæ ac fraudes, unam in Insulam conuenere, quod optimum ac pretiosissimum habent illic, dissimillimis moribus aliunde ueniens, iacet Ilarion. Contra Cyprum in extremo maris angulo, minor latet Armenia, cui tergum puppis obuertes, in dextrum latus agenda est. Sed iam quasi tecum periculi fastidijque particeps, ad terram peruenisse gaudeo, in qua, ubi descensus sis, nescio, neque enim unus tantum portus, latet accessus magistris, comitum consensus, uentus, mare, locus, opportunitas dicent. nam ut antiquo prouerbio monemur. Consilia capiuntur ex tempore. Sunt autem in littore illo, ut ab aquilone in austrum descendam, maritima oppida, Tortosa, Tripolis, Baruth, Sur, Cæsarea, Iapha, Ascalon, horumque in medio nobilis olim, nunc euersa & in cinerem uersa iacet Accon, Summum inexpiabile dedecus, ac turpissima cicatrix Christianorum Regum, nisi aliquantò turpior esset ipsa Hierusalem. sane si altius descendas & hærebis amplius, ut uideas caput Syriæ Damascum, sic enim uocauit eam, non quicumque Cosmographus, sed clarissimus prophetarum Esaias, quamuis non ignorem apud alios Antiochiam Syriæ, primam ac metropolim habere sedem, cui sententiæ accedit Egeppus libro tertio historiarum, Iosephum secutus, aliquantò tamen notabilior ut puto & certè multo uetustior est Damascus. Videbis ciuitatem & forma spectabilem, & ætate de qua quidem ab ipsis temporibus Regum Israel, multis seculis ante urbem conditam, crebra in utrisque literis sacris ac secularibus est mentio. sin infra magis adplicueris, quantum spectaculo defuerit, tantum demittitur labori, minus terrestri calle laxaberis, quod in terram egresso uicina Hierosolyma est, itineris propositique tui terminus. Itaque tametsi multa tibi in medio quaerenda, & uisenda monstrauerim, quæ poteras improuisus fortè solumque uia finem cogitans, præterire, hic quid te moneam non habeo, omnia enim iam hinc antequam pedem domo moueas, præconcepta animo, & diuagata sunt, tibi quoniam finis rerum, ut Philosophis placet, sicut in executione ultimus, sic in intentione primus est. Neque uerò tu aliam ob causam, tantum laboris negotijque suscepisti, nisi ut in illa sacra urbe, morte domini, locique finitimis uideres oculis, quæ non iam uidebas. An uerò scilicet, quo loco est *CHRISTVS* sepultus, templi ruinas in quo docuit, locum ubi summa cum humilitate passus est corpore, ut nos animi passionibus liberaret, sepulchrum uerò sacratissimum illic corpus substituit, dum ille mortis uictor, & inferni ad regna hostis spoliandi descenderet, unde etiam reuersus idem corpus quod iam immortale recipiens, pressis graui corpore custodibus resurrexit Syon præterea & Oliueti montem, ad hæc & unde ad cœlum ascendit, quod ad iudicium reuersurus creditur, ubi uentis & fluctibus imperauit, ubi cibo exiguo maximam turbam pauit, tibi aquam uertit in uinum, quæ licet magna conuiuantibus uiderentur, facilia erant, illi qui cibum & uinum & aquam, & ipsos de nihilo creauerat conuiuantes, ubi denique elegit indoctos atque ineptos piscatores, quorum hamis ac retibus piscarentur, imperatores atque reges gentium, ubi ægros curauit, cæcos illuminauit, leprosos mundauit, paralyticos erexit, mortuos suscitauit, quatruidanos iam foetentes, uiuos uerbo eruit è sepulchro. quodque ijs omnibus magis esset, nisi quia omnia æque facilia sunt Deo, demonibus ac peccatis oppressam sepultamque animam, restituit libertati, multa etiam quæ persequi potius longum quam necessarium tibi est, cui omnia ex Euangelio nota sunt, quæ sola mente cernentis per singulos passus, deuotam animam primus horror inuadit, unum quod elabi posset admonéo, uidere te urbem illam, quam uicisse uictores gentium Romani, tam clarum opus esse duxerunt, ut Titus & exercitus, post imperij gubernationem in ipso ingressu moenia urbis admirans, tantam uictoriam non humanæ uirtutis, sed diuinæ gratiæ faterentur. & profecto sic erat, *CHRISTVS* ipse quem surrexisse de terra uiuentium existimabant, aduersus suos hostes, suis merito fauebat ultoribus, licet adhuc illis incognitus, noscendus tamen eorum

successoribus

successoribus & colendus, itaque tamen sæpè alterum in earum statione præcipue impletum est, quod ex persona eius in Psalmo, Resuscita me & retribuam eis. Ea hominum strages, ea fames, miserorum tam moesta necessitas, quæ ex ordine nosse cupis, Iosephum lege. non audita, sed uisa & communia sibi cum cæteris referem. Quid uerò nunc cogitas, an nondum desiderium nostri coepit, ut domum ut patriam, ut amicos inuisere animus sit, credo id quidem, immò ne aliter fieri certus sum, sed nullus est acrior stimulus quam uirtutis, ille ire per omnes difficultates generosum animum impellit, nec consistere patitur, nec retrò respicere, cogitque non uoluptatum modò sed honestorum pignorum atque affectuum obliuisci, nec aliud quam uirtutis speciem optare, nihil uelle, nihil denique cogitare, hic stimulus qui Vlyxem Laërtis & Penelopis & Thelemachi facit immemorem, te nunc nobis uereor abstrahet diutius quam uelimus, uideo tibi faciem esse longius euntis, nec immerito, ubi enim dimitteres Bethleem ciuitatem David? quam coelesti ortu claram fore, diuina fates prælagore cecinerant, illic prima incunabula nostri regis aspiciens cogitabis, quam Deo grata fuit semper humilitas, quam in filij sui unigeniti primordijs euidentissime consecrauit. cogitabis ineffabilem saluatoris originem, qui ante principium genitus, in fine temporum, si ad ætatem numerum attenditur natus est, uirginem matrem, in præsepio iacentem, contemplant, & diuinum infantem in cunis uagientem, Angelos ab æthere concinentes, pastores atque ronitos stupentesque reges alienigenas, cum muneribus uenientes, indignum uerò regem gladio feruentem. Terram innocuo sanguine, beatorum infantium, & miserarum genitricum lachrymis madentem, & moestis resonans cœlum omne gemitibus, inter hæc monitu angelico secundum altorem, cum intemerata matre coelestisq; alumno, clam ex ingrata patria, in Aegyptum ire, tanto pignori tutas latebras quaerentem, iam tamen gentibus spe immota, primogenito ingenio, propter ingratitude abdicato, summi patris hereditatem, ad minorem filium, hoc est ad populum gentium esse uenturam, sed tu quoque nunc ut auguror Ioseph, immò Mariam, immò *CHRISTVM* profugum sequi uis, sacrum profectio teque dignum iter, sequendus in terris quaerendusque nobis *CHRISTVS* est, ut uel sic eum discamus, ad cœlum sequi, ut ubi aliquando habitauit, diu quaesitum, eundem ubi habitat inuenire. iam uerò non longè huic mare quod Sodomorum dicitur, Iordanis influit, ubi consumptarum urbium uindictæque coelestis aperta uestigia apparet: his deserti solitudo proxima, & durum iter fateor, sed ad salutem tendenti, nulla difficilis uia uideri debet, multas ubique difficultates, multa tibi tædia uel hominum, uel locorum hostis noster obijciet, quibus te uel ab incepto uel retrahat uel retardet, uel si neutrum possit, saltem in sacra peregrinatione te mitius alacrem, efficiat, hic uerò circa naturam locorum, ingeret asperitatem penitentiamque rerum omnium. Sed meminisse conuenit omne optimum magno pretio constare, & Virgilianum in tuos usus transferre, ubi ait:

Vicit iter durum pietas.

Et illud paululum imitare, durum iter ad leges animæque uentis amorem, nihil tam durum, quod uirtus ardens & pietas incensa, non molliat. Equidem si per Syrtis Libycas, & arena sa loca serpentum. M. Cato, mite Cæsaris imperium fugisse laudatur, tu per desertum non fugies immite feroxque iugum Sathanæ, per quod tantus olim populus fugit furiam Pharaonis. & quod senes aut pueri & mulierculæ potuerunt, tu uir fortis ac iuuenis non poteris. Deus cum illis erat & tecum erit, his autem in locis legem datam Moyse, colloquium cum Deo habitum, uisionem Rubi uidendi, quod proprie à Poëta non mare, sed litus rubrum dicitur est, non enim ab aquis, sed à colore littoris nomen hoc trahitur. Quo cum peruenieris, non odores Indicos & Coas merces illic stantibus in Aegyptum atque inde in nostrum mare conuectas, sed populum Deo adiutum, per medios fluctus sicco pede transuectum, meditabere, illud etiam humanæ cupiditatis & inopiæ, hoc diuinæ pietatis ac potentiae est. Hic Catharinæ uirginis corpus cernes, ubi angelicis manibus collocatum fertur, nec indignum fuit, ut quæ pro lege Dei usque ad mortem decertauerat, & in eo ipso monte requiesceret, ubi lex diuinitus data erat. Per hæc loca formidabiles esse solent Arabum incursum, sitis, fames, labor,

labor, sed nihil ferè periculosius errore uitæ. nullis inditijs ad rectū ferentibus. ideò uigilan-
ter caue, ne illa te necessitas seungat, à socijs. Iam tandem in Aegyptum laborioso ac an-
cipiti calle peruētum est, ibi ergo supra Nilum uidebis Babylonē nouam, Cambylis opus,
& aras Aegyptiacas, frequentissimam & immensam urbem, quæ Babylonem ueterem,
Euphratem & Carras & Assyrias, repræsentat. Spectabis insignem Asiæ atq; Africæ limi-
tem, aduersus Tanais flumen ingens stupendumq; de quo & philosophi & poëtæ & cos-
mographi multa sunt opinati, Aristoteles uero libro integro, asseruit flumē & æstiu mira-
bilis incrementi & inundationis uberrimæ & infiniti aluei, & fontis incogniti, cuius certi-
tudinem & Aegyptiorum & Persarum & Macedonum reges, ad postremum quoq; Ro-
mani imperatores, sed frustra omnes quæsiere. Fons hactenus ignoratus manet, opiniones
atq; inquisitiones hominum, & historiarum de hoc scriptæ multæ legentibus notæ sunt. Clarū
quiddam & relatu dignum, quod ab illustribus uiris accepimus, locus hic exigit, fontem
esse perlucidū illuc, ubi ab Herodis rabie *CHRISTVM* occultabant, quem puer omnipo-
tens è terra arida, in refrigerium anxie matris eduxerat. ex illo Christianos iucundissimè
bibere, Saracenis absynthio amariorē esse, ita ut degustare illum, uel summis labijs poena
sit. nos quoque tam cupidè haurientes inde, ceu monstrum aliquod admirantur. Nec sanè
magnum fuit illi, qui fontem fecit, eidem quoque quos uoluit edere, & pro uarietate bibe-
ntium, fidei unum saporem quisquis immittere. Nil iam restat memorabile, quod quidem
non meminerim præter Alexandriam Alexandri opus, Alexandri nomen, Alexandri bu-
stum, ad quod Iulius Cæsar post Thessalicum diem mortemq; Pompeij, cum Alexan-
driam uenisset, ambiguo turbati uulgi murmure permonus, per speciem religionis esse legi-
tur: & Augustus Cæsar, post uictoriam Aciacam Antonie quæ deuictum & coactum
mori, eodem ueniens, Alexandri corpus reuerenter aspexit, cum quæ ex eo quæreretur, an
& Ptolemæum uellet aspicerē, elegantissimè regem, ait, se uideri uelle non mortuos, cui
dicto illa proculdubio sententia inest, uirtutem animi & rerum gloria non regno, non scep-
tro, non diademate regem fieri, hoc tu dictum eatenus inflectes, ut sanctos cupias spectare
non mortuos. Quia tamen uetustas & fama clarorum hominum, non sic quibusdam fau-
cibus animos hominum tanguit, poteris & hoc bustum, si nondum senio cesserit spectare
nec minus urnam, quæ Pompeij cinerum ostenditur, illum enim Græci, hūc Romani scrip-
tores Magnum uocant, Galli autem hoc cognomen ad suum Carolum transtulere. Illos
duos habet una urbs, quorum alterum arctos, alterum miserat occidens. Illū Alexander
Pelle, hūc Pompeiū, hunc Roma. uidebis ubi iniquo Marte præuentus, & circūdatus, illa
magnalia & uix credibilia gessit Cæsar, uidebis Pharum, unde hoc Phari nomen per alias
terras usque quaq; diffusum est, spectabis multifidas Nili fauces, ubi fortuna P. R.

truncum sui ducis & iacerum cadauer, abscissumq; trunco caput flens

uictor aspexit. sic cum genero partitus orbem, ut illum Ni-

lus, Tybris hunc abluat, o fortunæ fides, o re-

rum finis humanarum.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE,
TOMI PRIMI FINIS.

